3 1761 05675276 9

UNIV. OF


Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/deipnosophistaru08athe

A866S
Deipnosophistarum libri XV.
[Vol. 8]

ANIMADVERSIONES IN ATHENAEI DEIPNOSOPHISTAS

POST

ISAACUM CASAUBONUM

CONSCRIPSIT

IOHANNES SCHWEIGHAEUSER

ARGENTORATENSIS

INSTITUTI SCIENTIAR. ET ART. POPULI GALLO-FRANC. SOCIUS

ANTIQUAR. LITERAR. IN SCHOLA ARGENT. PROF.

TOMUS TERTIUS.

ANIMADVERS. IN LIB. V. ET VI.

ARGENTORATI

EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS BIPONTINAE

ANNO X. (1802.)

21458
9

ANIMADVERSIONES IN ATHENAEUM.

IN LIBRUM QUINTUM.

Ed. Caſaub. p. 185.

AD CAP. I.

a AD ARGUMENTUM quod ſpectat: »QUINTUS LIBER »nihil fere aliud niſi MASURII Iurisconſulti, viri longe »doctiſſimi, *ſermones* continet. Initio de *Homericis Convi-* »*viis* agitur: deinde aliquot μεγαλοπρεπῶν καὶ φιλοδείπνων »*Regum luxus* deſcribitur: poſtremo cum alii *Philoſophi* »multorum vitiorum, tum etiam falſi arguitur *Plato* non »unius. Haec capita praecipua ſunt huius libri.« CASAUBONUS.

Ἀλλ' ἐπεὶ πολὺς οὕτως λόγος συμποσίων προδιήντληται - - ἐν τοῖς πρὸ τούτων. »Malim οὗτος λόγος: & de *quarto* »tantum *libro* haec interpretor. Is ſolus liber vere λόγος »συμποσίων (vel περὶ συμποσίων) dici queat: primus non »item; multo minus ſecundus ac tertius: in quibus de *ci-* »*bis*, non de *conviviorum ratione* aut *modo* eſt actum. No- »temus vero etiam ſequentia verba: παρελίπομεν δὲ αὐτῶν »τὰ χρησιμώτατα, καὶ οὐ βαροῦντα τὴν ψυχὴν, - - - ὅπερ »ὁ θεῖος Ὅμηρος παρεισήγαγε. Clariſſime auctor ſignifi- »cat, nihil hactenus dictum eſſe de Homericorum convi- »viorum ratione. Obſecro, poterat-ne clarius demon- »ſtrari, non pertinere ad librum ſuperiorem quae inde »avellenda atque huc transferenda eſſe dicebamus? Quod »autem obiicere aliquis poſſit, etiam primo libro de Ho- »mericis conviviis tractatum eſſe; huic obiectioni iam »reſponſum eſt: non enim ſuperiores omnes libros, ſed

» proximum tantummodo respiciebat auctor cum haec a » scriberet. « CASAUB. — Mihi satis commode habere videbatur librorum omnium scriptura πολὺς οὕτως λόγος, id est, λόγος οὕτω πολὺς, *tam multa verba, tam copiosa & ampla disputatio.* Quod vero verba ista, ἐν τοῖς πρὸ τούτων, ad solum proximum *librum quartum* referenda Casaubonus censuit, minime adsentiri doctissimo Viro possum. Nullus est quatuor superiorum librorum, quin *de conviviis* agat: &, quae tribus etiam prioribus libris de variis ciborum & potuum generibus disputata sunt, eorum pleraque non minus, quam quae quarto libro differuntur, ad conviviorum rationem spectabant. Nec obstat, quod nunc Auctor dicit, *se in superioribus ea praetermisisse, vere utilissima,* ἅπερ ὁ θεῖος Ὅμηρος παρεισήγαγε, cum tamen *primo libro* iam multa de *conviviis Homericis* fuerint disputata. Nam (quod caput caussae continet, de qua hîc agitur) & ibi, & ubique adhuc, de eo maxime cibo solummodo disputatum erat, quo *corpus* alitur; & ad *corporis sensum* omnia relata sunt: nunc vero, ait auctor, *mentis* etiam *animique* habeamus rationem; & de his loquamur, quae ad excitandos *honestos animi sensus* & ad *formandos hominum mores* utiliter Homerus contulit in eis etiam ipsis carminum suorum partibus, ubi *de Conviviis* differit. Et recte quidem Ὅμηρος παρεισήγαγε dicit Athenaeus, non εἰσήγαγε: non enim *ex professo*, veluti didacticus poëta, morum formandorum praecepta tradidit Homerus; nec, veluti philosophus scholam explicans, de professo id egit, ut in lectorum animis honestatis sensum excitaret; sed *obiter*, ac veluti *aliud agendo*, id ipsum secutus est effecitque.

ὠφελοῦντα δὲ καὶ τρέφοντα κατὰ πανδαισίαν. » Verte: » *sed quae iuvant* (*animum,*) *& alunt instar epularum omni* » *ciborum genere instructarum.* Πανδαισία est, ut explicant ve» teres, ἡ πολυτελὴς τράπεζα, καὶ παντοδαπὰ ἔχουσα ἐδέσ» ματα: vel ἡ πάσαις αἰσθήσεσιν ἡδονὴν παρέχουσα εὐωχία. » Quae explicationes isti loco optime conveniunt: neque » enim is est sensus quem exprimit Dalecampius. « CASAUB. — Interpretatio, quam retulit vir doctus, Hesychii est; cum quo fere consentiunt alii Grammatici. Est autem vocabulum veterum Comicorum usu nobilitatum, ut monuit Harpocration: & habes apud Aristophanem Pac. 564.

Quod ſequitur, *κατὰ τὸν καλὸν Ἀγάθωνα,*
Τὸ μὲν πάρεργον, ἔργον ὡς, ποιούμεθα·
b *τὸ δ' ἔργον, ὡς πάρεργον, ἐκπονούμεθα.*
Citavit eosdem verſus *Agathonis*, Tragici poëtae, Clemens Alexandr. Stromat. libro V. pag. 733. edit. Pott. ubi pro *ποιούμεθα vſ.* 1. eſt *ἡγούμενοι*, & *vſ.* 2. *ἐκπονούμενοι*, pro *ἐκπονούμεθα*. Eosdem Hadrianus Iunius in Adagiis retulit, titulum praeponens *Acceſſorium operis loco*. Grotius in Excerptis pag. 436. Graecos verſus his Latinis expreſſit:
Operoſe id agimus, agere quod non eſt opus:
at in eo quod opus eſt, opera perfunctoria eſt.
Nos hoc loco Graeca verba ſic reddere maluimus, ut ſententia, in quam eis uſus eſt Athenaeus, clarius adpareret. Nempe hoc dicere mihi viſus erat Auctor noſter: *Cum deſcriptio Coenae videri poſſit eſſe ἔργον, id eſt, praecipua operis mei materia, & ſermones videri poſſint eſſe πάρεργον: revera contrarium eſt. Ἔργον mihi ſunt Sermones, qui ſunt Animi cibus: πάρεργον eſt Coena. Sed, quo adliciam capiamque lectores, ſecundarium hoc opus ſic tracto, quaſi eſſet primarium; illud vero, quod mihi caput cauſſae eſt, ſic tracto quaſi eſſet ſecundarium.*
Homeri verſus, Τὸν δ' εὗρον &c. ſunt ex Odyſſ. δ'. 3
c ſq. Alter qui ſequitur, Ἐννῆμαρ &c. eſt ex Iliad. ζ'. 174.

AD CAP. II.

Δοκεῖ γὰρ ἔχειν πρὸς φιλίαν τι ὁ οἶνος ἑλκυστικόν. Pro φιλίαν eſt φιλοσοφίαν in ms. Epit. quam ſcripturam CASAUBONUS, in ſuo etiam cod. Epit. & apud Euſtathium (neſcio ubi) repertam, merito ut abſurdam repudiavit. »Legendum eſſe φιλίαν, inquit, vel hic Libanii ſimilli»mus locus evincat, in de Fortuna ſua: Δεινοὶ γὰρ δὴ »οἱ κύβοι καὶ τὰ μέχρι μέθης συμπόσια φιλίας ἰσχυρὰς »κεράσαι. Plutarchus elegantiſſime, ut ſemper, initio li»bri IV. Sympoſ. Αἱ μὲν, inquit, τῶν παλαιόντων ἐπι»βολαὶ καὶ ἕλξεις κονιορτοῦ δέονται· ταῖς δὲ φιλικαῖς λα»βαῖς ὁ οἶνος ἁφὴν ἐνδίδωσιν μιγνύμενος λόγῳ.« — Sic ille: nec vero quisquam facile fuerit, quin, etiamſi non accederet vel Libanii vel Plutarchi auctoritas, unice probaturus fuiſſet iſtam ſcripturam, quam cum editis libris tenent vetuſtae noſtrae *membr. A.*
Ante illa verba Δοκεῖ γὰρ &c. a quibus initium huius

capitis fecimus, lacunam ſtatuit Villebrunius, intercidiſſe c neſcio quid contendens. Quo loco ego quidem nihil magnopere deſideraveram. Hoc dicit Athenaeus: docere nos Homerum, priſcis temporibus, ſi cui ignotus adveniſſet hoſpes, moris fuiſſe ab hoc incipere ut comederent biberentque cum hoſpite; quo nimirum animi aperirentur mutuae amicitiae.

»Poſt iſta, διόπερ οὐδὲ πρότερον ἠρώτων οἵτινες εἶεν, »ἀλλ' ὕστερον: in *Epitoma* erant haec adiecta, ὡς δῆλον »ἐκ τοῦ Βελλεροφόντου ξενουμένου τῷ Ἰοβάτῃ: quorum ta»men in antiquis Athenaei exemplaribus nullum paret »veſtigium. Sed voluit Eclogarius Athenaei obſervatio»nem exemplo illuſtrare. Locus autem eſt, quem innuit, »in ſeptimo Iliadis, [ζ'. 175.] ubi canit poëta, decimo »demum die Bellerophontem, quis cuiasve eſſet, fuiſſe »interrogatum. Etiam in Odyſſea [δ'. 60 ſq.] ſic Tele»machum Menelaus affatur:

»Σίτου δ' ἄπτεσθον καὶ χαίρετον. αὐτὰρ ἔπειτα
»δείπνου πασσαμένω εἰρήσομεθ' οἵ τινες ἐστόν. «

CASAUBONUS. — Quod ſi paulo diligentius Epitomam inſpexiſſet, vidiſſet vir doctiſſimus, nihil hic adieciſſe Epitomatorem, quod deeſſet exemplaribus plenioris operis; ſed, cum paulo ante omiſiſſet id quod de Bellerophonte pluribus quibusdam verbis commemoravit Athenaeus, id ipſum deinde brevioribus verbis, & pro illis ὁ τῆς Λυκίας βασιλεὺς proprio regis nomine ſubſtituto, adpoſuiſſe. En totum huius libri quinti exordium, quale inde ab ipſo initio, usque ad illa de quibus agitur verba, in Epitoma legitur: Τὸ μὲν πάρεργον ἔργον ὡς ποιούμεθα· τὸ δ' ἔργον ὡς πάρεργον ἐκπονούμεθα. Ὅτι δοκεῖ ἔχειν τι πρὸς φιλοσοφίαν ὁ οἶνος ἑλκυστικὸν, παραθερμαίνων τὴν ψυχὴν καὶ διαχέων. διόπερ οὐδὲ πρότερον ἠρώτων οἵ τινες εἶεν, ἀλλ' ὕστερον· ὡς δῆλον ἐκ τοῦ Βελλεροφόντου ξενουμένου τῷ Ἰοβάτῃ. ὡς τὴν ξενίαν αὐτὴν τιμῶντες &c.

τά τε φυλετικὰ δεῖπνα, καὶ τὰ δημοτικὰ προσέταξαν· ἔτι δὲ τοὺς θιάσους, καὶ τὰ φρατρικὰ, καὶ πάλιν ὀργεωνικὰ λεγόμενα. »Nollem a viro docto [Dalecampio] »factum, ut φυλετικὰ δεῖπνα mutaret in φιλετικὰ aut φι»λικά. Nollem etiam προσέταξαν vertiſſet *permiſerunt*: »quaſi intereſſet nihil inter *iubere* & *permittere*. Atqui φυ»λετικὰ δεῖπνα etiam *imperabant leges Athenienſium*; ſicut »ex oratione Demoſthenis contra Midiam & ſcriptoribus

c »aliis conſtat liquido: & aiunt Graeci, *τοὺς τῶν φύλῶν* »*ἑστιάτορας* alios fuiſſe *ἑθελοντὰς*, alios *κληρωτοὺς*, qui- »bus neceſſitas impoſita praebendi epulas ſuis *tribulibus*, »id eſt, *τοῖς ἑαυτῶν φυλέταις* omnibus. [Vide Harpocr. »in Ἑστιάτωρ.] Ad haec tribulium convivia alluſit Phi- »loſophus initio Elenchorum. [Ariſtoteles, de Reprehenſ. »Sophiſtar. I. 1.] *Τὴν ἕξιν*, ait, *οἱ μὲν ἔχουσιν εὖ· οἱ δὲ* »*φαίνονται, φυλετικῶς φυσήσαντες καὶ ἐπισκευάσαντες ἑαυ-* »*τούς. Habitum corporis alii bonum habent: alii videntur* »[*habere*,] *cum ſe ipſos more tribuum ſufflarint, & refecerint* »*ſtudioſe.* Quid eſt, *more tribuum φυσᾶν ἑαυτούς?* Olim »Athenis, quando ad celebrandam aliquam publicam ſo- »lennitatem conveniebant, magna inter tribus de victi- »marum praeſtantia, & choragii totius magnificentia, »aemulatio fuit & contentio. Itaque naturali victimarum »altilium habitudine non contenti, artem adhibebant, »quo pinguiores & opimiores viderentur. Inciſa bobus »cute, ſpiritum arundine in viſcera immittebant, pin- »gueſcere eos hac ratione autumantes; ut narrat Philo- »ſophus, Hiſtor. [Animal.] lib. VIII. cap. 7. & ex eo »Plinius lib. VIII. cap. 45. [ſect. 70.] Haec vero adul- »terina erat, non genuina *εὐεξία*. Ideo philoſophus eos »qui bonam valetudinem non habent, ſed arte ſimulant »& ementiuntur, elegantiſſime ait *φυλετικῶς φυσᾶν ἑαυ-* »*τούς*: quod, ut diximus, victimis tribuum proprie con- »venit. Eius autem aemulationis, quam narravimus, in- »ſigne apud Theocritum exemplum Idyll. IV. vſ. 20- »22. *Battus optat, ut οἱ Λαμπριάδου φυλέται* (id eſt, *Lam-* »*priae tribus*, cui ille non favebat) *macram & veſcam ho-* »*ſtiam ſortiantur ſacra Iunoni facturi.* Amphis poëta, de »gingra recens invento: [apud Athen. IV. 175. a. b.]

»— *Διὰ τί δ' οὐκ ἄγεις*
»*εἰς τὸν ὄχλον αὐτό; Διότι φυλὴν περιμένω*
»*σφόδρα φιλονεικοῦσαν λαχεῖν τινά.* —

»Porro *δεῖπνα φυλετικὰ* & *δημοτικὰ* aliquando idem ſi- »gnificant. Nam in publicis ſacris & *δημοτολέσιν ἑορταῖς*, »ut loquuntur Graeci, univerſus populus conveniebat, »diſtinctus diviſusque tributim: ſed & propria ſacra & »convivia ſingulae tribus habuerunt. Nec multum ab iſtis »differebant *τὰ φρατρικὰ*, de quibus ad Theophraſtum »olim notavimus. [ad Cap. *περὶ Βδελυρίας* ſub fin. Pag. »255. ed. Caſaub.] *Θίασοι* & *τὰ ὀργεωνικὰ convivia*, *pro-*

»pria collegiis erant *ad peculiarem alicuius Deorum cultum* »*inſtitutis.*« CASAUB. — Vide Suidam in Ὀργεῶνες, & Ὀργεῶνας. Caeterum non Dalecampius ſuo arbitratu φυλετικὰ in φιλετικὰ mutaverat, ſed perperam φιλετικὰ ſcriptum in ed. Ven. & Baſ. pro quo recte φυλετικὰ edidit Caſaub. quam ſcripturam firmant noſtri mss. *A.* & *Ep.*

Τῶν μὲν Διογενιστῶν, τῶν δὲ Ἀντιπατριστῶν λεγομέ- a
νων, τῶν δὲ Πανατιαστῶν. »*Diogeniſtae*, *Antipatriſtae*, & »*Panaetiaſtae* appellati ſunt, qui ſtato anni die Diogenis, »Antipatri & Panaetii nobilium Philoſophorum memo»riam celebrarent. At qui diem Epicuro ſacrum ſimiliter »agitabant, non Epicuriſtae, ſed Εἰκαδισταὶ vocabantur: »cuius nominis rationem alibi expoſuimus ex Diogene »Laërtio.« CASAUB. — Vide Eiusdem notata ad Laërt. X. 18. & Confer Athen. VII. 298. e. ibique notanda.

κατέλιπε δὲ καὶ Θεόφραστος εἰς τὴν τοιαύτην σύνοδον χρήματα. »Reſpicit Athenaeus iſta verba ex Theophraſti »teſtamento: Τὸν δὲ κῆπον καὶ τὸν περίπατον καὶ τὰς οἰ»κίας τὰς πρὸς τῷ κήπῳ πάσας δίδωμι τῶν γεγραμμένων »φίλων ἀεὶ τοῖς βουλομένοις συσχολάζειν καὶ συμφιλοσο»φεῖν ἐν αὐτῷ, & quae ſequuntur deinceps.« CASAUB. — Vide Laërt. V. 52 ſq. ubi tamen *convivii* non diſerta ſit mentio. — Paulo poſt, apud Noſtrum mendoſe ſic edebatur, ἀλλ' ἵνα τὰ κατὰ τοῦ συμποσίου λόγου &c. quo loco nil mutat ms. *A.* niſi quod λόγον, non λόγου, habeat. Opportune vero CASAUBONUS monuit: »Scribe »ἀλλ' ἵνα τοὺς κατὰ τὸ συμπόσιον λόγους &c. Ita recte »Epitoma.« — Villebrunius, ne Caſaubono quidquam acceptum ferret, τοῦ συμποσίου defendit: nempe neſcius, τοὺς κατὰ τοῦ συμποσίου λόγους Graece ſonare *ſermones de convivio habitos*; non, *inter convivium.* Sed hoc eruditione doctiſſimi Viri dignum. Illud bonae fidei ſpecimen, quod ait, *Caſaubonum hoc loco codicem mstum Aegii eſſe ſecutum, nec vero mentionem eius facere voluiſſe.* Atqui ex *Aegii codice msto* in illo libro, in quo Caſaubonus lectiones Aegianas conſignatas habuit, nihil prorſus ad hunc locum adnotatum eſt: diſerte vero, ut vidimus, profeſſus eſt in Animadverſionibus ſuis Caſaubonus, ſe eam probare lectionem quam *Epitoma* praefert. Nos vero eamdem lectionem noſtri etiam *codicis Epit.* auctoritate confirmatam reperimus, nec dubitandum duximus quin Athenaeo eam reſtitueremus.

a Συνεδείπνουν δ' ὁσημέραι οἱ περὶ Πρύτανιν σώφρονα καὶ σωτήρια τῶν πόλεων σύνδειπνα. »*Solebant & Prytanes quo-*»*tidie agitare convivia modesta & suis civibus salutaria.* Οἱ »περὶ πρύτανιν non sunt *qui in prytaneo alebantur*, ut pu-»tarunt: sed *summus prytanis cum suis collegis & adsessori-*»*bus*, qui rempublicam curabant. De Graecarum urbium »prytaneis fuse diximus libro ultimo. [Animadv. ad lib. »XV. pag. 200. d.] Athenaeus ait, τοὺς πρυτάνεις unâ »quotidie cibum sumsisse: quod hodieque & Argentinae »& in multis aliis Germaniae urbibus obtinet: annui »enim consules in loco publico singulis diebus prandent.« CASAUB.

πρὸς γοῦν τοιοῦτο συμπόσιον, φησὶν ὁ Δημοσθένης, ἀνενηνέχθαι τὴν Ἐλατείας κατάληψιν. »Dalecampius legit ἀνε-»νήνεκται, & active eam vocem interpretatur: [*acce-*»*ptum retulit.*] Non enim animadvertit, sequentia verba, »Ἑσπέρα μὲν γὰρ ἦν &c. Demosthenis esse, non Athenaei. »Vertendum erat: *Sane ad huiusmodi convivium narrat De-*»*mosthenes allatum esse nuncium de capta Elatea. Vespera*, »inquit, *erat: venit aliquis nuncians prytanibus occupatam es-*»*se Elateam.* Sequitur apud Demosthenem, Καὶ μετὰ ταῦ-»τα οἱ μὲν εὐθὺς ἐξαναστάντες μεταξὺ δειπνοῦντες: quae »videntur ab Athenaeo fuisse descripta hoc loco: alio-»quin parum ab illo fuerit probatum quod voluit demon-»strare.« CASAUB. — Vide Demosth. pro Corona pag. 284. ed. Reisk.

b τοῦ γοῦν Ξενοκράτους ἐν Ἀκαδημίᾳ, καὶ πάλιν Ἀρι-στοτέλους Συμποτικοί τινες ἦσαν νόμοι. »*Ferebantur* »*olim*, inquit, *leges quaedam convivales.* In catalogo libro-»rum Aristotelis, qui apud Diogenem Laërtium legitur, »invenias νόμους συστατικούς: quod an huc pertineat, »quaestionis est. Fortasse enim scribendum in codice Laër-»tii, Νόμοι συνουσιαστικοί: quod idem fuerit ac συμπο-»τικοί. [conf. Polluc. VI. 28.] Aristophanes, [Vesp. »1209. atque inde apud Nostrum paulo inferius, p. 179. »b.] προσμάνθανε συμποτικὸς εἶναι καὶ συνουσιαστικός: »quod Latinis *unà esse*, (ut, *unà hodie simus volo:*) Grae-»cis, συνουσιάζειν.« CASAUB. — Laërtii locus, quem spectavit vir doctus, est lib. V. sect. 26. ubi quidem mo-nuit Menagius, vulgatam scripturam νόμος συστατικὸς, id est, *Lex commendatitia*, confirmari etiam Vitâ Aristo-telis ἀνεκδότῳ. At συμποτικῶν νόμων cum *Aristotelis*, tum

Xenocratis, iam primo etiam libro mentionem Athenaeus b noſter fecerat, quemadmodum lib. I. cap. 5. noſtrae edit. T. I. pag. 13. (ad p. 4. f. editionis Caſaub.) & in Animadverſionibus noſtris ad eumdem locum, T. I. Animadv. pag. 43. ex duobus Epitomae codicibus docuimus. Sed ibidem, neſcio quo pacto, foedae duae mendae id ipſum quod & Athenaeus voluerat, & quod nos ex illius codicibus edere voluimus, obſcurarunt. Alter error Epitomatoris eſt, aut librariorum, qui temere ibi βασιλικοὺς pro συμποτικοὺς ſcripſerunt: alter ſive operis noſtris, ſive nobis ipſis, neſcio quo pacto, obrepſit; quo commiſſum eſt, ut Ξενοφάνης ibi, cum in contextu noſtro, tum in Notis legatur, pro Ξενοκράτης, quod uterque codex mſtus recte ibidem exhibebat, quemadmodum hoc loco in ſcripturam Ξενοκράτους cum editis libris pariter & codex noſter *Epitomae*, & vetuſtae *membr. A.* conſentiunt. Caeterum Νόμων συμποτικῶν Laërtius in Xenocratis ſcriptis (lib. IV. ſect. 11 ſqq.) non magis, quam in Ariſtotelis ſcriptis, fecit mentionem: niſi fortaſſe *Praecepta* illa *compotatoria* pars fuerunt librorum περὶ Φιλίας, qui in Xenocratis ſcriptis l. c. ſect. 12. commemorantur.

Τὰ δ' ἐν Σπάρτῃ φειδίτεια. Sic edd. parum recte: pro quo utique vel φιδίτια ſcriptum oportebat; vel φειδίτια, quod habet *ms. Epit.* Conf. IV. pag. 140. c. 141. a. &c. Rurſus tamen φειδίτεια editum eſt XI. 482. b. & 483. c. ubi pariter, quemadmodum hoc loco, φιδίτεια habet *ms. A.* *Ibid.* παρὰ τοῖς Κρησὶν ἀνδρεῖα. Conf. IV. 143. b. Quod mox ait, αἱ πόλεις συνῆγον, nempe τὰ φειδίτια καὶ τὰ ἀνδρεῖα: verbi συνάγειν legitimus uſus eſt ubi latine *convivia agere* dicimus, aut *inſtituere*, aut *celebrare*. Sic mox lit. *c.* συμπόσιον συνάγων. Et IV. 143. a. συνάγουσι τὰ κοινὰ συσσίτια. Infra, X. 420. e. legitur, οἱ δὲ νῦν συνάγοντες (ſic mssti, non συναγαγόντες) ἐπὶ τὰ δεῖπνα: ubi recte ἐπὶ praepoſitionem ignorat ms. *Ep.*

διὸ καί τις οὐ κακῶς ἔφη· Οὐ χρὴ συμποσίοιο φίλους ἀπέχεσθαι ἑταίρους &c. Cuius poëtae ſint iſti verſus, nec memini ego, nec ab alio adnotatum reperi. Uſus eſt eisdem Eraſmus in illuſtrando proverbio, *Multas amicitias ſilentium diremit.* In conſtituenda lectione adſenſus ſum CASAUBONO adnotanti: »Lego συμποσίοιο: nam συμποσίοισιν ἀπέχεσθαι excuſari non poteſt.« — Excuſavit quidem non modo, verum etiam defendit VILLE-

BRUNIUS: dativum *συμποσίοισι* ad *φίλους* referens, & vocabulum *φίλους* passive accipiens, quemadmodum in illa dictione *θεοῖσι φίλος*. Itaque *συμποσίοισι φίλον* interpretatur ille, *celui qui eſt bien reçu aux feſtins quelconques*. Optet eruditus lector. Tenent quidem dativum *συμποσίοισι* cum editis membranae *A*. Sed a neutra parte ſtat Epitoma, in qua totus hic locus praetermiſſus.

c *ἐπεί τις αὐτῷ τῶν παρόντων ἐξέτεινε, φᾶναι.* Hoc totum, de *Arceſilao*, deeſt h. l. Epitomae, ſed alieno loco infra inſertum. Vide notata ad p. 193. c. Scripturam *φᾶναι* cum circumflexo tenent editiones ſuperiores; neſcio an ms. *A*. Rectius vero *φάναι* fuerit: nam iſtud quidem ad verbum *φαίνω* referunt Grammatici, a *φημὶ* vero *φάναι* formari praecipiunt. *ἐξέτεινε* Dalecampius vertit *porrigenti quod comederet:* ſimiliter Villebrune, *lui tendit quelque choſe*. Quam in ſententiam, ut in brevi ſcholio dixi, *τι* ſaltem fuerat adiiciendum. At in eum ſenſum *προτείνειν* dicunt Graeci, non *ἐκτείνειν*: & omnino ſuſpecta illa ſcriptura eſt. Nec tamen certa medicina occurrit: nam, quod conjectaveram *ἐνέτεινε*, hac ſententia, *cum torvos & minaces oculos in iſtum hominem aliquis conjeciſſet*, id urgere non auſim. Ac fortaſſe, tenendo verbum *ἐξέτεινε*, intelligi poſſit *τὸν δάκτυλον, digitum in hominem extendit*, vel *intendit*. Sed novas turbas ciet *ms. Ep.* in quo ſic ſcribitur, *ἐπεί τις αὐτὸν τῶν παρόντων ἐξέτεινεν, ἔφη &c.*

Qui ſequitur verſus,

Εὖ *σοι γένοιτο· Τηλέφῳ δ', ἃ 'γὼ νοῶ.*

Euripidis eſt ex Telepho fabula. Eodem verſu uſus eſt Ariſtophanes in Acharn. 446. ubi quum aliter vulgo in Ariſtophaneis libris ſcriptus eſſet, totum ex Athenaeo reſinxit Brunck, quem vide. Iam apud Athenaeum in vetuſtioribus quidem editionibus mendoſe *Τηλέφῳ δ' ἀγωνιῶ* legebatur: ſed veram ſcripturam *ἃ 'γω νοῶ*, quam, ab Hoeſchelio monitus, tacite recepit Caſaubonus, firmant veteres noſtrae membranae *A*. & *ms. Epit.* eamdemque duo etiam alii codices Pariſini, teſte Villebrunio, tenent.

d *Ἰνὼ δὲ τἀπὶ θάτερ' ἐξειργάζετο.* » *Ino ab altera parte con-*
» *ficiebatur*. Videtur poëta locutus de Inus metamorphoſi,
» cum in marinam Deam Leucotheam ſive Matutam eſt
» mutata. « CASAUB. — Immo vero multo commodius Dalecampius verbum *ἐξειργάζετο* activa notione acceperat, ſic vertens: *Ino altera in parte diligenter effectum opus*

reddidit. Nempe hoc dixiſſe mihi videtur poëta, quisquis fuerit, cuius ille ſenarius eſt: *Athamas alterum filiorum interfecit, Ino alterum.* Vide Hygin. Fab. IV. & Apollodori Biblioth. III. 4, 3. p. 187 ſq. ed. Heyn. Feſtivum eſt videre, quo pacto ex Natalis Comitis latina verſione Graecum verſum corrigendum ſtatuerit doctiſſimus Villebrunius.

AD CAP. III.

τοῦτο δὲ ὀρθῶς ἀπεμάξατο ὁ Ξενοφῶν καὶ Πλάτων. Habes verbum ἀπομάττεσθαι eadem notione uſurpatum, de qua diximus ad I. 2. a. Animadverſ. T. I. pag. 31. ſcilicet *effingere, exprimere, imitari.*

καθάπερ ἐν διατριβῇ λέγων. Ἀριστοτέλης δ' ὲ, ἄλουτον καὶ κονιορτοῦ ἵκειν πλήρη τινὰ ἐπὶ τὸ συμπόσιον ἀπρεπὲς εἶναι, φησίν. Antea ſic edebatur, καθάπερ ἐν διατριβῇ λέγων Ἀριστοτέλης, ἄλουτον - - - ἐπὶ τὸ συμπόσιον φησίν. Ibi CASAUBONUS: »*Divinandum eſt*, ait auctor, *cum Epicuri convivium legas, quî fiat, ut repente aliquis poculum manu tenens quaeſtiones proponat, non ſecus ac ſolitus facere Ariſtoteles in ſchola inter diſcipulos.* Poſt vocem »Ἀριστοτέλης diſtinctio ponenda eſt: nam in ea voce abſolvitur ſententia. Sequenti periodo aliquid deeſſe, clarum nimis. Scribo ὅς γε ἄλουτον καὶ κονιορτοῦ ἵκειν πλήρη τινὰ ἐπὶ τὸ συμπόσιον, ἀπρεπὲς εἶναι φησίν. »Quaſi auctor dicat: *Qui quidem philoſophus adeo alienus fuit a moribus & ruſticitate Epicuri, ut contra, facere eum indecenter, pronuntiet, qui illotus & pulveris plenus ad convivium acceſſerit.* Athenaeus libro IV. [pag. 178. f.] Ἀπρεπὲς γὰρ ἦν, φησὶν Ἀριστοτέλης, ἵκειν εἰς τὸ συμπόσιον σὺν ἱδρῶτι πολλῷ καὶ κονιορτῷ.« Epitome hic rurſus nihil mederi poterat, in qua omiſſa iſta omnia. Sed priori incommodo, quo laborabat edita ſcriptura, multo commodiorem medicinam, quam quae a Caſaubono erat propoſita, obtulere noſtrae *membr. A.* poſt λέγων interpungentes orationem, & a vocabulo Ἀριστοτέλης ſequente δ' ὲ coniunctione novum orationis membrum inchoantes. At ſub finem huius eiusdem membri haud dubie verba nonnulla interciderant, quae ex altero auctoris noſtri loco, praeeunte Caſaubono ſupplevimus.

HOMERI *verſus*, Κίκλησκεν δὲ γερ. eſt ex Iliad. β'. 404. f

f Qui sequitur Hesiodi, ductus est ex Ἔργ. 341. *Ibid.* τοῦτο γὰρ ὡς ἀληθῶς ἀροτικῆς ἐστιν ἀναισθησίας συμπ. Ad scripturam prius editam, βρωτικῆς, monuit Casaubonus: »Legendum cum Hoeschelii Excerptis ἀροτικῆς, »non βρωτικῆς. *Hesiodeum*, inquit, *praeceptum*, quo iu»bet *ut vicinos potissimum invitemus* & mensae nostrae »honore dignemur, *convivia coëgerit stupidorum re vera* »*aratorum*; cui hominum generi versus suos Ascraeus »poëta canebat: ideo ait, ὡς ἀληθῶς. Proverbii speciem »habet ἀροτικὴ ἀναισθησία: nam rudes & ab omni cultu »alienos vocabant aratores aut messores vel fossores; ut »Strabo non semel, aliique scriptores.« — Etiam noster *ms. Ep.* ἀροτικῆς habet; sed, ne quid dissimulem, duobus punctis superne adpositis; qua nota significare consuevit noster librarius, suspectum sibi esse verbum, mendosumque videri. At satis commoda ista scriptura videtur: nisi forte ἀρωτικῆς per ω longum oportebat, quod paulo propius ad alteram scripturam βρωτικῆς accessurum erat. Poterat autem a verbo ἀρόω perinde & ἀροτικὸς & ἀρωτικὸς adiectivum nomen formari.

a De proverbio, Τηλοῦ φίλοι ναίοντες &c. videsis, quae disputavit Erasmus, Adag. pag. 43. *Ibid.* πῶς γὰρ οὐκ ἄλογον. Temere τοὺς pro οὐκ expressum est in ed. Cas. 2 & 3. Pro ἄλογον habet ἄτοπον *ms. Ep.* commode per se, sed inficete ob vocem τόπῳ continuo sequentem. Mox, pro πιεῖν, perperam ποιεῖν est in ms. *Ep.* Homericum versum, Τοῖς δ' ὁ γέρων &c. habes Iliad. ν'. 324.

b εἴδει δὲ διαφόροις ὁδοῖς ὡρμηκότας ἐπ' αὐτήν. ἤδη δὲ erat editum; quod sine animadversione praetermisit Casaub. Perspecte vero doctissimus Coray *in Notis msstis* monuit: »Lege εἴδει, *in specie*; ut opponatur τῷ καθόλου, »quod valet idem ac γενικῶς.« — Quam emendationem firmant nostri libri: nam *ms. A.* quidem ἴδει habet; *ms. Ep.* vero ipsum εἴδει. In ἐπ' αὐτὴν cum editis consentit *ms. A.* εἰς αὐτὴν habet *ms. Ep.* quod minus commodum.

p. 177 b ὧν ὁ μὲν Πλάτων - - - ἄλλον δ' ἀπ' ἄλλης προαιρέσεως σπουδάζοντας εἰσήγαγε· Ξενοφῶν δὲ καί τινας ἰδιώτας συνάνειμιξε. Cum vulgo sic legeretur, ἄλλων δ' ἀπ' ἄλλης προαιρέσεως ἑδόντων. οὔτε γὰρ κόλακα πρέπον ἐστὶν εἶναι, & reliqua quae nunc in nostra editione multo post (cap. 12. pag. 223. nostrae edit.) sequuntur: ista primum legens, & adeo male cohaerere

animadvertens, ſtatim in ora exempli mei notabam, la- b
cunae ſignum poſt verbum προαιρέσεως fuiſſe ponendum: deeſſe enim cum alia, tum ea quae *de Xenophonte* hoc loco haud dubie inſeruiſſet Athenaeus, quae ab his verbis ὁ δὲ Ξενοφῶν incipere debuiſſent. Dein, poſtquam Caſauboni inſpexi Animadverſiones, liquido cognovi veriſſimum eſſe id quod ſtatuit doctus hic Athenaei interpres, deeſſe hoc loco, & reiicienda huc eſſe ea omnia, quae ſub finem Libri Quarti inde a pag. 177. *a.* usque ad p. 182. *b.* alieno loco fuiſſent inſerta. Sed quo pacto connecti deberent abrupta disputationis fila, quo fieret, ut eodem tenore, quo olim in ipſo Athenaei opere, decurreret oratio, haud aeque quidem in promtu erat: at non diu latere poterat eum, qui tribus illis locis, quibus ex foliorum nonnullorum transpoſitione turbata oratio erat, (primum hoc loco, ubi manifeſta erat lacuna; tum lib. IV. pag. 177. *a.* ubi non minus manifeſte inſerta erat aliena disputatio; denique IV. 182. b. ubi deſinebat illa disputatio alieno loco inſerta, & pergebat oratio quae p. 177. *a.* abrupta fuerat) extrema quaeque verba in quibus abrupta erat oratio, & prima verba a quibus incipiebat oratio male cum ſuperiori cohaerens, diligentius conſideraſſet. Qua in opera cum perfunctorie verſatus eſſet Caſaubonus, univerſe quidem, quid commiſſum fuiſſet, perſpecte ille viderat; ſed quo pacto tribus, quae dixi, locis connectenda eſſet oratio, liquido perſpicere, & omnino certa ſatis conſtantique ratione eluctari turbas illas difficultatesque non potuit, quas creaverat iſta foliorum nonnullorum de ſua ſede in alienam translatio. CASAUBONI ad hunc ipſum locum *Animadverſio* haec eſt: »ἄλλον δ' ἀπ' ἄλλης προαιρέσεως ἑδόντων. Hic erat locus »nigro theta. Nam corruptam eſſe vocem ἑδόντων non »dubium. Lego, ἄλλον δ' ἀπ' ἄλλης προαιρέσεως. δεδό»τως. Caeterum, deeſſe aliquid, arguunt praecedentia. »Illam enim periodum, quae incipit ὧν ὁ μὲν Πλάτων, ſequi »debebat omnino membrum ita inchoatum, ὁ δὲ Ξενοφῶν. »Notemus ergo vitium & labem exemplarium etiam an»tiquiſſimorum. Deſiderantur aliquot ſaltem verſus, qui»bus exponebatur quales induxerit in ſuum Sympoſium »convivas Xenophon. Atque huc pertinent illa verba »initio fugitivae partis, ὁ δὲ Ξενοφῶν καί τινας ἰδιώτας »συνανέμιξε: ubi repetendum ex ſuperioribus, τοῖς σπου-

b »δάζουσι. *Xenophon ſeriò tractantibus nonnullos immiſcuit* »*idiotas.* Appellat *idiotas*, Philippum τὸν γελωτοποιὸν, & »illum comiſſatorem Syracuſanum qui advenit cum ti»bicina & ſaltatrice.« — Haec igitur ad hunc locum in Animadverſſ. ad lib. V. monuit Caſaubonus. IDEM vero ſtatuit, proxime ante illa verba de *Xenophonte*, poſt ea quae de *Platone* agunt, inſerenda etiam iſta: Αἰσχύλος γοῦν κατὰ μέτρα σπουδάζοντας εἰσήγαγε. Audiamus ipſum, cum de verbis iſtis hoc loco inſerendis, tum univerſe *de Sede legitima fugitivae partis* (ut ait) disputantem in Animadverſionibus in librum IV. c. 26. (ad p. 177. a.) »Etſi »certi ſumus, inquit, invaſiſſe alienas ſedes *disputationem* »*de Homericis Conviviis*, quae *ſub libri quarti finem* legitur: »unde tamen profecta eo pedem retulerit, & quo reiici »domum debeat, dubitari non ſine ratione poteſt. Oc»currunt ſiquidem duo in hoc opere loci, ubi locari haec »diſſertatio quam commodiſſime poſſe videatur. Nam & »*libro primo* convivandi ratio heroum Homericorum pro»lixe (quod ex Epitoma intelligi facile poteſt) fuerat ex»poſita: & *libri quinti* bona pars eſt de Conviviis ab Ho»mero deſcriptis. Inclinat tamen eo ſententia, quod tu»tius putem ad *quintum librum* iſta referre, quam ad *pri»mum.* Non leve, ſi quid iudico, eius rei argumentum »eſt, ipſa locorum vicinia. Eſt enim multo probabilius, »ex ſequentis libri principio aliquot paginas in iſtius fi»nem eſſe caſu quodam translatas ab imperitis & aliud »agentibus exſcriptoribus, vel bibliopegis, quam ex ullo »alio, nedum primo. Sed multo clarius hoc ipſum patebit, »ſi *fugitivam* hanc *partem* cum disputationibus primi quin»tique libri attente conferis. Reperies, non ſolum ſimi»lia, ſed omnino eadem eſſe iſta cum iis quae *libro quinto* »differuntur. Quare eo reiiciamus cenſeo, quae nullum »dubium eſt inde eſſe abſciſſa & avulſa. Porro, ubi po»tiſſimum notari hiatus debeat in libro ſequente, non»dum pro ſatis comperto habemus. Quamquam ne illud »quidem nimis erit obſcurum ſtudioſe iſta cum illis con»tendentibus. Verum ſtatuat ſuper hoc quisque ut erit »libitum. Nos quod inſtat agamus. Prima verba ſunt haec, »Αἰσχύλος γοῦν κατὰ μέτρα σπουδάζοντας εἰσήγαγε. Quo? »& quos? merito duo iſta hîc quaeras. Nihil enim in prae»cedentibus habemus, unde poſſit intelligi, *quos* vocet »σπουδάζοντας, & *quo* εἰσήγαγεν illos de quibus loqui-

» tur. Ex sequentibus mens clara auctoris: etsi haeremus » in verbis. Nam illud, κατὰ μέτρα, iunxerunt interpre- » tes cum proximo verbo σπουδάζοντας, hoc sensu: *Ae-* » *schylum in convivium*, quod descripserat in una aliqua » suarum tragoediarum, *introduxisse convivas metrorum stu-* » *diosos.* Mihi ista sententia frigidiuscula videtur, ut est » re vera: deinde περὶ μέτρα dicendum fuerat, non κατά. » Quare aliter accipiendum sine dubio. σπουδάζοντας ap- » pellat, viros σπουδῆς μεστοὺς, ut loquitur Xenophon » initio Symposii. Vide libri quinti caput secundum. In » *Huraldino exemplari*, quod non minus hoc loco pagina- » rum aliquot depravatione [*immo*, transpositione] cor- » ruptum est, quam omnia Italica, mirificam vocem of- » fendimus, καταμεταστουδάζοντας. Non potest » id vocabulum ferri. Olim fortasse fuit καταστουδάζον- » τας, id est, *de rebus seriis serio agentes.* Sic libro sexto » [pag. 261. c.] κατεστουδασμένος ἀνὴρ, *homo navus.* » Verte autem: *Aeschylus in suis poëmatis convivas inducit* » *de seriis tractantes.* Hoc vult Athenaeus: Convivium *Ae-* » *schylo* descriptum, virorum gravium fuisse; *Xenophon-* » *teum*, mistum ex gravibus & plebeiis; *Homerum* plura » descripsisse, ex diversis generibus hominum, & diver- » sorum morum. « — Quod si istam scripturam καταμε- ταστουδάζοντας, quam in codice Huraldino reperit, quam eamdem alii etiam Parisienses codices (teste Villebrunio in Gallica versione, Tomo II. pag. 198.) tenent: illam igitur scripturam si contulisset Casaubonus cum eo loco ubi desinit aliena pars disputationis, (pag. 182. c.) plane visurus erat id quod in Animadv. nostris ad lib. IV. (Animadv. Tom. II. pag. 664 sq.) demonstravimus, nempe primum ex illis foliis, quae ex quinto libro in quartum temere olim transposita fuere, initium cepisse a verbis σπουδάζοντας εἰσήγαγε: ista autem quae p. 177. *b.* vulgo praecedunt, Αἰσχύλος γοῦν κατα μετα, cohaerere cum illis κατὰ μεταφορὰν ἐν Ἰξίωνι φησὶ, quae p. 182. *b.* vel *c.* vulgo leguntur, ubi quidem mendose Ἰξίων pro ἐν Ἰξίωνι editum erat. Simulque, quum hoc loco, in quo nunc versamur, (lib. V. pag. 187. *b. c.*) vulgo sic legeretur, ἄλλον δ' ἀπ' ἄλλης προαιρέσεως ἑδόντων. οὔτε γὰρ κόλακα &c. planum fiebat, vocem ἑδόντων non ad superiora verba pertinere, sed interruptum esse sermonem in ipso vocabulo προαιρέσεως, ut, priusquam in-

b vectae istae turbae essent, sic cohaeserit oratio, ἄλλον δ' ἀπ' ἀλλης προαιρέσεως σπουδάζοντας εἰσήγαγε. Vox ἑδόντων vero, quae post προαιρέσεως vulgo proxime legebatur, non, ut Casaubonus statuit, ex δεόντως corrupta erat. Sed, quandoquidem extrema verba, in quae desinebant folia olim transposita, haec fuerant quae vulgo p. 182. *b.* legebantur, (vide in nostra edit. lib. V. p. 223.) Τηλέμαχε, ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων: intelligi debuit, ex ὀδόντων corruptum ἑδόντων esse. Quod autem eadem vox duobus locis vulgo legebatur, id eâdem de caussa factum erat, qua & κατα μετα bis positum vidimus: nempe, priusquam invecta esset illa confusio, priore loco *custos* fuerat *extremae paginae*, posteriori loco erat ipsum *initium paginae sequentis*: deinde vero, cum in codice eo, qui transpositione foliorum primus turbatus est, non conveniret custos paginae exeuntis cum initio paginae sequentis, librarius qui de illo codice alium descripsit, ratus per errorem omissam esse primam vocem paginae, supplendam illam ex custode paginae praecedentis putavit. Qua de re licet iam supra ad Quartum librum (T. II. Animadversionum nostrarum, pag. 664 sq.) copiose dixerim; tamen hîc ea, quae huc facere videbantur, repetenda & quam planissime possem explicanda putavi, ne quis dubitandi locus supereset.

Πολλῷ τοίνυν κάλλιον Ὅμηρος ἐποίησε, καὶ διάφορα παρατιθέμενος συμπόσια. »*Melius*, ait Athenaeus, *Poëta* διά»φορα *fecit*, καὶ παρατιθέμενος συμπόσια. Et, ut sententiae »melius sit, & ut ne vacet τὸ καὶ, scribo πολλὰ καὶ »διάφορα παρατ. συμ.« Casaub. — At voce ista adiecta non indiget oratio: nec vacat καὶ particula. Dixerat paulo ante Athenaeus, *Homerum in uno eodemque convivio congregatos inducere homines diversae aetatis diversorumque studiorum*: nunc ait, eo *commodius* etiam *feciſſe* eumdem poëtam, quod *diversa etiam convivia* (καὶ διάφορα συμπόσια) *exposuerit*.

πάλιν γὰρ ἐξ ἀντιπαραβολῆς ὁρᾶται μᾶλλον. »Cur »ita *melius* fecerit Homerus, caussam adiicit Athenaeus, »πάλιν γὰρ - - μᾶλλον. Quid hic facit τὸ πάλιν? nem»pe hoc quod Veneri donatae a virgine puppae. Truda»tur ergo vox inanis; & eius loco scribatur, τὸ κα»λὸν γὰρ ἐξ ἀντιπ. *Recte*, ait, *fecit Homerus, qui plura* »*& diversa convivia descripsit: nam, quod honestum est ac de-*

» *cet, rectius intelligitur ex comparatione plurium quae ſint di-* b
» *verſa.* « CASAUB. — Deſiderare utique poteras, ut diſertius declararetur *quid eſſet* quod *ex oppoſitione magis perſpici* dicat Deipnoſophiſta. Nec tamen idcirco adiecto nomine τὸ καλὸν videtur eſſe opus, quod fortaſſe ne ſatis quidem commodum fuerit. Immo vero intelligendum ex ſuperioribus videtur, *perſpici magis, quales homines adhiberi ad convivium debeant.* Nec vero ita aliena, ut Caſaubono viſum erat, ab hoc loco fuerit πάλιν particula; quae & ipſa ad id quod ante dictum eſt refertur. Nempe hoc dicit Auctor: Sicut ex *unius* cuiusdam *Homerici convivii* deſcriptione (in quo unà ſunt Neſtor, Aiax, Ulyſſes, aliique, omnes virtutis ſtudioſi, ſed alius aliâ viâ rationeque) intelligitur quales eſſe debeant convivae; ſic, cum *diverſa convivia* idem poëta deſcripſerit, *rurſus eadem res ex ipſa oppoſitione magis etiam perſpicitur.*

ἐπὶ στρατιᾶς vertì poſſit, *apud exercitum.* ἐπὶ στρατείας fuerit, *in militia, in caſtris.* Quae nomina ſicut frequenter a librariis perperam permutantur: ſic interdum perinde eſt, utrum ponatur. Quod dein ait πολιτικώτερον, de illius vocabuli uſu conferri poterit Lexicon noſtrum Polybianum, in voce Πολιτικὸς, num. 3. & in Πολιτικῶς, num. 1.

» τὰ δημοθοινίαν ἔχοντα, & τὰ οἰκείων σύνοδον, oppo- c
» nuntur, ut *feſta publica* totius civitatis ſolemnitate cele-
» brata, & *quae privatim* quisque *cum amicis & neceſſariis*
» agitat. Quis neſcit quid appellent Graeci δημοτελεῖς
» ἑορτάς? Tamen viri docti inter δῆμον & ὄχλον neſci-
» verunt facere discrimen. « CASAUB. — Nempe δημοθοινίαν ἔχοντα reddiderat Dalec. *quae incondita populi turba celebrantur.*

AD CAP. IV.

Ἐδίδαξε δ' Ὅμηρος καὶ οὓς οὐ δεῖ καλεῖν &c. Quae ad c
verba nonnulla huius Capitis monenda habemus, ea deinde adiiciemus, poſtquam quae de *Argumento*, quod hîc tractatur, a CASAUBONO diſputata ſunt, adpoſuerimus.
» Sequitur, inquit, *diſputatio veterum Criticorum ſuper Ho-*
» *meri loco ex Iliadis* ῥαψ. β'. [vs. 408 ſq.] Sapientiſſimus
» poëta inducit *Menelaum ad fratris convivium venientem in-*
» *vocatum*, pro iure neceſſitudinis quae eſt inter fratres:

c » Αὐτόματος δέ οἱ ἦλθε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος.
» Subiicitur in noſtris libris hodie hic verſus,
» ἤδεε γὰρ κατὰ θυμὸν ἀδελφεὸν ὡς ἐπονεῖτο.
» Negat philologus, τοῦ ποιητοῦ eſſe iſtum verſum: ſed
» παρεμβεβλημένον [contendit eſſe] & ſubditititium. Quan-
» tum ex Athenaeo colligitur, eius appendicis auctor *Ari-*
» *ſtarchus*, aut certe propugnator. [confr. infra, lit. e.]
» Adverſus hunc igitur haec disputatio inſtituta eſt. Ait,
» ἤδεε γὰρ κατὰ θυμὸν ἀδελφεὸν ὡς ἐπονεῖτο. Anceps eſt
» verſiculi huius interpretatio. Si τὸ κατὰ θυμὸν iungas
» cum ἐπονεῖτο, erit ſenſus quem probavit Dalecampius:
» *norat quod frater cruciabatur animo.* Euſtathius [ad Iliad.
» β'. pag. 187.] iungit cum ἤδεε, & interpretatur, *norat*
» *animo, quod frater* ἐπονεῖτο, ἤγουν ἐνήργει περὶ θυσίαν,
» *parabat ſacra & convivium.* Ait ὥσπερ δέον εἰπεῖν: Eu-
» ſtathius & Epitome, δέον ὄν. Haec omnia ex perſona
d » Ariſtarchi dicuntur. Itaque τὸ φησὶν in ſequentibus, πό-
» τερον γὰρ φησὶν ὡς οὐκ ἤδει τὸν ἀδελφὸν ἑστιῶντα;
» mutandum videtur in φαίη vel φήσειεν. Loquitur enim
» ipſe Ariſtarchus, aitque: *Utrum dicet aliquis, neſciſſe Me-*
» *nelaum fratrem convivium celebrare?* Hinc colligit Ariſtar-
» chus, probabilem eſſe verſus de quo quaeritur ſenten-
» tiam. Addit: καὶ πῶς οὐ γελοῖον, ὁπότε περιφανὴς ἦν
» βουθυσία, καὶ πᾶσι γνώριμος; Prior Ariſtarchi ratio ad
» probandum, quod veriſimile ſit, Menelaum reſciviſſe de
» convivio quod ab Agamemnone agitabatur: *Ridiculum*
» *eſt*, inquit, *putare, ignoraſſe Menelaum rem omnibus vulgo*
» *notam; erat enim ſacrificium ſplendidiſſimum, & in eam rem*
» *multae magnaeque victimae mactatae.* Sequitur altera ratio:
» πῶς δ' ἂν ἦλθεν, εἰ μὴ ἤδει; *Quomodo*, inquit, *ad con-*
» *vivium* Agamemnonis *veniſſet* Menelaus, *ſi eum convivari*
» *neſciſſet?* Ad viſendum aegrum nemo ſe accingit, niſi
» qui ſciat aegrotare: neque coenaturus quisquam ad alium
» venit, quin ſciat illum coenare. Quare, cum ad fratrem
» acceſſerit Menelaus ut eius convivio intereſſet, igno-
» rari ab eo non potuit, fratrem convivium celebrare.
» Quantum ſit roboris in hoc argumento, alii viderint:
» mens quidem *Ariſtarchi* haec. Hinc diſce, τὸ ἐπονεῖτο
» cum Euſtathio exponendum eſſe neceſſario: nam altera
» interpretatio ne veniſſe quidem videtur unquam Ari-
» ſtarcho in mentem. Subiicitur: ἢ νὴ Δία περισπώμενον
» φησὶν αὐτὸν εἰδὼς, συνεγνωμόνει τῷ (malim τὸ) μὴ κε-

»κληκέναι, καὶ συμπεριφερόμενος ἦλθεν αὐτόματος; *An*, d »*obsecro, hoc dicet? Menelaum, qui sciret fratrem curis variis* »*distrahi, veniam ei quod se non vocasset dedisse; &, ut con-* »*vivio illius interesset, venisse invocatum.* Haec quoque lo- »quitur auctor sub *Aristarchi* persona. Proponitur his ver- »bis eorum sententia, qui dicebant Agamemnonem fra- »tris esse oblitum: sed illum, nihil offensum fratris ob- »livione, venisse αὐτόματον. Horum sententiam postea »confutat Aristarchus, ubi subiicit, Ἀλλὰ γελοῖον ἦν ἐπι- »λαθέσθαι τὸν Ἀγαμέμνονα τοῦ ἀδελφοῦ &c. « — Haec CASAUBONUS de capite cauſſae, quae hoc loco tractata eſt. Cui ego, quod iſtis verbis, ἢ νὴ Δία περισπώμενον φησὶν &c. contineri *aliorum ſententiam*, ait, *ab Ariſtarcho propoſitam, & deinde ab eodem refutatam*, adeo non potui adſentiri, ut e contrario, eisdem illis verbis ipſius *Ariſtarchi* ſententiam contineri, habuerim perſuaſum; quam ſententiam proximis deinde verbis Athenaeus refutare mihi viſus eſt. In quo fieri poteſt, ut falſus ſim: ſed iudicet eruditus lector, cui hae Grammaticorum velitationes tanti videbuntur.

Ad verba quod ſpectat: ſub initium huius Capitis, poſt c iſta ἀλλ' αὐτομάτους ἰέναι, vocem πρεπόντως, quam & edd. & ms. *Ep.* ignorabant, adieci auctoritate *membranarum A.* Paulo poſt vero, ubi ex eodem ms. *A.* ἄγοι editum erat, praetuli ἄγει, quod dedit ms. *Ep.* cui ſuffragatur Euſtath. ad Il. β'. pag. 187, 14. Dein praeeunte eodem ms. *Ep.* ὥσπερ δέον ὂν εἰπεῖν αἰτίαν ſcripſi: ubi nonnihil etiam ſignificantius ὥσπερ δέον ὂν καὶ αἰτίαν εἰπεῖν Euſtathius habet. Rurſus paulo inferius, ubi Ca- d ſaubonus, pro Πότερον γὰρ φησὶν, Πότερον γὰρ φαίη vel φήσειεν maluerat, nihil mutandum cenſui. φησὶν ad Ariſtarchum referendum putavi: ad πότερον γὰρ vero haud incommode ſubintelligi poſſe mihi viſa erant verba ea, quae in latina verſione adieci. Deinde περιφανὴς ἦν ἡ βουθυσία recte dedit ms. *A.* cum ἡ articulus deeſſet editis. (In *Epit.* plura ibi deſunt.)

καὶ συμπεριφερόμενος ἦλθεν αὐτόματος. »Obſervandum »eſt verbum elegantiſſimum συμπεριφέρεσθαι: in quo ex- »ponendo utrum diligentior an infelicior fuerit Dalecam- »pius, incertum habeo. Ita ille, *& cum huc illuc obam-* »*bularet unà cum caeteris eo perveniſſe.* Non obſervaverat »vir doctus, hoc verbum, quod proprie de corpore di-

d » citur, solitum transferri ad animum. Itaque *συμπεριφέ-* » *ρεσθαι* dicitur qui *accommodat se alienae voluntati.* Aeschi- » nes, De Mentita Legatione: [pag. 327. ed. Reisk.] *τοῖς* » *γὰρ καιροῖς συμπεριφέρεσθαι ἀνάγκη πρὸς τὸ κράτιστον,* » *καὶ τὸν ἄνδρα, καὶ τὴν πόλιν.* Athenaeus libro XIV. » [pag. 624. c. d.] *Ἰώνων δὲ τὸ πολὺ πλῆθος ἠλλοίωται,* » *διὰ τὸ συμπεριφέρεσθαι τοῖς ἀεὶ δυναστεύουσιν αὐτοῖς τῶν* » *βαρβάρων.* Hoc sensu saepe legas *συμπεριφέρεσθαι* & *συμ-* » *περιφορὰν* apud Clementem Alexandrinum, Epiphanium, » Diogenem Laërtium in Zenone Stoicorum principe. » [Laërt. VII. 108.] Ex quo lucem facias licet Photio, » scribenti in Excerptis ex Isidori vita: *οὔτε τετυφωμένος* » *ἦν ὁ Ἰσίδωρος, οὔτε δυσόμιλος, οὐδ' ἠγνόει τὴν στωϊκὴν συμ-* » *περιφοράν.* Eusebius: *Τοῖς Κυκλικοῖς συμπεριφερόμενοι οἱ* » *Ἕλληνες, ἐξενίκησαν τὴν ἀλήθειαν. Graeci poëtis Epici cy-* » *cli assensum commodantes, veritatem oppresserunt.* Septua- » ginta interdum hoc verbo elegantissime usi. - - - S. Pau- » lus Apostolus hoc sensu usurpavit verbum *συναπά-* » *γεσθαι*, scribens ad Romanos, [cap. 12. vs. 15.] *Μὴ* » *τὰ ὑψηλὰ φρονοῦντες, ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμε-* » *νοι.* Hoc est, inquit B. Chrysostomus, *εἰς τὴν ἐκείνων* » *εὐτέλειαν κατάβηθι, συμπεριφέρου, συνταπεινοῦ.* Obser- » vavimus autem, peculiariter *de conviviis* usurpari voces » *συμπεριφορὰ* & *συμπεριφέρεσθαι.* Appellant autem *συμ-* » *περιφορὰν*, *accessionem ad convivium*, *quando aliquis voca-* » *tur.* Contrarium est *τὸ μὴ ὑπακούειν*, ut lib. VI. [pag. » 247. d.] *Μένανδρος ἐν τῇ Ὀργῇ περὶ φίλου λέγων οὐχ* » *ὑπακούοντος γάμων δεῖπνῳ*: item *τὸ παραιτεῖσθαι*, cum » rogatus ad coenam aliquis excusatione utitur. Plutar- » chus in Praeceptis Sanitatis: *Ἡ παραίτησις, ἂν τὸ ἐπι-* » *δέξιον καὶ τὸ ἀστεῖον ἔχῃ, οὐχ ἧττον ἔσται κεχαρισμέ-* » *νη τῆς συμπεριφορᾶς.* Idem, Problematum libro V. *καὶ* » *τὰ συμπόσια θορυβώδεις εἶχε τὰς συμπεριφορὰς, καὶ τὰς* » *διαλύσεις ταχείας.* Sed & simpliciter accipiebant pro » *ἑστίασις*: ut in eodem libro, *Θεῖος δέ που καὶ ὁ τῶν* » *φίλων χορὸς εὐγνωμόνως διανεμόμενος ἐν ταῖς συμπεριφο-* » *ραῖς.* Et *συμπεριφέρεσθαι*, simpliciter, pro *interesse con-* » *vivio*; initio libri istius, [Athen. IV. 128. a.] *συνθήκας* » *εἶχε, δηλοῦν εἴ τινι συμπεριενεχθείη δεῖπνῳ πολυτελεῖ*: » ubi recte Dalecampius, *si quando sumtuosae coenae interes-* » *set*: at paulo post, [IV. 142. a.] ubi de Laconicis coe- » nis agitur, *ὅτε δὲ καὶ παραγένοιντο, μικρὰ συμπεριενεχ-*

»θεῖσι νόμου χάριν παρεσκευάζετο«, turbavit interpretes d »ista vox. Sic usurpat etiam alibi Deipnosophista: neque »aliter hîc erat capiendum. « CASAUBONUS. — Hoc quidem loco commodissime priori ista notione, *adcommodans se ei*, accipiendum verbum συμπεριφερόμενος videtur: cuius usus plura exempla, praeter ea quae sunt a Casaubono prolata, dabit Index noster Epictetеus, voc. Συμπεριφορὰ, & Συμπεριφέρεσθαι, itemque Lexicon Polybianum voc. Συμπεριφορὰ, num. 1.

ὥσπερ ὁ φήσας ἄκλητον ἥκειν, ἵνα μὴ πρωΐας ὑποβλέπωσιν ἀλλήλους &c. »Malim ὥσπερεὶ φήσας. *Quasi di-* »*ceret, se venisse* [immo eum *venisse*] *invocatum, ne, ubi* »*mane advenisset, limis oculis se invicem respicerent, dum al-* »*terum puderet, alter quereretur.* ὑποβλέπειν Terentius, *limis* »*aspectare.* Affine apud Suetonium in Iulio, *vultu minus* »*familiari respicere.*« CASAUB.

Ἀθηνοκλῆς ὁ Κυζικηνὸς &c. »ATHENOCLIS sententia de e »Homerico loco, qui in quaestione hîc versatur, non »alia, opinor, erat, quam quae initio in medium allata »est ab Athenaeo: quare satis illi fuit, paucis eius sum- »mam nobis exponere. Sed, praeter auctoris βραχυλο- »γίαν, accessit a librario obscuritatis alia caussa. Non »enim diffiteor, subobscura mihi esse haec, εὐπαιδευτό- »τερον ἡμῖν φησι τὸν Ὅμηρον καταλιπεῖν, ὡς τῆς ἀνάγκης »ὁ Μενέλαος οἰκειότερος ἔχειν. Scribo εἶχεν: & ita »interpretor, sapientissimum poëtam *reliquisse hoc nobis* »*intelligendum, Menelaum arctius iunctum Agamemnoni fuisse,* »*quam ut esset necesse ipsum vocari.* ἀνάγκη, quam intelli- »git, est necessitas τοῦ περιμένειν τὸν καλοῦντα, ut mox »loquitur. Alii accipiunt pro *necessitudine;* quae quidem »potior fuit inter fratres, quam inter amicos. Nam ἀνάγ- »κην ita accipiunt Graeci: ut Chrysostomus in Epistolam »ad Romanos, ἡ συγγένεια φύσεώς ἐστι καὶ ἀνάγκης.« CASAUBONUS. — Gravissimam difficultatem, qua premebatur hic locus, levarunt nostrae *membr. A.* in quibus est φησὶ τοῦτον (non τὸν) Ὅμηρον καταλιπεῖν, id est: *ait Homerum praetermisisse hunc*, nempe *Menelaum*: ubi facile intelligitur, hoc dici, *praetermissum esse a Poëta Menelaum in eorum numero, quos nominatim ad convivium vocatos ait ab Agamemnone.* Vocabulum vero ἀνάγκη haud dubie hîc rectius ea notione accipitur, quae posteriori loco a Casaubono exposita est, quam quae priori. Infinitivus

ἔχειν ferri utique nullo pacto poterat: nec vero in εἶχεν, sed in ἔχων (nominativum participii absolute positum, qui ad ὁ Μενέλεως referretur) fuit mutandus: quae loquendi forma, optime Graeca quidem, sed paulo insolentior, cum parum familiaris esset librario, temere ab eo adulterata est. Nullum hoc loco praesidium praestare Epitoma potuit, in qua haec omnia inde ab illis verbis πιθανῆς τῆς αἰτίας (initio lit. d.) praetermissa sunt.

Δημήτριος δ' ὁ Φαληρεὺς, ἐπαρίστερον τὴν τοῦ στίχου παράληψιν ἐπειπὼν, καὶ τῆς ποιήσεως ἀλλότριον, τοῦ,
f ἤδεε γὰρ κατὰ θυμὸν ἀδελφεὸν ὡς ἐπονεῖτο·
μικρολογίαν ἐμβάλλει τοῖς ἤθεσιν. »Etiam haec verba, »quibus explicatur *Demetrii Phalerei* sententia, facessunt »mihi negotium: non factura, si adiectis duabus voculis »καὶ ὅτι scribas, καὶ ὅτι μικρολογίαν ἐμβάλλει τοῖς ἤθε»σιν. Iam omnia plana.« CASAUBONUS. — Scilicet in eam sententiam locum hunc interpretatus erat Dalecampius: *Demetrius Phalereus versus illius additamentum sinistrum esse & ineptum censet, ab Homerique poësi alienum, ut qui* [nempe, *qui versus*] *restrictum & humilem fuisse Heroum animum arguat.* In eam dein igitur sententiam Casaubonus, ad verbum ἐμβάλλει nominativum τὸ ἔπος intelligens, consecutionem connexionemque sermonis talem conceperat: Δημήτριος, ἐπαρίστερον τὴν τοῦ στίχου παράληψιν ἐπειπὼν, - - - καὶ (scilicet εἰπὼν) ὅτι μικρολογίαν ἐμβάλλει τοῖς ἤθεσιν, φησίν· Οἶμαι γὰρ &c. At nihil magnopere prohibere videtur, quo minus ex librorum praescripto ad verbum ἐμβάλλει nominativum Δημήτριος referamus. Sic quidem cum editis & vetustae nostrae *membr. A.* iubent, nec aliter Athenaei verba ex sui libri praescripto acceperat Epitomator, qui, omissis mediis verbis, sic habet: Καὶ Δημήτριος δὲ (ac fortasse illa particula Καὶ ante Δημήτριος restituenda Athenaeo fuerit, percommode ibi posita) ὁ Φαληρεὺς ἐπαρίστερον τὴν τοῦ στίχου παράληψιν ἐπειπὼν, μικρολογίαν ἐμβάλλει τοῖς ἤθεσιν. Οἶμαι γὰρ φησὶν ἕκαστον &c. Ubi intelligi videtur τοῖς ἤθεσι τοῦ παρειλημφότος vel τῶν παρειλημφότων τοῦτον τὸν στίχον: *Demetrius Phalereus eos, qui illum versum adiecerunt vel adiectum probant, arguit esse homines illiberalis ingenii, & pusilli ac contracti animi.* Et in hanc quidem sententiam utique ἐγκαλεῖ pro ἐμβάλλει malles: sed poterit intelligi αἰτίαν μικρολογίας ἐμβάλλει; parique ra-

tione in ista dictione verbum ἐμβάλλειν usurpare licuerit f
Graecis, atque latine dicimus *culpam alicui impingere*, *dicam impingere*, itemque *maledicta vel dicteria in aliquem coniicere.* Verbum ἐπειπεῖν non modo *post dicere* significat, vel *ante dictis adiicere*; sed omnino *insuper dicere*, *praeterea dicere*: adeoque perinde & de his quae *ante*, & quae *post* dicuntur, usurpari potest. Potest etiam (quod de simillimo verbo ἐπιλέγειν in Indice Graecitatis Epicteteae notavimus) ex alia vi praepositionis ἐπὶ significare, *dicere super* vel *de re* ea, quae in quaestione versatur. Denique, ad verba huius loci quod spectat, illud notandum superest, quod in vetustis membranis post ista, καὶ τῆς ποιήσεως ἀλλότριον, non τοῦ, sed τὸν legatur; mendose id quidem, temere casum articuli casui nominis proxime praecedentis similem faciente librario. Recte vero ibi τοῦ, nempe στίχου, correxit primus Editor.

AD CAP. V.

Πλάτων δ' ἐν τῷ Συμποσίῳ &c. Vide PLATONIS *Convi-* a
vium, haud procul initio, Tom. X. p. 168 sq. ed. Bip. *Ibid.* Ἵνα καὶ τὴν παροιμίαν φησὶ διαφθείρωμεν. Proverbium dicit, quod sic vulgo efferebatur, Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ δειλῶν ἐπὶ δαῖτας ἵασι. *Ibid.* μαλθακὸν αἰχμητὴν, ut editum est apud Platonem, sic dedere h. l. nostri mssti *A.* & *Ep.* pro μαλακὸν, quod apud Athenaeum edebatur. Paulo inferius vero formam μαλθακὸν etiam editiones omnes Athenaei tenuerant.

Βακχυλίδης δὲ &c. Cum sic esset editum, Βακχυλίδης b
δὲ περὶ τοῦ Κήϋκος οἴκου φησίν: nihil nos adiuvit ms. *Ep.* in quo desunt haec de Bacchylide: sed *codex A.* huiusmodi dabat scripturam, Βακχυλίδης δὲ περὶ τοῦ Κήϋκος λέγων, ὡς ἦλθεν ἐπὶ τὸν τοῦ Κήϋκος οἶκον, φησίν. Ubi satis patebat, priori loco pro Κήϋκος oportuisse Ἡρακλέους: simulque, quid posterioribus librariis fraudi fuerit, ut verba nonnulla temere omitterent, adparebat. De re vide Apollodori Biblioth. lib. II. c. 7. sect. 6 sq. ubi breviter quidem, quod hic spectat, tangitur. Adde Zenobii Proverb. Cent. II. 19. ubi pro Κήτους legendum Κήϋκος perspecte IACOBS monuit in Animadv. ad Anthol. Vol. I. Part. 1. pag. 287. Denique conf. Scholion ad Pla-

b tonis Convivium, in Siebenkeesii Anecdotis Graecis, p. 49. & paulo emendatius editum in Scholiis in Platonem a Ruhnkenio collectis, p. 43.

In BACCHYLIDIS *primo versiculo*, λαίνον (sic) in ed. Ven. scribitur; λαΐνον in ed. Bas. & Cas. (quae scriptura & in nostrum exemplum irrepsit.) Neutrum recte: rectius λάϊνον edidit H. Steph. in Lyricorum Fragmentis pag. 184. & Brunck in Analectis, T. I. pag. 151. Nisi forte λαΐνεον scripserat poëta: quod viderint ii, qui Lyricorum carminum numeros in numerato habent.

Vers. 2. ἔφασκ' tenui, a Stephano & Brunckio sic editum. In ἔφασ' quidem, quod est apud Athenaeum, nil mutant nostrae membranae. *Vers.* 3. δαῖτας εὐόχθους. »Recte εὐόχθους. Nec tollendum τὸ θ. etsi est ab ὀχή, *ali-*»*mentum.* Errant enim tota via, qui [quod fecit Dalec.] »vertunt δαῖτας εὐόχθους, *epulas accessu faciles.* Etiam »apud Hesiodum [Ἔργ. 475.] εὐοχθέων exposuerunt eru»ditiores veterum criticorum, *bene instructus cibis*; cuius »vocis eadem est ratio: euphoniae gratia litera θ est in»serta.« CASAUB. — Conf. Hesychium in Εὐοχθεῖν, & Etymol. M. in Εὐοχθέων.

Οὐ δεόντως γοῦν Πλάτων τὸν Μενέλαον &c. Quamquam paulo ante (lit. a.) in scriptura Μενέλαον nil mutant libri, tamen hoc loco intelligo teneri a nobis debuisse repositamque malim Atticam formam Μενέλεων, Platoni usurpatam; quam eamdem hoc loco habet ed. Ven. cum ms. *A.* Postquam operarum errore Μενέλαων in ed. Bas. expressum esset, pro eo Μενέλαον posuit Casaubonus.

c Ἀρπίφιλον *Menelaum* poëta adpellat Iliad. γ'. 21. & 52. & saepius alibi. Eiusdem ἀριστείαν *pro Patroclo* enarrat Iliad. ρ'. inde ab initio, tum rursus vs. 578 sqq. *Promtitudinem ad singulare ineundum certamen*, Iliad. ν'. vs. 94 sqq. Pro μονομαχεῖν, quod cum ed. Bas. & Cas. tenet ms. *Ep.* μονομαχεῖ minus commode habet ed. Ven. cum ms. *A.*

»Quando ait Noster, disputans contra Platonem pro »fortitudine Menelai, ἐφ' οὗ μόνου τῶν στρατευσαμένων »εἶρηκεν·

»Ἐν δ' αὐτοῖς κίεν, ἧσι προθυμίῃσι πεποιθώς:

»non hoc vult, neminem ex omnibus Graecorum du»cibus pari elogio affectum esse a poëta: nam maiora »de aliis ducibus alibi praedicat poëta: sed istud ait,

» *ſolum eſſe Menelaum, cui in recenſu exercitus ſingularem* » *quamdam pugnandi alacritatem atteſtetur.* « CASAUBONUS. — Poëtae verſus eſt ex Iliad. β'. 588. *Ibid.* Εἰ δὲ ὁ ἐχθρὸς βλασφημῶν αὐτὸν &c. » Ille *Menelai hoſtis*, qui eum » vocavit μαλθακὸν αἰχμητὴν, Apollo eſt, in ſermone » ad Hectorem, Iliadis ῥαψ. ρ'. « CASAUB. — Vide Iliad. ρ'. 588. Pro ὁ ἐχθρὸς, foedo errore ὁ αἰσχρὸς eſt in ms. *Ep.* Potueramus deinde cum *cod. A.* ſcribere ὁ ἐχθρὸς ὁ βλασφημῶν: ſed potuit etiam nullo incommodo, ac paulo etiam fortaſſe commodius, omitti poſteriori loco articulus, quem ibi cum editis ignorat ms. *Ep.* Mox notus d verſus, Οἰνοβαρὲς &c. ex Iliad. α'. 225. De interfecto ſpoliatoque a Menelao Euphorbo habes Iliad. ρ'. 59 ſqq.

Τὸ δὲ μηδὲ τὸν στίχον &c. » Magnae *incogitantiae* reum » facit *Platonem* his verbis: Τὸ δὲ μηδὲ τὸν στίχον, ὃν ἠτιᾶ- » το, τελείως κατανοῆσαι, ἄτοπον. *Abſurde fecit Plato*, ait, » *quod integrum verſum, quem reprehendebat, non attendit.* » κατανοεῖν eſt, *animum aut oculos adiicere ad aliquid, ſpe-* » *ctare*, ut mox [pag. 179. a.] κατανοῆσαι τὴν οἰκίαν. Ve- » rum eſt quod ait Athenaeus. Nam ſi veniſſet Platoni in » mentem, Menelaum eo ipſo verſu, quem arguebat, βοὴν » ἀγαθὸν dici a poëta; ſententiam, credo, mutaſſet de » ignavia quam ei obiicit. « CASAUB.

τοῖς γὰρ ἀνδρειοτάτοις Ὅμηρος εἰώθειν ἐπιφωνεῖν. » Le- e » go, εἰώθε τοῦτ' ἐπιφωνεῖν: *hoc elogio ſolet ornare.* ἐπι- » φωνεῖν eſt ἐπικατηγορεῖν, *cognominare*, aliquid *adiicere* ad » primum & proprium nomen. Euſtathius: [ad Iliad. β'. » pag. 187. l. 40.] Βοὴν ἀγαθοὺς ἀποκαλεῖ τόν τε Ἕκτορα, » καὶ τὸν Αἴαντα, καὶ τὸν Διομήδην, καὶ ἄλλους ἀνδρείους. « CASAUB. — Commodiſſime utique adiectum foret τοῦτο pronomen: ſed, cum ſubintelligi etiam poſſet, invitis libris inferendum non putavi.

AD CAP. VI.

Ἐπὶ τ' οὖν τοῦ Ὀδυσσέως εἶπε. Sic ms. *A.* cum edd. non male: poteſt enim τε particula referri ad ſequentem δὲ, quemadmodum paſſim μήτε & μηδὲ ſibi invicem reſpondent, aut οὔτε & οὐδέ. Percommode vero ms. *Ep.* ſic habet, Ὀδυσσέα γοῦν παρὰ Φαίαξι πρὸ τῆς δοίνης ἢ ταμίη λούει. *Homericorum verſuum*, qui ſequuntur, prior eſt ex Od. θ'. 449. alter ex Od. δ'. 48. Quod deinde ad- f

fertur monitum *Ariſtotelis*, idem iam paulo ante adlatum erat pag. 186. e.

δεῖ γὰρ τὸν χαρίεντα μήτε ῥυπᾶν, μήτε αὐχμεῖν, μήτε βορβόρῳ χαίρειν, καθ' Ἡράκλειτον. Quemnam hîc *Heraclitum* dicat Noſter, videant docti viri. De Epheſio quidem philoſopho non cogitandum hoc loco videtur. De *Heraclitis ab Athenaeo citatis* erit olim (ſi Deo placet) in *Indice Scriptorum* diſſerendi diſceptandique locus.

a Αὐτοὶ δ' εἰσῆλθον &c. Vide Odyſſ. δ'. 43 ſqq. *Quarto Homericorum verſuum*, ubi ὑφιρεφὲς tenuimus ex ſuperioribus editionibus, ὑφηρεφὲς ſcribitur in *cod. A.* quae, per ſe quidem proba ſcriptura, huic loco non conveniebat, ubi brevis ſyllaba deſiderabatur. At minus legitima forma eſt ὑφιρεφὲς per *iota*, ut cum alii monuere, tum Dammius in Lexico Etymologico pag. 829. Rectius fuerat ὑφερεφὲς per ε, ut apud Homerum vulgo editur; quam formam paulo inferius tenuere etiam Athenaei libri, p. 189. d. Epitomator h. l. praetermiſit iſtos verſus.

Καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Σφηξὶ &c. Vide ARISTOPHANIS *Veſp.* vs. 1208 ſqq. ed. Brunck. Mox dein καταῤῥυθμιζόμενον duplici ρ litera ſcripſi, ubi ſimplici utebantur ſuperiores editt. cum ms. *A.* Epitomator vero ſimplex verbum poſuit, hoc modo: Καὶ παρὰ Ἀριστοφάνει δὲ ἐν Σφηξὶν ὁ παῖς τὸν ἄγριον γέροντα εἰς βίον ἥμερον ῥυθμίζων, διδάξας τε ὡς δεῖ καταπλίνεσθαι, φησίν· Ἔπειτα ἐπαίνεσόν τι τῶν χαλκωμάτων, ὀροφὴν ᾄσασι. omiſſis & ſuperioribus verſibus, & in poſtremo verſu verbis illis κρεκάδι' αὐλῆς ᾄσμασιν. Ad quae poſtrema verba haec b adnotavit CASAUBONUS: »In hoc verſu etiam Ariſto»phanis codices hodie habent κρεκάδιον: quam tamen »vocem neque Comici ſcholiaſtes [vetus,] neque ullus »omnino veterum Grammaticorum eſt interpretatus, ac »ne retulit quidem in Graecarum vocum cenſum. Dale»campius, ut liberaret ſe moleſtia quaerendi quid eſſent »κρεκάδια, depravatam lectionem κρέκα δι' αὐλῆς pro»bavit, & expoſuit.« [nempe ſic reddens, *ſtridentesque per aulam citharae ſonos admirator:* quemadmodum fere Biſetus in Graecis Scholiis ad illum locum.] »Sed non du»bitamus falſam eſſe illam γραφὴν atque ineptam. Ap»paret ex Athenaei diſputatione & praecedentibus poë»tae verbis, *ornamentum aliquod* τῆς αὐλῆς, hoc eſt, *ve»ſtibuli*, hoc verbo ſignificari. Sonorum fortaſſe aliquid

»erat: & inde nominis ratio. Fortaſſe etiam κρεκάδια b
»leviter corrupta voce appellarunt τοὺς μικροὺς κρίκους,
»quaſi κρικάδια: ſicut κρεβάτιον dixerunt pro κραβάτιον.
»Appellant Graeci κρίκους, *anulos*. Inter ornamenta θυ-
»ρωμάτων fuiſſe anulos ferreos aut aereos, abſurdum
»non putem: praeſertim cum legere ſit apud antiquos
»τοὺς κρίκους τῆς θύρας, ut apud Heſychium in Κορώνη,
»& Harpocrationem in Ῥόπτρον. Erunt igitur κρικάδια
»τῆς αὐλῆς, ſive τῆς αὐλαίας θύρας, *marculi ianuarum ve-*
»*ſtibularium*. Poſſumus etiam interpretari de *ferreis catenis*
»quibus fores munire moris erat. Lyſias: [apud Har-
»pocrat. & Suid. in Ἀμφιδέαις] οὐ δυνάμενος ἐκβαλεῖν
»διὰ τὸ ἀμφιδέαις δεδέσθαι τὴν θύραν. Obſervant anti-
»qui Grammatici, Lyſiam ἰδίως appellaſſe ἀμφιδέας iſtas
»*catenas ferreas*. Appellationis cauſſa eſt, quod ex anulis
»conſtarent invicem conſertis: nam ἀμφιδέας exponit
»Heſychius Κρίκους. Herodotus lib. II. [c. 69.] orna-
»menta ſacri crocodili deſcribens: ἀρτήματα λίθινα χυτὰ
»καὶ χρύσεα ἐς τὰ ὦτα εἰσθέντες, καὶ ἀμφιδέας περὶ τοὺς
»ἐμπροσθίους πόδας. Intelligit *circulos aureos*, quibus, ceu
»anulis, moris erat anteriores crocodili pedes exorna-
»re. Ex eo etiam *periſcelidas* dixerunt ἀμφιδέας. Sed illa
»forium munimenta, quae Lyſias appellavit ἀμφιδέας,
»vulgus, niſi fallimur, κρικάδια aut κρεκάδια nuncupa-
»bat. Hoc enim obſcure innuere videntur Graeci ma-
»giſtri, cum ἀμφιδέας Lyſiae dici ſcribunt, quae aliis
»aliter.« Haec CASAUBONUS. — Apud Ariſtophanem *aulica crepitacula* interpretatus eſt Florens Chriſtianus. *Aulaea* intelligebat BRUNCK, ſeu *vela*, quibus aula tam ornatus gratia, quam arcendo vento, pulveri, aut ſi quid aliud nocere poterat, obtendebatur. Vide eius Notas ad Ariſtoph. T. II. p. 247.

AD CAP. VII.

Homerici verſus, Ἐνθάδε πῦρ &c. & Θεοῖσι δὲ θύσαι c
&c. ducti ſunt alter ex Odyſſ. ι'. 231. alter ex Iliad. ι'. 219.

Καὶ σπονδοποιεῖταί γε τοὺς δαιτυμόνας. »σπονδοποιεῖ-
»σθαι, pro ποιεῖν vel εἰσάγειν σπονδοποιουμένους. Similia
»his ad Theophraſtum olim notabamus.« CASAUB. —
Sic recte etiam Dalec. acceperat: *Idem etiam convivas li-*
bantes inducit: cui ſuffragatus eſt Hemſterhuſius ad Tho-

mam Mag. pag. 188. In eamdem fere ſententiam Henr. Stephanus in Theſaur. Ling. Graec. III. 939. b. interpretatus erat his verbis: *praebet per pueros convivis crateras mero plenos quibus libent.*

d καὶ τὸν θεὸν παιωνίσαντας. Poſſis coniicere παιωνίσαι πάντας. Sed nil mutare opus. Verba Platonis (prouti vulgo leguntur in Conviv. pag. 172. edit. Bipont.) haec ſunt: Κατακλινέντος τοῦ Σωκράτους καὶ δειπνήσαντος, καὶ τῶν ἄλλων, σπονδάς τε σφᾶς ποιήσασθαι, καὶ ᾄσαντας τὸν θεὸν καὶ τἆλλα τὰ νομιζόμενα, τρέπεσθαι πρὸς τὸν πότον. Caeterum, idem valere παιωνίζειν ac παιανίζειν, & utroque verbo promiſcue uſos eſſe Graecos, docuit Ruhnkenius ad Timaei Lexic. Platon. pag. 202 ſq. & quos ibi ille viros doctos laudavit.

AD CAP. VIII.

e. Τὴν γὰρ σύμμετρον κρᾶσιν τοῦ οἴνου ὑπὸ Ἀμφικτύονος βασιλεύσαντος διδαχθῆναί φασιν Ἀθηναίους. Recte φασὶν dedere ed. Ven. & mssti. Aliâs ſuſpicioni fuiſſet locus, intercidiſſe nomen ſcriptoris, nempe *Philochori;* quem famae illius auctorem citavit Noſter, lib. I. pag. 38. c. Ad rem quod ſpectat, adnotavit CASAUBONUS: »Quod *de »Amphictyonis invento temperandi vinum* ſequitur, quo per»tineat ſubobſcurum eſt. Spectat autem eo, ne quis mi»retur quod poſtea dicit, *Homerum varia temperamenta vi»ni habuiſſe nota.* Cur enim hoc miremur, cum τῆς τοῦ »οἴνου κράσεως *inventor* ſit *Amphitryo*, quem ante Iliaca »tempora regnaſſe nemo dubitat?« — Pro τὴν γὰρ σύμμετρον, eſt τὴν δὲ σύμμετρον in ms. *Ep.*

a ἀλλὰ μάλ' ἀεῖσαι, τουτέστιν ἀμέτρως καὶ ἐπὶ πλεῖον, ὥστε προσοχλεῖν. Cum ὥσπερ προσοχλ. vulgo legeretur, probavi CORAYI coniecturam, ὥστε corrigere ſuadentis. *Poſt* προσοχλεῖν vero perperam in noſtro exemplo *nudum comma* irrepſit, ubi *paulo maior diſtinctio*, ut in ſuperioribus editionibus, erat ponenda. Quae continuo ſequuntur, οὐδ' ἔτι γελάσαι &c. cohaerent cum iſtis, quae praecedebant, ἀλλὰ μάλ' ἀεῖσαι: quae etiam proxime illis poſuit Epitomator, omiſſis mediis τουτέστιν - - προσοχλεῖν. Pro οὐδ' ἔτι vero commodius fortaſſe fuerit id quod eſt in ms. *Ep.* οὐδέ τι γελάσαι, id eſt, *non aliquantum* (vel *aliquatenus*) *ridere.*

Ὄρα γὰρ τὸν ἐπίκωμον Ἀλκιβιάδην. Perperam ὄρα γὰρ ἐπὶ κῶμον Ἀλκιβιάδην erat editum. Eo ſpectat Animadverſio CASAUBONI: »Scribo (inquit,) ὄρα γὰρ ἐπί»κωμον Ἀλκιβιάδην ὡς ἀσχημονεῖ: non ἐπὶ κῶμον. Hiat »enim ſententia, quae illo modo τελειοῦται eleganter.« — Omiſit iſta verba Epitomator, poſt illa ἰδίοις ποσὶν ἵστασθαι ſic ſtatim pergens, καὶ τὸν ὀκτακάτυλον ψυκτῆρα &c. Sed ms. *A.* non modo, ut voluit Caſaubonus, ἐπίκωμον dedit, ſed & percommode τὸν articulum huic vocabulo praepoſuit. Idem vero codex perperam ὁρᾷ pro ὄρα habet. a

Verba iſta οὐχ ὥσπερ οἱ παρ' Ὁμήρῳ, cum ipſo Homerico verſu, rurſus praetermiſit Epitomator. In poëtae verſu autem perperam in noſtro exemplo σπεῖσαντ' exaratum video: pro quo vel σπείσαντ' oportebat, ex σπείσαντο decurtatum, quod plenâ ſcripturâ ex ms. *A.* editum eſt p. praec. 179. d. vel potius σπεῖσάν τ' (pro σπεῖσάν τε) quemadmodum editur vulgo in Odyſſ. γ'. 342 & 395. alibique paſſim. Sequens verſus, Μολπή τ', ὀρχηστύς τε &c. ductus ex Odyſſ. α'. 152. b

AD CAP. IX.

Τὸ δ' ὅλον, τὸ πρὸς τὰ τοιαῦτα νενευκὸς τοῖς μνηστῆρσι καὶ τοῖς Φαίαξιν ἔνειμεν, ἀλλ' οὐχὶ Νέστορι, οὐδὲ Μενελάῳ. *Quidquid ad hoc genus ſpectat*, (nempe ad intemperantiorem riſum cantumque & ſaltationem, itemque ad immodicum bibendi ſtudium, & quae ſunt cum his coniuncta) *id procis tribuit poëta aut Phaeacibus; non autem Neſtori aut Menelao.* conf. ſupra, pag. 177. b. Phaeacum τρυφὴν & ἀπολαυστικὸς βίος iam ſuperius notatus erat lib. I. p. 16. c. d.

οὗ ἐν τῇ γαμοποιΐᾳ μὴ οὐ συνέντες οἱ περὶ Ἀρίσταρχον, ὅτι συνεχοῦς οὔσης τῆς ἑστιάσεως, καὶ τῶν ἀκμαίων ἡμερῶν παρελπλυθυιῶν. Satis erat vel οὐ συνέντες, vel μὴ συνέντες; nec μὴ & οὐ iſto modo, niſi in aliis quibusdam dicendi formulis, ſolent coniungi. Quare utique, deletâ cum CORAYO οὐ particula, nude μὴ συνέντες legendum videtur, quemadmodum paulo poſt conſentientibus libris legitur. Videndum tamen, ne fortaſſe μὴ particulam eadem ratione hic poſuerit Athenaeus, qua ratione ſaepe aliâs μή ποτε uſurpat, cum non abſolute & ſimpliciter adfirmare vult aliquid, ſed cum aliqua dubita- c

c tionis ſignificatione proponere ſuam ſententiam. Nude quidem μὴ συνέντες habet *Epitome*, & ex ea Euſtathius ad Odyſſ. δ'. pag. 145, 44. ubi plurima ex Athenaeo adpoſuit doctus Poëtae interpres. Agitur enim ibi (ſub ipſum *initium quarti libri Odyſſeae*) de γαμοποιΐᾳ *Menelai*, quam dixit Athenaeus, id eſt, *de epulis quos inſtituerat Menelaus occaſione nuptiarum filii filiaeque.* Super quo loco latam diſputationem nunc ingreditur Auctor noſter; ad quam ſpectat CASAUBONI commentatio huiusmodi: »Non con»ſtitueram immorari in criticis cenſuris quae referuntur »in fugitivo illo tmemate.« [Sic, ut iam vidimus, vocat Caſaubonus totam illam partem huius quinti libri Athenaei, quae perperam in quartum librum erat translata.] »Quia tamen non parum obſcuritatis verba Athe»naei habent, ſummam disputationis totius paucis com»plectemur. Initio obſervandum eſt, deveniſſe philolo»gum Naucratitam in hunc ſermonem, occaſione ifta. »Inſtituerat docere, *Homerum non unum aliquod deſcripſiſſe* »*in poëmatis ſuis convivium*, ſicut fecerunt poſtea philo»ſophi multi; *ſed varia ac diverſa*, quemadmodum diver»ſa ſunt hominum ingenia & differentes mores. Hanc di»verſitatem morum expreſſit poëta. Hinc eſt, ait, quod »acroamata parcius alibi introducit in coenationes, tam»quam ἀναθήματα δαιτὸς, non ut toti in iis ſint convi»vae; alibi inter praecipuas & ſummas convivantium »voluptates inducit cantores & alios rerum muſicarum »peritos. Huius generis conviviorum exempla eſſe, ait, »in illis quae *apud* nequiſſimos *procos* & delicatiſſimos »*Phaeacas* agitantur: temperatorum, in iis quae *apud* »*Neſtorem & Menelaum.* Haec ubi dixit, occurrit obiectio»ni, quam ſciebat fieri ſibi poſſe ex *libro quarto Odyſ»ſeae*: nam eo loco, narrante poëta *nuptiales epulas filii* »*filiaeque Menelai*, non praetermittuntur voluptates id »genus. Reſpondet Athenaeus: *verſus illos*, quibus hoc »dicitur, *fraude Ariſtarchi collocatos ibi eſſe, ex Iliad. ρα↓.* »*σ'. translatos*; ubi ſuus eſt illis locus. Verſus de quibus »loquimur, ſunt hi: leguntur enim hodie in omnibus »codicibus ita plane ut editi ſunt ab Ariſtarcho:

»Ὡς οἱ μὲν δαίνυντο καθ' ὑψερεφὲς μέγα δῶμα,

»& qui ſequuntur quatuor alii. Quid Ariſtarchum im»pulerit in hanc ſententiam, declaratur his verbis: οὐ »συνέντες οἱ περὶ Ἀρίσταρχον ὅτι συνεχοῦς οὔσης τῆς

»ἑστιάσεως, καὶ τῶν ἀκμαίων ἡμερῶν παραλελυθυιῶν, ἐν c
»αἷς παρείλιπτο μὲν ἡ γαμουμένη πρὸς τοῦ νυμφίου, πέ-
»ρας δ' εἶχεν ὁ τοῦ Μενελάου [Μεγαπένθους] γάμος, αὐ-
»τοὶ δὲ μονάζοντες διητῶντο, ὅ τε Μενέλαος καὶ ἡ Ἑλένη.
»Videtur ſcribendum ὅτι οὐκ ἔτι συνεχοῦς οὔσης.
»Hoc vult: *Ariſtarchum, quod initio quarti Ulyxeae legiſ-*
»*ſet, inventum eſſe Menelaum a Telemacho δαινύντα γάμον,*
»*falſo putaſſe, duraſſe adhuc convivium* [ipſum] *nuptiale:*
»*quod ne ieiune nimis a poëta videretur deſcriptum, verſus*
»*illos quinque huc inſerciit, queis celebritas nuptialis deſcribe-*
»*batur in Armorum Achillis fabrica.*« [id eſt, in *Iliadis li-*
bro σ'. ſive *decimo octavo;* qui ab argumento, quod in illo praecipue tractatur, Ὁπλοποιΐα inſcribi ſolet, ubi vide verss. 604 ſq.] »Sed falſus eſt iudicii ille criticus:
»cum, *adveniente Ulyſſis filio, iam praeteriiſſet eius ſolenni-*
»*tatis ἀκμὴ, & nova ſponſa in mariti manum conveniſſet,*
»*domum deducta; iamque Menelaus & Helena ſoli agerent.*
»Deinde rationes aliae ſequuntur adverſus hanc Ariſtar-
»chi cenſuram: quod *contra diſciplinam Spartanam foret,*
»*ſi a Menelao eſſent acroamata inducta:* [vide cap. x. edit.
»noſtrae; pag. 181. b. c. edit. Caſaub.] quod *poëta canto-*
»*ris nullum nomen ponat, ut ſolet alibi, neque cantilenae quam*
»*canerent:* [cap. xi. pag. 181. e.] poſtremo, quod *non ſit*
»*probabile, Ulyſſis & Neſtoris filios ita ruſticos fingere vo-*
»*luiſſe poëtam, ut eos nihil plane afficerent acroamata, ſed iis*
»*neglectis in contemplatione domus* [unice] *animi mentem oc-*
»*cuparent.* Tam multis argumentis obruitur emendatio
»Ariſtarchi.« — Verba iſta, quae vulgo h. l. leguntur, ὅτι συνεχοῦς οὔσης τῆς ἑστιάσεως, in quibus offenderat Caſaubonus, praetermiſit Epitomator, nude ſic ſcribens: οὗ ἐν τῇ γαμοποιΐᾳ μὴ συνέντες οἱ περὶ Ἀρίσταρχον ὅτι τῶν ἀκμαίων ἡμερῶν παρελιλυθυιῶν τοῦ γάμου μονάζοντες διητῶντο ὁ Μενέλαος καὶ ἡ Ἑλένη, &c. Sed editam ſcripturam tuentur *membr. A.* quam ſolicitatam a Caſaubono nolim, nedum in eam partem, quae illi placuit, mutatam. συνεχῆ (ut ex Ariſtotele adnotavit H. Stephanus, in Theſ. I. 1357. b.) dicuntur ea *quorum extremitates ſe tangunt; quorum alterum incipit ubi deſinit alterum.* Duarum autem rerum quae ſunt συνεχεῖς, *illa* potiſſimum dicitur συνεχὴς *alteri*, quae *proxime & continenter alteram excipit vel conſequitur:* cuius uſus ſi quis exempla deſiderat, plurima ei dabit Lexicon noſtrum Polybianum, in

c voc. Συνεχής. Igitur ſententia Athenaei eſt, *Ariſtarchum non animadvertiſſe*, τὴν ἑστίασιν, nempe τῶν περὶ Τηλέμαχον, (*convivium quo Telemachum excepit Menelaus*, quod deſcribit Homerus libro quarto Odyſſeae paulo poſtquam γαμοποιίας *Menelai* meminiſſet) *fuiſſe* συνεχῆ τῇ γαμοποιΐᾳ, id eſt, *continuo ſecutum eſſe epulas illas nuptiales*: adeoque recte quidem dicere potuiſſe Poëtam, *adveniſſe Telemachum eisdem diebus quibus Menelaus feſtivitatem nuptialem celebraret*; intelligi autem ex reliqua narratione, *in fine illorum dierum adveniſſe illum, cum iam peractae eſſent nuptiales epulae, discefſiſſentque convivae qui ad illas convenifſent*. Sed aliam quamdam difficultatem videri poſſit hic locus habere, in ipſa orationis ſtructura: ſcilicet poſtquam dixit, ὅτι συνεχοῦς οὔσης τῆς ἑστιάσεως, nihil ſequitur quod ad coniunctionem ὅτι referatur. Quae difficultas ita tolli poteſt, ut dicamus, in illis quae paulo poſt ſequuntur, πέρας δ' εἶχεν ὁ τοῦ Μεγαπένθους γάμος *delendam eſſe δὲ coniunctionem*, ut cohaereant iſta, ὅτι πέρας εἶχεν &c. quo facto ſimul tollenda fuerit μὲν particula poſt παρείληπτο. Sic prodierit ea fere orationis conſtructio, qua uſus Epitomator eſt, cuius verba ſupra retulimus. Neſcio vero, an ſic etiam levari fortaſſe eadem, quam dixi, difficultas poſſit, ut ſtatuamus, elliptica quadam ratione (quod ſaepe in huiusmodi disputationibus faciunt Grammatici) locutum eſſe Athenaeum aut vetuſtiorem illum Grammaticum, e quo haec deſumſit Athenaeus; verbaque illius ſic accipienda eſſe, ac ſi dixiſſet, ὅτι περὶ τῆς ἑστιάσεως (τοῦ Τηλεμάχου) λέγει Ὅμηρος ὡς συνεχοῦς οὔσης τῇ γαμοποιΐᾳ &c. Sed de hoc quidem penes eruditum Lectorem iudicium eſto. In verſu illo, Τὸν δ' εὗρον δαινύντα &c. recte δαινύντα dedere mſsti noſtri, ut apud Homerum editum eſt; non δαινῦντα, ut edebatur apud Athenaeum. Quod dein in fine illius ver-
d ſus, qui a verbis μολπῆς ἐξάρχοντες incipit, κατὰ μέσσους ſcribitur, id eodem modo habes Iliad. σ'. 605. pro quo Odyſſ. δ'. 19. κατὰ μέσσον vulgo legitur. Verſu praecedente, pro δοιὼ, quod recte Epitomator tenuit, perperam δύο poſuit vetuſtarum membranarum ſcriba, & ſic rurſus paulo inferius; nempe ſuo more vocales οι & υ confundens.

μετενεγκόντες ἐκ τῆς Ὁπλοποιΐας. Pro iſtis verbis Hoeſchelius in ſuo mſto (nempe ms. Epit.) ſic legi adnota-

vit: παραγράψαντες ταῦτα ἐκ τοῦ Κρητικοῦ χοροῦ τῆς ἐν d
Ἰλιάδι Ὁπλοφορίας. Et in παραγράψαντες consentit Eustathius ad Od. δ'. pag. 145. l. 47. ubi ista verba ex Epitome adferuntur. Rectius vero in nostro ms. *Ep.* παρεγγράψαντες legitur. Tum vero pro Ὁπλοφορίας recte Eustathius cum nostro ms. *Ep.* Ὁπλοποιΐας habet: quae est (ut supra iam adnotavimus) inscriptio duodevicesimi libri Iliadis. Vides vero, Epitomatorem huc traduxisse verba nonnulla, quae in opere pleniore paulo post leguntur lit. f. initio capitis decimi nostrae editionis.

οὐ γὰρ ἐξάρχοντες οἱ κυβιστητῆρες, ἀλλ' ἐξάρχοντος τοῦ ᾠδοῦ, πάντως ὠρχοῦντο. τὸ γὰρ ἐξάρχειν τῆς φόρμιγγος ἴδιον. »Etsi Athenaeo assentior, Aristar»chi licentiam in recensendo Poëta castiganti: tamen, »quod adeo contendit, *non posse* τὸ ἐξάρχειν *de saltatori»bus dici*, parum esse firmum iudico: illud vero mani»festo falsum, τὸ ἐξάρχειν τῆς φόρμιγγος esse ἴδιον. »Periti sermonis Graeci sciunt, verbum hoc de omnibus »promiscue dici posse, qui *faciendi aut dicendi aut canendi »exemplum aliis praebent;* ut in choro facit ὁ κορυφαῖος, »inter remiges paularius. Sic βουλῆς ἐξῆρχε νέεσθαι de eo »dixit Homerus, qui *princeps curiâ exibat:* & βουλὰς ἐξάρ»χειν, *praeire concilio vel senatui ad novas sententias;* quod »alii dicunt, γνώμην εἰσφέρειν. Lycophron, [Cassandr. »vs. 250.] στρόμβῳ τὸν αἱματηρὸν ἐξάρχων νόμον.« Casaubonus. — Athenaeum, ἐξάρχοντος legendum praecipientem, non ἐξάρχοντες, probavit Clark ad Od. δ'. 19. Confer Dammii Lexic. Etymol. pag. 822 sq. Adde *Frid. Aug.* Wolfii Prolegom. ad Homer. pag. 263 sq.

Verba ex Hesiodi *Scuto* citata, leguntur ibi vs. 205 e sq. Archilochi versus, est trochaicus tetrameter catalecticus. Pindari ἀγησίχορα προοίμια habes in Pythiis, Ode I. vs. 6. Epitomator Athenaei vulgatâ vocis formâ ἡγησίχορα usus est: Doricam vero formam ἀγησίχορα cum editis tenent *membr. A.*

Διόδωρος δ' ὁ Ἀριστοφάνειος ὅλον τὸν γάμον περιέγραψε, τοπάζων πρώτας ἡμέρας εἶναι· &c. »Scripsimus περιέ»γραψε τοπάζων. Vulgata scriptura, quam secuti »interpretes, περιεγράψατο παίζων, vere διαπαίζει ἡμᾶς: »est enim ridicula. Eustathius nobiscum legit, & τὸ περι»γράφειν interpretatur ἀθετεῖν, ἐκβάλλειν, *reiicere ut alie»num & adulterinum.* Plutarchus libro secundo de Alexan-

e » dri Fortuna ſcribit, Philoxenum, cum ſibi liber ad emen-
» dandum eſſe traditus, εὐθὺς ἀπὸ τῆς ἀρχῆς μέχρι τῆς κο-
» ρωνίδος περιγράψαι, id eſt, *unâ liturâ emendaſſe*, ut loqui-
» tur Martialis. Porro mentem huius loci pluribus expli-
» cat Euſtathius, unde licet petant ſtudioſi. « CASAUBO-
NUS. — *Vulgata ſcriptura*, quam dicit Caſaubonus, non niſi in *ed. Baſ.* legitur: qui ſi *Venetam* conſuluiſſet, reperturus in ea veram erat, quam veteres membranae dabant. Epitomator, omiſſo verbo τοπάζων, ſic ſcripſit, ὅλον τε τὸν γάμον περιγράφει, καὶ κελεύει γράφειν &c. Quae verba ex eo repetens Euſtathius ad Od. δ'. pag. 145 extr. verbum περιγράφει ita, ut docuit Caſaubonus, interpretatur. Ad rem ipſam quod ſpectat, haec porro adnotavit idem CASAUBONUS: » Ab Ariſtarchi ſententia longe re-
» ceſſit *Diodorus Grammaticus, ſectae Ariſtophaneae;* [ſive,
» *Ariſtophanis Grammatici diſcipulus;*] cuius obiter recenſe-
» tur hic iudicium ſuper Homeri iſto loco. Cenſuit hic,
» inducendos eſſe omnes illos verſus, qui initio libri
» quarti *nuptias* inducunt. Atque huius iudicio ſi ſtemus,
» ita concipiendum eius rhapſodiae principium:

» Οἱ δ' ἷξον κοίλην Λακεδαίμονα κητώεσσαν·
» πρὸς δ' ἄρα δώματ' ἔλων Μενελάου κυδαλίμοιο.
» Ὡς οἱ μὲν δαίνυντο κατ' ὐψερεφὲς μέγα δῶμα
» γείτονες ἠδὲ ἕται Μενελάου κυδαλίμοιο
» τερπόμενοι. μετὰ δέ σφιν ἐμέλπετο θεῖος ἀοιδὸς
» φορμίζων· δοιὼ δὲ κυβιστητῆρε καθ' αὐτοὺς
» μολπῆς ἐξάρχοντες ἐδίνευον κατὰ μέσσους.

» Mira vero Critici licentia, qui duodecim ipſos verſus
» περιγράφειν & obeliſco notare non dubitaverit, unico
» nixus argumento: quod probabile non eſſet, locum
» tam illuſtrem de nuptiis duorum Menelai liberorum adeo
» negligenter transſiliturum eſſe optimum poëtam. Reſpon-
» det noſter pauciſſimis verbis, *neſciſſe Diodorum iſta ver-*
» *ba* Τὸν δ' εὗρον δαινύντα γάμον *recte capere. Male enim pu-*
» *tavit, adveniſſe Telemachum inchoatâ ſolum nuptiali ſolemni-*
» *tate: quae ex poëtae mente debuit intelligi iam finita atque*
» *peracta.* « — Haec ille. At ſic nimis etiam abſurdo modo in illam partem Homerici poëmatis graſſatus eſſet Diodorus, & res compoſuiſſet nimis male cohaerentes. Quis enim ſani iudicii homo duobus iſtis prioribus verſibus, Οἱ δ' ἷξον, & πρὸς δ' ἄρα, illum proxime ſubiecerit, Ὡς οἱ μὲν δαίνυντο &c. cum quatuor ſequentibus verſibus?

Nec vero talem imperitiam Grammatico illi imputat Athe- e
naeus: qui tantum abeſt, ut quinque illos verſus, quos
ad narrationem convivii nuptialis temere ab Ariſtarcho
adiectos modo dixerat, eosdem a Diodoro ſervatos eo
loco probatosque dicat, ut contra eo nomine hunc re-
prehendat quod ὅλον τὸν γάμον (id eſt, *quidquid de nu-
ptiis commemoratur eo, de quo agitur, loco*) prorſus abii-
ciendos cenſuerit. Supereſt igitur ut intelligamus, *Dio-
dorum initio libri quarti Odyſſeae poſt duos priores verſus*,
(reiectis omnibus qui in Ariſtarchi recenſione, qua hodie
fere utimur, usque ad viceſimum ſequuntur) ſtatim illos
ponendos iudicaſſe, qui ſunt hodie num. 20 & ſqq. ſcili-
cet, Τὼ δ' αὖτ' ἐν προθύροισιν &c. Ex quo ſimul intelligi
par eſt, quod continuo deinde eumdem Diodorum *ob in-
vectum* in poëtae carmina *ſolocciſmum* reprehendit Deipno-
ſophiſta, id non ad Odyſſ. δ'. pertinere, ſed ad Iliad.
σ'. 604.

Illa altera reprehenſio huiusmodi eſt: Ἔπειτα κελεύσι f
γράφειν »δοιὼ δὲ κυβιστητῆρε καθ' αὑτοὺς« ἐν τῷ δα-
σεῖ γράμματι, σολοικίζειν ἀναγκάζων. τὸ μὲν γὰρ κατ'
αὐτοὺς, κατὰ σφᾶς ἐστιν αὐτούς. τὸ δὲ λέγειν ἑαυ-
τοὺς, σόλοικον. Ubi haec notavit CASAUBONUS: »Quod
»ait Athenaeus, *in Homeri verſu ſcribi debere* κατ' αὐτοὺς, *non*
»καθ' αὐτοὺς, *quia* ἑαυτοὺς λέγειν *ſit ſolocismum*: diligenter ex-
»poſitum eſt ab Euſtathio, quarto in Odyſſeam commen-
»tario. [p. 146. ed. Baſ. inde ab initio.] Tractat eandem
»quaeſtionem Apollonius Alexandrinus [περὶ Συντάξεως]
»lib. II. cap. 19. Vult Athenaeus, κατ' αὐτοὺς ſcribi debere,
»non καθ' αὐτούς. Id [nempe κατ' αὐτοὺς] ſignificare κατὰ
»σφᾶς αὐτούς: eſſe enim pronomen *ſimplex* pro *compoſito*.
»Aut, ut melius dicam: Poëta more ſuo pronomine uno
»duorum loco eſt uſus. Compoſita apud Homerum non
»leguntur, ἐμαυτοῦ, σεαυτοῦ, ἑαυτοῦ: ſed pro illis dicit
»ἐμὲ αὐτὸν, σὲ αὐτὸν, ἕ αὐτόν: aut ſimpliciter αὐτὸν,
»omiſſo altero pronomine. Similiter in plurali nunquam
»dixit ἐμαυτοὺς, σεαυτοὺς, ἑαυτούς: ſed ἡμᾶς αὐτοὺς, ὑμᾶς
»αὐτοὺς, & σφᾶς αὐτούς. Propterea pronuntiat auctor,
»in voce ἑαυτοὺς ſolocciſmum ineſſe: ſecutus eorum
»ſententiam, qui *compoſita iſta pronomina pluralia* damna-
»bant: non ſolum quod Homerus, Helleniſmi canon cer-
»tiſſimus, illa eſſet aſpernatus; verum etiam, quia eorum
»compoſitio ratione caret, contra analogiam recepta:

f »nam ἑαυτὸν quidem in ἕ αὐτὸν diſſolvas recte: at ἑαυ»τοὺς non potes.« — Euſtathii verba huc ſpectantia late adpoſuit FISCHERUS, in Animadverſionum ad Welleri Grammaticam Graecam ſpecimine ſecundo, pag. 228 ſq. Quod autem hìc Athenaeus ait a Diodoro in Homeri carminibus commiſſum, id ipſum nos, cum apud eumdem Athenaeum noſtrum, tum apud alios Scriptores, quorum ſcripta ad vetuſtorum codicum fidem recognita edidimus, frequenter vel ab editoribus vel a iunioribus librariis ſimiliter admiſſum obſervavimus; ut, ubi αὖτὸν, αὐτοὺς, αὑτοῦ, αὐτῶν, αὐτῷ, αὐτοῖς, teſtibus vetuſtioribus libris ſcriptum reliquiſſet auctor, ibi illi αὐτὸν, αὐτοὺς, αὑτοῦ, αὑτῶν &c. ſuo arbitratu ſuaque auctoritate ponerent.

AD CAP. X.

Ἀλλ' ὅπερ εἶπον &c. Reſpicit id quod modo dixerat, (lit. *d.*) μετενεγκόντες ἐκ τῆς Ὁπλοποιΐας. *Verſus iſtos*,
a Ἐν δὲ χορὸν &c. habes Iliad. σ'. 590 ſqq. In eorumdem verſuum *tertio*, ἤσκησε apud Athen. edebatur; pro quo recte ἤσκησεν dedit *ms. A.* (Epitomator verſus hos non adpoſuit.) *Quinto verſu*, ὀρχεῦντ' erat editum: recte vero ὠρχεῦντ' dedere vetuſtae membranae. ἔχουσαι autem cum editis tenent eaedem membranae; non ἔχοντες, ut apud Homerum vulgo editur.

b διό φησι πρὸς τὸν Κρῆτα Μηριόνην. Qui illa verba pronunciat, Aeneas eſt; Iliad. π'. 617. Poterat Athenaeus dicere φησί τις, quemadmodum pag. 182. a. ἐπήνεσέ τις ait: poterat vero etiam omittere pronomen, qua ratione latine etiam ſubinde dictum legimus *inquit*, pro *inquit aliquis*.

Ὅθεν καὶ Κρητικὰ καλοῦσι τὰ ὑπόρχηματα. ὑπορχήματα ſunt *cantus qui accinuntur ſaltantibus*, *cantus ad quorum modos moventur ſaltantes*. De quibus plura infra libro decimo quarto: nonnihil ſupra notavimus ad I. 15. d. Animadv. T. I. pag. 136. Epitomator, omiſſo verbo καλοῦσι, nude ſic ſcripſit, Ὅθεν καὶ τὰ Κρητικὰ ὑπορχήματα. Sed aliquid utique amplius dicere voluiſſe videtur Athenaeus; nempe id ipſum, quod Pindari Scholiaſtes ad Pyth. II. 127. Soſibium Grammaticum dixiſſe ait: Σωσίβιος δὲ, τὰ ὑπορχηματικὰ πάντα μέλη, Κρητικὰ ἀξιοῖ λέγεσθαι.

Κρήταν μὲν καλέουσι τρόπον. »Incerti auctoris ver- b
»ba ſunt, de hyporchematis loquentis, Κρῆτα μὴν (vel
»μιν) καλέουσι τρόπον. τὸ δ' ὄργανον Μολοσσόν. *Organum*
»*Moloſſum* appellat tibias aut aliud muſicum inſtrumen-
»tum, conveniens Moloſſicae ἐμμελείᾳ ſive modulatio-
»ni, (τρόπον vocat poëta) de qua libro decimo quarto.«
CASAUB. — Poëram, e quo verba iſta (quatuor certe illa, Κρητ. μ. κ. τρόπον) deſumſit Athenaeus, SIMONIDEM eſſe, ex Plutarcho diſcimus, Sympoſ. lib. IX. cap. 15. ſub ipſum operis finem. Et ex eodem quidem Plutarcho μὲν particulam, (pro μὴν, quae hic conſentiente *ms. A.* edita erat) recepi. Pro Κρῆτα vero, quam formam nominis maxime uſitatam (a recto caſu ὁ Κρὴς) habent iidem libri, placuit Κρήταν, quod habet ms. *Ep.* in quo ſic ſcribitur, Κρήταν τε καλέουσι τὸν τρόπον. Eamdem vocis formam in ſuo etiam codice Epitomae repererat Euſtathius, qui de ea ipſa ſic commentatur, in Iliad. σ'. p. 1226. 42. Ὁ δὲ τρόπος Κρήτας, ὡς ἂν εἴποι τις Κρητικός. καὶ ἔστι Δωρικὸν τοὔνομα, ὅμοιον τῷ νικήτας καὶ φιλήτας· ὧν τὰ κοινὰ, νικήτης καὶ φιλήτης. (νικητὴς puto, ſcripſerat, & φιλητής.) Ad eamdem vocabuli formam pertinere videtur gloſſa apud Heſychium: Κρήσας· Κρητικός. ἀπὸ Κρήτης: niſi quod ibi, ex alio idiomate dorico, τ litera in σ mutata eſt. Cui conſentaneum eſt, quod formam nominis gentilis foeminini generis Stephanus Byzant. hanc adfert, Κρῆτις, καὶ τροπῇ τοῦ τ εἰς σ Κρῆσις.

Cum illis verbis Κρήταν μὲν καλέουσι τρόπον, proxime coniuncta videri poterant iſta, τὸ δ' ὄργανον Μολοσσόν: quae etiam nullo interiecto ſpatio illis ſubiiciuntur in edd. & *ms. A.* Similiterque iunguntur in *ms. Ep.* Κρήταν τε καλέουσι τὸν τρόπον, καὶ τὸ ὄργανον Μολοσσόν. Et rectius fortaſſe facturus eram, ſi ſimiliter iuncta reliquiſſem; quae eo tantum ſeparavi nonnihil, quod priora verba mihi viſa erant eſſe initium hexametri, poſteriora vero initium ſenarii iambici. *Inſtrumenti muſici*, cui *Moloſſo* nomen, nusquam alibi, quod ſciam, mentio occurrit: *Moloſſicae ſaltationis* meminit Noſter lib. XIV. pag. 629. d. Sed de his quidem & id genus aliis conferenda quae collegit monuitque Meurſius in Orcheſtra.

Ὁ δὲ Ἀρίσταρχος οὐ μόνον — ἐμβαλὼν οὓς οὐ προσῆκε c
στίχους, &c. Particula οὐ nonniſi operarum errore deerat in ed. Caſ. 2. & 3. Recte eamdem tenent editiones

ſuperiores. Ad rem quod pertinet: » Hactenus trium Cri-
» ticorum, Ariſtarchi, Diodori & Athenaei velitationes
» ſuper principio quartae Odyſſeae retulimus: ſequitur iam
» *alia reprehenſio Ariſtarchi.* Ait Athenaeus: ἀλλὰ καὶ τοῦ
d » Κρητικοῦ χοροῦ τὸν ᾠδὸν ἐξεῖλεν, ἐπιτεμὼν τὰ ποιήματα
» τὸν τρόπον τοῦτον. [Iliad. σ'. 603 ſqq.]

» Πολλὸς δ' ἱμερόεντα χορὸν περιίσταθ' ὅμιλος
» τερπόμενος· δοιὼ δὲ κυβιστητῆρε κατ' αὐτοὺς
» μολπῆς ἐξάρχοντες, ἐδίνευον κατὰ μέσσους.

» Etiam ex hoc loco licet colligere, noſtros hodie codi-
» ces Homeri ad editionem Ariſtarcheam magna ex parte
» fuiſſe emendatos: ita enim ſcribitur hodie in omnibus
» exemplaribus iſte locus. Atqui clare hîc indicat Noſter,
» alias editiones, praeter Ariſtarcheam, poſt vocem τερ-
» πόμενοι haec verba agnoviſſe,

» — μετὰ δέ σφιν ἐμέλπετο θεῖος ἀοιδὸς
» φορμίζων· —

» Ariſtarchum, quod iſta ſuſtulerit, Athenaeus exagitat;
» affirmans, eâ lectione receptâ ἀνίατον γίνεσθαι παντά-
» πασι τὸ ἐξάρχοντες, μηκέτι δυναμένης τῆς ἐπὶ τὸν
» ᾠδὸν ἀναφορᾶς σώζεσθαι. Ante reprehendebatur Ariſtar-
» chus, quod ἐξάρχοντες male ſcripſiſſet pro ἐξάρχοντος:
» nunc longe gravius peccaſſe dicitur; cum, ſublato ver-
» ſu qui nomen ᾠδοῦ continebat, nihil reliquerit quo poſ-
» ſit τὸ ἐξάρχοντες referri. Hoc illud eſt quod vocatur τὸ
» ἀνίατον: *incommodum tantum cui par medicina reperiri non*
» *queat.* Verte ſic: *ut ſervari nullo modo poſſit* τὸ ἐξάρχον-
» τες, *cum referri id iam non poſſit ad cantorem.* « CASAU-
BONUS. — Notanda apud Athenaeum ſcriptura τερπόμενος: pro quo vulgo apud Homerum cum in Iliade, tum in Odyſſea, τερπόμενοι in plurali legitur, ne id quidem male. Caeterum ſententiam Auctoris minus perſpicue expoſuit Epitomator, cum totum hunc locum, inde ab illis verbis Ὁ δὲ Ἀρίσταρχος ſic contraxit: Ὅτι ἐν τοῖς φθάσασι ῥηθῆναι Ὁμηρικοῖς ἔπεσιν, ἀνίατον παντάπασι τὸ ἐξάρχοντες· μὴ δυναμένης τῆς ἐπὶ τὸν ᾠδὸν ἀναφορᾶς σώζεσθαι. κεῖται δὲ κρεῖττον ἐν Ἰλιάδι· προηγουμένου τοῦ, Πολλὸς δ' ἱμερόεντα χορὸν περίσταθ' ὅμιλος.

AD CAP. XI.

Διότι δὲ οὐ πιθανὸν, ἀκρόαμα παρὰ τῷ Μενελάῳ τυγχάνειν. Haec quum Dalecampius latine ſic reddidiſſet: *Cre-*

dibile vero non esse, apud Menelaum recitationes illas & cantus adhibita fuisse: monuit CASAUBONUS: »Verte, *Quod* »*autem probabile non sit, fuisse apud Menelaum cantorem.* »Ἀκρόαμα, *ipse qui auditur, cantor.* « — *Acroama* quid dixerint Graeci, satis hodie in latinis etiam quibusque lexicis, paulo quidem uberioribus, expositum reperitur. d

Homerica verba, Αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς &c. ducta ex Odyss. e δ'. 264 sq. Iste versus, Κήδεά μοι &c. ibidem legitur num. f 154. hac differentia, quod ibi ἀεθλοι poëta dicit, pro ἀεισδοὶ quod hic posuit Athenaeus.

Illud, προσκύπτων πρὸς τὸν Πεισίστρατον, pertinet ad Odyss. δ'. 69 sq. Quod vero adiicit, καὶ τῶν σκευῶν διατιθέμενος, respicit verba quae ibidem sequuntur, & praesertim *vs.* 75. ubi ait Telemachus, σέβας μ' ἔχει εἰσορόωντα. Qui locus apud Nostrum dubitatione non vacat. »Videamus vero (inquit CASAUBONUS) an ita scri»pta sint ab Athenaeo quae proxime sequuntur, τῶν »σκευῶν διατιθέμενος, pro, *in utensilium admiratione defixus.* »Ac videtur τῶν σκευῶν, subaudita voce ἕνεκα, ferri pos»se, etsi duriusculum est, pro ἐπὶ τοῖς σκεύεσι. At δια»τίθεσθαι, pro ἐκπλήττεσθαι & *vehementius affici*, e trivio »petitum non est. Sic loquitur & alibi. « — Verbum διατίθεσθαι ea notione, quae hic obtinet, alibi apud Nostrum nec memini legere, nec in schedis meis adnotatum reperio. Et aliàs quidem minime infrequens est ille usus; sed constanter ita positum illud verbum reperitur, ut adiecto adverbio aliquo aut alia quadam dictione differte declaretur *modus quo quis adfectus fuerit*, verbi caussa, κακῶς, δεινῶς, χαλεπῶς, ῥᾳδίως, οὕτως, παρὰ φύσιν, & similia; quam in partem plura exempla collegit H. Stephanus in Thesaur. T. III. col. 1489. quibus alia facile adiici possunt, quorum nonnulla offert Index noster Epictereus. Quare non nego, suspectum mihi hoc loco videri id verbum ita absolute positum, pro *admiratione adfici*, aut *stupore defigi.* Sed magis etiam suspecta constructio ista cum nudo genitivo casu; ubi saltem ὑπὸ τῶν σκευῶν exspectasses, quod malle se adnotavit CORAY in *Notis mssstis.* Eà certe constructione apud Polybium III. 74, 11. usurpatum id verbum legitur, non quidem de animi, sed de corporis adfectione: ὑπὸ δὲ τῶν ὄμβρων καὶ τῆς ἐπιγενομένης χιόνος οὕτω διετίθεντο δεινῶς &c.

πεποίηκε γοῦν ἀμφοτέρους, τὸν μὲν τῷ Ἀλκινόῳ, τὸν δὲ a

a τῷ Μενελάῳ διὰ δακρύων γνωριζομένους. Vide Odyss. θ'. 521 sqq. & δ'. 113 sqq.

AD CAP. XII.

παρὰ δ' Ὁμήρῳ κεκρότηται τὰ σώφρονα συμπόσια. » Do» ctus interpres κεκρότηται vertit, *plausu celebrantur*. Sane » id Graeca dictio sonat: sed existimo, positum κεκρότηται » pro συγκεκρότηται, *coëunt, agitantur*. Sic enim Graeci lo» quuntur usitatius: ut Chrysostomus in Ep. ad Romanos: » καὶ μάλιστα τοῖς τὰ φιλικὰ συγκροτοῦσι συμπόσια. Ari» stides in Apologia: εἰ μὴ ἄρα ἐν τῷ Ἡλυσίῳ πεδίῳ τὸ συμ» πόσιον συνεκροτεῖτο. « CASAUBONUS. — Quemadmodum συγκροτεῖν στράτευμα idem valet ac συνάγειν στράτευμα, *exercitum colligere, contrahere*: sic perinde quoque συγκροτεῖν συμπόσιον dicunt Graeci atque συνάγειν συμπόσιον, quod est proprium & usitatissimum in ea re verbum. cf. IV. 141. c. 143. a. V. 187. a. An vero, quemadmodum etiam nude ἄγειν συμπόσιον dixerunt, eodem modo nude κροτεῖν συμπόσιον dixerint, haud ita exploratum videtur: neque ullum aliud, quod sciam, illius dictionis exemplum exstat praeter id quod hoc loco apud Athenaeum legitur, ubi quidem editam scripturam tuentur ambo nostri codices mssti. Caeterum loco modo citato, pag. 187. a. (cap. 3. nostrae edit. pag. 204.) dixerat Noster, παρὰ τοῖς οὐ τὰ σώφρονα συμπόσια συνάγουσι, ad quae verba referuntur haec ipsa de quibus nunc agebamus.

καὶ ποτὲ μὲν ἐπήνεσέ τις φήσας τὸν Μενέλαον. Idem valet hoc ac si dixisset ἐπήνεσέ τις Μενέλαον, φήσας πρὸς αὐτόν. Ille τὶς autem, *Telemachus* est. Vide Odyss. δ'. 160. *Mox*, Ὁ δ' ἐπελάβετο, nempe *Menelaus*; Od. δ'. 193 sq. Tum, Ὁ δὲ πάλιν, *Rursus vero ille*; vel, *Rursus vero alius*: nempe *Mentor*, & quae sub illius persona latebat Minerva, in convivio apud Nestorem. Vide Odyss. γ'. 230.

Iam vero hoc loco, in ipso illo versu, Τηλέμαχε, ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων, in ordinem redit oratio, quae hucusque cum in editis, tum in mssts libris, foliorum nonnullorum transpositione, mire fuerat turbata. De qua confusione, nunc demum plane sublata, satis diximus in Animadvers. ad lib. IV. pag. 177. c. & pag. 182. b. rursusque nuperrime ad lib. V. cap. 3. nostrae edit. ad
p. 187 c pag. 187. b. edit. Casaub.

Πάλιν Ἐπίκουρος ἐν τῷ Συμποσίῳ ζητεῖ περὶ δυσπεψίας,

ὥστ' οἰωνίσασθαι· εἶθ' ἑξῆς περὶ πυρετῶν. »*Praeterea quaerit* c
»*Epicurus in Convivio suo de Cruditate; ut ex eo liceat omi-*
»*nari: deinde* quaerit *de febribus.* Veterum ea superstitio
»fuit, ut rerum male ominatarum mentionem super coe-
»nam fieri nollent, aut factam abominarentur. Huiusmo-
»di res sunt cruditas, febris, incendium. De duobus prio-
»ribus testatur hîc Athenaeus: de incendio Plinius, lib.
»XXVII. cap. 2. [sect. 5.] *Incendia inter epulas nominata,*
»*effusis subter mensam aquis abominantur.*« Casaub. — Pro
περὶ δυσπεψίας, πρὸ δυσπεψίας expressum est in ed. Cas.
2 & 3. hallucinatione operarum.

τὴν μὲν γὰρ ἐπιτρέχουσαν τῇ λέξει ἀῤῥυθμίαν τί δεῖ
καὶ λέγειν; »*Nam dictionis qua utitur* Epicurus *inconcinni-*
»*tatem quid attinet dicere?* Epicurum nescisse Graece lo-
»qui, probavimus alibi multorum scriptorum testimoniis.
»In exprimenda voce ἀῤῥυθμία frustra laboravit Dale-
»campius: non enim id auctor voluit quod ille dixit.«
Casaub. — Dalecampius, verba ista sic vertens, *Nihil*
attinet hîc dicere, quam inconcinna eius oratio subsultim ac in-
epte huc illuc excurrat: non tam in exprimenda notione
vocabuli ἀῤῥυθμία erravit, quam verbi ἐπιτρέχειν usum
parum habuit perspectum: quod verbum interdum, quem-
admodum hoc loco, idem fere valet ac συμβαίνειν, usur-
paturque de eo quod *accedit* vel *accidit* ei rei vel personae
de qua agitur, sive de *qualitate*, quae non tam ad inter-
nam rei naturam pertinet, (cuiusmodi qualitas, ἐγγίνεσθαι vel ἐνεῖναι *rei*, dicitur) quam ad exteriorem illius
formam. Quem ad usum verbi ἐπιτρέχειν pertinent non-
nulla ex iis exemplis, quae post Guil. Budaeum ab Henr.
Stephano prolata sunt, in Thes. T. III. col. 1659 sq. Vo-
cabulum ἀῤῥυθμίαν sic duplicata litera ῥ scripsi praeeunte
ms. *Ep.* cum ἀρυθμίαν antea editum esset. De *dictione pa-*
rum concinna Epicuri pauca adnotavit Casaubonus ad Laërt.
X. 13. ex Sexto Empir. in Prooem. lib. I. adv. Mathemat.
sect. 1. & ex Cicerone de Finib. I. 7. Ab Aristophane
Grammatico reprehensam esse Epicuri dictionem ut ἰδιωτάτην, ait Diogenes Laërtius loco citato: ubi *maxime po-*
pularem & plebeiam intelligebat Menagius; recte, ut mihi
videtur: sed in eam sententiam (quod idem Menagius
perspecte monuit) ἰδιωτικωτάτην scriptum oportebat,
non ἰδιωτάτην, quod longe diversum est, atque etiam
propemodum plane contrarium.

c Πλάτων δὲ &c. Haec in ed. Ven. ſic ſcripta diſtinctaque legebantur: Πλάτων δὲ τὸν μὲν ὑπὸ τῆς λυγγὸς ἐνοχλούμενον καὶ θεραπευόμενον ἀνακογχυλιασμοῖς ὕδατος, ἐν δὲ ταῖς ὑποθήκαις τοῦ κάρφους ἵνα τὴν ῥῖνα κινήσας πτάρῃ, παρίημι. κωμῳδεῖν γὰρ ἤθελε καὶ διασύρειν. χλευάζει τε τὰ ἰσόκωλα &c. Quam ſcripturam per omnia tenet codex mstus uterque, niſi quod initio Πλάτων τε τὸν ὑπὸ τῆς λυγγὸς habet *ms. Ep.* omiſſa μὲν particula. Temere vero in ed. Baſ. verba poſtrema ſic erant mutata, κωμῳδεῖν γὰρ ἤθελε καὶ διασύρει, χλευάζει τε &c. Quod ſervatum eſt in ed. Caſaub. accedente etiam in ed. Caſ. 1. alio errore, nempe quod interpunctio orationis poſt παρίημι fuerit omiſſa. Iam in Animadverſionibus haec adnotavit CASAUBONUS: »Totus locus concipiendus eſt ali»ter quam vulgo editur. Scribe: Πλάτων δὲ, (τὸν μὲν »γὰρ ὑπὸ τῆς λυγγὸς ὀχλούμενον καὶ θεραπ. ἀνακογχυλ. »ὕδατος, σὺν ταῖς ὑποθήκαις τοῦ κάρφους, ἵνα τὴν ῥῖνα »κινήσας πτάρῃ, παρίημι· κωμῳδεῖν γὰρ ἤθελε καὶ διασυ»ρειν) χλευάζει τε τὰ ἰσ. &c. Planiſſima iam ſunt omnia. »Platonis locus ita habet: Ariſtophanes, cum ad ipſum »vices ſermonis veniſſent, ſingultu impeditus verba pro»loqui, Eryximachum medicum duo rogat, & ut ſuas »partes obeat, & ut ſe ſingultu liberet. Utrumque ille »concedit. Praecepta autem ſedandi ſingultus haec ſunt: »Ἐν ᾧ δ' ἂν ἐγὼ λέγω, ἐὰν μέν σοι ἐθέλῃ ἀπνευστὶ ἔχοντι »πολὺν χρόνον παύεσθαι ἢ λύγξ· εἰ δὲ μὴ, ὕδατι ἀνακογ»χυλίασον. εἰ δ' ἄρα πάνυ ἰσχυρά ἐστιν, ἀναλαβών τε »τοιοῦτο οἵῳ κινήσαις ἂν τὴν ῥῖνα, πτάρε. « [vide Platonis Conviv. pag. 193. edit. Bipont.] »Quae verba ſic »vertimus: *Interea dum ego loquar, ſi quidem ceſſaverit ſin»gultus ſpiritum longo tempore cohibenti*, bene erit: *ſin minus; »aqua fauces collue. Quod ſi admodum vehemens ſit, ſume »aliquid eiusmodi quo nares moveas, & ſternuta.* Expreſſimus »figuram Atticam, quae Platonis verba eius interpreti»bus obſcura reddidit. Deeſt enim aliquid ante εἰ δὲ μή. »Atque hoc loquendi genere etſi plurimum uſi Attici, »proprie tamen medicis (ut hic fuit, qui iſta pronuntiat) »videtur convenire. Hippocratem certe plurimum eo uti »obſervabamus. Περὶ Διαίτης ὀξέων ſcribit Cous ſenex: »καὶ ἢν μέν σοι ἐπιδιδῷ ἐπὶ τὸ βέλτιον· εἰ δὲ μὴ, προλέ»γειν. Id eſt: *Ac ſi quidem melius te habere coeperis*, bene »eſt: *ſin minus, medicus praemonendus.* Iterum eodem li-

»bro: Κ' ἢν μὲν ἱκανῶς ἔχῃ. ἢν δὲ μὴ, εἰ ἐλλείπῃ, ὀπίσω c
»ποιέειν τὰ αὐτά. Ubi notabis illa εἰ ἐλλείπῃ, prorſus
»non neceſſario ab Hippocrate adiecta, ut multa ſaepe
»apud optimos ſcriptores: aut ex gloſſa fortaſſe orta.«
[Et ſoloece quidem expreſſa gloſſa: εἰ cum ſubiunctivo.]
»Idem auctor lib. II. De Morbis: Καὶ ἢν μὲν τοιαῦτα ποιή-
»σαντι ὑγιὴς γένηται· εἰ δὲ μὴ &c. Hoc eſt: *quod ſi talia*
»*praeſtanti, ſanus evaſerit*, bene habet: *ſin minus.* Ita ver-
»tendum, niſi legas ποιήσας, quod doctis placet; meo
»quidem iudicio, ſine cauſſa. Idem, De Superfoetatione:
»Καὶ ἢν μὲν ἀπὸ τῆς πυριήσιος ἀποχωρήσει· εἰ δὲ μὴ, &c.
»Libro De Diaeta: ἢν μὲν οὖν ἐν ταύτῃ παύσηται· εἰ δὲ
»μὴ, πτισσάνης χυλῷ θεραπεύεσθαι. De Fiſtulis: ἢν μὲν
»οὖν ἅμα τῇ νούσῳ παύηται· φιλέει γὰρ ὡς τὰ πολλὰ οὕ-
»τως γίνεσθαι. εἰ δὲ μὴ, δίδου τῶν φαρμάκων. Tot locis
»apud divinum virum figuram hanc adnotavimus. Alibi
»ſolet idem, quod deſideratur in iſtis exemplis, adiice-
»re; puta, ταῦτα ἄριστα: ut, De Mulierum morbis: ἢν
»μὲν δυνατὸν ᾖ εἴσω ἀπῶσαι ἄμφω, καὶ εὐτρεπίσαι τὸ
»ἔμβρυον, ταῦτα ἄριστα· εἰ δὲ μὴ οἷόν τε ᾖ &c. vel ἀρ-
»κεῖτο: ut, De Fiſtulis: καὶ ἢν πρὸς ταῦτα ἀπαλλάσση-
»ται τῆς ὀδύνης, ἀρκείτω. ἢν δὲ μὴ, πίσαι τὸ μηκώνιον.
»Eſt & illud Hippocraticum non minus quam Atticum
»genus loquendi, quo uti facit Eryximachum Plato, ἐὰν
»ἐθέλῃ παύεσθαι ἡ λύγξ. Sed ad nos redeamus & noſtrum
»penſum. Igitur ex adſcriptis Platonis verbis patet quam
»male hunc locum interpretes acceperint. At noſtram
»emendationem leviter ſaltem confirmant libri omnes me-
»liores, [non modo ſcripti, ut iam docui, ſed & Ve-
»neta editio,] in queis non διασύρει, ſed διασύρειν eſt
»exaratum. In Epitoma male ὑποθέσεσι pro ὑποθήκαις.«
Casaubonus. — In noſtro *ms. Epit.* compendioſe ſcri-
ptum hoc vocabulum; ſed nil aliud ſignificare illud com-
pendium videtur, niſi ὑποθήκαις. Quod vulgo ſcribitur
ἐν δὲ ταῖς ὑποθήκαις, non dubito mendoſum eſſe. Eſſe
vero ἐν δὲ ταῖς ex σὺν ταῖς corruptum, quod ſtatuit
Caſaubonus, id quidem parum videtur probabile. Nec
quidquam amplius profecit Villebrunius, ἢ δὲ corrigens:
nam ſive ἠδὲ voluit, quod idem ac καὶ valeat; nulli
proſaicorum ſcriptorum uſurpata ea particula eſt: ſive ἢ
δὲ pro *aut vero* accepit, ut ex Gallica verſione intelligi
videtur; ne ſic quidem locuti ſunt (quod ſciam) Graeci,

c & ſupereſt difficultas quam creat δὲ particula, iniquo loco poſita. Simpliciſſimum remedium videri poſſit, ſi ἔν τε ταῖς legamus: nam ἐν praepoſitio neminem hoc loco offendere debet, qua ſaepe utuntur Graeci, ubi de inſtrumento agitur, aut de via rationeque quâ efficitur aliquid; ubi perinde vel omitti etiam praepoſitio, vel σὺν poni poterat. Si tenenda vulgata ſcriptura ἐν δὲ ταῖς, ſuſpicatus ſum intercidiſſe fortaſſe ante ἀνακογχ. *particulam negativam*, quam adiicere potuerat Athenaeus, quoniam apud Platonem pag. 199. diſerte Ariſtophanes ait, non prius ceſſaſſe ſingultum, quam altero illo uſus fuiſſet remedio. Quod pro κινήσας, κνήσας aut κνίσας cum hìc tum apud Platonem legendum contendit VILLEBRUNIUS; percommoda quidem haec lectio foret, ſed minime neceſſaria novatio.

χλευάζει τε τὰ ἰσόκωλα τὰ Ἀγάθωνος καὶ τὰ ἀντίθετα, καὶ τὸν Ἀλκιβιάδην (Ἀλκιβιάδη bene, mssti.) δὲ παράγει λέγοντα ὅτι πασχητιᾷ. » Quod ſequitur de *irriſo* » *Agathone* & *ſceleſto Alcibiadis amore*, ex ipſo Platone pe» tat lector.« CASAUB. — Quae ἰσόκωλα vocant Graeci, id eſt, *orationem aequalibus membris conſtantem*, ut interpretatur Quintilianus, Inſtit. Orat. IX. 3, 80. eius dicendi generis exemplum hoc ex Ciceronis Orat. pro A. Caecina adpoſuit idem Quintilianus, *Si, quantum in agro locisque deſertis audacia poteſt, tantum in foro atque in iudiciis impudentia valeret.* Sed ipſius Agathonis (aut quae certe a Platone ei tribuuntur) ἰσόκωλα & ἀντίθετα, quae dicit Athenaeus, leges in philoſophi Convivio p. 218 ſq. ubi ſimul, quo pacto ea ironice laudet Platonicus Socrates, adeoque irrideat, reperies. Quod de *Alcibiade* adiicit Athenaeus, id (non eodem utique verbo expreſſum, quo utitur Noſter) habes ibidem pag. 260 ſq. Et dixerit fortaſſe aliquis, invidioſius quodammodo ac non ſine calumnia commemorari hoc ab Athenaeo, quem & aliâs paulo iniquiorem eſſe in Philoſophos, ac praeſertim in Platonem, videmus. At mihi, ſi quod ſentio dicere licet, ſermo ille, quem ab Alcibiade inſtitutum Plato finxìt, non minus quam Athenaeo noſtro, indignus Philoſophi ſtylo ſemper viſus erat.

d Ἀλλ' οὔτε ἐκ δρυμβρας, ἔφη Δημοχάρης, λόγχη -- γίνεται. Repetitur idem verbum infra, pag. 215. e. quod merito Eraſmus cum trito illo adagio contulit, *Non e quovis ligno fit Mercurius.* Qui illo verbo uſus eſt DEMOCHARES,

idem (ut discimus ex Eusebii Praeparat. Evang. XV. 2.) d multa maledicenter & invidiose in Philosophos scripsit: quod fecit ille in *Apologia pro Sophocle* illo, qui decretum tulerat, quo philosophi omnes Athenis sunt ejecti: de quo vide Nostrum lib. XIII. pag. 610. e. f. & XI. 508 extr. & sq. conf. Diog. Laërt. V. 38. & ibi virorum doctorum notata. Ex isto Democharis scripto Athenaeus maiorem partem eorum, quae hoc libro contra Platonem aliosque philosophos disputavit, desumsisse videtur: in qua disputatione utique nimia quaedam morositas, & adfectata severitas, non sine calumniae specie, perlucet.

ἦν ὁ μὲν Πίνδαρος Ἑλλάδος ἔρεισμα ἔφη· Θουκυδίδης δ', ἐν τῷ εἰς Εὐριπίδην ἐπιγράμματι, Ἑλλάδος Ἑλλάδα. In ed. Ven. & Bas. sola haec verba legebantur, manifeste mutilata, ἦν ὁ μὲν Πίνδαρος Ἑλλάδος Ἑλλάδα. Quae in medio omissa erant, adiicienda e suo codice Epitomae monuerat Hoeschelius, excepta vocula δὲ post Θουκυδ. quam tamen ibi noster *ms. Ep.* non minus quam *ms. A.* agnoscit: & in contextum eadem verba (simul cum δὲ particula) recepit CASAUBONUS; quo spectat eiusdem animadversio haec: »Restituimus ex membranis an»tiquae fidei quae desiderabantur in Athenarum encomio. »Quis non legit apud veteres, PINDARO *dictas esse Athe»nas* Ἑλλάδος ἔρεισμα? Vel Apophthegmata Plutarchi, »notum etiam pueris librum, consule.« [Immo legitur »in Plutarchi libello DE Gloria Atheniensium, T. II. Opp. »p. 350. a. edit. Francof.] »Ad Pindaricum elogium ta»cite allusit Aristides in Panathenaico, de Attica scribens »in haec verba: Καὶ τὸ τῆς χώρας αὖ σχῆμα, τοιοῦτον, »ἐκ γῆς καὶ θαλάττης θεωροῦντι. πρόκειται γὰρ ἀντ' ἄλ»λου φυλακτηρίου τῆς Ἑλλάδος, τὴν γιγνομένην τάξιν ἔχου»σα πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα· προμήκης εἰς τὸ πέλαγος, καὶ »μάλα ἐναργὴς συμβαλεῖν, ὅτι τῆς Ἑλλάδος ἐστὶν ἔρεισ»μα ὑπὸ τῶν Κρειττόνων πεποιημένον. Idem poëta etiam »alibi eam urbem dilaudat, ut Pythionicarum Ode se»ptima. At Ἑλλάδος Ἑλλάδα nuncupavit Athenas non »Pindarus, sed THUCYDIDES *in Epigrammate de Euripide*, »ut placet Athenaeo: aliis aliter olim visum. Auctor »Vitae Euripidis: Ἐτάφη μὲν οὖν ἐν Μακεδονίᾳ· κενοτά»φιον δὲ αὐτοῦ Ἀθήνησι γέγονεν, ἐφ' οὗ ἐπέγραψε Θουκυ»δίδης ὁ ξυγγραφεὺς, ἢ Τιμόθεος ὁ μελοποιὸς, τάδε·

»Μνᾶμα μὲν Ἑλλὰς ἅπασ' Εὐριπίδου· ὀστέα δ' ἴσχει

d »γῆ Μακεδών. ἣ γὰρ δέξατο τέρμα βίου.
»πατρὶς δ', Ἑλλάδος Ἑλλὰς Ἀθῆναι. πλεῖστα δὲ Μούσας
»τέρψας, ἐκ πολλῶν καὶ τὸν ἔπαινον ἔχει. « De *Pindari* dicto conſulendus SCHNEIDER, in Fragm. Pindar. num. IX. pag. 50. ubi alii laudantur auctores qui illius dicti meminerunt. Adde viros doctos ad Luciani Timon. cap. 50. T. I. pag. 422. edit. Bipont. De *Thucydidis Epigrammate* vide IACOBS ad Anthолog. Vol. I. Part. I. pag. 335.

Ὁ δὲ Πύθιος, ἑστίαν καὶ πρυτανεῖον τῶν Ἑλλήνων. »Exponi hoc debet ex alio loco eiusdem auctoris. »Nam libro VI. [pag. 254. b.] de *Athenis* ita ſcribit: ἣν »μὲν ὁ Πύθιος ἑστίαν τῆς Ἑλλάδος ἀνεκήρυξε· πρυτανεῖον »δὲ Ἑλλάδος ὁ δυσμενέστατος Θεόπομπος. Putet aliquis »excidiſſe hoc loco *Theopompi* nomen: ſed non aliter ab »ipſo Athenaeo ſcriptum cenſeo. ἑστία autem & πρυτα»νεῖον idem ſunt. In Graeciae urbibus erant quae dice»bantur *prytanea*: de quibus multa libro XV. [conf. ſu»pra, ad pag. 186. a.] Ibi Veſtam colebant, & publicos »focos habebant. *Penates* & *regia* [quae vocabula hîc in »verſione poſuit Dalech.] nihil ad iſta. « CASAUB. — Qua occaſione oraculum iſtud ediderit Pythius Apollo, docet Aelianus Var. Hiſt. IV. 6.

e πάρεστι σκοπεῖν. Sic *ms. A.* cum edd. πάρεστι νοεῖν *Epit. Ibid.* τὸν μὲν γὰρ Ἀλκιβιάδην (ſive Ἀλκιβιάδη) φησὶν ἐν τῷ ὁμωνύμῳ διαλόγῳ, παρακμάσαντα, τότε πρῶτον ἄρξασθαι Σωκράτει λαλεῖν &c. Recte ἄρξασθαι dedit *ms. A.* Perperam ἄρξαντα edd. Ipſum unum verbum hoc omiſit *Epit.* Ad rem quod ſpectat, non vacat calumnia id quod hic affirmat Athenaeus. Nam in primis ipſis verbis eiusdem dialogi, quem hic reſpicit Deipnoſophiſta, (qui *Alcibiades primus* inſcribitur) diſerte profitentem Socratem facit Plato, ſe *primum olim amatorem Alcibiadis* fuiſſe.

τὰ δ' ἐν τῷ Χαρμίδῃ ἐναντιώματα ἐξ αὐτοῦ τοῦ διαλόγου ὁ βουλόμενος εἴσεται. ποιεῖ γὰρ αὐτὸν ἀσυμφώνως ποτὲ μὲν &c. »Id eſt: Platonis *dicta contraria, quae in eius »Charmide leguntur, ex* [*ipſo*] *eo dialogo lector cognoſcet.* »Quem librum ſi lectione ſua dignati eſſent interpretes, »errores ſuos agnoviſſent. Exponit quidem illa ἐναντιώ»ματα Athenaeus: ſed ita obſcure, ut nemo ſit recte »capturus eius verba, qui Platonis Charmidem non lege-

»rit. Scribit enim, *ποιεῖ γὰρ αὐτὸν ἀσυμφώνως ποτὲ* &c. e »Videtur loqui de Charmide: quod eſt tamen falſum; »nam de Socrate intelligendum illud *αὐτὸν* neceſſario. »Miror optimum ſcriptorem non elocutum eſſe pla»nius quod vellet: ſed omnem dubitationem tollit dialo»gi illius lectio.« [Itaque ſuſpicatus ſum, fortaſſe *τὸν αὐτὸν* ſcripſiſſe Athenaeum; id eſt, *eumdem* hominem (nempe Socratem) prorſus inter ſe *contraria* profitentem facit Plato.] »*ἀσυμφώνως* valet, *non conſtans ſibi.* Nam »in eadem fere pagina fingitur Platoni Socrates modo »alienus ab amore, & *λευκὴ στάθμη πρὸς τοὺς καλούς*: »[pag. 108. Tom. V. ed. Bipont.] modo ſuccumbens »formae pueri Charmidae.« CASAUB.

καὶ γινόμενον ἔξεδρον, καὶ καθάπερ νεβρὸν ὑποπεπτω- f *κότα λέοντος ἁλκῇ.* Pro *νεβρὸν* perperam *νεκρὸν* edebatur. Quod cum in ſua etiam editione intactum reliquiſſet CASAUBONUS, monuit dein idem in Animadverſionibus: »Tolle mendum doctis non deprehenſum. Scribendum »*νεβρόν*. Equidem aliter nunquam legi: neque enim »poteſt. Verum animadverti poſtea, eſſe alluſum ad Pla»tonis verba ex illo ipſo dialogo: [pag. 111.] *ὃς εἶπεν,* »*ἐπὶ τοῦ καλοῦ λέγων παιδὸς, ἄλλῳ ὑποτιθέμενος, εὐλα-* »*βεῖσθαι μὴ κατέναντι λέοντος νεβρὸν ἐλθόντα μοῖραν αἱρεῖ-* »*σθαι κρεῶν.* Haec Socrates loquitur; qui ſtatim fatetur »clare, victum ſe quoque amore Charmidae: *αὐτὸς γάρ μοι* »*ἐδόκουν ὑπὸ τοῦ τοιούτου ῥέμματος ἑαλωκέναι.* Reperi »etiam in Excerpris *νευρὸν*, quod idem eſt. *υ* pro *β* po»ſitum, ut in multis. Sic montes quidam in Sicilia aliis »dicuntur *Νεβρώδεις*, alii *Νευρώδεις*.« — Perſpicue *νεβρὸν* dedit uterque noſter codex mstus. Quod ait *γινόμενον ἔξεδρον*, recte Dalecampius vertit *impotentem ſui.* In alienam ſententiam acceperat H. Stephanus Theſ. I. 1084. e. *ſede emotum*, id eſt, *in convivio non conſtantem ſibi, ſed idemtidem ſurgentem.* Idem tamen Stephanus mox ibidem ex Euripide (Hippolyt. 935.) protulit dictionem, *ἔξεδροι φρενῶν λόγοι*, quae monſtrabat intelligendum apud Athenaeum *ἔξεδρον φρενῶν*, i. e. *de ſtatu mentis deiectum.* Reſpexit nempe Deipnoſophiſta, illud Socratis Platonici verbum, (in Charmid. pag. 111.) cum ait, *οὐκ ἔτ' ἐν ἐμαυτῷ ἦν.*

AD CAP. XIII.

Καλλίας μὲν γὰρ συνάγει τὸ συμπόσιον &c. Confer infra pag. 216. d. Mox quod ait, Ὥσπερ γὰρ, ὅταν φέγγος &c. ipsius *Xenophontis* verba sunt in Convivio, haud procul initio, p. m. 690. Quod ibi apud Xenophontem legitur, ἐφέλκεται τὰς ὄψεις, id ipsum apud Athenaeum dedere ambo nostri *mssti*, cum in editis deesset τὰς articulus. Paulo post vero, σιωπηλότεροι, quod apud Nostrum cum editis tenent veteres membranae, probatior scriptura nobis visa erat, quam quae apud Xenoph. vulgo exhibetur, σιωπηρότεροι. Epitomator postrema Xenophontis verba, inde ab illis οἱ μέν γε, praetermisit.

Ἀλλ' οὐχ Ὅμηρος τοιοῦτόν τι εἰπεῖν ἐπεχείρησε καὶ περὶ τῆς Ἑλένης παρούσης· ἧς περὶ τοῦ κάλλους &c. »Lego καίπερ τῆς Ἑλένης παρούσης περὶ τοῦ κάλλους. »*Apud poëtam*, inquit, *sermones de amore non reperias parum »castos, ut apud Platonem & Xenophontem: ac licet praesente »Helenâ ipsa veritatis vis extorqueat etiam ab ore hostis lau»dationem eius formae, cogatque in haec verba erumpere*, [Iliad. »γ'. 156 sq.] Οὐ νέμεσις &c. *tamen redit ad se statim qui »haec dixerat, & pronuntiat idem*, Ἀλλὰ καὶ ὣς τοιήτερ »ἑοῦσ' ἐν νηυσὶ νεέσθω. « CASAUB. — Perspecte utique vir doctus exposuit Auctoris sententiam: nec omnino displicuerat proposita ab eodem emendatio. Attamen cum insolentior visa esset illa verborum structura, τῆς Ἑλένης παρούσης περὶ τοῦ κάλλους, pro περὶ τοῦ τῆς Ἑλένης παρούσης κάλλους, tenendam putavi in verbis proxime praecedentibus editorum librorum scripturam, vetustarum membranarum auctoritate firmatam, καὶ περὶ Ἑλένης παρούσης: & verba ista sic accepi, *Homerus nihil tale dicere ausus est etiam de Helena praesente*, (cuius tamen formam praestantiorem fuisse credibile est quam Autolyci) *quale de Autolyco narrat Xenophon.* Pro eadem vero sententia necessarium erat ut post participium παρούσης pronomen ἧς insereretur, quod ob terminationem vocis praecedentis, eisdem literis constantem, facile intercidere potuerat; cuius tamen vestigium etiam aliquod (turbatum illud quidem, & ex παραδιορθώσει fortasse ortum) in illa scriptura veterum membranarum, περὶ τῆς τοῦ κάλλους, supereresse videbatur. Deinde, in eiusdem constructionis

consecutione, ferri quidem utcumque poterat τοιαῦτ' a
εἶπεν, quod tenent libri omnes; & consultius fortasse facturi eramus, si & nos in exemplo nostro tenuissemus. Sed quoniam deinde ad hoc refertur illud εἶτα φησίν: aut ibi εἶτα δὲ φησίν desiderari nobis visum erat, aut hîc εἰπών, ut sic cohaereret oratio, τὶς τῶν ἐναντίων αὐτῇ τοιαῦτ' εἰπὼν -- εἶτα φησίν. Et sic quidem commodissime fluere oratio videbatur. Quas si leviusculas mutationes audacius a nobis invectas fuisse iudicaverit eruditus lector, quin suum ille sequatur iudicium non modo nihil impedio, verum etiam profitebor id quod codicem *ms. Epit.* diligentius inspiciens nunc demum animadverto, scilicet dare hunc codicem illud ipsum καίπερ quod voluerat Casaubonus, qui & ipse in Hoescheliano libro illam particulam reperisse videtur. Sed videamus totam huius loci scripturam, qualem exhibet Epitomator, quae est huiusmodi: Ἀλλ' οὐχ Ὅμηρος τοιοῦτόν τι ἐπεχείρησεν εἰπεῖν. καίπερ δὲ τῆς Ἑλένης παρούσης, περὶ τοῦ κάλλους τις τῶν ἐναντίων εἶπεν ὑπὸ τῆς ἀληθείας ἐκνικώμενος, Οὐ νέμεσις, καὶ τὰ ἑξῆς. εἶτα τίς φησιν, Ἀλλὰ καὶ τοιήπερ ἐοῦσα, &c. Ubi si ab hoc errore discesseris, (qui fortasse librarii est) quod pronomen τις incommode repetitur in illis verbis εἶτα τίς φησιν, reliqua oratio ope particulae δὲ, initio post καίπερ insertae perapte cohaeret hoc modo: καίπερ δὲ -- εἶπεν -- Οὐ νέμεσις, -- εἶτα φησί. Id est, *Tale quid non ausus est Homerus: sed licet apud illum, praesente Helena, nonnemo pulcritudine illius perculsus in ista verba erumpat, Non est indigne ferendum &c. mox deinde tamen idem subiicit, At vel sic tamen*, & quae sequuntur. Teneamus igitur, si placet, huius codicis scripturam, καίπερ δὲ, & deinde εἶπεν. Quam si sequamur, poterit ad illa verba, περὶ τοῦ κάλλους, pronomen αὐτῆς subintelligi: nisi illud ipsum etiam adiectum malimus, cum praesertim in membranis *A.* in illa vocula τῆς (alieno loco inserta) latere decurtatum videri possit; ut, pro περὶ τῆς τοῦ κάλλους, oportuerit περὶ αὐτῆς τοῦ κάλλους.

Τὰ δὲ μειράκια &c. Odyss. lib. IV. *Ibid.* ἡσυχίαν b
ἄγουσι. Correxit hoc Casaubonus, monitus ab Hoe- c
schelio. Nempe sic in *Epitoma* scriptum: minus commode ἡσυχίαν ἄγοντες ed. Ven. & Bas. cum ms. *A.* *Ibid.* πρὸς τὸ περιβόητον ἐκκεκωφωμένοι κάλλος. Nam et-

c iam tum perpulcra erat Helena, & Dianae similis. Odyss. δ'. 122.

Ὁ δὲ Σωκράτης τίνος χάριν - - - τὸ μύρον ἀπείπατο; Apud Xenoph. in Conviv. pag. 691. *Ibid.* οὐδεὶς γὰρ ἂν αὐτοῦ &c. Sic recte mssti nostri. Perperam οὐ γὰρ ἂν αὐτοῦ ed. Ven. Bas. Cas. 1. & novo operarum errore οὐ γὰρ αὖ αὐτοῦ ed. Cas. 2. 3. ne putes αὖ debuisse has. Quod autem dicit Noster: *Nemo enim sine risu ungi eum vidisset:* eo spectat, quod convivas Xenophon in Symposio suo de professo induxit ut risum amantes. Vide eadem pag. 691. sub initium. Notissimi sunt deinde qui ex
d Comici Nub. 103 sq. adferuntur versiculi. *Ibid.* πολὺ τῶν Σειληνῶν αἰσχίονα λέγων εἶναι. αἰσχίονα dedit codex mstus uterque. αἰσχίω edd. Rem vide apud Xenoph. pag. 698 ineunte. *Mox*, pro ὀρχηστίδα, quod erat in editis, (ac nescio an etiam in ms. *A.*) recte ὀρχηστρίδα dedit ms. *Ep.*

Τίς οὖν τῶν νέων ἐντυχὼν τούτοις οὐκ ἐπιτριβήσεται μᾶλλον, ἥπερ εἰς ἀρετὴν προαχθείη; »Verbum ἐπιτρίβεσθαι »quidam ex antiquis Grammaticis expositorum παρορμᾶσθαι: quod si accipiatur de *impulsione ad malum*, optime »conveniet huic Athenaei loco. Manifesto opponuntur »εἰς ἀρετὴν προάγεσθαι, & ἐπιτρίβεσθαι; quod, transla»tum a corpore ad animum, significat *corrumpi prorsus*, »*fierique hominem perditum:* nam, qui iis moribus sunt, »Graecis dicuntur ἐπίτριπτοι.« Casaubonus. — Verbum ἐπιτρίβειν pro παρορμᾶν usurpatum, id est, notione *incitandi, instigandi, solicitandi*, passim olim apud Appianum observavimus; cuius loca eo spectantia in Indice Graecitatis editioni nostrae Historiarum Appiani adiecto indicata reperiet studiosus lector. De eodem usu eiusdem verbi, quod saepe adulteratum est a librariis, ex professo plura disputavimus in Emendationibus in Suidam pag. 39 sqq. Denique Polybio id verbum eâdem notione vindicavimus, Historiar. lib. IV. cap. 84, 8. Et quemadmodum hoc loco, sic & alibi *in malam* maxime *partem* acceptum reperiet, qui exempla a nobis collecta percurrere voluerit. Nec vero idcirco vel hic verbi usus ex usu nominis ἐπίτριπτος, quo *perditum hominem* insigniunt Graeci, adstrui aut illustrari (ut fecit Casaubonus) debet, vel illa notio vocabuli ἐπίτριπτος ex eo, quem diximus, verbi usu derivari. Differte quippe nos docent Grammatici,

(Suidas, in Ἐπίτριπτος; Scholiaſtes Dorvill. ad Ariſtoph. d Plut. vs. 619. in edit. Hemſterh. pag. 203. Etymologus, pag. 367.) ἐπίτριπτον dici τὸν πονηρὸν, τὸν ἄξιον τοῦ ἐπιτριβῆναι, τουτέστι πληγωθῆναι: nempe ex alia eiusdem verbi ἐπιτρίβειν notione, cum aliorum, tum Ariſtophanis maxime uſu pervulgata, qua *verberibus contundere*, & omnino *perdere* ſignificat.

AD CAP. XIV.

πολιτικῶς ὁμιλοῦντες. πολιτικῶς interdum ſignificat, *ita ut convenit ei qui rempublicam adminiſtrat:* nonnumquam, *populari, vulgari ac ſimplici quadam ratione, ſine arte;* quem uſum notavimus in Lexic. Polyb. hac voce, num. 2. Alibi, quemadmodum hoc loco, commodiſſime *civiliter* interpreteris, ea notione qua Gallice dicimus *d'un ton civil*, id eſt, *urbane, comiter*, & *modeſte:* qua ratione ſupra pag. 177. b. πολιτικώτερον & σοφρόνως coniunxit noſter. Simili ratione apud Polyb. XVIII. 31, 7 ſq. opponuntur οἱ μὲν πρᾴως καὶ πολιτικῶς μεμιμοῦντες, & οἱ δὲ λοιδοροῦντες.

Homericos verſus, qui mox citantur, Σίτου δ' ἄπτεσθον, e & Ὡς φάτο &c. habes in Odyſſ. δ'. 60 ſq. & 65 ſq. In iſto, δείπνου πασσαμένω, perperam πασσαμένου ſcribitur in ms. *A.* Nempe ὁμοιοτέλευτον ſecutus erat (ut ſaepe aliâs) imperitus librarius.

περὶ δὲ τῶν κτημάτων τοῦ ὑποδεξαμένου· f
Ζηνός που τοιαῦτα δόμοις ἐν κτήματα κεῖται.

βέλτιον γὰρ οὕτως φησὶν ὁ Σέλευκος γράφεσθαι &c. »Sequitur critica velitatio ſuper Homeri loco ex quarta »Odyſſea: ubi diſſimulare non poſſum, diſſentire me ab »Athenaeo; & Ariſtarchi lectionem, quam ille tanto ſtu»dio conatur evertere, veram putare; non illam alte»ram, pro qua pugnat ipſe adeo acriter. Legebat Ari»ſtarchus, & nos quoque legimus hodie, ſub principium »quartae ῥαψ. [vs. 71 ſqq.]

»Φράζεο, Νεστορίδη, τῷ 'μῷ κεχαρισμένε θυμῷ,
»χαλκοῦ τε στεροπὴν καδδώματα ἠχήεντα,
»χρυσοῦ τ', ἠλέκτρου τε, καὶ ἀργύρου, ἠδ' ἐλέφαντος.
»Ζηνός που τοιήδε γ' Ὀλυμπίου ἔνδοθεν αὐλή.
»Ὅσσα τάδ' ἄσπετα πολλὰ· σέβας μ' ἔχει εἰσορόωντα.

»*Quartum verſum mendoſe editum ab Ariſtarcho* pronunciat

» philologus hic: & *Seleuci* veteris Critici iudicium fecu-
» tus, ita emendat:

a » Ζηνός που τοιαῦτα δ' ὁμοίως ἐν κτήματα κεῖ-
τα ι.

» Nobis & falsa videtur haec emendatio; & rationes,
» quibus mox stabilitur, omnes infirmae. Prima ratio est:
» quod *versus tertius de supellectile intelligi debeat, quâ in-*
» *structa domus Menelai; non de ornamentis quae parietibus*
» *eius domus adhaererent. Cum igitur non domum ipsam, sed τὰ*
» *ἐν αὐτῇ, id est, supellectilem domus laudet Telemachus, Se-*
» *leuci quam Aristarchi lectio convenientior est ac probabilior.*
» Haec Athenaeus. Sed, quam ista levia? Ceu vero, ser-
» vatâ Aristarchi lectione, non queat eadem servari in-
» terpretatio. Quid enim vetat, per *αὐλὴν & palatium* in-
» telligere *& συνεκδοχικῶς omnia eo contenta ornamenta?*
b » Altera ratio continetur his verbis: Οὐκ ἔστιν δ' ἀκόλου-
» θον, τῷ, Ζηνός που τοιήδε γ' Ὀλυμπίου ἔνδοθεν αὐλή· ἐπι-
» φέρειν, Ὅσσα τάδ' ἄσπετα πολλά. σόλοικον ὂν τῷ ἀσυν-
» ήθει τῆς ἀναγνώσεως. Sensus est: *Lectionem Aristarchi in-*
» *solentem esse & soloecam, quia non respondeant praecedenti-*
» *bus sequentia. Nam ita potius fuisse dicendum,* Ζηνὸς π. τ.
» γ. Ὀλ. ἔνδοθεν αὐλὴ, ὅσσα ἧδε ἐστί: *non,* ὅσσα
» τάδ' ἐστί. Sed quis non videt, argutari nimis virum
» doctum? Nemo enim iverit inficias, positâ distinctione
» maiore post αὐλή, recte subiungi Ὅσσα τάδ' ἐστί. Cri-
» ticorum vox est, ἡ ἀνάγνωσις, ut latine *lectio*, pro *scri-*
» *ptura.*« CASAUBONUS.

AD CAP. XV.

Ἔτι τοίνυν οὐδ' ἡ αὐλὴ ἁρμόττει ἐπὶ τοῦ οἴκου. » Se-
» quitur tertium argumentum, prioribus par & simile.
» *Vox αὐλὴ*, inquit, *non recte usurpatur pro domo.* E con-
» trario affirmamus nos, Διὸς αὐλὴν Homerum appellasse
» *Iovis palatium.* Sic enim loqui observamus antiquissimum
» poëtam, &, quod inprimis ad rem facit, summum Ho-
» meri imitatorem, Aeschylum: cuius est illud in Pro-
» metheo vincto, [vs. 122.] ὅσοι τὴν Διὸς αὐλὴν οἰχνεῦ-
» σι.« CASAUBONUS. — Totam istam disputationem, superiori capite coeptam, & per hoc caput continuatam, nihil fere mutans aut omittens repraesentavit Epitomator, & ex eo Eustathius ad Odyss. δ'. pag. 150. De usu Ho-

merico vocabuli αὐλὴ non ſine fructu conſuletur Dammii Lexicon Etymolog. hac voce.

Homerica illa verba, Αὐτίκα δ' αὐλὸς &c. habes in c
Odyſſ. χ'. 18. ubi confer Scholia minora. Quinam ſint ἱεροὶ αὐλῶνες, *quos* ait *fuiſſe Athenis*, parum liquet, mihi quidem. Adnotavit VILLEBRUNIUS, Heſychium αὐλῶνας *ſepulcra* interpretari: at non animadvertiſſe vir doctus videtur, iſtum vocabuli uſum a Gloſſatore ut rariorem & inſolitum notari, qui apud unum Aeſchylum occurrat. Quare de ſepulcris hîc non cogitandum videtur.

κἀλοῦσι δ' ἀρσενικῶς τοὺς αὐλῶνας, ὥσπερ Θουκυδίδης ἐν τῇ τετάρτῃ. Vide Thucyd. IV. 103. At ibi proprium loci nomen ὁ Αὐλών. *Ibid.* οἱ δὲ ποιηταὶ θηλυκῶς. »Obiter obſervat auctor, *vocem* αὐλὼν *apud alios quidem* »*ſcriptores generis eſſe maſculini, apud poëtas vero ſemper foe-* »*minini.* Poſtea addit: Ἐκδεκτέον οὖν καὶ τὸ παρὰ Ἐρατο- d »σθένει ἐν τῷ Ἑρμῇ θηλυκῶς εἰρῆσθαι, Βαθὺς διαφύεται »αὐλών· ἀντὶ τοῦ, βαθεῖα. καθάπερ λέγεται θῆλυς »ἔρση. [apud Heſiodum, in Ἀσπ. vs. 395.] Affirman- »ti poëtas ſemper foemineo genere dixiſſe τὴν αὐλῶνα, »poterat obiici locus ex *Eratoſthenis Mercurio*, βαθὺς διαφύεται αὐλών. Obviam ergo it auctor, & hoc quoque »ſimiliter ait ἐκδεκτέον, *accipi debere*: non, ut putant interpretes, *excipi*; quae monſtroſa penitus interpretatio eſt: nam quorſum pertineret ſequens exemplum, »θῆλυς ἔρση? Non igitur verbum αὐλὼν alio genere extulit *Eratoſthenes* quam alii poëtae: ſed in voce βαθὺς »generis meralepſin uſurpavit poëtis familiarem, ut dicebamus lib. III. cap. 32. [vide ad III. 119. c. Animadverſ. »T. II. pag. 335 ſq.] Sic θῆλυς στολὴ apud Euripidem in »Troad. & στολὴ Ἑλλην. Sic apud Pindarum in Olym- »pion. πυραὶ ἐπιτελεσθέντες, pro ἐπιτελεσθεῖσαι.« CASAUBONUS. — Carmen *Eratoſthenis*, Ἑρμῆς inſcriptum, de diſciplinarum originibus egiſſe, ex fragmentis quae ſuperſunt colligi poſſe HEYNIUS cenſuit, in Opuſculis Academicis, Vol. I. pag. 97. Dictionem θῆλυς ἔρση ab Heſiodo mutuatus eſt Leonidas, in Epigr. LX. Tom. I. p. 236. Analector. Brunckii. Similiterque in ſoluta etiam oratione Philoſtratus in Icon. I. 2. pag. 766. non dubitavit ſcribere, ἀνδρὶ θῆλυν ἐνδῦναι στολήν: ut adnotavit NICLAS ad Antigon. Caryſt. cap. 144. p. 192. ed. Beckm. Quae reputans exempla, non tam cum Caſaubono dicendum

putem, *metalepsi generis* usum esse Eratosthenem, quam cum eodem, quem modo nominavi, viro docto statuendum, terminatione adiectivorum nominum in *υς* ut communi utriusque generis usos esse nonnullos auctores. De usu verbi ἐκδέχομαι, de quo recte monuit Casaubonus, iam dictum est ad II. 66. b. & ad III. 85. f.

e In DIPHILI *versu*, Αὐλὰς θεραπεύειν δ' ἔστιν, aberat editis δὲ particula ante ἔστιν, quam ex *membr. A.* adiecimus. Ὅμηρος δὲ τὴν αὐλὴν ἀεὶ τάττει ἐπὶ τῶν ὑπαίθρων τόπων, ἔνθα ἦν ὁ τοῦ Ἑρκείου Διὸς βωμός. *Aras Iovis* Ἑρκείου, extra aedes sub dio positae, meminit Poëta Odyss. χ'. 334

f sq. Reliquos, qui adferuntur, poëtae versus, de *Peleo*, habes Iliad. λ'. 733. De *Priamo*, Iliad. ω'. 640. De *Ulysse, Phemium in aulam exire iubente*, Odyss. χ'. 375 sq. ubi in priori versu pro εὖ ναιεταόντων, quod legitur apud Athenaeum, ἔζεσθε θύραζε vulgo editur apud Homerum.

a Isti duo, τέκνα φίλ', &c. rursus sunt ex Odyss. δ'. 78 sq.

AD CAP. XVI.

ὥστε κτῆσιν συγκρῖναι φίλῳ· *ut divitias conferret cum amico.* Quo pacto defendi possit φίλου, quod hîc legebatur, non video: nisi intercidisse nonnihil statuas, nempe πλούτου vel χρυσοῦ κτήσει, aut aliquid in eam sententiam. Sed simplicissimum fuit statuere, librariorum errore φίλου scriptum fuisse pro φίλῳ, quod reponere non dubitavi: nam κτῆσιν per se iam idem valebat ac χρημάτων vel χρυσοῦ κτῆσιν. Ad editorum scripturam, quam silentio praetermisit Casaubonus, nihil ex ms. *A.* adnotatum est. In *Epit.* vero deest initium huius capitis. Ab istis verbis καὶ κτήματ' ἔασιν, statim sic pergit Abbreviator: ὃς καὶ ἐπεὶ ἤκουσε τῶν ἐπαίνων, &c. Confer quae paulo post ad illa verba notamus, πολλὰ γὰρ, φησὶ, παθὼν, &c. Corrige autem leve mendum, quod e superioribus editionibus nostro adhaesit exemplo: nam συγκρῖναι oportebat, non συγκρίναι.

οὐ γὰρ ὡς πρόβλημα προτείνει. Πρόβλημα Graecis dicitur non modo *quaestio ad disceptandum proposita*; sed & *sententiose dictum, praeceptum brevibus & rotundis verbis comprehensum, proverbium.* Suidas: Πρόβλημα· θεώρημα, συντεῖνον πρὸς θεωρίαν καὶ γνῶσιν. καὶ ὁ παροιμιακὸς λόγος. *Ibid.* ἐπιχαρίτως παρενείρας. Sic commode editi om-

nes: id est, *venuste, cum multa gratia interferens reliquo sermoni.* Fortasse tamen in eamdem sententiam teneri debuit veterum membranarum scriptura παρείρας. Licet enim in Lexicis graeco-latinis vulgo non adnotatum reperias verbum παρείρειν, habes tamen apud Suidam Παρείραντα, expositum per παρεισβαλόντα; adducto Polybii loco ex Histor. XVIII. 1, 13. ubi παρείρειν τὴν χεῖρα est *inferere manum.*

πολλὰ γὰρ, φησὶ, παθὼν ἔχειν αὐτήν. Vide Odyss. δ'. 81 & 95. Cum αὐτὸν, quod hic legebatur, non haberet quo referretur, αὐτὴν correxi, quod ad κτῆσιν pertineret. Intelligo tamen, remotum admodum esse nomen illud ab hoc pronomine: ac fortasse non de nihilo est, quod in scripturam αὐτὸν consentit cum editis codex noster mstus uterque. Vide igitur, an referri possit ad substantivum πλοῦτον, cuius notio in praecedente adiectivo πλούσιος inclusa est. Sed fortasse, ex ipsa hac scriptura αὐτὸν probabiliter colligere licet, mancam esse illam scripturam quam paulo superius dabant libri, κτῆσιν συγκρῖναι φίλου, ibique sic scriptum oportuisse, ὥστε κτήσει πλούτου κτῆσιν συγκρῖναι φίλου. Id si statuas, tanto commodius hoc loco pronomen αὐτὸν steterit.

καὶ μετ' ἀνάγκης φήσας ζῆν τε &c. μετ' ἀνάγκης, *fati necessitate.* *Ibid.* Ὧν ὄφελον &c. Odyss. δ'. 97 sqq.

Τίς ἂν οὖν τῶν ἐγγόνων ἐκείναν τῶν ὑπὲρ τοῦ τοιούτου τεθνηκότων οὐκ ἂν ἀνταξίαν δόξειεν τὴν ἐπὶ τῇ στερήσει τοῦ πατρὸς λύπην τῇ τοῦ πατρὸς εὐχαρίστῳ μνήμῃ διορθουμένην; »Leve mendum sententiam totam tenebris obvolvit. Nam scribendum est cum acutissimo Turnebo »ἀνταξίως: & iungendum id verbi cum voce διορθουμένην. Vertendum: *Quis igitur e posteris illorum qui »pro tali viro mortem oppetierunt, non putet, dolori quem ex »obitu patris acceperit, abunde satisfactum esse grata hac pa»tris sui recordatione?* διορθοῦσθαι translatum est e foro »& hominum contractibus vocabulum: ibi enim locum »habet τὸ διορθωτικὸν, ut docemur in quinto Nicoma»cheorum.« Casaubonus. — Tenendam vulgatam scripturam contendit Villebrune; nullâ aliâ, puto, de causâ, nisi ne Casaubono adsentiri videatur: nam, quo pacto defendi ἀνταξίαν τὴν λύπην possit non video, nisi passiva quadam notione illam vocem accipias; quasi dicat, *digno pretio aestimatam.* At non ea ratione utuntur

c isto vocabulo Graeci: ἀντάξιον dicitur id *quod alteri opponi potest tamquam aequalis pretii, quodque adeo valeat ad illius iacturam, si ita res ferat, compensandam.* Iam id, *quod*, ex auctoris nostri mente, *valebat ad compensandam patris iacturam, levandamque adeo tristitiam ex ea conceptam*, erat *grata Menelai memoria:* quare ad hanc referendum vocabulum ἀντάξιος erat, scribendumque ἀνταξίᾳ - - τῇ τοῦ πατρὸς εὐχαρίστῳ μνήμῃ. Eadem quidem prodierit sententia, si ἀνταξίως cum Turnebo & Casaubono legamus: sed, quamquam ἀξίως bene Graece dicitur, compositum tamen adverbium ἀνταξίως numquam in usu fuisse videtur. Praeterea non tam proclivis fuerat librariis ex terminatione ως in terminationem αν aberratio, quam ex ἀνταξίᾳ (vel ἀνταξίαι, ut olim scribebatur, vocali iota ad latus positâ) in ἀνταξίαν, ubi proxime sequentem accusativum τὴν - - λύπην ob oculos habebant. In ms. *Ep.* tota ista ῥῆσις, partim Abbreviatoris arbitratu nonnihil mutata, partim a librario corrupta est, in hunc modum: Τίς ἂν οὖν τῶν ἐκγόνων ἐκείνων τῶν ὑπὲρ τοῦ τοιούτου ζηνόντων οὐκ ἂν ἀταξίαν δώσειε (sic perperam, pro ἀνταξίαν δόξειε) τὴν ἐπὶ τῇ στερήσει τοῦ πατρὸς τῇ τοῦ πατρὸς εὐχαρίστῳ γνώμῃ διορθουμένην.

Ὅπως δὲ μὴ δόξῃ κοινὸς εἶναι πρὸς πάντας. κοινὸς h. l. valet κοινῶς καὶ πάνυ ὁμοίως διακείμενος. Conf. I. 10. a. & ibi not.

d Τοῦ δὲ δακρύσαντος πρὸς τὴν μνήμην, ὁ μὲν ἐφίστησι. »*Telemacho ad mentionem patris lacrymante, Menelaus silet.* »Respicit verba Homeri, quibus ait dubitasse Menelaum, »animadverso Telemachi fletu, sineret-ne illum lacry»mis indulgere & suavi patris recordationi, an de singu»lis pergeret illum interrogare. Atque interea facit il»lum poëta ἐφιστάναι, *sermonem suum inhibere.* Dalecam»pius, *lacrymantis fletum inhibet:* quia poëtam in consi»lium non adhibuerat.« Casaubonus. — At si id, quod statuit vir doctus, dicere voluisset Athenaeus, ἐπέστη potius dicturus erat, quam ἐφίστησι: quod verbum hoc loco haud dubie ea notione fuit accipiendum, quam in latina versione expressimus, *animadvertit* Menelaus, *non inobservatum praetermisit:* quem usum verbi exponere exemplisque adstruere non neglexit Henr. Stephanus in Thes. T. I. p. 1763 sub finem; quibus addi possunt, quae a nobis collecta sunt in Lexico Polyb. pag. 289. & in In-

dice Epicteteo pag. 344. Id ipsum verbo hoc expressit d
Athenaeus, quod poëta dicebat, (vs. 116.) *νόησε δέ μιν Μενέλαος.*

κἀν τοσούτῳ τῆς Ἑλένης ἐπεισιούσης, κἀκείνης ἐκ τῆς ὁμοιότητος τεκμηραμένης &c. Ad vulgatam olim scripturam, *κἀν τοσούτῳ τῆς Ἑλένης ἐπεισόδῳ*, in qua nil mutant vetustae membranae, haec adnotavit CASAUBONUS: »*κἀν τούτῳ τῆς Ἑλένης ἐπεισόδῳ, κἀκ.* In *Epit.* »*ἐπεισόδιον.* Itaque scribendum arbitror, *κἀν τούτῳ* »*τὸ τῆς Ἑλένης ἐπεισόδιον.* Quid sit ἐπεισόδιον in »textura fabularum, ex Aristotelis Poëtica & aliis vulgo »notum. Prius scribebam, *τῆς Ἑλένης· ἡ εἴσοδος, interea* »*ingreditur Helena;* ex ipso poëta.« Sic ille. Qui, primum, quod bis *κἀν τούτῳ* pro *κἀν τοσούτῳ* scripsit, non id consulto fecit, sed imprudenti hoc excidit. Nam *κἀν τοσούτῳ* percommode tenent editiones omnes cum mstis: nec de eo mutando cogitasse videtur vir doctus. Caeterum & noster *cod. Epit.* sic habet: *κἀν τοσούτῳ Ἑλένης ἐπεισόδιον. κἀκείνης ἐκ τῆς* &c. At, quae de *Helena in coenaculum ingressa* narrat Poëta, non eam utique rationem habere videntur, quae *τῶν ἐπεισοδίων* (quae vocantur) propria censetur. Est enim *ἐπεισόδιον* pars quaedam secundaria carminis, extrinsecus adscita, quae & per se existere poterat, quave detractâ atque exemtâ reliquo tamen carminis gressui & connexioni sua ratio constabat. Atqui apud Poëtam (Odyss. δ'. 120 sqq.) adventus Helenae, & quae illa vel dicit vel agit, ita intertexta reliquae narrationi sunt, ut necessariam eius partem efficiant, nec ab illa separari possint. Praeterea apud Athenaeum hoc loco ipse orationis color, quo ille utitur, & filum quo decurrit eius disputatio, aliud verbum desiderare mihi videbatur. Itaque istud *ἐπεισόδιον* ingenio & emendationi Epitomatoris deberi existimavi, qui in suo codice operis plenioris eamdem corruptam scripturam *ἐπεισόδῳ* reperisset, quam cum editis habent vetustae nostrae membranae. Nullum autem verbum aptius huic loco visum est, quam *ἐπεισιούσης*: cuius verbi cum pars posterior in vetustiore codice, e quo nostri fluxere, vel evanida esset vel intricatius fuisset scripta, aut etiam nonnihil corrupta, alius deinde librarius, ad sententiam verborum & ad orationis connexionem minime attendens, temere *ἐπεισόδῳ* scripserit.

e χρὴ γὰρ καὶ τοῦτον μὴ παρεῖναι, δορυφορήματος τρόπον. *Tolle distinctionem* post παρεῖναι: quae, cum recte abesset superioribus editionibus, nescio quo pacto in nostram, contra quod volueramus, irrepsit. *Etenim etiam hic*, inquit, *non debet plane ut satelles adesse;* nempe, qui prorsus *mutam* agat *personam.* Ea sententia prorsus corrupta est in nostro ms. *Ep.* omissâ μὴ particula. *Ibid.* ὅτι μετὰ μόνου - - ἤθελε μετ' ἐκείνου. Satis utique fuerat ἐκείνου, & ibi voculam μετ' ex interpretatione temere insertam putavi. In Epit. recte suo loco stat μετ' ἐκείνου, quia ibi praetermissa sunt paulo superius duo verba μετὰ μόνου.

AD CAP. XVII.

f παναικὲς τῷ ὄντι φάρμακον. πάναικες scribebatur in edd. ne id quidem male. Sed παναικὲς dedit ms. *A.* nec aliud debuerat ms. *Ep.* in quo παναλκὲς, sic. Exprimere eo vocabulo voluit Deipnosophista id quod est apud Poëtam φάρμακον κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων. Odyss. δ'. 221.

οἴκοθεν ἔχουσα τὴν τοιαύτην αἵρεσιν. »*Cum domi* sui pa» rentis *imbuisset hanc sectam & rationem vitae.* Ita exprimit » Cicero dictionem αἵρεσις, cum accipitur pro *moribus* & » *institutis.* Porro alibi monemus, lanificii curam antiquis » temporibus semper ad puellas aut matronas pertinuisse, » sive illae reginae aut regum filiae essent, sive cuius» cunque conditionis.« CASAUB.

a Γρηῒ δέ μιν &c. Iliad. γ'. 385 sqq. *Ibid. secundo versu*, pro ἣ οἱ Λακεδ. scribe ἣ οἱ Λακ. *Mox*, Τῇ δ' ἄρ' ἅμ' Ἀδρήστη &c. Vide Odyss. δ'. 123 sqq. *Quarto versu*,
b pro Ἀλκάνδρη, in ms. *A.* est Ἀλκανδριππη, duabus scripturis (alterâ verâ, alterâ per errorem e superiori versu repetitâ) in unam contractis: quo in genere iam saepe erratum in vetustis illis membranis vidimus. *Mox dein* ista, Τὸν ῥά οἱ ἀμφιπ. habes ibid. vs. 133 sqq. *Ibid.* τὴν ἑαυτῆς καλλιτεχνίαν συνορᾶν. Haud dubie multo est commodius hoc, quod dedere vetustae nostrae membranae, quam quod ex *Epit.* editum erat φιλοτεχνίαν. *Ibid.*
c Δῶρόν τοι καὶ ἐγὼ &c. Odyss. ὁ. 125 sqq. *Dein*, Τὴν δ' εὗρ' ἐν μεγάρῳ &c. Iliad. γ'. 125 sqq. Ibi, *quarto versu*,
d οὕς ἔθεν οὕνεκ' editum apud Athen. erat, pro quo εἵνεκ' dedere membr. *A.* ut apud Homerum. Epitomator

istos versus praetermisit, supra sic scribere contentus, d ὑφαίνουσα καὶ ποικίλλουσα τὴν δίπλακα.

AD CAP. XVIII.

Ἀλλ' ἄγετ', εἰς εὐνὴν τράπεθ' ἡμέας. Ad istam scripturam, quam habent editi, nil adnotatum ex ms. *A.* Epitomator, praetermissis versibus, loco eorum sic scripsit, ὡς Τηλέμαχος πρὸς Μενέλαον. Versus ipsos habes in Odyss. δ'. 294 sq. ubi pro ὄφρα καὶ ἤδη, quod est apud Athenaeum, ὄφρα κεν ἤδη scribitur: & *vers. seq.* τερπώμεθα, pro ταρπώμεθα, quod hîc legitur.

Ἀλλ' ἄγε, τάμνετε μὲν γλώσσας, &c. Odyss. γ'. 332 e sqq. De dictione, τέμνειν γλώσσας, conf. Athen. I. pag. 16. b. *Mox*, Ἤδη γὰρ φάος &c. Odyss. γ'. 335 sq.

Καὶ παρ' Αἰγυπτίοις δὲ τὸ παλαιὸν - - - καθάπερ εἴρηκεν f Ἀπολλώνιος, περὶ τούτων γεγραφώς. APOLLONIUM cum sic nude, nullâ adiectâ notâ, nominet Athenaeus, consentaneum utique est, ut celebrem illum simul & poëtam & historicum & grammaticum intelligamus, qui, patriâ licet Alexandrinus sive Naucratita, tamen a fortunarum sede *Rhodius* plerumque cognominari solet. Eumdem hoc loco intelligens DALECAMPIUS in Indice Auctorum quibus Athenaeus usus est, auctorem facit libri Περὶ Αἰγυπτίων inscripti. Cuius libri cum nusquam alibi fiat mentio, suspicari licet, quandoquidem de *prisco* quodam *Aegyptiorum instituto* hîc agitur, locutum ea de re Apollonium esse illo in libro, cui Κτίσεις titulus fuit, id est, *Origines*. Nam, in illo opere etiam Aegyptiacarum nonnullarum civitatum originem exposuisse auctorem, intelligitur ex nonnullis titulis, quorum memoria supereft. Nam Ἀλεξανδρείας κτίσιν ab Apollonio conscriptam citavit Scholiastes Nicandri, notante Vossio, lib. I. de Histor. Graec. p. 102. & Ναυκράτεως Κτίσιν laudat Noster, VII. 283. d. *Ibid.* λιτοτάτῃ bene edd. cum ms. *Ep.* λιτωτάτῃ ms. *A.* minus recte, quia primam syllabam longam habet id nomen.

Ad PINDARI *versiculos*, in quibus εὐθυμίᾳ τε μελῶν vulgo, consentientibus msstis, legebatur, haec adnotavit CASAUBONUS: »φίλος δὲ Μοίσαις εὐθυμίᾳ τε μελῶν εἶην. »Ex praecedentibus Athenaei verbis, quam εὐθυμίαν sibi »dari postulet Pindarus, clarum est: vitam nempe in-

f »telligit, quae non ſolum rebus neceſſariis non deficia-
»tur, ſed etiam iis abundet quae ad oblectationem ho-
»neſtam & omnium curarum requiem deſiderantur. Non
»multo aliter εὐθυμίαν accipit [Athenaeus] libro ſecun-
»do: [pag. 39. e.] οὐκ ἀπὸ πάσης, inquit, εὐθυμίας καὶ
»πληρώσεως τὸ καυχᾶσθαι. Alia eſt illa εὐθυμία, ſive εὐε-
»στὼ, quae in Sapientum libris decantatur. Longe item
»alia, quam vulgata huius loci ſcriptura nobis ſuggerit.
»Quid enim eſt εὐθυμία μελῶν? niſi ea voluptas quam
»bonus poëta percipit ex ſuo poëmate? aut certe gloria
»quam illi ſua poëſis parit? Hanc alibi quoque ſibi optat
»Pindarus: ut in prima Oda Olympionicarum: « [in
ipſo fine:]

»Ἐμὲ (δ' εἴη) τοσσάδε νικαφόροις
»ὁμιλεῖν, πρόφαντον σοφίαν καθ' Ἕλ-
»λανας ἐόντα παντᾷ.

»At, iſto loco [hoc, in quo verſamur] de fama nomi-
»nis ſui cogitaſſe poëtam, ne ſuſpicari quidem licet: ve-
»tant enim clariſſime Athenaei verba, καὶ οἴνῳ τοσούτῳ
»χρώμενοι ὅσος ἱκανὸς ἂν γένοιτο πρὸς εὐθυμίαν, ἣν Πίν-
»δαρος αἰτεῖται παρὰ τοῦ Διός. Quid multa? Legiſſe aio
»Athenaeum, & legi quoque debere, φίλος δὲ Μούσαις
»Εὐθυμία τε μέλων εἴην. Fingit Pindarus ποιητικῶς deam
»*Euthymiam; cui* optat *curae eſſe*, id eſt, *ut honeſta volu-*
»*ptate frui poſſit.*« — Caſauboni emendationem adopta-
vit SCHNEIDER, in Fragm. Pind. num. CL. pag. 89. Εὐ-
θυμία μέλων, *qui Euthymiae curae ſit*, id eſt, *quem Eu-
thymia curet.* Simili quadam ratione, idem poëta Olymp.
I. 145. ait, ἀρεταῖς μεμηλώς: quod latine *Virtutum alum-
nus* reddere poſſis. Conf. Animadv. ad Athen. V. 216. b. In
fine legebatur τοῦτ' αἰτοῦμαί σε: pro quo perſpecte
idem Schneiderus ex Euſtathio (in Odyſſ. δ'. pag. 160. 11.)
τοῦτ' αἰτῶμαί σε recepit. Tenuerat eam ſcripturam Euſta-
thius ex Epitome, quae ſic habet conſentientibus vetu-
ſtis membr. *A.* Quod vero idem Vir doctus *verſ.* 3. pro
φίλος δὲ Μούσαις, quod communi conſenſu libri omnes
agnoſcunt, φίλος τε Μούσαις ſcripſit; ea quidem emen-
datio non videtur fuiſſe neceſſaria. Quamquam enim
praeceſſit φίλος σοί τε, tamen iam & alibi reſpondentes
ſibi invicem τε & δὲ particulas obſervavimus.

a Τὸ δὲ Πλάτωνος συμπόσιον, οὐ συνέδριόν ἐστι, οὐ βου-
λευτήριον, εὖ λέσχη φιλοσόφων. »*Platonis Convivium*, in-

» quit, *non eſt conſeſſus* gravium virorum, *non ſenatorum* a » *concilium*, *non philoſophorum confabulatio.* Videtur ſtatue» re discrimen inter συνέδριον & βουλευτήριον: quod reve» ra nullum eſt, ſi uſum auctorum ſpectes: ſi propriam » vocum ſignificationem, eſt aliquod. συνέδριον enim la» tius patet: βουλευτήριον, *ſenatorum* tantum eſt *conſeſſus.* » λέσχη vero antiquiſſimis Graecis dicebatur *otioſorum* » *hominum conventus*, ut ſenum, & mendicorum, qui ad » blatterandum congregari amant. Ita Homerus, Heſio» dus, Herodotus. Poſtea de *ſapientum congreſſibus* id ver» bum coepit uſurpari: nam quas media Graecorum ae» tas διατριβὰς vel ἐπιδείξεις vocavit, antiquiores dixe» re λέσχας. Inde λεσχηνεύεσθαι, vetus dictio, pro συ» ζητεῖν *more philoſophantium.* Vox eſt peregrina: *laſchon* » [hebraice,] λέσχη, *ſermo.* « CASAUBONUS. — Quod βουλευτήριον commemorat Athenaeus, reſpicit ad eas *deliberationes*, quarum paulo poſt (lit. e.) mentionem iniicit. Vocabulum λέσχη, antiquiſſimis auctoribus Graecis uſurpatum, cur peregrinae originis eſſe voluerit Caſaubonus, non video. Sed, quemadmodum plerumque lubricum exitum habere ſolet huius generis pruritus Graeca vocabula ex Orientis linguis derivandi, ſic & hic parum feliciter res ſucceſſit eruditiſſimo viro. Hebraica vox (quam, quoniam hebraicis literarum formis caret EXTERI noſtri adparatus typographicus, latinis literarum notis exprimere coactus ſum) in prima editione Animadverſionum Caſauboni his literis ſcripta eſt, *lamed*, *ſchin*, *ʒain*: eodemque modo repetitur illa in ed. 2. & 3. Atqui nullum tale vocabulum in Orientis linguis reperitur, nedum quod eum de quo agitur ſignificatum habeat. Quare per operarum errorem literam *ʒain* pro ea, quae huic perſimilis in fine vocum eſt, *nun* litera poſitam mihi perſuaſi. Sic prodit hebraica vox *laſchon*, quae & *linguam*, &, quod voluit Caſaubonus, *ſermonem* ſignificat. Sed quum in eadem voce *nun* litera non ſit extrinſecus ad conſtituendam vocis formam adſcita, ſed radicalis, ut aiunt Grammatici; facile adparet, quam precario ab illo Hebraico vocabulo derivatum Graecum ſtatuatur. Quod ſi confectum eſſet, eſſe peregrinae originis illam vocem, multo maiorem ſpeciem haberet *Iohannis* COCCEII ſententia, (in Lexico Hebraeo-Chald.) ab Hebraeorum Chaldaeorumque vocabulo *liſchcàh* derivantis, quod *conclave*

a ſignificat. Equidem, ſi definienda ſit vocis originatio, in ea ratione adquieſcendum putem, qua uſus eſt Etymologici Magni auctor, a λέχος, (ſic enim ibi pag. 18. l. 14. pro λέσχος legendum recte Sylburgius monuit) id eſt κοίτη, derivans; cui ſuffragantes video Dammium in Lexic. Etym. p. 1393. & Lennep in Etymologico, P. I. p. 494.

ἐξ ἀργυροῦ φρέατος· καλῶς γάρ τις τὰ μεγάλα ποτήρια οὕτως ὠνόμασε. »*Vocavit*, non autem *vocaverit*. [ut Da»lec. vertit.] Τὶς, id eſt, Chamaeleon. Eius locum ha»bes libro undecimo.« CASAUB. — Vide XI. 461. c. *Ibid.* πίνει τ' ἐκ τῆς φιάλης ἐπιδέξια. »Verba ſunt ipſa »Platonis. τὸ ἐπιδέξια varie accipi poteſt, ut dicebamus »lib. I. cap. 18.« CASAUB. — Vide ad lib. I. pag. 21. b. Animadverſ. T. I. pag. 168. Platonis verba, huc ſpectantia, habes in Conviv. pag. 253 ſq. rurſusque ſub finem dialogi, pag. 273 ſq.

Φησὶ δὲ καὶ μετὰ τοῦτο τοὺς μὲν δύο νυστάζειν; — —
b ἤδη δὲ ἡμέρας ὑποφαινούσης τὸν Ἀγάθωνα· καὶ τὸν Σωκράτην, κατακοιμήσαντα ἐκείνους, &c. Cum in ed. Ven. & Caſ. 1. poſt Ἀγάθωνα nullo modo diſtincta eſſet oratio, unde mira oriebatur ſententiae confuſio; monuit CASAUBONUS in Animadv.: »Ait Plato, *e tribus* »*qui perſtiterant, duobus ſomnum obrepſiſſe, Ariſtophani &* »*Agathoni: ſed prior obdormit Ariſtophanes; poſterior, & ſub* »*diluculum ipſum, Agatho.* Pone τελείαν στιγμὴν poſt iſta, »ἤδη δὲ ἡμέρας ὑποφαινούσης Ἀγάθωνα. Deinde ſcribe, »καὶ τὸν Σωκράτη κατακοιμίσαντα ἐκείνους: »omnia ex Platone.« — Platonem vide in ipſo fine Convivii: ubi quod κατακοιμίσαντα vulgo legitur, perbene illud quidem habet; nec vero idcirco praeciſe damnandum κατακοιμήσαντα, quod apud Noſtrum cum editis habet codex mſtus uterque: nam ſicut κοιμάω idem ac κοιμίζω valet, ſic quoque perinde & κατακοιμᾶν & κατακοιμίζειν dicere licuit. Porro, Σωκράτη, an Σωκράτην ſcribas, nil intereſt: quamquam iſta forma frequentior, ac fere perpetua apud Platonem. Pro φησὶ δὲ καὶ μετὰ τοῦτο, operarum errore expreſſum φησὶ δὲ καὶ μὲν τοῦτο in ed. Caſ. 2. & 3.

φησὶν ὁ Ἡρόδικος. HERODICUM dicit Grammaticum, *Crateteum*, cuius libros Πρὸς τὸν Φιλοσωκράτην nominatim infra citat, pag. 215. f. conf. p. 219. c. Poëtae verſum, de *Laeſtrigonibus* habes Odyſſ. κ'. 84.

AD CAP. XIX.

παρὰ δὲ τῇ καλῇ Σαπφοῖ καὶ ὁ Ἑρμῆς οἰνοχοεῖ τοῖς c
θεοῖς. καὶ τἄλλα δὲ πάντα παρεσκεύαζον τοῖς δειπνοῦσιν
ἐλεύθεροι. καὶ οἱ δειπνησ. &c. » Debemus hic multa mem-
» branis. *Sapphûs* locum expoſuimus lib. II. cap. 2. « CA-
SAUB. — Vide II. 39. a. ibique notata. Adde X. 425. d.
Deerant autem hoc loco in ed. Ven. & Baſ. decem ver-
ba, τοῖς θεοῖς - - ἐλεύθεροι: quae ex Italicis codicibus,
quorum excerptis uſus erat, adiecit Caſaub. Eadem ver-
ba habent noſtrae *membr. A.* Eademque tenuit Epitoma-
tor: (niſi quod, pro τἄλλα δὲ πάντα, ταῦτα δὲ ſcri-
pſit:) quare de lacuna veterum editionum ex codice Epi-
tomae Corſeliano explenda monuerat olim Andreas Schot-
tus, Obſerv. Humanar. lib. I. cap. 6. pag. 9.

καὶ οἱ δειπνήσαντες ἀπελύοντο φωτὸς ὄντος. » An po-
» tius, φωτὸς οὐκ ὄντος? *domum redibant ſine lumine.* Ma-
» gnum hoc fuerit temperantiae veterum, de qua loqui-
» tur, argumentum. Lacedaemone ita fuiſſe moris acce-
» pimus. Plutarchus narrat in eorum inſtitutis. Alioquin
» φωτὸς ὄντος accipiendum cum Dalec. pro ἔτι φωτὸς
» ὄντος: quod duriuſculum videtur. Latini hoc dicunt *de*
» *die:* unde illa, *lavari de die;* &, *convivium apparare de die.*
» Simile eſt quod dixit modo, [pag. 191. e.] καὶ νῦν δὴ νό-
» μος ἑκ θυσιῶν τινων πρὸ ἡλίου δυσμῶν ἀπιέναι. « CASAUB.
— Perſpicue φωτὸς ὄντος idem valet, ac *ante noctem.*

Ἐν ἐνίοις δὲ καὶ τῶν Περσικῶν συμποσίων &c. Vide lib.
IV. pag. 144. a. b. ex Herodot. I. 133. *Ibid.* καθάπερ
ἐν τῷ τοῦ Ἀγαμέμνονος κατὰ τὴν στρατείαν. Vide
Iliad. ν'. 323 ſqq. Vocem στρατείαν ex librariorum error-
re ortam exiſtimavit Villebrune, cum στρατιὰν oportuiſ-
ſet. Immo vero optime habet κατὰ τὴν στρατείαν, *in*
militia, in bello, in caſtris. *Ibid.* Τὸ δὲ τοῦ Ἀλκινόου συμ-
πόσιον &c. Vide Odyſſ. θ'. tum ι'. 5 ſqq. *Ibid.* Φαιάκων d
τρυφερῶν. τρυφηλῶν ms. *Ep.*

ἀμφ' Ἄρεως φιλότητος. Reſtituendum ex Odyſſ. θ'.
267. genitivum putavi, qui (ſolenni librariorum confuſio-
ne literarum oc cum vocali α in fine vocum) in *accu-*
ſativum mutatus erat. Et φιλότητος etiam ſcripſiſſe Epito-
mator videtur, quatenus quidem ex ſcripturae compen-
dio, quo uſus eſt noſter librarius, colligere licet. In eo-

dem noſtro ms. *Ep.* etiam Ἄρεος per ο breve ſcribitur, ut apud Homerum. De re conf. lib. I. p. 14. c. d.

e καὶ εἰς τὴν μνηστηροφονίαν ὑποθήκας ὑποτιθέμενον τῷ Ὀδυσσεῖ. Sic commodiſſime ms. *Ep.* quod mihi perſuaſi ab Athenaei manu ita ſcriptum eſſe. Vulgata ſcriptura partim ex hallucinatione librarii, partim ex παραδιορθώσει orta erat. Illud quidem a noſtris operis peccatum, quod in brevi nota ſub contextu ὑποτιθημένων ſcribitur, quaſi ſic vulgo legeretur: ὑποτιθεμένων oportebat; ſic enim habent edd. cum ms. *A.* Facile vero adparet, ὑποτιθέμενον ad μῦθον fuiſſe referendum, intelligendumque non in paſſivo, ſed in medio verbi genere, activa notione. ὑποτίθεσθαί τι τινὶ, *ſuggerere alicui aliquid, monere, praeceptum dare.*

AD CAP. XX.

Ἐκαθέζοντο δὲ &c. Conf. I. 11. f. *Ibid.* πολλαχοῦ (ſic corrige mendoſum πολλαχοὺ, quod ex ed. Caſ. 1. adhaeſit) γοῦν ὁ Ὅμηρος φησίν· Ἑξείης ἕζοντο &c. Vide Odyſſ. α'. 145. γ'. 389.

Ὁ γὰρ θρόνος, αὐτὸ μόνον, ἐλεύθεριός ἐστι καθέδρα σὺν ὑποποδίῳ· ὅπερ θρῆνυν καλοῦντες &c. Haec & ſequentia, ut mox ipſe indicat auctor, PHILETAE Grammatici ſunt interpretationes, cuius Ἄτακτα (id eſt, *Miſcellanea*, vel *Adverſaria*) ſaepe aliàs nominatim citantur. Quod ait ἐλεύθεριος καθέδρα, *magnificam ſellam* interpretatur Damm in Lexic. Etymol. pag. 972 & ſq. Satis (puto) erat, *liberi hominis uſui inſerviens.* Quod addit αὐτὸ μόνον, ſic accepi: *ipſum hoc vocabulum ſolum per ſe* duo haec notat, *ſedem* vel *ſellam ſimul cum ſcabello* quod pedibus ſupponitur. Si αὐτῷ μόνον corrigas, referetur αὐτῷ ad Poëtam, a quo in illam ſententiam uſurpatum vocabulum dicat Grammaticus. αὐτὸς μόνον, quod in ms. *Ep.* legitur, ſuo arbitratu parum feliciter ab Abbreviatore poſitum mihi viſum erat. Duas voces, quae in quaeſtione verſantur, omiſit Euſtathius ad Odyſſ. δ'. pag. 148. l. 18 ſqq. ubi reliqua huius loci ex Epitome adpoſuit.

Θρήσασθαι πλατάνῳ. Sunt verba neſcio cuius poëtae, a Phileta Grammatico citata. Θρήσασθαι δὲ πλατ. dat codex *ms.* uterque & Euſtath. l. c. Coniunctiva particula deerat editis, quam & nos haud inviti omiſimus, cum

non convenire metro videretur, cuius ratio tamen (ut dicam quod res eſt) non ſatis adparet. *Ibid.* δίφρον ἀει- f
κέλιον &c. Vide Odyſſ. ν'. 259. Habes vero etiam non modo εὔξεστον δίφρον, Odyſſ. τ'. 401. & ω'. 407. verum etiam περικαλλέα δίφρον, Od. ν'. 387. Videndumque omnino, ne ſubtilior ſit, quam verior, diſtinctio, quam inter iſta nomina ſtatuit hic Grammaticus.

κεκραμένοι παρειστήκεσαν. Sic *ms. Ep.* παρεστήκεσαν edd. ac neſcio an *ms. A.* *Ibid.* Ἀγαμέμνων πρὸς τὸν Ἰδομενέα &c. Vide Iliad. δ'. 262 ſq. & conf. Athen. I. p. 13. f. In *verſ.* 1. qui ſequitur, ἀεὶ vulgo legebatur; pro quo a
αἰεὶ ſcripſi, ut editur apud Homerum. *Verſ.* 2. Pro ἀνώγει, quod erat editum, recte ἀνώγοι dedit *ms. A.* In Epitoma deeſt verſus uterque. *Mox*, Πλησάμενος δ' οἴνοιο &c. Vide Iliad. ι'. 224. & ibi Clark. Conf. Iliad. δ'. 4. & Athen. I. 13 extr. & ſq. & XI. 498. c. d.

Ὁσάκις δὲ καὶ τροφὰς ἐλάμβανον, προειρήκαμεν ἤδη· &c. »Quaeſtionem hanc varie tractatam invenias ab hoc ſcri»ptore. Nam, quod libro primo dicebamus, nimis verum »eſt: recitatorem interdum agit Athenaeus, non Athe»naeum: hoc eſt, ſolide doctum criticum. Quaeſtio eſt, »*quoties die heroës Homerici cibum ſumerent.* Dicat igitur clare »Deipnoſophiſta, quid ſuper hoc ſentiat. Enimvero ex »eius ſcriptis, magis quid alii de ea quaeſtione ſcripſe»rint, quam quid ei probaretur, cognoſcas. Maior pars »doctorum tres τροφὰς attribuebat heroibus: ἄριστον, »ſub aurorae exortum: δεῖπνον, circa meridiem: δόρ»που, ſub veſperam. Alii duas tantum: ἄριστον ſive δεῖ»πνον, & δόρπον: nam apud Poëtam συνωνυμεῖν, & eius»dem τροφῆς nomina eſſe δεῖπνον atque ἄριστον. Phile»mon vero quater illos comediſſe contendebat, & toti»dem diverſas τροφὰς nominabat: ἀκράτισμα, ἄριστον, »ἐσπέρισμα, δεῖπνον. Quid igitur Athenaeus? Mitto quae »libro primo: [pag. 11. b-f.] nam illa fortaſſe parum »integra, parum ſana: etſi ex Euſtathio aliter cenſeas. « [At Euſtathium ipſum pleniore Athenaei opere non uſum eſſe, iam nimis etiam ſaepe monuimus.] »Iſto vero [hoc] »loco ſic: *Diximus*, ait, *quot τροφὰς ſumerent heroës Ho»merici.* Quot igitur? ὅτι δὴ τρεῖς: *tres nimirum.* Audia»mus quae ſubiecta ſunt in continenti: διὰ τὸ, τὸ αὐτὸ »ποτὲ μὲν ἄριστον, ποτὲ δὲ δεῖπνον ὀνομάζεσθαι. Planiſſi»me iſta verba illorum ſententiam tuentur, qui *bis* tan-

a »tum die cibum sumsisse statuebant. Quippini? nam ho»rum veram, falsam aliorum sententiam disertim mox »pronuntiatur. οὐδεὶς δείξει παρὰ τῷ ποιητῇ τρὶς (ma»lo τρεῖς, ut apud Eustathium) τινὰ λαμβάνοντα τρο»φάς. Quomodo igitur illud stabit, ὅτι δὲ τρεῖς? Vides »hominis instabilitatem: nisi tamen scripserit ille, ὅτι οὐ»δὲ τρεῖς: quod equidem verum censeo. Quare optimum »scriptorem culpae absolvimus.« CASAUBONUS. — Quas dicit auctor τρεῖς τροφὰς, *tres epulas*, vel *tria cibi capiendi tempora*, quorum apud Homerum fiat mentio; eas τροφὰς esse has ipsas, quas nominavit Casaubonus, ἄριστον, δεῖπνον, δόρπον, cum ex ipsis Poëtae carminibus satis intelligitur, tum ex his quae apud Nostrum lib. I. pag. 11. (haud satis quidem perspicue & enucleate ab Epitomatore exposita) leguntur. Quare mirum utique videri debebat, quid esset, quod, cum diserte profiteatur Athenaeus se praedixisse *tres fuisse* τροφὰς, continuo veluti *caussam rationemque cur ita dixerit*, adiiciat, *quoniam eaedem epulae interdum* ἄριστον, *interdum vero* δεῖπνον (apud Poëtam) *nominentur*. Quem nodum cum solvere minus posset Casaubonus, illarâ *negativâ particulâ* veluti gladio praecidit. At verba sequentia, quae ad defendendam suam emendationem in subsidium ille vocavit, ea ipsa perspicue docere videntur, in prioribus his, de quibus quaerimus, verbis *negationi* non fuisse locum. Quo pacto enim, si iam initio *praecise negasset* Athenaeus *tres fuisse* τροφὰς, mox subiicere posset, *attamen nemo ostendere poterit quemquam apud Homerum ter cibum capientem?* Illa quidem particula *attamen* (ὅμως) clare monstrare videtur, in superioribus verbis dictum fuisse, *tres esse* τροφάς. Ac sane tres illae τροφαὶ (ἄριστον, δεῖπνον, δόρπος vel δόρπον) quae nominantur apud Homerum, pro *tribus diversis epulis* accipiebantur cum ab aliis multis, tum ab *Aeschylo*, qui diserte eas distinguentem facit *Palamedem* in versibus lib. I. pag. 11. *d. e.* citatis. Atque etiam ipse Athenaeus eodem primo libro (quatenus ex reliquiis illius libri intelligitur) de his ipsis statim ut inter se diversis exposuerat: & deinde demum suam sententiam (dubitanter quidem, & brevissimis verbis, nisi plura omisit Epitomator) subiecerat; dicens, (pag. 11. e.) μή ποτε δὲ καὶ συνωνυμεῖ τὸ ἄριστον τῷ δείπνῳ; Quam sententiam nunc his verbis, veluti per parentheſin adiectis, διὰ τὸ, τὸ αὐτὸ

ποτὲ μὲν ἄριστον, ποτὲ δὲ δεῖπνον ὀνομάζεσθαι, repetit. a Quae verba, nisi quid intercidisse statuas, parum utique idoneo loco hîc posita videntur: & commodius post ista, ὅμως δὲ οὐδεὶς δείξει παρὰ τῷ ποιητῇ τρὶς τινα λαμβάνοντα τροφὰς, forent reiecta. Equidem etiam plane abesse malim: ac fortasse haud absurde fecerit, qui ea, cum a lectore quodam ex primo Athenaei libro ad oram olim fuissent hoc loco adscripta, temere dein in contextum recepta esse coniectaverit. Si suo loco teneas, illud ὅτι δὴ τρεῖς ἦσαν haud secus intelligendum fuerit ac si dixisset, ὅτι δὴ τρεῖς ὀνομάζονται παρ' Ὁμήρῳ. Caeterum, recte sensisse Athenaeum, cum statuit idem valere apud Homerum duo vocabula δεῖπνον atque ἄριστον, nempe utrumque promiscue (maxime vero ipsum nomen δεῖπνον) de *cibo matutino* apud Poëtam usurpari, cum ab aliis viris doctis observatum est, tum perspicue inprimis docuit DAMMIUS in Lexico Etymol. pag. 162. & pag. 2080. In istis verbis τρὶς τινα λαμβάνοντα, cur pro τρὶς, quod cum editis tenent ambo nostri mssti, τρεῖς mallemus cum Casaubono, nulla satis idonea causa esse videbatur.

γελοῖοι γάρ εἰσιν οἱ φάσκοντες ὅτι καὶ τέσσαρας &c. Adnotaverat ad haec verba KÜSTERUS: »Atqui ipse Athe»naeus hoc dixit supra, pag. 11.« — At non pro sua sententia id ibi (pag. 11. e.) dixerat Athenaeus, sed ut Philemonis Grammatici sententiam retulerat. Vide Odyss. ρ'. 599. & conf. Dammii Lexic. pag. 661.

Διαμαρτάνουσι δὲ πολλοὶ, παρὰ τῷ ποιητῇ b ἐφεξῆς τιθέντες τούτους τοὺς στίχους· Σῖτον δ' αἰδοίη &c. »Coniunctim ponuntur hodie in prima Odyssea: [α'. 131.] »libro autem septimo [η'. 175.] priores duo soli, tertio »praetermisso.« CASAUB. — Verba ista Διαμαρτάνουσι - - ποιητῇ sic dedimus, ut praeivere nostrae *membr. A.* Temere Epitomatoris brevitatem secutus editor Venetus sic posuerat, Ἁμαρτάνουσι δὲ οἱ ἐφεξῆς &c. quod cum editione Bas. tenuit Casaubonus; qui tamen ex *Aegianis lectionibus* uberiora dare potuerat.

Εἰ γὰρ εἴδατα παρέθηκεν ἢ ταμίη, δῆλον ὡς κρεάτων λείψανα τυγχάνοντα, τὸν δαιτρὸν οὐκ ἔδει παρεισφέρειν. In ed. Ven. recte post τυγχάνοντα inciso distinguebatur oratio: quod cum in ed. Bas. & Cas. temere esset neglectum, haec monuit in Animadv. CASAUBONUS: »Lucem »fecerit magnam huic loco, qui ista verba (δῆλον - -

b »τυγχάνοντα) notis parentheſeos incluſerit. Explicatur »his, quid ſint εἴδατα apud poëtam in ſecundo propoſi»torum verſuum. Mens eſt: *facere inepte eos, qui, poſt»quam dixit poëta duobus primis verſibus, appoſuiſſe promam »condam* εἴδατα πολλὰ χαριζομένην παρεόντων, *tertium ver»ſum ſubiiciunt, quo dicitur ὁ δαιτρὸς multas carnes in lan»cibus appoſuiſſe.* Nam cum ad manum eſt copia carnium »recens coctarum, nemo pridianas reliquias apponit: »quas tamen hic trium verſuum contextus non ſolum »apponi, ſed etiam praeponi facit. Obſervemus differen»tiam inter miniſteria *promae condae* & *ſtructoris*, id eſt, »τῆς ταμίης & τοῦ δαιτροῦ. Hic acceptos a coquo cibos »menſis inferebat, illatos ſecabat: illa ſublatas de menſa »reliquias in penum condebat, & promebat. Haec clara »Athenaei mens: in cuius venatione viri docti meri Ti»reſiae. Euſtathius: Παρεόντα βρώματα λέγει, τὰ ἐν τῷ »ταμείῳ ἀπόθετα, ἤτοι ἕωλα· τὰ γὰρ πρόσφατα ὁ δαιτρὸς »παρατίθησι.« — Percommode vero *tertium verſum* contra Athenaeum defendit idem Euſtathius ad Odyſſ. α'. pag. 35. l. 28 ſq. cuius verba ſuo loco adpoſuit Clarkius. In noſtris *membr. A.* ſcribitur ὡς κρεάτων λειφάνων τυγχ. perpetuo errore illius librarii, qualibet occaſione ὁμοιοτέλευτα ſectantis.

c Ἀμφίπολοι δ' ἀπεκόσμεον &c. Odyſſ. ν'. 232. *Ibid.* καὶ γὰρ τῶν ὅπλων τὰ σκεπαστικὰ - - λέγουσιν ἔντη, καθάπερ ἀντία τῶν τοῦ σώματος μερῶν ὄντα. Cum καθάπερ αἴτια eſſet editum, DALECAMPIUS, emendatum a ſe ex Phavorino locum monens, latine ſic reddidit: »τὰ ἔντη vocant, quod *intus* corporis partes ambiant & »regant.« Statuerat nempe PHAVORINUS in Lexico Graeco, ἔντεα dicta eſſe ἀπὸ τοῦ ἐντὸς περιέχειν καὶ σκέπειν τὰ σώματα. In quo ille praeeuntem habuit Etymologici Magni auctorem pag. 345. Perſpecte vero CASAUBONUS: »Lego, inquit, καθάπερ ἀντία, *ut quae ſint op»poſita corporis partibus.* Quid poterat ab Athenaeo pro»babilius dici? quid a nobis probabilius excogitari ad re»ſtitutionem loci huius? Nam doctorum hominum co»natus ex Phavorino emendantium refutationis non indi»get. Ubi enim veſtigia illius reſtitutionis in vulgari ſcri»ptura? Ἔντεα igitur, quaſi ἄντεα dicta. ε pro α, ut βέ»ρεθρον pro βάραθρον. Sic ſaepe α pro ε: ut ἀστραβὲς pro »ἀστρεβές.« — Cum manifeſte mendoſum eſſet vulgatum

αἴτια, nec certius aliquid aut probabilius haberem; emen- c
dationem Casauboni (quamquam nulli veterum Gram-
maticorum, quod sciam, commemoratam) adoptavi. De-
rivationis huius non meminit Eustathius, quia in Epito-
ma (e qua sola illi cognitum erat Athenaei opus) omnia
haec, inde ab Ἀπαλλαγέντων δὲ usque μερῶν ὄντα, prae-
termissa sunt. Adfirmat Villebrunius, in codice Parisino,
quem ille notâ *A.* insignit, nos vero nota *B.* insignire
solemus, hanc ipsam scripturam ἀντία exhiberi. Id si
ita est, debebitur illa ingenio & emendationi Hermolai
Barbari, qui illum codicem descripsit: nam vetustae qui-
dem nostrae *membranae A.* mendosam scripturam αἰτια te-
nent. Quod vero idem Villebrunius adfirmat, Casaubo-
num emendationem illam suam *Aegio* debere: sancte ad-
firmare ego, oculatus testis, contra possum, in eodem
libro, quem Villebrunius in sua Praefatione designavit,
in quo consignatas Aegianas lectiones Casaubonus ha-
buit, nihil quidquam ad vocem αἴτια adnotatum reperiri.
οἱ δὲ νῦν ξενῶνας καὶ ἀνδρῶνας νομίζουσι. »Lege ὀνο-
»μάζουσι. Idem error saepius commissus. Exemplum ha-
»bes libro secundo.« Casaub. — Locus ex libro secun-
do, quem dicit vir doctus, nunc non occurrit. Esse au-
tem vitiosam scripturam vulgatam, mihi non persuasit.
Potest νομίζουσι idem hoc loco valere ac ὀνομάζουσι: eo-
dem fere modo positum, ut latinum, *usurpant*; pro *dicunt*,
nominant. Hesychius: Νομίζειν· οἴεσθαι, λέγειν. Quod si
tamen aliquid amplius isto verbo contineri existimaveris;
reddere poteris, *& habent pro hospitum & virorum coenacu-
lis, & inde ξενῶνας & ἀνδρῶνας nominant.* Ipsum verbum
(quod cum editis agnoscit *ms. A.*) praetermisit Epitomator,
sic scripsisse contentus, οἱ δὲ νῦν ξενῶνας καὶ ἀνδρῶνας:
unde repetiit Eustathius ad Odyss. δ'. pag. 150, 12. Ἀν-
δρῶνα Suidas, generatim, *conclave* interpretatur *in quo con-
veniunt viri.* Sigillatim de *coenaculo* a Graecis usurpatum
fuisse, consentit cum Athenaeo Vitruvius, lib. VI. c. 10.
Graeci enim, inquit, *ἀνδρῶνας appellant oecos, ubi convivia
virilia solent esse, quod eo mulieres non accedant.*

Hoc loco, in medio contextu, post illa verba ξενῶνας
καὶ ἀνδρῶνας haec inseruit Epitomator: Ὅτι Ἀρκεσίλαος
εἰς συμπόσιον παρακληθεὶς (sic mendose, pro παρακληθεὶς)
καὶ συγκατακλιθεὶς ἑνὶ &c. - - - Τήλεφος καλούμενος. Quae
verba multo superius pag. 186. c. veram propriamque se-

c dem ſuam habebant. Tum ſic pergit: Ὅτι Ἀντίοχος ὁ Ἐπιφανὴς μὲν κληθεὶς, Ἐπιμανὴς δ' ἐκ τῶν πράξεων ὀνομασθεὶς, βασιλεὺς ἦν τῶν Συριακῶν, τῶν ἀπὸ Σελεύκου εἷς. Οὗτος, ὡς φησι Πολύβιος, ἀποδιδράσκων &c.

AD CAP. XXI.

τὸ συμπόσιον, ὅπερ Ἀντίοχος ἐποίησεν ὁ Ἐπιφανής. Neceſſario verbum poſt Ἀντίοχος deſiderabatur; de quo miror non monuiſſe Caſaubonum. Veriſſimum vero verbum, quo in ea re uti plerumque auctor noſter ſolet, non d ἐποίησεν fuerit, ſed συνήγαγεν. *Ibid.* Ἐπιμανὴς δ' ἐκ τῶν πράξεων ὀνομασθείς. Confer infra, X. 439. a. & Polybium noſtrum lib. XXVI. cap. 10. ibique notata.

οὗ τύχοι τῆς πόλεως ἀλύων ἐφαίνετο. Cum τῆς πολέως αὐτῶν ἐφαιν. conſentientibus vetuſtis membranis eſſet editum, monuit ad hunc locum CASAUBONUS: »Eclogarius praetermiſit τὸ αὐτῶν: id mendi argumen»tum eſt, ut diximus ſaepe. Scribo ἀλύων ἐφαίνετο: »*vagans cernebatur.* Ἀλύειν, ut ex Plutarcho novimus, duo »ſignificat: *prae dolore animi ſola loca quaerere;* ea notio »ab iſto loco eſt alieniſſima: item, *errare atque huc illuc* »*ferri prae ignobilis otii abundantia;* quomodo hic accipi»tur.« — Ad eadem verba adnotavit CORAY: »Emen»do αὐλῶν, *tibia canens.* Sequitur mox, ἐπικωμάζων »μετὰ κεραμίου καὶ συμφωνίας, & pag. 195 extr. ἀναπη»δήσας ὡρχεῖτο κ. τ. λ.« Specioſa ſane & haec emendatio, cum ob eas rationes quas ipſe Vir doctus adtulit, tum quod haud ita multum inter ſe differant notae literarum τ & λ, quin currente calamo altera alteri ſimilis fieri, adeoque deinde cum ea permutari facile poſſit; cuius erroris exemplum aliquod notavimus ad III. 18. a. T. II. Animadv. noſtrar. pag. 163. Verum, ut Caſauboni rationem unice probemus, perſuadere debebit Diodorus Siculus, qui in eadem narratione Polybium fere ſecutus, hoc ipſo verbo uſus eſt, ἀλύων ὅπου τύχοι δεύτερος ἢ τρίτος: in Excerpt. de Virt. & Vitiis, pag. 303. ed. Valeſ. Tom. IX. Opp. ed. Bipont. pag. 408.

χρυσοχοείοις recte dedit *ms. Ep.* pro χρυσοχοΐοις quod habebant edd. cum *ms. A.* In eodem *ms. A.* pari errore ἀργυροκοπίοις ſcribitur, pro ἀργυροκοπείοις, quod recte ex *Epit.* editum. *Ibid.* In εὐρησιλογῶν nil mutant noſtri

libri. Videſis quae notavimus ad Polyb. XVIII. 29, 3. d
Ibid. ὡμίλει ᾧ τύχοι. Tenendum hoc putavi, quod editum inveni. Verbum ὁμιλεῖν cum dativo perſonae conſtructum ubique reperitur: cum accuſativo rei nullum aliud exemplum novimus, niſi id quod h. l. codices noſtri praebent: quorum ſi vera ſcriptura, erit ὡμίλει ὃ τύχοι, *confabulabatur de re quacumque.* Cur vulgatum ᾧ ex οἷ ortum ſuſpicaretur WESSELINGIUS, cauſſa fuit quod in eadem narratione apud Diodorum εἰ τυχὸν legitur, quod pariter ex οἷ τύχοι, id eſt, *ubicumque eſſet*, corruptum ille iudicaverat. CASAUBONI ad noſtrum locum brevis eſt adnotatio haec: »Scripti quidam, ὃ τύχοι, *quam-*»*vis leviſſima de re.* Sed perplacet quod eſt editum. « *Ibid.* οὐδεμίαν ἔμφασιν ποιήσας. Poſſis intelligere, *nullo utens* e *ſpecioſo adparatu*, nempe qualem in rege exſpectares: ſed aptiorem huic loco ſententiam iudicavi, quam Dalecampius his verbis expreſſit, *nullo adventus ſui dato ſigno.*

παρῆν ἐπικωμάζων μετὰ κεραμίου καὶ συμφωνίας. »Quid hic ſignificet vox κεράμιον ſatis conſtare poteſt ex »adiecta dictione συμφωνίας, & ex priſco more. Semper »enim comiſſatores tibias vel alia muſica organa ſe»cum deferebant. Antiochus ut magis ſe deiiceret, *teſtas* »circumferebat tibiarum loco: pauperes in eo imitatus, »qui fictilibus crepitaculis & vaſorum figlinorum colli»ſione ſoliti ſe oblectare inopiâ melioris muſicae. Ariſto»phanes Ranis: [1305 ſq. ed. Brunck. Aliis verſ. 1340 »ſq.] Ποῦ 'στιν ἡ τοῖς ὀστράκοις αὕτη κροτοῦσα. Enarrator »ibi: Ἀπορίᾳ λύρας ὄστρακά τινες λαμβάνοντες, ἦχον »μὲν ἀπετέλουν, ἄσημον δέ. Sumpta videntur haec de »Didymo, cuius iſta refert Athenaeus libro XIV. [pag. »636. d. e.] Δίδυμός φησιν, εἰωθέναι τινὰς ἀντὶ λύρας κογ»χύλια καὶ ὄστρακα συγκρούοντας εὔρυθμόν τινα [ἔνρυθμόν »τινα ms. *A.*] ἦχον ἀποτελεῖν τοῖς ὀρχουμένοις, καθάπερ »καὶ Ἀριστοφάνη ἐν Βατράχοις φάναι. Hermippus comicus: »[apud Athen. ibid.] Λεπάδας δὲ πετρῶν ἀποκόπτοντες, »κρεμβαλίζουσι. Iuvenalis: [XI. 170.] *Audiat ille teſtarum* »*crepitus.* Videntur autem vetuſtiores ſoliti in hanc rem »acerabulis uti, quae fictilia erant, & bacillo percuſſa »ſuavem quendam ſonum edebant. Haec eſt quam Grae»ci vocant ὀξυβάφων μουσικὴν vel ἁρμονίαν: cuius inven»torem facit Suidas [in Ὀξύβαφον & in Διοκλῆς] Dio»clem, poëtam comicum Athenienſem aut Phliaſium. Φα-

e »σὶν, ait, Διοκλέα τὸν Ἀθηναῖον εὑρεῖν τὴν ἐν τοῖς ὀξυβά-
»φοις ἁρμονίαν, ὀστρακίνοις ἀγγείοις, ἅπερ ἔκρουσεν ξυ-
»λιφίῳ. Poſtea coeperunt fabricari in uſum illum aceta-
»bula ex variis metallis. Iſidorus, Originum libro tertio:
»*Tertia eſt diviſio rhythmica, pertinens ad nervos & pulſus:*
»*cui dantur ſpecies citharārum diverſarum, tympanum, &*
»*cymbalum, & ſiſtrum: acetabula aenea & argentea, vel alia,*
»*quae metallico rigore percuſſa reddunt cum ſuavitate tinnitum,*
»*& caetera huiusmodi.* Sed & Suidas [in voc. Ἁρμονίαν.]
»auctor eſt, quo magis ſonora eſſent iſta vascula, ſolita
»fuiſſe confici ex pluribus metallis in unum confuſis.
»Ἄλλως, inquit, χαλκὸς ἠχεῖ, καὶ ἄλλως σίδηρος, καὶ
»ἄλλως μόλυβδος, καὶ ξύλον. διὸ καὶ τὰ ὀψόβαφα [ὀξύ-
»βαφα corrigit Küſter ad Suid. in Ὀψόβαφα.] εἰώθασιν
»ἐκ διαφόρου κατασκευάζειν ὕλης, ἵνα τῇ διοφορᾷ τῶν ἀπη-
»χήσεων τὴν ἁρμονίαν ἀποτελέσωσιν. Caſſiodorus lib. IV.
»in erudita Epiſtola ad Symmachum: *Quid acetabulorum*
»*tinnitus? Quid dulciſſimi ſoni referam varia percuſſione modu-*
»*lamen?* Atque haec ſunt quae vocantur in muſicorum
»organorum diviſione ἔννηχα, *ſonora:* ψόφου μόνον πα-
»ρασκευαστικὰ, inquit auctor lib. XIV. [pag. 636. c.]
»Fallitur enim Dalec. eo loco confundens ἔννηχα cum
»*pneumaticis:* vertit enim, *quae ad ſonum inflantur ſpiritu;*
»magno errore. Huius etiam generis fuerunt & *ſcabilli*,
»de quibus ad quartum Suetonii dicebamus: [Sueton. in
»Neron. c. 20.] & κρέμβαλα, quae ſine ulla operoſiore
»harmonia ipſo delectabant ſono: ut hodie quae vocan-
»tur *carcaveaux* in Gallis; quamquam his iam ars eſt ad-
»bibita. [In eam ſententiam *caſtagnettes* vertit Villebr.]
»Inde κρεμβαλιάζειν, id eſt, Heſychio interprete, κογ-
»χύλια καὶ ὀστᾶ [ὄστρακα corrige] ἅμα συγκροτοῦντας
»ἑρισμόν τινα ἦχον ἀποτελεῖν τοὺς ἀρχομένους. Poſtrema
»cenſeo corrupta, ſcriboque ἀῤῥυθμόν τινα ἦχον ἀποτε-
»λεῖν τοὺς ὀρχουμένους. Nitimur iis quae auctor ſcribit
»libro iam indicato. Caeterum κεράμιον in hoc *Polybii* lo-
»co nihil vetat de *acetabulis* interpretari; nam illa fictilia
»olim fuerunt. Antiphanes: [apud Athen. XI. 494. d.]
»Ἐξ ὀξυβαφίων κεραμίων [κεραμέων] ἐπίνομεν. Et au-
»ctor ipſe libro XI. [pag. 494. c.] ait fuiſſe εἶδος κύλι-
»κος μικρᾶς κεραμέας. « Casaubonus. — At in eamdem
ſententiam, quam ita copioſe adſtruere laboravit Vir do-
ctiſſimus, videtur, primum, in plurali certe numero po-

ni debuiſſe, μετὰ κεραμίων, ut μετὰ κεραμίων καὶ συμ- c
φωνίας idem valeret ac μετὰ συμφονίας (vel ἁρμονίας)
κεραμίων. Nam ſi συμφωνίας, ſeparatim, *aliorum inſtrumentorum muſicorum ſymphoniam* intelligas, quid κεραμίῳ illo vel κεραμίοις fuit opus? Praeterea ὄστρακα illa, e quibus *crepitacula* fiebant, non *figlina* (κεράμεα) erant, ſed *teſtaceorum piſcium*, qui dicuntur, *teſtae*. Mihi viſus erat Antiochus, ſi cum adoleſcentibus commiſſatum ire vellet, non ſine ſymbola venturus: itaque μετὰ κεραμίου, quod legitur apud Noſtrum, (a quo non differt κεραμείου, quod habet ſuo more *ms. A.*) μετὰ κεραμίου οἴνου intellexi, cum *vini doliolo* vel *amphora*. Vide I. 3. f. & ibi not. I. 32. a. IV. 154. b. Significat autem κεράμιον interdum quidem vas aliquod minoris capacitatis, ut *lagena* latine reddi poſſit, veluti V. 210. c. ac fortaſſe etiam paulo poſt, pag. 194. b. (ubi tamen confer quae notamus) ſed & vas capacius eodem nomine fuiſſe a Graecis indigitatum, cum aliunde, tum ex V. 209. a. & XI. 473. b. intelligitur. Pariter Heſychius Κεράμιον interpretatur, τὸ τοῦ οἴνου ἢ ὕδατος σταμνίον. Caeterum ſi quis praeferendam iudicaverit ſcripturam, quae apud Diodorum reperitur, κερατίου, ea notione quae eſt a Weſſelingio l. c. expoſita, nihil impedio. Vocabulum, quod in quaeſtione verſabatur, omiſit Epitomator, nude ſic ſcribens: καὶ τοῖς νέοις συνεπεκώμαζεν εὐωχουμένοις που· ὥστε τοὺς πολλοὺς &c.

ὥστε τοὺς πολλοὺς ἀφισταμένους φεύγειν. » Placet »ἀνισταμένους, ut alii libri habent. Ita potius loqui amant »ſcriptores. « Casaub. — Commodum utique foret ἀνισταμ. cum praeſertim adiiciatur verbum φεύγειν. Sed, quinam ſint libri, in quibus id ſcriptum repererit Caſaubonus, neſcio: niſi forte in lectionibus ex Italicis libris excerptis ea ſcriptura ex docti alicuius viri ingenio relata eſt. Editiones quidem Ven. & Baſ. & uterque noſter codex mstus in ἀφισταμένους conſentiunt; quod adeo mutare non debuimus. In ed. Caſ. 1. quidem per operarum errorem ἀμφισταμένους expreſſum eſt.

ἐδίδου δὲ τοῖς μὲν ἀστραγάλους δορκαδείους, τοῖς δὲ a
φοινικοβαλ. &c. » *Tali dorcadei* illi ſunt, de quibus multa »nos ad Theophraſtum olim. [ad Cap. περὶ Ἀρεσκείας. p. »167 ſq. ed. Caſaub.] *Luſorios* enim *talos* debemus intel»ligere, non ζωικούς, ut exiſtimarunt eruditi homines. »[*Dorcadum talos* reddiderat Dalec.] Citat hunc locum

a » Eustathius ad Iliados ῥαψ. ξ'. His autem inaequalibus » muneribus similes erant illae rerum inaequalium sortes, » quas solitum Augustum amicis dividere narrat Sueto- » nius. « CASAUB. — De eadem *Antiochi levitate* confer quae infra ex Ptolemaei Commentariis refert Noster lib. X. pag. 438. e. f.

Ἐν δὲ ταῖς πρὸς τὰς πόλεις θυσίαις, καὶ ταῖς πρὸς τοὺς θεοὺς τιμαῖς. » Mirifice loquitur: nam potius dicendum » videatur, ἐν ταῖς πρὸς τὰς πόλεις τιμαῖς, καὶ ταῖς πρὸς » τοὺς θεοὺς θυσίαις. An igitur ita restitui scriptura debet? » Non arbitror. Est enim figurate dictum, αἱ πρὸς τὰς » πόλεις θυσίαι, καὶ πρὸς τοὺς θεοὺς τιμαὶ, pro, αἱ πεμ- » πόμεναι πρὸς τὰς πόλεις θυσίαι, εἰς τὸ τιμᾶν τοὺς θεούς. » Figuram vocant ἓν διὰ δυοῖν. Moris autem fuit Grae- » corum, non propria tantum suae urbis quemque festa » agitare; sed etiam aliarum, missis victimis & pretiosis » donariis, ornare ac concelebrare. Hae sunt quas appel- » lat auctor τὰς πρὸς τὰς πόλεις θυσίας. Clarius Theo- » phrastus, in notatione Αὐθαδείας: πρὸς τὰς ἑορτὰς πέμ- » πειν, quod ibi sumus interpretati. Ita deberi ista acci- » pi, sequentia probant. Ait enim, *munificentiam Antiochi* » *circa peregrinos Deos variarum urbium posse colligi ἐκ τοῦ* » *παρ' Ἀθηναίοις Ὀλυμπιείου: ex Olympii Iovis templo quod* » *erat Athenis.* De hoc templo Strabo, Livius, Pausa- » nias, alii. Sed, quod tacent alii, clare docet hic Athe- » naeus: sumtus magnos fecisse Antiochum in exstructio- » ne huius templi, a Perseo iam inchoati. Fecere idem » & alii plures viri principes: donec tandem Adrianus Imp. » tentatum a multis opus, & ab aliquot retro seculis ma- » nens imperfectum, perfecit ac dedicavit. Sic interpre- » tamur hunc locum, ad proditam historiam lectionem li- » brorum omnium accommodantes: nam Dalecampii emen- » dationem, non necessariam, non probamus. « CASAUBO- NUS. — DALECAMPIUS, sic vertens: *id coniectare licet ex ipsius dono, quod apud Athenienses custoditur, item ex eo quod in Olympii Iovis templo dicavit:* in ora haec adnotaverat: » An- » tiochus laneum velum, textili Assyriorum opere Phoe- » niciaque purpura luculentum, in aede Iovis Olympii » consecravit: Athenien sibus vero aegidem auream dona- » vit, in theatri fastigio cum caeteris donis locatam. Pau- » san. lib. V. [cap. 12.] Ex eo scriptore nos hunc locum » restituimus. «

καὶ τῶν περὶ τὸν ἐν Δήλῳ βωμὸν ἀνδριάντων. » Quod ſe- a
» quitur, planum eſt: *& ſtatuis, quas in Delo circa aram*
» *conſecravit:* etſi huius quoque hiſtoriae aliud teſtimo-
» nium in ſcriptis veterum, quod ſciam, non invenias. «
CASAUB.

μηδὲν τὸν ἄνθρωπον προσειπών. Cum καὶ μηδὲν legere- b
tur, monuit CASAUB. » Dele τὸ καὶ: officit enim nar-
» rationis perſpicuitati. « — Recte vero ibi Epitomator,
reliqua omnia ad verbum deſcribens, importunam omiſit
particulam. Eamdem, quae hic narratur, hiſtoriolam in-
fra ex Ptolemaei Commentariis relatam habes, lib. X. p.
430. f. ubi pro eo, quod hic Polybius μέγιστον κεράμιον
dicit, ille ὑδρίσκην ait ὑπὲρ δύο χόας ἔχουσαν.

AD CAP. XXII.

Ὁ δ' αὐτὸς οὗτος βασιλεὺς &c. » Quod ait, ἀκούσας c
» τοὺς ἐν τῇ Μακεδονίᾳ συντετελεσμένους ἀγῶνας ὑπὸ Αἰ-
» μιλίου Παύλου: de *veris*, non de ludicris *Aemilii Pauli*
» *certaminibus* accipio: nam, *editos in Macedonia ludos*
» *fuiſſe ab imperatore Aemilio Paulo*, neque Livius dicit; ne-
» que Plutarchus, neque alius quisquam veterum: & omni-
» no ſimile veri non eſt. Hos igitur Pauli ἀγῶνας cum
» audiret Antiochus, βουλόμενος τῇ μεγαλοεργίᾳ δωρεᾷ
» ὑπεράραι τὸν Παῦλον. Ita omnes codices. Ab *Epit.* ab-
» eſt vox δωρεᾷ, quam equidem ſuſpectam habeo: nam,
» ut oratio ſtet, inſerenda faltem particula καὶ, vel ſcri-
» bendum τῇ μεγαλοδωρεᾷ. Sane verbum μεγαλοερ-
» γία parum Antiocho quadrat. Ita enim eſt: *Aemilii τὴν*
» *μεγαλοεργίαν & maximas res geſtas ſuperare nitebatur* Sy-
» rus δωρεᾷ, id eſt, *opum largitione & in ludos profuſione.* «
CASAUBONUS. — Mnemonicon viri doctiſſimi ἀμάρτημα,
indeque enatam miram huius loci interpretationem, no-
tavit *Ioh. Frid.* GRONOVIUS ad Livii librum XL. cap. 32.
quem vide. De tota vero hac narratione confer, ſi pla-
cet, quae notavimus ad *Reliquias ex Polybii libro XXXI.*
cap. 3-5. noſtrae editionis. Nam ex POLYBIO *primo &*
trigeſimo libro ductam eſſe hanc narrationem, clare docet
Athenaeus lib. X. p. 493. b.

ἐξέπεμψε πρέσβεις καὶ θεωροὺς εἰς τὰς πόλεις, καταγ-
γελοῦντας τοὺς ἐσομένους ἀγῶνας ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ Δάφνης.
» Ut mature denuntiaret ludos, ἐξέπεμψεν, ait, πρέσβεις

c »καὶ θεωροὺς εἰς τὰς πόλεις. *Misit* πρέσβεις, sive *legatos*; »ut Rex, & more hominum: θεωροὺς autem, tamquam »*de re sacra*. Ludos Daphnicos fuisse *sacros* quis dubitat? »Agebantur enim in Apollinis & Dianae honorem. Quin »etiam certum est, & ludos plerosque omnes, & lau»tiores etiam epulas παρὰ τοῖς ἀρχαίοις τὴν αἰτίαν εἰς »θεὸν ἀνενέγκαι, sicut paulo ante [pag. 192. b.] dictum. »Quid differant πρέσβεις & θεωροὶ, declarat Plutarchi lo»cus in Demetrio. Vide libri VI. cap. XIII. « CASAUBO»NUS. — Vide eiusdem Animadv. infra ad VI. 251. b. Scripturam ἐσομένους ἀγῶνας ὑπ' αὐτοῦ, quam ex συντελεσθησομένους aut alio quodam verbo corruptam olim suspicatus eram, (in Adnotat. ad Polyb. XXXI. 3, 1.) tuetur uterque noster codex mstus: fueritque in ea adquiescendum, cum praesertim ex praecedente verbo συντετελεσμένους satis pateat, quid hic valeat ἐσομένους.

d τούτοις ἐπέβαλλον Μακεδόνες δισμύριοι, καὶ χαλκάσπιδες πεντακισχίλιοι. Haec verba, cum deessent vetustioribus editionibus, ex Lectionibus Aegianis & aliis codicibus Italicis adiecit Casaubonus. Eadem habent & nostrae membr. *A.* & *ms. Ep.* Et ex codice Corseliano adiicienda monuit Andr. Schottus, Observ. Human. lib. I. cap. 6. pag. 9.

e ἱππεῖς Νισαῖοι. »Ait convivator in descriptione »pompae quam duxit Antiochus, τούτων κατόπιν ἦσαν »ἱππεῖς Πισαῖοι μὲν χίλιοι, πολιτικοὶ δὲ τρισχίλιοι. »Vocat ἱππεῖς *equos cum suis sessoribus*: sicut arguunt se»quentia duo vocabula, χρυσοφάλαροι καὶ χρυσοστέφα»νοι: nam hoc viris, illud equis convenit. Sed quinam »sunt isti *Pisani equi?* [vel *equites?*] Ego vero Polybium »scripsisse autumo Νισαῖοι. Equi *Nisaei* in Media nasce»bantur, & in usus regum Persidis servabantur, aut ad »reges alios mittebantur. Ideo videntur auctores regum »proprios facere. Strabo lib. XI. [pag. 525. b. ed. Ca»saub.] Τοὺς δὲ Νισαίους ἵππους, οἷς ἐχρῶντο οἱ βασιλεῖς. »Oppianus: [Κυνηγ. I. 310 sq.]

»Κάλλει δ' ἐν πάντεσσι πέλει πανυπείροχος ἵππος
»Νισσαῖος, τὸν ἄγουσιν ἐριπτέανοι βασιλῆες.

»Ingentem fuisse eorum copiam docet alibi Strabo; [XI. »530. a.] scribens, viginti millia quorannis mitti solita »ad regem Persarum, τοῖς Μιθρακίνοις ait, vel Μιθραικίοις: »hoc est, ut nos interpretamur, sub illud tempus quo

» festum Mithrae Persarum Deo sacrum celebrabatur. » Quis usus istorum tot equorum esset ad ludos, ex hac » Polybii narratione licet colligas. Nam inde vel praeci- » puum pompae ornamentum erat. *Nisaeis* opponuntur » hic οἱ πολιτικοὶ, *plebeii* & *domi nati*. « CASAUBONUS.

Ibid. οἷς ἐπηκολούθει τὸ καλούμ. ἄγημα - - περὶ χιλίους. Haec in editt. vett. omissa, ex Italicis codicibus adiecit Casaubonus: quibus & nostri missi adsentiuntur. Eademque etiam in Corseliano codice legebantur.

Ἐπὶ δὲ τούτοις ἔξιππα μὲν ἦν. Tria verba ἐπὶ δὲ τούτοις, quae deerant editis, adiecimus ex *ms. A.* Eodem loco ἐπὶ τούτοις, omissa δὲ particula, habet *ms. Ep.*

ἐλέφαντες διεσκευασμένοι. Cum διεσκηδασμένοι mendose in ed. Ven. & Bas. legeretur; id in διεσκεδασμένοι mutavit Casaubonus, praeeunte Dalecampio, qui *elephanti dispersi* in latina versione posuerat. Perincommode vero. Atqui, διεσκευασμένοι legendum, perspecte iam HOESCHELIUS monuerat; quod verbum & *Kusterus* in ora sui libri adnotavit, & Polybio Athenaeoque vindicavit *Pierson* ad Moer. pag. 218. monitus a *Valckenario*. διεσκευασμένοι *elephanti* sunt, *ornati instructique velut ad pugnam*. confer Lexic. Polyb. Ex nostris membr. *A.* nihil quidem ad Casaubonianam scripturam διεσκεδασμένοι adnotatum reperio: codex *Epit.* vero perspicue διασκευασμένοι exhibet.

AD CAP. XXIII.

βόες δ' εὐτρεφεῖς. Sic ed. Ven. cum *ms. A.* In qua a scriptura nihil desiderari poterat. Sed cum corrupte εὐτραιφεῖς in ed. Bas. expressum esset, id in εὐτραφεῖς mutavit Casaub. quemadmodum iusserat etiam ipse Editor Basileensis in Corrigendis. Eâdem vero vocabuli formâ, εὐτραφεῖς, usus hoc loco est Epitomator.

θεωρίαι δὲ βραχὺ λείπουσαι τριακοσίων. » *Mensae sa-* » *crae ferme trecentae.* Scribo enim ex vestigiis lectionis Hoe- » schelianae, θεωρίδες. *Mensas*, quarum *in sacris* usus, vo- » cabant θεωρίδας & θυωρίδας, vel etiam θυωρούς, ut est » apud Iulium Pollucem, [IV. 123.] Diogenem Laër- » tium, [I. 119.] & Tzetzem. Apage qui *popas* vertunt: » errant enim crasse. « CASAUBONUS. — Quid potissimum in Hoescheliano libro scriptum fuerit, non aperuit

a nobis vir doctus: puto autem, nihil aliud, nisi quod & noster *ms. Ep.* cum *ms. A.* & ed. Ven. habet; nempe θεωρία, mendose utique. Pro quo quum nihilo melius θεωρίας exaratum esset in editione Basileensi, qua usus Casaubonus est, id ille in sua editione in θεωρίαι mutavit. Et hoc ipsum etiam voluerat Editor Basileensis, quemadmodum partim ex Corrigendis intelligo, partim ex nota ab ipsius Bedroti manu orae exempli editionis Venetae, quo ille olim usus erat, inscripta. Rectissime vero! Quum *legatos* & θεωροὺς *misisset Antiochus ad civitates* non modo regni sui, sed & (quod consentaneum erat) ad alias, qui eas ad ludorum solemnitatem invitarent; *convenerant nunc trecentae propemodum civitatum ad concelebrandos ludos legationes:* hae sunt illae θεωρίαι, quas *in pompa processisse* ait auctor, ut ad Polybium olim docuimus. Nec vero, cur ab ista simplicissima planissimaque emendatione rursus discederet Casaubonus, idonea ratio suberat. Nam leviuscula quidem illa dubitatio esse videtur, quam in Adnot. ad Polyb. XXXI. 3, 12. tetigi, quod *legationes civitatum* in hac pompae descriptione inter saginatos boves & inter elephantum dentes mediae commemorentur: cum praesertim non omnia ordine se enarraturum professus sit auctor, sed summa tantum capita quaedam perstricturum.

b Διονυσίου, τοῦ ἐπιστολογράφου. Pro ἐπιστολαγράφου, quod est in *ms. A.* nescio an ἐπιστολιαγράφου oportuerit, qua forma ἐπιστολιαφόρος ex Xenophontis Hellen. adnotavit H. Stephanus. Sed fortasse nec ipsa illa codicis scriptura spernenda. Similis formae nomina sunt ἀγγελιαφόρος, quod ab eodem H. Steph. adnotatum, tum βιβλιαφόρος, & θυρεαφόρος, de quibus diximus ad Polyb. IV. 22, 2. *Ibid.* βασιλικοὶ δὲ παῖδες παρῆλθον ἑξακόσιοι, χρυσώματα ἔχοντες. » Cogitemus de numero » in istis. Num enim [Nonne enim *voluit*, *puto*] absur- » dum, *regios pueros traduci* tantum *sexcentos;* cum modo » dixerit, *Dionysium, qui erat regi ab epistolis, misisse usque* » *ad mille?* Sed propter vocem χρυσωμάτων possumus hanc » lectionem tueri. Mulieres illae, de quibus scribitur, ἐκ
c » χρυσῶν καλπίδων μύροις ἔῤῥαινον, non pueros regios, » quorum praecessit mentio, sed omnes spectatores, ut » quemque illorum praeteribant, unguentis respergebant. « Casaub.

Quae hoc capite & proxime sequente leguntur, ea brevissime perstrinxit Epitomator. Nam post illa verba, Γῆς τε καὶ Οὐρανοῦ καὶ Ἡοῦς καὶ Μεσημβρίας, sic pergit: Τὰ δὲ λοιπὰ τῆς πομπῆς καὶ τὰ κινναμώμινα καὶ νάρδινα καὶ τήλινα καὶ ἀμαράκινα μύρα καὶ ἴρινα· καὶ τὰ μετὰ (sic quidem noster codex) γυναικῶν χρυσόποδα καὶ ἀργυρόποδα φορεῖα καὶ τὰ ἄλλα, περιττὸν λέγειν. Dehinc statim ad ista profilit: Ταῦτα δὲ πάντα συνετελέσθη &c. quae leguntur in fine cap. sq. p. 195. f.

AD CAP. XXIV.

Ἐπιτελεσθέντων δὲ τῶν ἀγώνων καὶ μονομαχιῶν καὶ κυνηγεσίων, κατὰ τριάκονθ' ἡμέρας ἐν αἷς τὰς θέας συνετέλει, πέντε μὲν τὰς πρώτας ἐν τῷ γυμνασίῳ &c. Nescio an aliquid hic turbatum in verbis sit, sive librariorum culpâ, sive ipsius Athenaei. Mira quidem orationis structura: verbum ἐπιτελεσθέντων ita positum, quasi diceret *peractis ludis spectaculisque*: & tamen, quae continuo adiicit, adparet facta esse *per ipsos illos dies quibus ludi peragebantur*. An igitur Ἐπιτελουμένων in praesenti tempore oportuit? An ἐπιτελεσθέντων eo dixit, quo clarius significaret, *singulis ludorum diebus, post peracta cuiusque diei spectacula in balneum progressos omnes?* Quidquid sit; res ipsa, quae dehinc narratur, haud obscure in eam sententiam videtur accipienda, quam in latina versione expressimus. Casaubonus quidem ad hunc locum sic est commentatus: »Quae narrantur de *exhibito diversi generis unguento* »*ad unctionem*, ea sic accipio: *Per dies* XXX *spectacula va-* »*rii generis edidit Antiochus; quo toto tempore unguentorum* »*facta est omnibus, qui in gymnasium venirent lotum, a rege* »*copia. Primis diebus quinque, datum crocinum, cinnamomi-* d »*num, & nardinum: reliquis vero diebus telinum, amaraci-* »*num, irinum* aut *liliaceum* sive *lirinum*. Nam libro X. [p. »439. b.] κρίνινον scriptum pro eo quod hic est εἴρινον, »quod non aliud quam ἴρινον. Sic enim εἶρις pro ἶρις, »κλεῖμα pro κλίμα, λεῖκνον pro λίκνον, similiaque sex- »centa in antiquis libris Hesychii, Suidae & ipsius Athe- »naei: ut aliquanto post [V. 201. a.] κινναμώμου καὶ »εἰριδος: sic enim & mssti, at in *Epit.* ἰριδος. Porro ait »Polybius, *exposita fuisse ista unguenta* ἐν ὀλκίοις: quae »quidem *arculae* non erant, ut versum [a Dalec.] vide-

d »mus; ſed *labra* ampla ad inſtar magnorum craterum ef-
»ficta. Ita deſcribit Heſychius; [Ὄλκιον· μέγας κρατὴρ,
»λουτήρ.] & confirmant auctorum loci. Ex iis etiam cla-
»ret, *holciorum* in *balneis* fuiſſe uſum. In Plutarchi Alex-
»andro iunguntur ὕλκια, κρωσσοὶ, πύελοι, & ἀλαβαστροί.
»Sic accipe etiam in hiſtoria Iudith, cap. XV. « — Minus
recte κιναμωμίνου erat editum, pro quo κιννα μωμίνου re-
cte cum h. l. tum X. 439. b. dederunt *ms. A.* & *Ep.* Quod
deinde εἰρινὸν edebatur, id quidem ex vetuſtis membr.
A. erat derivatum, in quibus perpetua vocalium ει & ι
(ubi haec longa eſt) confuſio. Sic rurſus in eisdem pag.
201. a. εἴριδος pro ἴριδος. Quod in brevi Nota ſub con-
textu noſtro ſcribitur: »λείριvον *malebat Caſaub.*« pro *Ca-
ſaub.* oportebat CORAY; in cuius *Notis msstis* ad vulga-
tum εἰρινὸν haec monentur: »Forte λείριvον, *liliaceum*:
»nam hoc ipſum unguentum lib. X. pag. 439. *b.* ubi de
»hoc ipſo rege ſermo eſt, appellatur κρινινον. conf. Foes
»Oecon. Hippocr. in Λίριον.« — At equidem non du-
bitandum duxi, quin ἴρινον hoc loco debuerint libri: &
hoc ipſum nunc in *ms. Ep.* ſic plane video exaratum.
Frequens illius olei odorati mentio apud vereres, ex iri-
dis (Illyricae praeſertim) radice extracti: & verum no-
men alibi apud Athenaeum ſervarunt libri noſtri, veluti
II. 46. *a.* & XV. 689. *d.* vel *e.* Alibi in ἠρινὸν corruptum,
ut IV. 136. f. ad quem locum in Animadv. noſtra T. II.
pag. 443. perperam ſcriptum video: » Adde I. 41. a.«
cum oportuiſſet »Adde II. 46. a.« Quod lib. X. p. 439.
b. καὶ κρινίνῳ editur, id vel ex iunioris cuiusdam librarii
vel ex primi editoris emendatione eſt: nam in vetuſtis
membranis ibi καὶ κλιῖρίνῳ (ſic) ſcribitur, mendoſe uti-
que, ſed ita ut ſatis pateat ἰρίνῳ debuiſſe librarium; qui
cum per incogitantiam aliud quid ſcribere coepiſſet, illud
deinde (ne liturâ deformaret librum) delere noluit: quod
& alibi paſſim ab illo homine factum obſervavimus.

ἵππον γὰρ ἔχων εὐτελῆ. *vili vectus equo.* »Lego ἐν-
»τελῆ, *integrum*, ſive *non caſtratum.* Gallis, *un cheval*
»*entier.* De homine caſtrato loquens, dixit contra Lucia-
»nus (in Eunuch. T. V. p. 210. edit. Bipont.) ἐπὶ τῷ
»ἀτελεῖ τοῦ σώματος.« CORAY. — Eodem vocabulo of-
fenſum fuiſſe VILLEBRUNIUM video, qui ἐκτελῆ legendum
ſuſpicatus erat. Adnotavit tamen idem: »*Le contraſte de*
»*ce méchant cheval n'auroit de probabilité, au milieu de ce bril-*

»lant cortege, que par les extravagances de ce prince inſenſé.« Immo vero, ingenio Antiochi, & perſonae, qualem is mox etiam inter epulas agens deſcribitur, mirifice hoc e ipſum conveniebat, ut, dum caeteri omnes magnifice ornati pompam ducerent, ipſe interim *vili* equo vectus, ultro citroque discurſans, proceſſionem pompae ordinaret. Ob id ipſum ingenium a nonnullis, ut ſupra (pag. 193. f.) dictum, tamquam ἀφελής τις, id eſt, *ſimplex homo* & *qui facilibus moribus eſſet*, laudatus eſt.

παρασπονδήσας τὸν Φιλομήτορα βασιλέα, παιδίσκον ὄν- f τα. Vide quae notavimus ad Polyb. XXVII. 17, 3. & quos ibi auctores laudavimus.

AD CAP. XXV.

Super PTOLEMAEI PHILADELPHI *Pompa* exſtant obſer- a vationes nonnullae, auctore LEBEAU *iuniore*, in *Hiſtoire de l'Acad. des Inſcript.* T. XXXI. pag. 99 ſeqq.

τὴν κατασκευασθεῖσαν σκηνὴν ἐν τῷ τῆς ἀκρας περιβόλῳ - - ἐξηγήσομαι. »Saepe diximus, ſolitas olim per ſolen- »nes publicorum feſtorum aut panegyrium dies exſtrui »quas vocabant Latini *umbras*, Graeci σκιάδας & σκηνάς. »*Tabernacula* erant in feſtae urbis viis aut ſuburbanis locis »compacta, excipiendis peregrinis, qui partim ad ludorum »ſpectacula, partim ad mercimoniorum ineunda commer- »cia undique concurrebant. Erant etiam feſta quaedam, »quorum ritus *tentoria* iubebant figere, ubi populus uni- »verſus relictis domibus ſe continebat certo dierum nu- »mero, donec ſolennitas omnis eſſet peracta. Talia feſta »erant, de quibus diximus libro ſuperiore cap. IX. [ad »lib. IV. pag. 141. f.] Videtur & Alexandrinum feſtum, »quod hic deſcribitur, eodem ritu celebratum. Nam ea »cauſſa, niſi fallimur, fuit, cur rex ipſe in tabernaculo »morari neceſſe haberet. Hoc igitur *tabernaculum* deſcri- »bit *Callixenus*, priusquam Pompae totius ordinem ex- »plicet. Sedes illius fuit ἐν τῷ τῆς ἀκρας περιβόλῳ, *intra* »*arcis ſeptum*: vel, *intra ambitum collis*. Utrumque ſignifi- »cat Graecum ἄκρα, & *munitum in urbe locum*, id eſt, »*arcem*: & quamcumque *editam urbis partem*, ut *collem*; »quomodo hic malim accipere.« CASAUBONUS. — Illam, puto, ἄκραν (id eſt, *arcem*) dicit Callixenus, quae eſt ἡ Λοχιὰς ἄκρα apud Strabonem XVII. 794. c. ad ſiniſtram

intranti portum orientalem, ex adverſo promontorii inſulae Phari, cui promontorio ſimile nomen Ἀκρολοχιὰς erat. (Strab. pag. 792. c.) In illa Λοχιάδι ἄκρᾳ erat etiam βασίλειον, nempe *minus palatium*, diverſum a maiori, quod, illi fere contiguum, magis intra urbem ſitum erat, eoque τὰ ἐνδοτέρω βασίλεια apud eumdem Strabonem vocatur.

b κίονες διεστάθησαν ξύλινοι. »*columnae ligneae certo inter-*» *vallo ſtatutae ſunt.*« Casaub. — *Ibid.* ἐφ' ὧν ἐπιστύλιον καθηρμόσθη τετράγωνον, ὑπερεῖδον τὴν σύμπασαν τοῦ συμποσίου στέγην. »Haec forma oeci Aegyptii, ut appella» bant architecti. Vitruvius lib. VI. cap. 4. *In Aegyptiis* »*oecis ſupra columnas epiſtylia ad parietes; & ab epiſtyliis ad* »*parietes, qui ſunt circa, imponenda eſt contignatio.* Appel» lat Callixenus συμπόσιον inferiorem partem tabernaculi: »quod quidem amplae vaſtaeque *coenationis* inſtar habuit. »Atque hoc ſolum iſtius aedificii ad uſum pertinuit: re» liqua omnia ad ornatum.« Idem. — »Ἐπιστύλιον, *trabem* »architecti vocant *imponi ſolitam columnis.*« Dalecamp. αὕτη δ' ἐνεπετάσθη κατὰ μέσον οὐρανίσκῳ κοκκινοβαφεῖ περιλεύκῳ. »*Haec contignatio* (στέγη τοῦ συμποσίου) »*circa medium tapetibus tecta eſt, expanſis in coeli modum,* »*coloris coccinei admodum vergentis in albedinem.* οὐρανίσκος »eſt *papilio, coeli aut tholi formam referens*, ut pluribus ex» poſitum nobis libro ſecundo, [ad II. 48. f.] atque et» iam alibi. Idem & οὐρανὸς aliquando ſignificat. B. Chry» ſoſtomus de Xerxe: Τί δέ σοι ὁ χρυσοῦς οὐρανὸς ἐβού» λετο, ἀνόητε; Vocem κοκκινοβαφεῖ delendam cenſuerunt »docti propter inſequentem περιλεύκῳ: ſine cauſſa. περι» λευκος id valet quod diximus: vel, *albo praetextus.*« Casaub.

c »καθ' ἑκάτερον δὲ μέρος εἶχε δοκοὺς μεσολεύκους »ἐν πετάσμασι πυργωτοῖς κατειλημμένας. Scri» bo μεσολεύκοις ἐμπετάσμασι. Repetendum au» tem ex ſuperioribus τὸ κοκκινοβαφέσιν: *ab utraque parte ha*» *buit* ea contignatio *trabes circumtextas tapetibus* coccineis *al*» *bo diſtinctis* (vel, *mediocriter albicantibus*) *turritis.* Cognatae »voces ſunt quas in commentario De Coloribus accurate »explicamus, λευκὸς, ἔκλευκος, διάλευκος, ἐπίλευκος, »μεσόλευκος, μιξόλευκος, & περίλευκος. Sic autem dicta »ἐμπετάσματα πυργωτὰ, *quae turres picturâ vel texturâ re*» *praeſentarent*; ſicut ζωωτὰ dicuntur, & *belluta*, quae ani-

» malium figuras intextas habent. « CASAUB. — In *ms. Ep.* c deſiderantur iſta verba: membranae *A.* vero in eodem cum editis errore verſantur, perperam *μεσολεύκους* ad *δοκοὺς* referentes. Illud vero ex vetuſto more, quem & alibi ſervat idem vetus liber, quod *ἐνπ-* pro *ἐμπ-* ſcribat, & ſic alia his ſimilia. De *κατειλημμένας*, quod & ipſum tenent membranae, nil monuit Caſaub. Quod tamen non ferendum putavi: nam verbo *καταλαμβάνω*, (id eſt, *deprehendo*) a quo illud ductum, non erat hic locus. Ferri potuiſſet *περιειλημμένας* a *περιλαμβάνω*; ſed ne id quidem commode. Nihil magis in promtu erat, nihilque certius, quam ut *κατειλημένας* (praeterit. paſſiv. verbi *κατειλέω*, *obvolvo*) ſcriberemus. Sic recte p. 197. f. *μίτραις κατειλημένον* edidit Caſaub. ubi tamen editiones veteres cum utroque codice msto rurſus *μ* literam duplicabant. Pariter apud Lucian. in Conviv. cap. 47. *ταινίαις κατειλημμένος* erat in vett. edd. ubi recte *κατειλημένος* poſuerunt recentiores editores.

ἐν αἷς φατνώματα γραπτὰ κατὰ μέσον ἐτέτατο. Si quis tenendum contendat vulgatum *ἐτέτακτο*, nihil impedio. Equidem Dalecampium & Villebrunium probavi, *ἐτέτατο* corrigentes. Permutatione iſtorum verborum nihil in Graecis codicibus frequentius.

τῶν δὲ κιόνων οἱ μὲν τέσσαρες ὡμοίωντο φοίνιξιν, οἱ δ' ἀνὰ μέσον ϑύρσων εἶχον φαντασίαν. ϑυρσῶν habet ms. *A.* contra conſtantem in eo vocabulo uſum. — » *οἱ μὲν τέσ-* » *σαρες*, ſunt *quatuor* illae *columnae*, quae latitudinem de- » ſignabant. At *οἱ ἀνὰ μέσον*, ſunt *ternae reliquae*, ab utro- » que latere longitudinis. « CASAUB. — *Ibid. τούτων δ' ἐκτὸς περίστυλος ἐπεποίητο σύριγξ, ταῖς τρισὶ πλευραῖς.* » Id eſt, *ultra iſtas, columnis* aliis *ad tria latera circumpoſi-* » *tis, tres quaſi pergulae confectae erant, longae quidem, ſed* » *anguſtae.* Hoc declaratum voluit Callixenus voce *σύ-* » *ριγξ*, non quod viſum Dalecampio. Infra, hoc libro, » [pag. 205. d.] *τῷ κοιτῶνι συνῆπτο στενὴ σύριγξ, κατὰ* » *πλάτος τοῦ κύτους χωρίζουσα τὴν γυναικωνῖτιν.* « IDEM. — Dalecampius ſic converterat: *Extra haec foſſione depreſſus locus erat, columnis cinctus a tribus lateribus.* In eamdem cum Caſaubono ſententiam locum iſtum Gallico ſermone ſic reddidit VILLEBRUNE: *En dehors de ces colonnes regnoit, ſur trois cotés, un periſtyle, qui formoit avec ces colonnes une galerie étroite, & couverte en forme de voute.* Quod

vero dicit idem Interpres, non vidiſſe Caſaubonum vitium quod vulgatae inſit ſcripturae; legendum enim eſſe περίστυλος ἦν, ᾧ μὲν ἐπεποίητο πυρ. &c. id quidem quid qualeve ſit, ipſe viderit. Neſcio an ᾧ ἐπεπεποίητο voluerit. *Ibid.* αὐλαίαις περιείχετο φοινικίναις. φοινίκαις ed. Caſ. 2. & 3. operarum errore. *Ibid.* ἐπὶ δὲ τῶν ἀνὰ μέσον χωρῶν. χώρων edd. & ms. *A.* Recte vero monuit CASAUBONUS: »Scribe χωρῶν. Eſt enim a χώρα, »non a χῶρος. Mox [lit. e.] ἐν δὲ ταῖς ἀνὰ μέσον χώραις.« — Sic rurſus continuo deinde, ἐν δὲ ταῖς ἐπάνω τούτων χώραις. Multa hoc loco praetermiſit Epitomator.

d μυρρίναις καὶ δάφναις, ἄλλοις τε ἐπιτ. Sic edidimus ex ms. *A.* Perinde erat, ſed tamen veterum librorum auctoritate carebat, quod antea ſic edebatur, μυρρίναις τε καὶ δάφναις καὶ ἄλλοις ἐπιτηδ. *Ibid.* Ἡ γὰρ Αἴγυπτος καὶ διὰ τὴν τοῦ περιέχοντος ἀέρος εὐκρασίαν. »Obtinuit apud »Graecos, ut ὁ περιέχων dicatur *aër*. Quare vocem ἀέ»ρος tollas licet. Sed cum vetuſtioribus locutus eſt Athe»naeus, [quin potius Callixenus,] Ariſtotele, Theo»phraſto, aliis. Quod ait de aëre Aegypti, & coeli tem»perie floribus apta, notum ex Theophraſti & Plinii te»ſtimoniis. Huius quidem iudicio *terrarum omnium accom»modatiſſima unguentis Aegyptus, copiá roſae.* lib. XIII. cap. »3. [ſect. 6.] Sed minus odoratas eſſe roſas Aegyptias »caeterosque flores ſatis conſtat.« CASAUB. — Confer Lexic. Polyb. in Περιέχον, & Adnot. ad Polyb. III. 36, 6.

e εἰς τὰ τῆς σκηνῆς ἔδαφος κατεπέπαστο χύδην. »Eclo»garius videtur legiſſe κατέσπαστο. Ait enim, τὸ τῆς »σκηνῆς ἔδαφος ἀπετέλει πρόσοψιν λειμῶνος ἄνθεσι χύδην »κατασπασθέν.« CASAUB. — In poſterioribus Animadverſionum Caſauboni editionibus recte adiicitur: »Non probo.« — Sane: ſi ſic ſcripſit Eclogarius, abſurde ſcripſit. At recte noſter quidem ms. *Ep.* καταπασθὲν habet, non κατασπασθέν.

AD CAP. XXVI.

ἐπὶ μὲν τῶν τῆς σκηνῆς παραστάδων. *In tentorii veſtibulo* vertit Dalecampius. Et poteſt quidem vocabulum παραστὰς in ſingulari numero nonnumquam (ubi, ut Vitruvius VI. 10. docet, idem valet ac προστὰς, quod deinde pag. 205. a. & 206. a. occurrit) recte *veſtibulum* intelligi.

Sed παραστάδες in plurali paulo aliter interpretandae videntur. Sunt nempe vel τῶν θυρῶν παραστάδες, qui aliâs σταθμοὶ, *ianuarum poſtes* vel *antae*, ut docet Pollux, I. 76. vel magis generatim, ut interpretentur Heſychius, οἱ πρὸς τοῖς τοίχοις τετραμμένοι (niſi in hoc verbo mendum ineſt) κίονες, id eſt, ſi recte accipio, *columnae* vel *columellae quae ſecundum murum* (*extrinſecus*) *decurrunt*. Itaque παραστάδες poſſunt quidem eſſe in veſtibulo, ſed & circa totam domum. Confer Hemſterhuſ. ad Polluc. X. 25. not. 41. & Valcken. ad Phoeniſſ. vs. 418. Et videntur hoc loco intelligi *poſtes* ſive *columellae* aut *antae*, quibus ſuſtinebatur ſyrinx illa, quam toti tabernaculo a tribus lateribus extrinſecus circumductam paulo ante dixerat auctor. e

ζῶα μαρμάρινα, quae mox commemorantur, non modo ſunt *animantium effigies*, ut vertit Dalecampius; certe non ſolum *beſtiarum*: ſed promiſcue beſtiarum & hominum, atque etiam heroum deorumque (ut qui hominum figurâ finguntur) effigies: adeoque generatim *ſimulacra*, *ſigna*, *ſtatuae*: de quo in *Monumenti Gabini della villa Pinciana* monuit Visconti, vir doctiſſimus, gente Romanus, animo civitateque hodie Gallofrancus. Sic certe continuo deinde nominantur etiam τραγικὰ καὶ κωμικὰ καὶ σατυρικὰ ζῶα, ἀληθινὸν ἔχοντα ἰματισμόν. Sic & ζώδια, pag. 197. b. ſunt *cuiusvis generis* (pictae) *figurae*.

πίνακες τῶν Σικυωνιακῶν ζωγράφων. »Dalec. *pictorum* »*Sicyoniorum tabulae*. Sed aliud eſt Σικυωνίων, *Sicyoniorum*: »aliud Σικυωνιακῶν, vel, ut habent membranae, Σικυω»νικῶν: *ſimilium Sicyoniis*. Ac fortaſſe ζωγραφιῶν ſcriben»dum, & de *picturis Sicyonii generis* cogitandum. Divide»batur enim pictura in genera, Helladicum, Aſiaticum, »& Sicyonium, cuius auctor Eumolpus [*immo*, Eupom»pus] Sicyonius.« Casaubonus. — Vide Plin. XXXV. cap. X. ſect. 36. num. 7. Ad editam ſcripturam Σικυωνιακῶν nihil ex noſtris membr. *A.* adnotatum. Σικυωνικῶν vero habet ms. *Ep.* In ζωγράφων conſentit codex uterque. Poſſeſſivum nomen, ad urbem Σικυῶνα pertinens, nullum adnotatum eſt in Stephani Byzantini Epitome.

εἰκασίαι παντοῖοι. Adiectivum παντοῖος, quod ſciam, f non ut communis generis uſurpatur. Quare mendoſam iſtam ſcripturam cenſeo: quam tamen & membranae noſtrae tueri videntur. In *Epit.* deſunt haec: & reliqua bre-

f viter perſtricta. Nam poſt ζωγράφων ſtatim ſic pergitur: ἄντρα τε ἐν αὐτῇ κατεσκεύαστο· καὶ ἐν τοῖς ἄντροις νύμφαι. κατὰ δὲ τὸ ὑψηλότατον τῆς ὀροφῆς ἀετοὶ &c.

αἱ δὲ, μυθικὰς διαθέσεις. »Quaedam [continent] *fabularia argumenta*; id eſt, *ex fabulari hiſtoria petita*. διάθεσις eſt *deſcriptio*, ut recte vertit Dalec. Ad primum librum Strabonis eam vocem expoſuimus. [Ad Strabon. I. pag. 9. ed. Caſaub.] In ſubiecta pompae deſcriptione ait Callixenus, [infra, pag. 201. f.] *multas in ea fuiſſe διαθέσεις ἀκοῆς ἀξίως*, id eſt, *multas rerum variarum ειδασίας dignas narratu*. Et paulo poſt de Polemone Periegeta ſcribit, [Athenaeus, p. 210. a.] eum ἐξηγήσασθαι διάθεσιν ἐν Φλιοῦντι, id eſt, *expoſuiſſe argumentum tabulae cuiusdam*: cuiusmodi erant quas Philoſtratus interpretatur in Iconibus.« CASAUBONUS.

ὑγρεοὶ περιέκειντο ἑναλλὰξ ἀργυραῖ τε καὶ χρυσαῖ. — »Imo ἀργυροῖ τε καὶ χρυσοῖ. Neque enim alio genere vocem ὑγρεὸς uſurpare, opinor, voluit, quam omnes alii. Aut figura eſt πρὸς τὸ σημαινόμενον: & referendum ad vocem εἰκασίαι.« CASAUB. *Ibid.* ἐν δὲ ταῖς ἑπάνω τούτων χώραις, οὔσαις ὀκταπήχεσιν, ἄντρα κατεσκεύαστο. Vertit Dalecampius: *Supra hunc utrumque locum antra excavata fuerant, octo cubitorum*; quaſi legiſſet, (quod etiam ſuſpicari licebat) ἐν δὲ ταῖς ἑπάνω τούτων χώραις οὔσαις, ὀκταπήχ ἄντρα κατεσκ. At id quidem perinde erat: nec idcirco ſolicitanda vulgata ſcriptura. *Ibid.* Cum ἓξ ἑκατέρᾳ πλευρᾷ ederetur, monuit CASAUB. »Scripti melius [ἓξ] ἐν ἑκατ. πλ.« — Eam ſcripturam nos ex noſtris membranis recepimus.

»συμπόσιά τε ἀντία ἀλλήλων αὐτοῖς τραγικῶν τε καὶ »κωμικῶν καὶ σατυρικῶν ζώων, ἀληθινὸν ἐχόντων ἰμα»τισμόν. Faceſſit mihi negotium vox αὐτοῖς: quae referri alio non videtur poſſe quam ad nomen ἄντρα proxime praecedens. Lego ἐν αὐτοῖς, vel παρ' αὐτοῖς: ut intelligantur *coenationes* iſtae *in antris* fuiſſe compoſitae de queis modo eſt dictum: vel *iuxta antra & ad illorum latera*. Sed *in ipſis* potius *antris* locatas arbitror eo ſitu, ut ſe invicem reſpicerent. ζῶα appellat *ſimulacra integra ſatyrorum & perſonarum tragicarum ac comicarum*. Alioquin erat uſitatius πρόσωπα dicere; ut mox, πρόσωπά τε σατυρικὰ καὶ κωμικὰ καὶ τραγικά.

a »Quod addit, ἀληθινὸν ἐχόντων ἰματισμὸν, hoc vult:

»*has perſonas ornatas fuiſſe ut cuique earum conveniebat*, a
»*veſtibus veris, non ſimulatis.* σκευὴν propriam huiusmodi
»perſonis docent nos Iulius Pollux libro quarto, [cap.
»18. ſect. 115 & ſqq.] & poëtarum interpretes. Dale-
»campius lectionem aliam commentus eſt ſibi & ſecutus.« CASAUBONUS. — Nempe ζῶα *vivos homines* Dalecampius intellexerat: de quo ipſo vocabulo ζῶα confer quae paulo ante notavimus. Probavi autem Caſauboni illam emendationem ἐν αὐτοῖς, quae & ſententiam efficere planiſſimam videbatur, (nempe, *in ipſis antris* ſimulata effiguratae erant *iſtarum perſonarum convivia;*) & facillimam explicationem habebat erroris librariorum, cui occaſionem dediſſet litera ν, in quam definit vox praecedens. De quo frequenti erroris fonte vide Lexicon noſtrum Polyb. p. 211 ſq. num. 8. & Indicem Graec. Epict. p. 314.

κατὰ μέσον δὲ τῶν ἄντρων νύμφαι ἐλείφθησαν, ἐν αἷς ἔκειντο Δελφικοὶ χρυσοῖ τρίποδες. »Lego νυμφαῖ' »ἐλείφθησαν, ἐν οἷς. *Sacra Nymphis loca* appellabant »νυμφαῖα: de iis accipio haec verba: erſi diſerte ſcri- »ptum etiam in Epitoma Νύμφαι, & ἐν αἷς: quod quo- »modo exponi recte poſſit non intelligo.« CASAUB. — Quod ait vir doctus, in Epitoma pariter non modo Νύμφαι ſcribi, ſed & ἐν αἷς; imprudenti excidiſſe hoc poſtremum videtur. In noſtro certe codice Epitomae, in quo nihil usquam deſiderari memini, quod ex Hoeſcheliano codice adfertur, *νύμφαι* quidem ſcribitur, ſed ſequentia verba praetermiſſa. Vulgatum *νύμφαι* defendens VILLEBRUNIUS, commode Gallico idiomate *enfoncemens* aut *niches* interpretatus eſt: modo illius uſus in Graecorum ſermone obtinentis exemplum aliquod aliud, praeter hoc ipſum quod in quaeſtione verſatur, protuliſſet: quod quidem nusquam reperitur. Fortaſſe tamen, cum doceant Heſychius & Pollux, (ille, in Νύμφη: hic lib. II. ſect. 90.) *νύμφην* vocari *cavitatem* illam quae in hominis facie *inter labium inferius & mentum eſt*: coniectare inde licuerit, etiam alia quaedam *cavitatum* genera, & ſigillatim *cavitatem* talem *in muro vel pariete*, de qua hic agi videtur, eodem nomine inſigniri potuiſſe.

ἀμφίταποι ἀλουργεῖς ὑπέστρωντο τῆς πρώτης ἑρέας. b
»Dalecamp. emendavit τῆς πρ. ἡμέρας. Mirum quid ho- »minem doctum moverit: nam, *tapetes τῆς πρώτης ἑρέας*, »id eſt, *e lana praeſtantiſſima*, cur ei displicerent, cauſſa

b » non erat. Theocritus in similis pompae descriptione ta- » petes similiter laudat. (Idyll. XV. 125 sq.)

» Πορφύρεοι δὲ τάπητες ἄνω μαλακώτεροι ὕπνω

» ἢ Μίλητος ἐρεῖ, χ'ὢ τὰν Σαμίαν καταβόσκων. « CASAUBONUS. — Cum vitiose ἀλουργοῖς in ed. Bas. legeretur, monuit H. Stephanus in Thes. Graec. ling. T. I. col. 1902. e. f. reponendum vel ἀλουργοὶ vel ἀλουργεῖς. Et ἀλουργεῖς tacite correxit Casaubonus, quam scripturam recte tenuerat editio Ven. cum msstis. Dalecampium fortasse turbaverat, quod vocabulum ἡ ἐρέα, pro τὸ ἔριον vel τὰ ἔρια (*lana*) usurpatum, haud admodum frequentatum aliàs, nonnisi ex uno hoc loco in Henr. Stephani Thesauro adnotatum reperiisset: & miratus etiam equidem eram, cum apud neminem veterum Grammaticorum commemoratam eam vocem reperirem. Est tamen ea Straboni frequentata: apud quem lib. V. 197. b. nominatur ἐρέα μαλακή: rursusque VI. 284. c. ἡ δ' ἐρέα μαλακωτέρα: itemque in plurali numero apud eumdem, XII. 568. c. ἡ χώρα πρόβατα ἐκτρέφει θαυμαστῶς, τραχείας δὲ ἐρέας. Sed & apud Nostrum alio loco occurrebat, haud multo post hunc locum in quo versamur, in descriptione prodigiosae navis Hieronis, p. 209. a. ubi mireris vocem ἐρεῶν ab ipso doctissimo Casaubono esse ejectam, & *lanam* cum Dalecampio in *carnem* mutatam. Sicuti *praecipua*, *praestantissima* lana, ἡ πρώτη Graece dicitur: sic paulo ante, πρῶτοι τεχνῖται dicti sunt *praecipui artifices*.

τὴν εὐγραμμίαν τῶν ἐνυφασμένων ἔχουσαι ζωδίων. Vide quae paulo ante de vocabulo ζῶα ad pag. 196. e. adnotavimus. *Ibid.* ἐπ' ἀργυρῶν διέδρων. » Vocat διέδρους, re- » positoria tripodum, quae binos simul capiebant. Sic δίφρος » proprie sedile duorum capax. « CASAUB. — Pro διέδρων, corrupte δένδρων est in nostro ms. *Ep.* *Ibid.* καταχύσεις ἴσαι. Possis *labra* intelligere vel *pelves maiores*, in quas effundatur quod effusum velis. Sed malim *urceos* reponi, quod hic Dalecampius posuerat; aut *gutta* vel *gutturnia*, quae aliàs κατάχυτλα aut πρόχοοι dicuntur; nempe *vasa quibus aqua manibus infunditur*. Vide Hesych. in Προχοΐδιον, & in Προχόω: e quo perspecte hoc vocabulum interpretatus est Henr. Stephanus.

c ἑτέρα κλίνη πρὸς τὴν τῶν κυλικίων καὶ ποτηρίων, τῶν τε λοιπῶν τῶν πρὸς τὴν χρῆσιν ἀνηκόντων καὶ κατασκευασμάτων, ἔκθεσιν. » Alia lectio est, κυλικείων: id

» erit, *vaſorum potoriorum, & thecis ſuis contentorum, & ex-* c
» *tractorum.* Quid ſit κυλικεῖον exponitur libro XI. Sed non » displicet κυλικίων. Mox tolle particulam καὶ ante κατα-» σκευασμάτων.« CASAUBONUS. — De delenda καὶ par-ticula recte utique monitum: niſi fortaſſe καὶ κατεσκευασ-μένων, pro καὶ κατασκευασμάτων, oportuit. Caeterum peraptum vocabulum eſt κατασκευάσματα, de varii ge-neris *vaſis & utenſilibus.* Vide Lexic. Polyb. pag. 336 ſq. num. 3. Quonam in codice κυλικείων repererit Caſaubo-nus, neſcio. Veteres quidem noſtrae membr. cum editis in κυλικίων conſentiunt. Epitomator vero in ſuo exem-plari videri poteſt κυλίκων reperiſſe. At ille quidem ab iſtis verbis, ἐπ' ἀργυρῶν διέδρων, omiſſis mediis, ſtatim ad iſta perrexit, Τῶν δὲ κυλίκων τὴν κατὰ μέρος κατα-σκευὴν &c. Κυλίκιον diminutivum eſt vocabuli κύλιξ. Κυ-λικεῖον eſt *repoſitorium, theca vaſorum potoriorum*, quem uno nomine *abacum* Cicero dixit in Verr. IV. 16. Confer Noſtrum, IV. 148. a. & ibi notata. Vox κλίνη quamnam potiſſimum vim habeat hoc loco, haud ſatis video: & eo magis importune hîc poſita mihi viſa erat, quod pau-lo ante conſueto ſuo & propemodum conſtanti ſignifica-tu de *lectulo* uſurpata legebatur. Nec tamen aliud ſatis probabile, quod illi ſubſtituere poſſem, occurrebat.

τὴν μὲν κατὰ μέρος κατασκευὴν, καὶ τὰ γένη, μακρὰν ἐπεφαίνετό μοι διηλοῦν. »Scripti libri διεφαίνετό μοι. Ait » autem τὰ γένη, quia ſoliti veteres diverſa poculorum » genera habere quam plurima. Fidem fecerit undecimus » huius operis liber.« CASAUB. — Scripturam ἐπεφαίνετο cum editis recte tenet ms. *A.* διεφαίνετο habet ms. *Ep.* minus commode.

AD CAP. XXVII.

Ἡμεῖς δὲ, ἐπειδὴ τὰ κατὰ τὴν σκηνὴν διεληλύθαμεν. Haec ſic ſcripta vetuſtae noſtrae membr. *A.* dederunt. Antea in hunc modum edebatur huius capitis initium: Ἐπεὶ δὲ τῆς σκηνῆς τὴν κατασκευὴν διεληλύθαμεν: quod neſcio iunioris-ne cuiusdam librarii, an primi editoris novationi debeatur. Epitomator quidem, tales transitio-nes orationis omittens, ſic ſtatim incipit: Ἡ δὲ πομπὴ ἦγετο &c. — »Percurrimus deſcriptionem regii taberna-» culi: nunc ipſam pompam paulisper ſpectemus. Eſt au-

c » tem πομπὴ, *traductio* aut *transvectio* (Graeci id dicunt » πέμπειν, vel πομπεύειν, item παρέρχεσθαι, παριέναι » & διαφέρεσθαι) *per publicas urbis vias*, a loco certo in » certum locum, sive eundem, sive alium. In hac narra- » tione uterque terminus siletur, & ποῖ & πόθεν. Suspi- » camur nos, profectam pompam ab illa urbis parte ubi » fuit Ptolemaeo structum tabernaculum, in eius Dei tem- » plum esse perductam, cui ille honos habebatur prae- » cipue. Quà ducta fuerit, non praetermittitur. ἦγετο διὰ » τοῦ κατὰ τὴν πόλιν σταδίου. De hoc *stadio* facit Strabo » mentionem libro ultimo.« CASAUBONUS. — Ἑπτα- στάδιον Strabo vocat, lib. XVII. pag. 792. a. & pag. 794 extr. & sq. Caeterum commode facturus erat Athenaeus, si de occasione & consilio, quo mirifica haec pompa a Ptolemaeo instituta est, (de quo haud dubie non tacuerat Callixenus) nonnihil nobis aperuisset. Sic ratio nonnullorum ex his, quae in sequente narratione commemorantur, quae nunc obscuriora sunt, planius intelligi posset. Diis omnibus honorem esse habitum videmus: praecipuam vero quamdam Bacchi rationem fuisse habitam ex eo colligas, quod, quae ad huius Dei pompam pertinebant, ut prae caeteris mirabilia & magnifica, singulari quadam diligentiâ exponenda Callixenus duxerit. At certe quidem, festo tam incredibili adparatu & magnificentia celebrando, rem quamdam singularem occasioni fuisse consentaneum est. Eam rem, probabili coniecturâ, his verbis exposuit LEBEAU, loco supra laudato: *Ptolémée Soter, le premier des Lagides, après un regne de trente-huit ans, céda la couronne à Philadelphe, fils d'un second lit, au préjudice de Ptolémée-Ceraune, l'aîné des fils qu'il avoit eu d'Euridice, sa première femme. Philadelphe reconnut une si flatteuse préference, en rendant à son père les honneurs divins dès son vivant. Il paroit que c'est l'objet de cette cérémonie. Soter & Bérénice y sont traités à l'égal des dieux, & la fête se termine par des jeux où on leur consacre un grand nombre de couronnes d'or.* Quod vero *Bacchi pompa* in hac celebritate fuerit omnium magnificentissima, id fortasse simili quadam ex ratione factum, quâ aliâs subinde, ubi vivo homini honores divini sunt habiti, finxerunt adulatores, Bacchum sub illius hominis forma denuo adparuisse hominibus. Sic quidem (ne ab eis, qui a Nostro commemorantur, discedamus) Mithridatem *novum Bacchum* salu-

tatum esse legimus eodem hoc libro V. p. 212. d. (conf. Cic. pro L. Flacc. cap. 25.) eamdemque adpellationem & M. Antonius & Caius Caligula adfectasse perhibentur, IV. 148. c. d.

πρώτη δ' ἐβάδιζεν Ἐωσφόρου &c. »πρώτη, *prima pompa*, d »*primum ferculum. Luciferum* stellam, diem ducentem, in »tabula expressere: ei tabulae principem locum inter »omnia pompae fercula tribuerunt. καὶ γὰρ, ait, ἀρχὴν »εἶχεν ἡ πομπὴ καθ' ὃν ὁ προειρημένος ἀστὴρ φαίνεται »χρόνον: *quia duci coepit pompa quo tempore oritur Lucifer:* »haec satis declarant, si attendissent viri docti, praece- »dentia πρώτη δ' ἐβάδιζεν Ἐωσφόρου. Par & similis ratio »eius quod statim sequitur, *desiisse pompam sub Vesperi* »*exortum; propterea agmen clusisse illius stellae simulacrum.* »Sic enim accipienda ista minime obscura verba, τὴν δὲ »τελευταίαν Ἑσπέρου συνέβαινεν εἶναι· τῆς ὥρας εἰς τοῦτον »συναγούσης τὸν καιρόν. Deest etiam hîc nomen πομπὴ, »ut saepissime in hac narratione. Atque in huiusmodi lo- »cis πομπὴ non id significat quod ante diximus; sed *res sin-* »*gulas in pompa transvectas*, sive, ut Latini loquuntur, »*singula pompae fercula.* Sic πρώτην vel δευτέραν ἱστορίαν »Graeci, *primam vel secundam Historiam Latini*, appellant »Historiae partem primam aut secundam. Sic etiam in- »tellige quod scribit de secunda pompa, ἔπειθ' ἡ τοῖς βα- »σιλέων γονεῦσι κατωνομασμένη: *sequebatur Luciferi simu-* »*lacrum, ferculum divis parentibus regis & reginae sacrum.*« Casaubonus. — Regina Arsinoë erat, uxor eademque soror Ptolemaei Philadelphi: parentes, Ptolemaeus primus, cognomine Soter, & Berenice; qui tum adhuc in vivis erant, ut ex pag. 203. a. intelligitur: confer quae paulo ante de occasione huius celebritatis monuimus. Pro κατωνομασμ. in contextu codicis *Epit.* est ἐπωνομασμένη, sed inter lineas ab eadem manu κατω superne scriptum. Paulo superius, ubi legitur καθ' ὃν - - ἀστὴρ φαίνεται χρόνον, Hoeschelius χρόνιος pro χρόνον adnotavit. Quae si coniectura fuit docti viri, parum erat ea felix: si in suo cod. Epit. ita invenit, erraverat librarius. In nostro quidem *cod. Ep.* haud dubie χρόνον scriptum, quamquam terminatio vocis compendiose indicata magis, quam expressa. Insolentior dein videri poterat dictio illa, τῆς ὥρας εἰς τοῦτο συναγούσης τὸν καιρόν. Simili vero ratione & verbo συνάγειν & συγκλείειν Polybius usus est,

d cuius loca cum hoc conferenda in Lexico Polybiano indicavimus.

Μετὰ δὲ ταύτας αἱ τῶν Θεῶν &c. »Deinde auctor multas pompas in unum cogit, & ait, μετὰ δὲ ταύτας αἱ »τῶν Θεῶν ἁπάντων, οἰκείαν ἔχουσαι τῆς περὶ ἑκάστων »αὐτῶν ἱστορίας διασκευήν. Quae ita erant vertenda: *Post* »*has* sequebantur *Deorum omnium pompae* (hoc est, ima»gines) *ornatu eo qui historiae cuiusque illorum conveniebat.* »Poterat curiosus lector desiderare pleniorem descriptio»nem huius partis, quae universae pompae fuit caput: »continebat enim Deorum omnium simulacra, fercula, »tensas, & totius veterum theologiae ad vivum expres»sam imaginem. Superscdet tamen Callixenus narratione »hac; contentus indicasse cupido lectori, unde possit re»peritare quod hîc non invenit. Sic enim ille: τὰ δὲ »κατὰ μέρος αὐτῶν εἴ τις εἰδέναι βούλεται, τὰς τῶν πεν»τετηρίδων γραφὰς λαμβάνων ἐπισκοπείτω. *Si quis,* »ait, *singula pompae huius scire cupit, sumat in manus ta»bulas illas, quibus quinquennalis* ludicri Olympici *solenni»tas depingi solet, atque eas intueatur.* Quasi dicat auctor, »& in ornandis Deorum omnium simulacris, & in ordi»ne quo producta est cuiusque effigies, & uno verbo in »caeteris omnibus ad Deos spectantibus, idem plane ser»vatum in hac Ptolemaei pompa, atque Olympiae cum »celebratur ludicrum Olympicum. Πεντετηρίδων γραφὰς »interpretamur *pictorum tabulas quarum argumentum erat ce»lebratio alicuius penteteridis.* Notamus & alibi de hoc ge»nere tabularum. Sed non sunt praetermittenda hoc loco »Athenaei verba e libro XII. [pag. 534. d.] Ἀφικόμε»νος δ' Ἀθήνησιν ἐξ Ὀλυμπίας [ὁ Ἀλκιβιάδης] δύο πίνα»κας ἀνέθηκεν, Ἀγλαοφῶντος γραφήν· ὧν ὁ μὲν εἶχε Ὀλυμ»πιάδα καὶ Πυθιάδα στεφανούσας αὐτόν· ἐν δὲ ἑτέρῳ »Νεμέᾳ ἦν καθημένη, καὶ ἐπὶ τῶν γονάτων [αὐτῆς Ἀλκι»βιάδης,] καλλίων φαινόμενος τῶν γυναικείων προσώπων. »Etsi autem in multis Graeciae locis πενταετηρικοὶ ἀγῶ»νες celebrabantur, tamen omnium Penteteridum longe »nobilissima fuit Olympica, quae ineunte quinto quoque »anno incredibili frequentia hominum maximoque appa»ratu agitabatur. Quod si iudicii non fallimur, putamus »etiam istam pompam Ptolemaicam agitatam esse occa»sione festi cuiusdam quinquennalis. Quod etiam argue»re videtur illa *Penteteridis* effigies, quae inter caetera di-

» citur paulo poſt [p. 198. b.] fuiſſe geſtata. « Casaubonus. — At, cur, quod de *pictis tabulis* ait Callixenus, ad *Olympicas Penteteridas* maxime referret Caſaubonus, nulla fuiſſe cauſſa videtur: neque enim apud ullum ſcriptorem tale quid de Olympicis ludicris memoratur, nec huc magnopere facit id quod de *Alcibiadis tabulis pictis* ex Noſtri libro XII. protulit vir doctus. Quum (ut perſpecte ipſe monuit) veri ſit ſimile, quinto quoque anno tales quosdam ludos Alexandriae eſſe peractos, quales nunc maiori quodam & ſingulari prorſus adparatu peracti commemorantur, quidni intelligamus, iuſſu Ptolemaei totam illorum ludorum rationem picturis fuiſſe deſcriptam? ad quas picturas (cum in Alexandrina bibliotheca exſtarent, quumque exempla earumdem in aliis etiam fortaſſe bibliothecis aut muſeis deſcripta reperirentur) nunc, quod ad reliquorum Deorum pompam ſpectat, lectores ſuos remittens Callixenus, *Bacchicam* potiſſimum *pompam* deſcribit, quae prae caeteris ſingulari adparatu eo tempore, de quo agitur, inſtituta eſt. d

Σιληνοί. Tenere vel reſtituere potius debui codicum noſtrorum ſcripturam; quamvis ſciam eſſe viros doctos, qui alteram ſcripturam Σειληνοὶ huic praeferant. Vide Perizon. ad Aeliani Var. Hiſt. lib. III. cap. 18. & cap. 40. Nihil vero opus eſſe putavi, ut ad iſtud nomen notam numeralem β'. vel vocem δύο adiiceremus, quemadmodum praeceperat noſter Casaubonus de Satyrica Poëſi lib. I. cap. 2. ubi caeteroquin de munere Silenorum in fabuloſa poëſi, ut Satyrorum epiſtatis, multa docte disputantur. *Ibid.* λαμπάδας φέροντες κισσίνας διαχρύσους. »Scribunt libri veteres βυσσίνας; non, ut »editum eſt, κισσίνας. De ellychnio e byſſo poſſis intelligere. « Casaub. — In Aegianis lectionibus iſta ſcriptura ut ex cod. msto ducta adnotatur: quam eſſe mendoſam non eſt dubitandum. Veram ſcripturam tenet uterque noſter codex, itemque alii duo Pariſini, teſte Villebrunio. e

κισσίνοις καὶ χρυσοῖς κλωσὶ διακεκοσμημένα. Editam olim lectionem κέωσι aſteriſco ut mendoſam notaverant ipſi editores, qui eam receperunt. Ad illam haec pertinet animadverſio Casauboni: »Exarata manu lectio »habet καίωσι: quod non minus corruptum quam illud »κέωσι. Fortaſſe ſcribendum κίοσι, ut interpretes: [*au-*

e »reis columellis, Dalec. & Natalis Comes.] vel ut cenſe-
»mus nos, καν ό σι. Cogita lector ingenioſe! Mihi qui-
»dem emendatio perplacet; non quia noſtra eſt, ſed
»quia vox κανὼν huic loco aptiſſima videtur. Sic voca-
»bant in operibus cuiuscunque materiae extantia a reli-
»qua ſuperficie ornamenta, quae quidem in longum pro-
»ducerentur in modum *regulae*. Sic φακοὺς dixerunt, in
»lectis pedum & ſimilibus operibus, ornamenta quaedam
»lenticularis formae: de quibus plura obſervamus alio
»loco. Dixi extantia; quae enim non extant in longum
»producta, *virgae* appellantur: ideo operibus textis ῥάβ-
»δους παρυφαίνεσθαι ſcribit Pollux; unde *virgata ſagula*
»Virgilio: ſed & ῥάβδοι quae eminent dicuntur, ut in
»illis oſtreis quae appellant Graeci τραχυόστρακα & ῥαβ-
»δωτά.« — Mihi unice probatum certiſſimumque viſum
eſt κλωσὶ, (a κλὼν, κλωνὸς, *ramus*, *ſurculus*) quod ex
ADAMI coniectura merito laudavit adoptavitque *Ville-
brunius*. Quod vero idem Villebrune adfirmat, κανόσι il-
lud, quod Caſaubonus propoſuit ſibique tribuit, non
ipſius, ſed Natalis Comitis eſſe inventum; ecce iterum,
quam proterve illudere lectoribus ſuis non deſinat ille
homo! Evolve enim Natalis Comitis verſionem, p. 81.
haec ipſa verba reperies: *ferebantque ſex cubitorum thuri-
bula aureis hederaceis columellis ornata*. Qui ſic inter-
pretatur, is ſane non κανόσι, ſed κίοσι, in animo ha-
buerat.

αὗται δὲ πολὺν κόσμον χρυσοῦν περικείμεναι. Inficete
omnino & importune in l. αὗται repetebatur: pro quo
haud dubie αὐταὶ (id eſt, *ipſae*) fuit ponendum. Perſaepe
permutandis ſimillima ratione duobus illis pronominibus
peccarunt vel librarii vel editores. Vide Polyb. V. 44, 11.
X. 9, 7. X. 10, 7. & mox infra apud Noſtrum p. 198. f.
f *Mox* deinde, conſulto tenui κατειλημένον a Caſaubono
ſic editum, ubi editiones veteres cum msstis κατειλημμέ-
νον dabant. Vide notata ad pag. 196. c. *Paulo poſt*, pro
ἐπὶ χρυσῶν μαζονόμων eſſe in Epitoma ἐν χρυσοῖς μαζονό-
μοις adnotavit Caſaub. Sic quidem & noſter ms. *Ep.* Sed
id perinde eſt, & Epitomatoris arbitratu ita poſitum. De
vocab. μαζόνομος vide ad IV. 149. a. *Ibid.* τὰ δὲ σώ-
ματα οἱ μὲν ἐκέχριντο ὀστρείῳ. Sic percommode ed.
Ven. & Baſ. cum ms. *Ep. inuncti*, *illiti erant*. (Nec aliud
debuerat ms. *A.* in quo ἐκέχρηντο.) Quod cur in ἐκέχρων-

το mutaret Caſaubonus, nil opus erat. Sed hoc fortaſſe ex Italico quodam mſto enotatum ille repererat; quod & in ms. Pariſ. Hermolai Barbari legitur, teſte Villebrunio. ἔφερον δὲ καὶ οὗτοι στέφανον χρυσοῦν ἐξ ἀμπέλου καὶ a κισσοῦ εἰργασμένον. Omiſit iſta verba Epitomator: vetuſtae autem membranae (quod ſciam) id, quod adhuc edebatur, tuentur, στέφανον χρυσοῦν ἐξ ἀμπέλου καὶ χρυσοῦ εἰργ. Qua ſcriptura non offenſum fuiſſe Caſaubonum mireris. Haud dubie aut χρυσοῦν erat delendum, aut pro χρυσοῦ aliud ponendum. Praeſtabat autem poſterior ratio, & in promtu erat κισσοῦ pro χρυσοῦ reponere: ut *corona* intelligeretur *aurea, ex vite & hedera confecta*, nempe ita elaborata ut *ex palmitibus & hederae ſurculis aureis* contexta videretur. Baccho non minus hederam, quam vitem, ſacram norunt omnes: & *hederacearum coronarum ex auro* in tota hac narratione mentio frequentiſſima. Plane vero *iunctam in eadem corona hederam cum vite* rurſus videmus pag. 200. d. στέφανον κισσοῦ (id idem valet ac ἐκ κισσοῦ) καὶ ἀμπέλου χρυσοῦν. Quod vero ait hoc loco auctor, ἔφερον δὲ καὶ οὗτοι στέφανον &c. id ſic accepit Villebr. quaſi *quilibet illorum ſatyrorum talem coronam manu ſua geſtaſſet*. Id ſi dicere auctor voluiſſet, haud dubie vel ἔφερον δὲ καὶ τούτων ἕκαστος στέφανον ſcripturus erat, vel ἔφερον δὲ καὶ οὗτοι στεφάνους. Immo vero (quod perſpecte etiam DUTHEIL vir doctus monuit) intelligenda *una maior corona*, quam illi iunctâ operâ geſtarent. Neque nos turbare debet incredibilitas rei: unam perhiberi auream coronam tantae molis, ad quam geſtandam quadraginta ſatyrorum manibus fuiſſet opus. Nam & paulo inferius (pag. 202. d. e.) memoratur non modo corona aurea trium cubitorum altitudine, ſedecim cubitos in circuitu habens, ſed & alia cui circuitus erat cubitorum octoginta. Praeterea non eſt neceſſe, ut omnes quadraginta ſatyros ſimul geſtaſſe hanc coronam putemus: poterant enim eâ operâ alternis etiam vicibus fungi. Quod ſi quis vero quaerat, an coronae omnes aureae, vaſaque omnia aurea, quae in hac narratione commemorantur, ex mero ſolido fuerint auro; mihi id parum liquere profiteor: ſed vero ſimile videri dicam, nonnullas illarum rerum fulſiſſe quidem auro, at nonniſi *inauratas* fuiſſe. Sed utcumque ſtatuas, tam mira utique & incredibilis his noſtris diebus videri debet huius

a pompae magnificentia, ut recte pronunciaverit LEBEAU in praedicta Commentatione pag. 107. cum ait: *Si l'on peut ajouter foi à ce récit, on en concluera, qu'il falloit qu'après la mort d'Alexandre les Ptolémées euſſent eu en partage les plus grandes richeſſes de la Perſe & des Indes, & que tout ce qu'il y a aujourd'hui d'or, d'argent, de pierreries en Europe, étant raſſemblé, pourroit à peine fournir à la décoration d'une fête ſi magnifique.*

ἐν πορφυραῖς χλανίσι καὶ κροκωτοῖσι λευκαῖς. Ad vulgatam ſcripturam χλαμύσι adnotavit CASAUB. »Invenio in membranis χλανίσι.« — Quibus ex membranis hanc ſcripturam enotatam repererit vir doctus, non declaravit nobis. Noſtrae quidem veruſtiſſimae χλαμύσι tenent: ſed χλανίσι habet ms. *Ep.* Quorum de vocabulorum differentia qui quid veteres praeceperint Grammatici noſſe cupit, is Pollucem adeat, X. 124. & Ammonium pag. 147. & Etymol. M. pag. 812. Denique de eorumdem vocabulorum uſu conſuli poſſunt quae poſt Hemſterhuſ. ad Polluc. in Addendis ad pag. 1304. poſt alios que doctos Viros nuper diſputavit Iacobs in Animadv. ad Anthol. Vol. I. Part. 1. pag. 24 ſq. Mihi discrimen illud quod ſtatuunt Grammatici, haud ita certum conſtansque viſum eſt, quin ſuſpicari liceat, ſaepe promiſcue utrolibet vocabulo uſos eſſe Graecos: quo facilius a librariis etiam permutari inter ſe potuerunt. Quidquid ſit: eo minus dubitandum cenſui, quin ſcripturam χλανίσι hoc loco alteri praeferrem, quoniam paulo ante (p. 197. e.) pariter *Sileni* commemorantur, πορφυρᾶς χλανίδας ἠμφιεσμένοι, ubi nihil inter ſe discrepant libri. *Ibid.* γυνὴ περικαλλεστάτη κατὰ τὸ μέγεθος. γυνὴ περικαλλὴς habet ms. *Ep.* omiſſis reliquis. Nil mutant membr. *A.*

b στέφανον περσαίας. De *perſaea* vel *perſea*, arbore Aegypti propria, vide Harduin. ad Plin. XV. cap. 13. ſect. 13. & uberiora ſi cupis, conſule Theophr. Hiſt. Plant. IV. 2. & quae ad eum collegit Bodaeus a Stapel pag. 125 ſq. & pag. 295 ſqq. quibus adde quae diſputavit Salmaſius in libro DE Homonymis Hyles Iatricae, cap. 68. Editam h. l. ſcripturam περσαίας tenent *membr. A.* Sic & apud Aelianum ſcribitur, Hiſt. Anim. XI. 11. & 40. περσέας habet noſter ms. *Ep.* quemadmodum ſcribitur apud Theophr. & Dioscoridem, itemque apud Strabonem lib. XVII. pag. 822. a. edit. Caſaub. & p. 823. a.

b. Conf. Weſſeling. ad Diodor. Sic. I. 34. At περσία, ſi- b
ve rectius περσεῖα, quae apud Noſtrum commemorantur XIV. 649. a. & d. non ſunt Aegyptiae Perſaeae vel Perſeae fructus, ſed perſica mala, *des pêches*.

ἐκαλεῖτο δὲ αὕτη Πεντετηρίς. *Nomen huius erat Quinquennium.* Probabile eſt quod monuere docti viri, reſpectum habuiſſe perſonam hanc allegoricam ad temporis ſpatium quo exacto ludos illos, de quibus agitur, repetere conſtituerat Ptolemaeus. Confer quae ad p. 197. d. adnotata ſunt.

Ὧραι τέσσαρες διεσκευασμέναι, καὶ ἑκάστη φέρουσα τοὺς ἰδίους καρπούς. Ἐχόμενα τούτων θυμιατήρια δύο κίσσινα ἐκ χρυσοῦ ἐξαπήχη. διεσκευασμένος, eſt *inſtructus, ornatus:* & ſigillatim quidem, ſi nude ponitur id verbum, ſignificat eum qui *ad bellum pugnamque inſtructus eſt;* ut apud Polyb. IV. 18, 3. IV. 71, 3. Qua ratione & elephantos qui *ad pugnam inſtructi* ſive *armati* eſſent, διεσκευασμένους dictos ſupra vidimus, p. 194. f. Nunc ὧραι διεσκευασμέναι, niſi librariorum errore intercidit nonnihil, (verbi cauſſa πολυτελῶς, quod adiicitur pag. 195. c. aut aliquid ſimile,) intelligi debebunt ac ſi dixiſſet διεσκευασμέναι τῷ οἰκείῳ κόσμῳ, *quatuor anni tempora, ſuis quodque attributis inſtructum:* quod ipſum etiam aliquatenus indicatur proximis verbis, καὶ ἑκάστη φέρουσα τοὺς ἰδίους καρπούς. Quo loco quum ſic vulgo ederetur διεσκευασμέναι, καὶ δύο κίσσινα ἐκ χρυσοῦ &c. monuit CASAUBONUS *in Animadv.* »Supple ex membranis, καὶ ἑκάστη φέ»ρουσα τοὺς ἰδίους καρπούς. ἐχόμενα δὲ τούτων θυμιατή»ρια δύο κίσσινα.« Eadem autem verba ſuo loco dedere noſtrae *membr. A.* exceptâ δὲ particulâ poſt ἐχόμενα, quae nullo incommodo abeſſe poterat, quemadmodum & pag. 199. b. absque coniunctiva particula ſcribitur ἐχομένως ἦγετο κρατὴρ &c. Eademque particula h. l. in lectionibus Aegianis, quibus uſus erat Caſaubonus, non comparet, cum tamen reliqua verba adnotata ſint ſicut in noſtris membr. *A.* leguntur. Codex noſter *Ep.* quinque priora verba habet, usque καρπούς. Reliqua praetermiſit cum pluribus quae ſequuntur usque ὁ τῶν ἀνδρῶν. (lit. c.)

βωμὸς ἀνὰ μέσον τούτων τετράγωνος χρυσοῦς. Commodius hoc utique videri debuerat, quod ex coniectura ſic ſcripſi. Si quis tamen vulgatum χρυσοῦ tenendum fuiſſe

contendat, non valde repugnem. Poſſit enim χρυσοῦ ſtatui elliptice pro ἐκ χρυσοῦ poſitum; quemadmodum pag. 200. d. ait στέφανον κισσοῦ, pro ἐκ κισσοῦ: & paulo inferius, τοὺς τοίχους δ' εἶχε κυπαρίττου, pag. 207. e. pro ἐκ κυπαρίττου: & ἦν χάραξ κύκλῳ τῆς νεὼς σιδήρου, pag. 208. d. pro ἐκ σιδήρου: aliaque ſimilia. Poſteriori tamen quem citavi loco offenſus iſtâ ſcripturâ Epitomator, σιδήρεος pro σιδήρου poſuit. *Ibid.* οἱ δὲ καρχήσιον. De *carcheſio* poculo vide lib. XI. p. 474 ſq. Confer mox paulo inferius, *lit. c.*

c Φιλίσκος ὁ ποιητὴς, ἱερεὺς ὢν Διονύσου. PHILISCUS Corcyraeus, poëta tragicus: qui Φίλικος nominatur apud Hephaeſtionem pag. 30 extr. & ſeq. De eo vide Suidam h. v. & quae ibi notavit Küſterus. *Ibid.* Δελφικοὶ τρίποδες. De *tripodibus* ad formam *Delphici tripodis* fabricari ſolitis, quae conſueta etiam choragorum in Dionyſiis apud Athenienſes dona fuere, praeter alios conſulendus Spanhemius ad Callimachi Hymn. in Delum, vs. 90. laudatus Weſſelingio ad Diodor. Sicul. XVI. 26. & Caſaubonus ad Suetonii Auguſt. cap. 52. *Ibid.* ὁ μὲν παιδίσκων. Recte in contextum hoc recepit Caſaub. quod iam in ora poſuerat editor Baſileenſis. Corrupte παιδίσκος ed. Ven. & Baſ. cum ms. *A.* In Epit. haec deſunt, ut paulo ante monui.

AD CAP. XXVIII.

τετράκυκλος πηχῶν τεσσαρεσκαίδεκα. »Numerum au» gent MSS. in queis πηχῶν ιζ'. *cubitorum XVII.*« CASAUB. — Vulgatum tenent membr. *A.* itemque ms. *Ep.* in quo πηχῶν ΙΔ'. notis numeralibus. Ad τετράκυκλος intellige ἁπήνη. *Ibid.* ἄγαλμα Διονύσου. Ad editam olim ſcripturam Διονυσίου nihil ex *ms. A.* enotatum: recte vero Διονύσου exaratum video in ms. *Ep.* Mox quod ait χιτῶνα πορφυροῦν ἔχον διάπεζον, id ex Epitoma repetiit Euſtath. ad Iliad. λ'. pag. 813, 42. Quae inde ſequuntur,
d προέκειτο δὲ αὐτοῦ, usque καὶ κρόκου, praetermiſit Epitomator. Recte vero ibi αὐτοῦ dedere membr. *A.* pro αὐτῶν, quod erat editum. Mox etiam recte καστίας eaedem membr. *A.* ubi vitioſe κασπίας ed. Ven. & καψίας ed. Baſ. pro quo κασίας poſuit Caſaub. Porro iſta, περιέκειτο δ' αὐτῷ - - ἀμπέλου, citavit Euſtath. ad Iliad.

λ. pag. 800, 5. Dein desinit Epitomator in κεκοσμημένη, omissis quae sequuntur usque λίκνα φέρουσαι.

καὶ πέρσεις τελεταὶ &c. »Corruptum est quod se-e »quitur, τῇ δὲ τετρακύκλῳ ἱερεῖς καὶ ἱέρειαι· καὶ πέρσης »τελεταὶ, καὶ Ζίασοι παντοδάποι καὶ τὰ λίκνα φέρου- »σαι. Omitto dicere verbum deesse huic sententiae ne- »cessarium, ὠχοῦντο vel ἐφέροντο, aut simile: cuius prae- »termissio, etsi duriuscula, ferri tamen fortasse queat. Illa »certe, πέρσης τελεταὶ, clamant vitium percussa. Dale- »campius fecit ἐν Περσικῇ στολῇ: [*cum Persica veste*, red- »dens:] ingenio, nisi fallimur, maiore quam iudicio. »Vestitum Persicum describunt nobis Xenophon, & con- »ditores Alexandri rerum; etiam Plutarchus, in libro de »eius Fortuna. Sed κείσθω illius sententia εἰς τὸ μέσον: »etiam nostra. Censemus enim ita scribendum, ἱερεῖς καὶ »ἱέρειαι, καὶ Ὀρφεοτελεσταὶ, καὶ Ζίασοι παντοδα- »ποὶ, καὶ αἱ τὰ λίκνα φέρουσαι. Opertaneorum sacro- »rum mystae atque interpretes praecipui erant quos voca- »bant *Orpheoteleslas*, qui fere cum Bacchi orgiastis con- »iunguntur. Scribebam aliquando, καὶ Περσεφόνης τελε- »ταί: sed id iam non placet. Nulla autem orgia aut my- »steria sine *vanno* peragebantur, quam Virgilius [Georg. »I. 166.] vocat *mysticam*; Plutarchus in Alexandro μυ- »στικὰ λίκνα. Multa de hac vanno scriptores. λικνοφόροι »hic sunt foeminae: alibi viri, ut cum Aeschinem *licno- »phorum* ait fuisse Demosthenes. Erant & in sacris Miner- »vae vanni. Vetus poëta apud Clementem & Plutarchum:

»Βάτ' εἰς ὁδὸν δὴ, πᾶς ὁ χειρώναξ λεὼς,
»οἱ τὴν Διὸς γοργῶπιν ἐργάτιν θεὸν
»στατοῖσι λίκνοις προστρέπεσθε.« — Casaubonus.

Foeminae λικνοφόροι nominantur etiam apud Callimachum, Hymn. in Cerer. vs. 127. quem ad locum vide quae Ezech. Spanhemius adnotavit: ubi falsus est quidem vir doctus, cum ait Ὀρφεοτελεσταὶ *e veteribus libris* a Casaubono esse emendatum: nec enim dissimulaverat ipse, (ut modo vidimus) esse eam meram ingenii sui coniecturam. πέρσεις τελεταὶ dabant membr. *A.* quod quamquam parum promovebat, tamen recipere debui, ut unicam scripturam quae veteris codicis msti auctoritate nitatur: nam in *ms. Ep.* desiderari hunc locum, paulo ante docui. Nimis longe autem a scripta illa lectione discedit Casauboni emendatio, quam ut probabile videatur tam

e immaniter a vero aberraſſe librarios. Fidenter VILLEBRUNIUS pronunciat, γέρρας τελεταὶ ſcriptum reliquiſſe auctorem, quod *ithyphallos* ille interpretatur: cuius commentum, nulla veri ſpecie commendabile, non moramur. Quanto doctior, tanto cautior CORAY, timidiuscule quaerebat in *Notis msstis*: »An περισσαὶ τελεταί? *initiationes* »ſive *caerimoniae maximo cum apparatu factae.*« — Equidem, οἱ πέρυσι τελεσταὶ legendum coniectans, cogitaveram, eos *qui nuper eſſent Bacchicis myſteriis initiati* peculiari quodam cultu, novitiis proprio, praeceſſiſſe choros eorum qui iam olim initiati fuiſſent. Id ni placet, vide an ad illuſtrandum ſanandumque hunc locum conferre nonnihil poſſit iſtud, quod apud Heſychium legitur, Περσιθέα· ἡ Ἀφροδίτη: ad quae verba miratus ſum nihil quidquam a doctis Interpretibus adnotatum reperiri.

Μακέται αἱ καλούμεναι Μιμαλλόνες &c. »Macedoniam »olim & *Macetiam* eſſe appellatam, & Macedonas *Mace»tas*, iam vulgo notum. In hisce tamen verbis, Μετὰ δὲ »ταῦτα Μακέται &c. *Macetae* peculiari ſignificatu dicun»tur *Macedonicae mulieres Bacchi comites*, quae, ceu Deo »plenae, furere ſolitae: ἔνοχοι οὖσαι τοῖς Ὀρφικοῖς καὶ »τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον ὀργιασμοῖς, ut de illis ſcribit Plu»tarchus in Alexandro. Vide Euſtathium ad Iliadis ῥαψ. »ξ'.« CASAUBONUS. — Locum hunc Athenaei ob oculos habens Euſtathius l. c. pag. 982, 18 ſqq. interpretationem adiecit nominum quae hic occurrunt. Confer Heſych. in Μιμαλλόνες & in Βασσάραι, ibique Interpretes. Editam ſcripturam Μακέται αἱ καλούμεναι Μιμαλλ. tenet *ms. Ep.* cum *ms. A.* Noſtrae vero coniecturae favet Euſtathius, ſic ſcribens: καὶ μυσία δέ τις γέγονε τῶν περὶ ἐκεῖνον, (nempe τὸν Διόνυσον,) αἱ βασσάραι μὲν ἐλέγοντο, καὶ λυδαὶ, καὶ μακέται, καὶ μιμαλλόνες. Plutarchi verba a Caſaub. citata, leguntur haud procul ab initio Vitae Alexandri, pag. 665. d. edit. Francf.

αἱ δὲ μίλαξι. Non damno σμίλαξι, quod erat editum: ſed repraeſentare debui id, in quod conſentiunt ambo noſtri codices manuſcripti; a quo praeter neceſſitatem h. l. diſceſſerunt editores, qui tamen infra, XV. 682. c. librorum ſcripturam μίλαξ tenuere. Sed ibi quidem, niſi me ratio fallit, de *ſmilace* vel *milace arbore* agitur, quae latine *taxus* audit; hic vero de *ſmilace* vel *milace frutice*, hederae ſimili vel convolvulo. (De quorum

utroque vide Salmaſium in Exercit. Plin. pag. 733. & in e
Homonymis Hyles latr. pag. 9. & Bodaeum ad Theophraſtum, cum alibi, tum praeſertim pag. 175 ſq.) Quare hoc loco male a me factum intelligo, quod in latina verſione *taxi frondibus* poſui, ubi cum Dalecampio Graecum nomen *ſmilace* tenere debueram. Ad ſcripturam vero quod adtinet, varia variorum auctorum loca ſi inter ſe contuleris, reliquamque Graeci ſermonis analogiam ſi conſideraveris; colligas cum Salmaſio & Bodaeo, & taxum arborem, & longe diverſum ab illa fruticem vel herbam, promiſcue σμιλακα & μίλακα a Graecis fuiſſe nominatas: Galenum vero & Dioscoridem ſi audias, arboris nomen σμιλαξ fuerit, fruticis vero vel herbae μίλαξ. Adnotavit ad hunc locum CASAUBONUS: »*Smilacem* »inter Baccharum coronamenta recenſet Callixenus: de »ea re tamen Plinium lege libro XVI. cap. 35. [ſect. 63.] »Sic autem etiam Euripides in Bacchis.« — Bacchas Euripidis vide vers. 108. & 702. Plinii locum quem dixit Caſaubonus, ſub examen revocavit Salmaſius, Exercit. Plin. p. cit. Videtur Plinius, quae de noxia vi baccarum ſmilacis arboris ipſe lib. XVI. 10, 20. commemoraverat, imprudens ad fruticoſam herbam ſmilacem transtuliſſe.

ἐφ' ἧς ἄγαλμα Νύσης. »*Nyſa*, urbs Indiae a Libero f
»patre condita, Straboni; Diodoro vero, Arabiae, in »qua Bacchus eſt a Nymphis educatus.« DALECAMPIUS. — »*Nyſam* celebrant veteres Liberi patris nutricem, et»iam M. Tullius & Plinius. Ab ea ſunt appellati mon»tes Nyſae, deſcripti Geographis in variis orbis terra»rum partibus. De foemina, non de ulla urbe, accipien»da erant iſta verba.« CASAUBONUS. — Νύσσης, quod erat editum, tenet ms. *Ep.* Νύσης dedere membr. *A.* Recte: vide Weſſeling. ad Diodor. I. 15. Erneſt. ad Homeri Hymnos pag. 99. &, qui hos laudavit, Heynium ad Apollodor. pag. 563. Apud poëtas quidem nonnumquam duplicatam ſibilantem literam deſiderare metrum videri poterat, ut apud Homer. Iliad. ζ'. 132. & in Sophoclis fragmento a Strabone citato lib. XV. pag. 687. c. edit. Caſaub. Sed & ibi fortaſſe nonniſi librariorum ſedulitati debetur illa geminatio, parum utique neceſſaria; quoniam in illo vocabulo, ſicut in Διόνυσος, ſyllaba νυ etiam per ſe longa erat. Iam *Nyſam foeminam*, ut voluit Caſaubonus, *Bacchi nutricem*, haud ſane ſatis perſpicue

f Plinius declaravit, cum lib. V. 18, 16. ait: *Scythopolin, ante Nyſam a libero Patre ſepulta nutrice ibi.* Tum Cicero quidem de Nat. Deor. III. 23. in diverſorum *Dionyſorum* recenſu nominat *ſecundum, Nilo natum, qui Nyſam dicitur interemiſſe*: fuiſſe autem Nyſam illam ipſius nutricem non pronuntiat. Caeterum, *Nyſam* ſive Indiae urbem fuiſſe ſive Arabiae, in qua Bacchus a Nymphis fuerit educatus, ſcriptores omnes modo a nobis nominati conſentiunt. Nihil autem magis in vulgus etiam notum, quam quod *urbes* in pompis, in ſtatuis, in picturis, a vetuſtiſſimis inde temporibus, *mulierum* maxime formâ atque habitu ſolitae ſint repraeſentari.

ἀνίστατο δ' ἡ τοῦτο. Ex ms. *A.* nil adnotatum. In *Epit.* vero ὁ *ἀνίστατο* ſcribitur. Mox, pro *σπεῖσαν*, quod recte tenent veteres libri omnes, temere *σπεῖραν* ſcriptum in ed. Caſ. 2. & 3. *Ibid. αὐτὴ δ' ἐστεφάνωτο κισσίνῳ χρυσῷ.* Cum iam modo nude dixerit εἶχε δὲ, otioſe nunc & parum commode dicturus erat *αὕτη δὲ*, de eadem loquens perſona. Itaque *αὐτὴ* oportuit, id eſt, *ipſa*; quo pronomine diſtinguitur ipſius corporis cultus vel capitis ornatus, ab adparatu quem manu mulier illa tenebat. conf. pag. 197. e. & ibi not. Poſt verbum *ἐστεφάνωτο* facile potuit nomen *στεφάνῳ* per librariorum incogitantiam omitti: potuerat vero etiam auctor ipſe haud invitus omittere nomen, quod in verbo latebat, & facile a quovis lectore poterat ſuppleri. Similiter quidem rurſus pag. 201. e. legitur *ἐστεφανωμένου χρυσῷ κισσίνῳ*, ſcilicet *στεφάνῳ*. At pag. 199. c. ubi *ἐστεφάνωτο χρυσῷ διαλίθῳ* edebatur, nomen *στεφάνῳ* exſerte adiectum habent membranae *A.* Inde a verbis εἶχε δὲ, usque *διάχρυσοι τέτταρες*, omnia praetermiſit Epitomator.

a Ἐξῆς εἴλκετο. Pro *εἵπετο*, quod erat editum, *εἵλκετο* dedit uterque noſter codex; tanto commodius, quoniam ſequitur *ὑπὸ ἀνδρῶν τριακ.* quod ad hoc verbum refertur. Adnotavit idem verbum Caſaubonus ex Epitoma Hoeſcheliana. *Ibid.* ἐφ' ἧς *κατεσκεύαστο λινός.* Perperam *ἐφεξῆς κατεσκ.* ed. Caſaub. cum ms. *A.* Monuit vero Casaub. »Invenio ſcriptum in Epitoma, *ἐφ' ἧς κατεσκ.* »quod perſpicue verum. Sic modo dictum *ἐφ' ἧς ἄγαλ-* »*μα Νύσσης.*« Eamdem ſcripturam nobis dedit noſter *ms. Ep.* In ed. Ven. & Baſ. poſt iſta verba ἄλλη *τετράκυκλος μῆκος πηχῶν* ſic pergebatur *εἰκοσιτεσσάρων πλάτος πεν-*

τεκαίδεκα &c. omissis novem vel decem verbis interie- a
ctis, quae ex Italicis codicibus tacite adiecit Casaub. Eadem verba dedit & noster *ms. A.* itemque ms. *Ep.* nisi quod in hoc, pro λπνὸς πηχῶν εἰκοσιτεσσάρων, est λπνὸς πηχῶν ιδ'. Mox dein, ἐφειστήκει recepimus ex eodem ms. *Ep.* pro ἐφεστήκει, quod erat editum. Dein Σιλπνὸς & Σιλπνοὶ, ut constanter in hac narratione, sic & h. l. dedere ambo nostri codices, ubi Σειλπνὸς & Σειλπνοὶ edebatur.

Ἐξῆς ἐφέρετο τετράκυκλος μῆκος πήχων κέ, πλάτος τεσσαρεσκαίδεκα. » In eodem Epitomae libro scriptum » πλάτος κδ'. *latitudo cubitorum* XXIV. ubi habet edita le- » ctio τεσσαρεσκαίδεκα. Hoc melius dubio procul, ut » longitudinis mensura arguit. Servemus igitur quod est » editum. « — Hoc cum editis tenent membr. *A.* In istud cum Hoescheliano codice consentit noster ms. *Ep.* Pro πηχῶν κέ. foedo errore πηχῶν κύριε legebatur in ed. Ven. Veram scripturam κέ. quam agnoscit codex mstus uterque, ex coniectura restituit Editor Basileensis.

ἐκ παρδαλῶν δερμάτων. Sic edd. nec aliud notatum b
ex ms. *A.* Et bene quidem hoc habet, ab adiectivo παρδάλεος formatum; unde etiam ἡ παρδαλέη vel παρδαλῆ, scil. δορά. Nec vero deterius est, quod in *cod. Ep.* scriptum video, παρδάλεων, a substantivo nomine ἡ πάρδαλις.

AD CAP. XXIX.

εἶχε δὲ ὑπὸ τὰ χείλη &c. Sic ms. *A.* εἶχε δὲ καὶ ὑπὸ τὰ χ. edd.

ζῶα τετορνευμένα. ζῶα promiscue dici *hominum*, *Deorum*, & *animalium imagines* supra monuimus, ad pag. 196. f. Male vero τετορνευμένα vulgo legi, pessimeque *tornata* verti, scribendumque τετορευμένα, id est *caelata*, contendit SALMASIUS, Exercit. Plin. pag. 737. cui suffragantur Palmerius in Exercit. ad Script. Graec. pag. 498. Hemsterhusius ad Thomam Mag. pag. 189. (ἐνετόρευσε pro ἐνετόρνευσε legens apud Nostrum, XI. 490. a.) & Hesychii Interpretes passim, velut ad voc. Δωτή, Κερχνωτά, Τορνευτής &c. Quorum virorum quamquam maximi facio auctoritatem, tamen quo minus in isto ver-

b bo ſequi potuerim eorumdem iudicium, obſtitit optimorum quorumque librorum infinitis in locis apud multos ſcriptores in eam ſcripturam, quam illi damnant, conſenſus: quem conſenſum iam in vetuſtiſſimis codicibus obtinuiſſe luculenter teſtatur Heſychius, eodem verbo non modo alibi ſaepius utens, ubi de *ſculptura* vel *caelatura* agitur, ſed & in iuſta literarum ſerie iſta ipſa ponens, Τορνεύει· γλύφει: & Τορνευτής· γλύπτης. Quare vel cum Henr. Stephano (Theſaur. Gr. Ling. T. III. 1315. b. & 1316. c.) ſtatuendum putavi, idem prorſus valere τορεύειν atque τορνεύειν, & promiſcue utrumlibet verbum ſolitum eſſe adhiberi, quae latine perinde & *caelare* & *tornare* reddere poſſis: ſive ita differunt ea verba, quemadmodum Salmaſius cenſuit, ut τὸ τορεύειν (*caelatura* vel *ſculptura*) fiat absque machina motu rotatili circumacta, τὸ τορνεύειν vero (*tornare*) fiat ope talis machinae; intelligendum putavi, iam olim artifices ad caelanda artificioſa quaedam opera machinâ tali rotatili, qualem *tornum* vulgo vocamus, uſos eſſe. Nam quod SALMASIUS l. c. p. 736. col. 1. lit. b. ait: »Tornatores exſculpunt & inſcul»punt ligna; non, vice verſa, tornant ſculptores: prae»terea ſtrias & ſulcos in ligno tornatili facere poſſunt οἱ »τορνευταί; *figuras & ſigilla torno exprimere nullo modo* »*queunt*:« — id quidem ſecus eſſe, noſtrae certe aetatis artificum ars & induſtria declarant. Sed id utcumque ſit: memorantur quidem apud Noſtrum & ἐντετορευμένα ζωδάρια, pag. 210. c. & ἐτόρευσε ſcribitur lib. XI. p. 492. c. & Apelles nominatur ὁ τορευτὴς, XI. 488. c. At ζῶα τετορευμένα & hoc loco, in quo verſamur, & paulo poſt iterum lit. *e.* agnoſcunt cum editis membranae *A.* (in *Ep.* utrobique deeſt id verbum cum aliis.) Pariter Ἰλίου ἐντετορευμένην πόρθησιν ſcriptum in Supplem. libri XI. quod ex Epitoma Hoeſcheliana editum legitur in Animadverſ. Caſauboni, ed. 1. p. 493. lin. 38. (ed. 2. & 3. col. 782. lin. 25.) ubi paulo ante nominabantur τορευταὶ Athenocles & alii: ſed ibi quidem noſter *ms. Ep.* ἐντετορευμένην habet. In eodem vero fragmento, ed. Caſ. 1. pag. 493. lin. 18 ſq. (ed. Caſ. 2. & 3. col. 781. lin. 49 ſq.) diſerte haec leguntur: Μένανδρος δέ που φησὶ καὶ ποτήριον τορνευτὸν, καὶ τορευτὰ Ἀντιφάνης. Ibi noſter *ms. Ep.* tenens iſta τορνευτὸν καὶ τορευτὰ, interpungit poſt τορευτά: recte dubio procul, ut nomen Ἀντιφάνης ad ſequentes ibi-

dem verſus referatur. Porro, τὰς πλειάδας ἐνετόρνευ- b
σε τῷ ποτηρίῳ, conſentientibus ms. *A.* & *Ep.* legitur XI. 490. a. Iterumque pag. 491. d. πλειάδες ἦσαν ἐντετορνευμέναι tenent cum editis membranae *A.* ubi quidem ms. *Ep.* rurſus ἐντετορευμέναι praefert, unde habet Euſtath. ad Iliad. λ'. pag. 816, 26. & pag. 817, 28.

Quae toto hoc capite & ſequente ac parte etiam capitis XXXI. usque illa verba ἐσθῆτας δὲ πολυτελεῖς (p. 200. c.) continentur, ea in hunc modum contraxit Epitomator: Εἶτα πάλιν τετράκυκλος· καὶ κυλίκια· καὶ λουτῆρες· καὶ κρατῆρες· καὶ λέβητες· καὶ τρίποδες· καὶ τράπεζαι· καὶ χοεῖς· καὶ ψυκτήρια· μάλα πολλὰ· (poſtremis verbis ſuperſcripta in noſtro *ms. Ep.* vox μύεια·) ὑλῶν διαφόρων: ἐν τούτοις καὶ ὁ τῆς Σεμέλης θάλαμος (ſic cod. noſter, absque diſtinctione poſt θάλαμος) τετράκυκλος πηχῶν κβ'. ὑπὸ ἀνδρῶν ἑλκομένη φ'. ἐφ' ἧς ἄντρον βαθὺ κισσῷ καὶ μίλτῳ. ἐκ τούτου περιστεραὶ καὶ φάσσαι καὶ τρυγόνες καθ' ὅλην ἐξίπταντο τὴν ὁδόν· λινίσκοις τοὺς πόδας δεδεμέναι πρὸς τὸ ῥᾳδίως ὑπὸ τῶν θεωμένων ἁρπάζεσθαι. ἀνέβλυζον δὲ ἐξ αὐτοῦ καὶ κρουνοὶ δύο· ὁ μὲν, γάλακτος· ὁ δὲ οἴνου. περὶ δὲ ταύτην νύμφαι χρυσοστέφανοι. Ἐπὶ δὲ ἄλλης τετρακύκλου ἦν περιεῖχε τὴν ἐξ Ἰνδῶν κάθοδον &c.

ἐστεφάνωτο στεφάνῳ χρυσῷ διαλίθῳ. Vocem στεφάνῳ, c
quae deerat editis, dedere membr. *A.* ut iam ſupra docui. Eadem vox in lectionibus Aegianis ex codice ms. Romano adnotata eſt. *Ibid.* Ἐξῆς ἐπεφέρετο. Percommode ferri hoc potuit, quod erat editum: ſed & ſatis fuerat ἐφέρετο, quod punctis ſuperne impoſitis indicatur in *ms. A.*

κυλικεῖα ἀργυρᾶ δωδεκαπήχη δύο, &c. κυλίκια, quod hic editum erat conſentientibus msstis, *calices* ſunt, ut vidimus p. 197. c. Et hic quoque quod mox ſubiicitur ἐν ταῖς γάστραις, (id eſt, *in ventribus*) videri poterat indicare, agi nunc etiam de vaſis quibusdam rotundis & concavis, adeoque de aliquo genere *calicum*. Sed moles, quae eisdem tribuitur, aliud omnino clamare videbatur. Quod ſi utique *calices* intelligi velis, fuerint *duodecim cubiti* de circuitu accipiendi. Sed ἀκρωτήρια, id eſt, *figurae exſtantes & libere eminentes*, quibus ornata haec vaſa tam *in ſuperiore*, quam *in media parte* dicuntur, quo pacto calicibus conveniant, difficile fuerit explicatu. Taceo, veriſimile non eſſe tantae molis vaſa diminutivo nomine κυλίκια indigetare voluiſſe auctorem. Quare κυλικεῖα uti-

c que ſcriptum oportuiſſe putavi: quae ſunt *calicum repoſitoria, abaci.* conf. XI. 469. d. Sic, quod ait δωδεκαπήχη, ad latitudinem (ſive longitudinem dicere malueris) fuerit referendum: profunditatis menſura non declaratur, quam nimirum ex ipſo uſu ita fuiſſe definitam probabile eſt, ut vaſa commode ex repoſitorio depromi poſſent. Similiter pag. 202. c. ubi κυλίκια χρυσωμάτων (ex vulgata ſcriptura) commemorabantur, manifeſtum videbatur, κυλικεῖα ſcriptum oportuiſſe, intelligendosque *abacos* vel *ſcrinia, in quibus aurea vaſa reponerentur.* Praeiverat nobis utroque loco DALECAMPIUS in latina verſione. Conf. Caſaub. ad pag. 202. c.

ζῶα τριημιπήχη καὶ πυγμαῖα πλήθει πολλά. Recte πλήθει edd. Perperam πλήθη ms. Quod vero conſentientibus libris vulgo hîc legebatur, ζῶα τρία ἡμιπήχη &c. id latine ſonabat, *imagines* vel *ſigilla ſemicubitalia tria, & cubitalia admodum multa.* Ubi, cum abſurdum videri deberet, *minora ſigilla* nonniſi *tria* dici *fuiſſe, maiorum vero magnum numerum;* inverſis verbis Dalecampius in latina verſ. ſic poſuit, *imaginibus tribus quidem cubitalibus, dimidii vero cubiti multis.* (Nam *multis* ſcribere ille voluiſſe videtur, non *multi*, ut vulgo expreſſum.) Nos, ut minoribus ambagibus, ſic certâ coniecturâ, ζῶα τριημιπήχη correximus: *ſigilla ſesquicubitalia & cubitalia.* δίπηχυς vel διπηχυαῖος, eſt *bicubitalis;* τρίπηχυς, *tricubitalis;* ἡμίπηχυς, *ſemicubitalis;* τριμίπηχυς, *ſesquicubitalis.* Sic enim *unum cum dimidio* efferre ſolent Graeci, ut *tria dimidiata* dicant: velut τρία ἡμιδακτύλια ſunt *unus digitus cum dimidio*, apud Polyb. VI. 23, 11. τρία ἡμιστάδια, *unum ſtadium cum dimidio, ſesquiſtadium*, ſaepe apud eumdem. Simili ratione, πένθ' ἡμιπόδια ſunt *duo pedes cum dimidio*, rurſus apud Polyb. VI. 23, 12.

καὶ κρατῆρες ἑκκαίδεκα· ὧν οἱ μείζους ἐχώρουν μετρητὰς τριάκοντα, οἱ δ' ἐλάχιστοι πέντε. »Non aſſentior do»ctiſſimo viro *Nicolao Sturioni*, qui pro τριάκοντα reſti»tuebat τέτταρα, exiſtimans poſitum vitio Λ pro Δ. Ve»rius putamus, ſex fuiſſe horum *craterum* ordines, ſive »pemptadas, magnitudinis diverſae. Primi ordinis quini »crateres *quinque metretas* capiebant; ſecundae pemptadis »decem; tertiae XV; & deinceps ad *triginta crateras* [*tri»ginta metretas* voluerat ſcribere] usque. Callixenus ut »verbis parceret, maximorum & minimorum modum in-

» dicasse contentus, caeteros mediae magnitudinis omnes c
» tacuit. « CASAUB. - At nonnisi XVI memorantur crateres.

εἶτα λέβητες ἓξ· βανωτοὶ εἰκοσιτέσσαρες, ἐπ' ἐγγυθήκαις πέντε. »Haec perspicue mendosa. Quid enim » est βανωτοί? Dalecampius emendabat ἀμφωτοι. « [Sic enim ille convertit: *deinde, lebetes sex: utrinque ansati viginti quatuor, super repositoriis quinque.*] »Gravius, opi- »nor, subest ulcus. Nam in βανωτοὶ inesse statuimus vo- »cis ἀωτοι vestigia. Illud β numeri nota est. Scribo λέ- »βητες ἓξ ὧτα ἔχοντες· (vel ἄμφωτοι·) ἄωτοι εἰκοσιτέσ- »σαρες. « CASAUBONUS. — At quanam potissimum spe- cie probari viro docto potuerit tam violenta novatio, difficile fuerit dictu. Exspectasses saltem, usurum illum fuisse illâ literâ β. quam cum statuerit esse numeralem notam, nullum tamen eius vestigium in proposita emen- datione reliquit. Equidem vulgatum tenui; non quod VIL- LEBRUNII probaverim rationem, praeeunte fortasse ADA- MO statuentis, βανωτοὺς dicta essa *vasa quae parvas aures* vel *ansas haberent;* (nempe a βανὸς, *parvus*, ut ait ille; quae vox tamen nusquam nisi in obscura quadam & du- bia Hesychii glossa occurrit:) sed quod nulla satis certa occurrebat medicina. Caeterum specie non carebat ἀμ- ώτοι, quod placuerat Dalecampio. Cogitaveram etiam μόνωτοι, ut errore haud infrequente librariorum litera β & μ fuissent permutatae, quo facto facile vocalis sequens mutari etiam potuit. Et τὸ μόνωτον quidem (scil. ἔκπωμα) in *poculorum* numero Pollux refert, VI. 96. At hic non de poculis agitur; nec ὁ μόνωτος ut substantivum usquam reperitur; nec vero *lebeti* convenire videtur ut sit μόνω- τος. Reliqua si sana, maxime probabilis mihi visa erat ratio, si ἀμβωτοὶ legendum statueremus; ut sive nude ἀμβωτοὶ, sive ἀμβωτοὶ λέβητες intelligerentur *lebetes, qui ἀμβωνας haberent*, id est, *quorum superior ora introrsum es- set reflexa, ut apertura paulo angustior esset quam venter.* Sed, verum ut fatear, ne hoc quidem satis placet: ac vereor, ne, quemadmodum Casaubonus censuerat, multo gravius ulcus hîc lateat; sed illud longe alia ratione, quam quae illi placuisset, sanandum. Scilicet suspicor, duas voces ἓξ & βανωτοὶ ex uno quodam adiectivo vocabulo, ad sub- stantivum λέβητες pertinente, fuisse corruptas. Id quale sit, quaerant qui ingenio ac doctrina valent. Quod si in co- dice msto, unde nostra exempla derivata sunt, loco vo-

cis ξξ fuerat nota compendiaria *ſtigma*, qua perinde & *numerus ſenarius* & literae στ denotari poterant; coniectare fortaſſe licebit, λέβητες στεφανωτοὶ olim hic ſcriptum fuiſſe, id eſt, *lebetes coronati:* cui coniecturae cum hoc favet, quod mox (lit. e.) rurſus crateres commemorantur στεφάνους ἔχοντες, tum illud, quod literas β & φ etiam aliàs ſubinde a librariis, ob ſoni vicinitatem quo illas efferebant, permutatas eſſe novimus. De ἐγγυθήκαις vide, quae infra leguntur p. 199 extr. & ſeq. Adde Harpocrat. in Ἐγγυθήκη: ubi eumdem hunc locum ob oculos habens, nominatim etiam *Callixenum* citavit ἐν τετάρτῃ περὶ Ἀλεξανδρείας. conf. ſupra pag. 196. a.

d Δελφικοὶ τρίποδες - - ὧν αἱ γωνίαι τετράμετροι. *Delphici tripodes - - quorum anguli quadrati*, id eſt, *recti:* ut intelligatur *tripodum* illorum *figuram* fuiſſe *quadrangularem*. Confer notata ad pag. 198. c. & quem ibi laudavimus Spanhem. ad Callim. p. 450. *Ibid.* ὑδρίαι. ὑδρεῖαι ſuo more habet ms. *A*. *Ibid.* ἀμφορεῖς Παναθηναϊκοί. Confer Iacobs ad Anthol. Animadv. Vol. I. Part. I. pag. 249. &, quem is laudat, Scholiaſten Pindari ad Nem. X. vs. 65.

AD CAP. XXX.

e Ἐχόμενα δὲ τούτων ἐπόμπευον οἱ τὰ χρυσώματα φέροντες. Ἐχόμενοι malebam: ſed ferendum Ἐχόμενα, ſive adverbialiter poſitum intelligas, ſive neutro genere uti maluit auctor, quod ad varii generis fercula, quae dehinc commemorantur, referretur. *Ibid.* στεφάνους ἀμπελίνους. Sic tacite correctum a Caſaubono video. Perperam ἀμπελίους ed. Ven. & Baſ. quod & tenent membr. *A*. quae fortaſſe ἀμπελείους debuerant, quod idem ac ἀμπελίνους valet. Sic ἀμπελείους βότρυς, apud Suidam in Ἀμπελεών. De verbo τετορνευμένα, quod ſequitur, paulo ante dictum ad lit. *b*. *Ibid.* κώθωνες διμέτρητοι. Pro mendoſo κωθῶναι, quod hîc legebatur, recte libri omnes κώθωνες dabant infra, lib. XI. p. 483. f. ubi iſta verba ex eodem hoc loco repetuntur.

f κυλικεῖα δύο, intellige χρυσᾶ: a quibus diſtinguuntur ὑάλινα διάχρυσα δύο. Satis autem ex eis, quae proxime & praecedunt & ſequuntur, intelligebatur, rurſus κυλικεῖα, (ut ſupra lit. c.) non κυλίκια, ſcriptum oportuiſſe.

a μαζονόμια εἰκοσιπέντε. Obſecutus ſum CASAUBO-

NO. » Lego, inquit, mutato genere μαζονόμια, ut ſemper a » alibi. « — Nempe diminutivum τοῦ μαζονόμου, de quo vide notata ad IV. 149. a. Sic rurſus μαζονόμια memorantur pag. 202. e. Vide Heſych. in Μαζονόμενον, & ibi Interpretes. Apud Suidam quidem & Etymologum μαζονομεῖον ſcribitur; pariterque apud Polluc. X. 84. ſed apud eumdem VI. 87. μαζονόμια vulgatur.

ἐστεφανωμένοι οἱ μὲν κισσῷ, οἱ δὲ πίτυϊ· ὧν διακόσιοι μὲν καὶ πεντήκοντα &c. Ante nos ſic edebatur: ἐστεφανωμένοι οἱ μὲν κισσῷ, οἱ δὲ πιτυΐνῳ· διακόσιοι δὲ καὶ πεντήκοντα. Eo pertinet CASAUBONI Animadverſio: » Malim ἐστεφανωμένοι οἱ μὲν κισσίνῳ, οἱ δὲ πιτυΐνῳ: » ut paulo ante, [p. 198. c.] αὐτὴ δ' ἐστεφάνωτο κισσί- » νῳ χρυσῷ, non autem κισσῷ. Etſi legitur infra de Pria- » po, [p. 201. d.] ἔχων στέφανον κισσὸν ἐκ χρυσοῦ. Sed » melius ibi quoque, κίσσινον. « — Iam, in *Epit.* quidem haec deeſſe, ſupra monitum eſt. Membranae *A.* vero, κισσῷ recte tenentes, dein πιτυΐῳ, non πιτυΐνῳ, habent; tum vero non διακόσιοι δὲ, ſed διακόσιοι μὲν: quae poſterior ſcriptura perſpicue oſtendere nobis viſa erat, quo pacto corrigendum eſſet vitium, quod in voce πιτυΐῳ inerat; nempe ita prorſus ut a nobis factum, οἱ μὲν κισσῷ, οἱ δὲ πίτυϊ· ὧν διακόσιοι μὲν & ſic porro. Quemadmodum κισσῷ idem hîc valet ac κισσίνῳ στεφάνῳ, vel στεφάνῳ κισσοῦ aut ἐκ κισσοῦ, ſic πίτυϊ idem valet ac πίτυος στεφάνῳ, ut ait *lit. d.* aut πιτυΐνῳ στεφάνῳ, ut *lit. e.*

κεκηρογραφημένα, *cerâ picta.* κηρογραφίας rurſus fit mention b tio in deſcriptione navis Hieronis, p. 204. b. *Ibid.* καὶ κερασθέντων. Intellige τῶν κεραμίων: de quo vocabulo cum alibi dictum, tum paulo ante, ad pag. 193. e.

AD CAP. XXXI.

Ἐφ' ἧς ἄντρον ἦν βαθὺ καθ' ὑπερβολὴν κισσῷ καὶ μιλίῳ· c Sine obſervatione locum hunc praetermiſit Caſaubonus: at ferri tamen plane non poterat id quod cum editis uterque noſter codex tenebat, μίλτῳ, id eſt, *minio*, vel *rubricâ.* (conf. p. 197. f.) Quae vox cum iam in ed. Ven. & Baſ. *aſteriſco* notata eſſet, ut mendoſa aut certe ſuſpecta, Dalecampius dein ex coniectura *vitibus* pro *minio* poſuit, ſic vertens: *in quo antrum fuit ſupra modum profundum, vitibus & hedera opacum.* Inde CORAY in *Notis msstis:*

c »Interpres, inquit, pro *μίλτῳ* expreſſit *ἀμπέλῳ*, adden»do *κατάσκιον*. An legendum *βαθύσκιον καθ' ὑπερβολὴν* »*κισσῷ καὶ μύρτῳ*?« — Et commodum quidem utique foret *βαθύσκιον*: ſed ex adiecto vocabulo *κισσῷ*, id eſt, *hedera*, cum alio, quo alius *frutex* ſignificabatur, ſatis fortaſſe intelligebatur, *βαθὺ* in tali connexione idem ac *βαθύσκιον* valere, id eſt, *opacum*. Quo fere pertinent Heſychianae gloſſae: Βαθεῖαν· *κεκρυμμένην*. Βαθείης· *μελαίνης*. Βαθύ· *μέλαν*. Quin & ſimillima ratione Βαθέην *ὕλην* Poëta dixit, Iliad. *π'*. 766. & Odyſſ. *ρ'*. 316. Vocem *μίλτῳ* vero non ex pervulgato vocabulo & librariis omnibus notiſſimo, *μύρτῳ*, ſed ex alio corruptam eſſe mihi perſuaſi; quod vocabulum ſicut paulo minus in vulgus notum fuiſſet, ſic, quod ad ſcripturae elementa ſpectat, paulo etiam propius, quam *μύρτῳ*, a *μίλτῳ* abeſſet. Id vocabulum vel *μίλῳ* erat vel *μιλίῳ*, ab *ὁ μίλος* vel *τὸ μίλιον*, quae idem ac *σμίλος* & *μίλαξ* & *σμίλαξ* ſonant: de quibus vocabulis paulo ante ad pag. 198. f. dictum. Et Polluci quidem, VI. 106. *μίλος* eſt *τὸ τῆς μίλακος ἄνθος*: Theophraſto vero ipſa arbor vel frutex. Heſychius: *Σμίλος· δένδρον. οἱ δὲ πρίνος· ἄλλοι σμίλακα, ἢ στεφανοῦνται*. Ut vero diminutivam formam *μιλίῳ* praeferrem, quae ſcriptura ad corruptam *μίλτῳ* proxime accedebat, alia me Heſychii gloſſa commovit, quae huiusmodi eſt: *Μίλιον· δένδρον ὅμοιον ἐλάτῃ, ᾧ τοὺς νέους στεφανοῦσιν ἐν ταῖς πομπαῖς*. Et, ne (quoniam extra iuſtam literarum ſeriem poſita videtur illa gloſſa) ſcripturae *γνησιότητα* ſuſpectam habeamus, vetat id quod ibidem continuo adiicitur: *ἢ μέτρον ὁδοῦ σταδίων ἑπτά*: nam id quidem haud dubie *μίλιον* Graecis dicebatur. Caeterum, quod in latina verſione iterum, ſicut ſuperiore loco, *taxo* poſui, rurſus rectius facturus eram, ſi graecum nomen *ſmilacem* tenuiſſem; quo vel *taxus* arbor, vel (quod convenientius videtur) *ſmilax frutex*, quam *hederam Ciliciam* nonnulli vocant, intelligi poſſet. Praeter auctores ſupra laudatos, confer Heſychii Interpretes l. c. & Henr. Stephani Indicem Theſ. Ling. Gr.

λημνίσκοις τοὺς πόδας δεδεμένοι. »Quid eſt quod »vitii ſuſpicionem in iſtis movere queat? *Ἐκ τούτου περι»στεραὶ καὶ φάσσαι καὶ τρυγόνες καθ' ὅλην ἐξίπταντο τὴν »ὁδὸν, λημνίσκοις τοὺς πόδας δεδεμένοι, πρὸς τὸ ῥᾳδίως »ὑπὸ τῶν θεωμένων ἁρπάζεσθαι. Ex hoc* antro *evolabant*, »*quam longa fuit via, columbae, palumbes, & turtures, le-*

»*mniſcos habentes ligatos ad pedes, quo facile a ſpectatoribus* c
»*raperentur. Lemniſci* ſunt *taeniae anguſtae*: optime igitur fa-
»cit vox illa ad hunc locum. Legendum tamen λινίσκοις,
»niſi & Eclogarii lectionem, & conſentientis etiam hîc
»cum illo Euſtathii auctoritatem, inſuper habeamus. Huius
»ſunt verba: [ad Iliad. σ'. p. 1223, 17.] Ἰστέον δὲ, ὅτι
»ἐκ τοῦ κοινότερον λεγομένου λίνου, καὶ λινίσκος ὑποκορι-
»στικῶς, ὁ λεπτότατος λίνος· οἷον περιστερὰ καὶ φάσσαι
»καὶ τρυγόνες καθ' ὅλην ἐξίπταντο τὴν ὁδὸν ἔν τινι πομ-
»πῇ, λινίσκοις τοὺς πόδας δεδεμέναι. Utrum potius am-
»plectar non facile dixerim. « CASAUBONUS. — Euſtathii auctoritas, ut iam ſaepe demonſtravimus, non alio valet, niſi ut ſciamus, eum in ſuo codice Epitomae ſic ſcriptum reperiſſe: cum quo licet & noſter optimus *codex Epit.* conſentiat, mendoſam tamen iudicavi iſtam ſcripturam, tenendumque cum ed. Ven. & Baſ. λιμνίσκοις, quod confirmant vetuſtiſſimae *membr. A.* In ed. Caſ. 1. cum mendoſe λιμνήσκοις legeretur, repetitum illud vitium eſt in ed. Caſ. 2. & 3.

πᾶσαι δ' αἱ περὶ αὐτὸν Νύμφαι. »Lege αὐτὸ, ſcil.
»τὸ ἄντρον. « CORAY. — Eadem emendatio etiam nobis in mentem venerat: quandoquidem τοῦ Διονύσου, ad quem referebatur αὐτὸν, non diſerte mentio ante facta erat. Sed quoniam antrum hoc, de quo agitur, haud obſcure referebat illud in quo Bacchus a Nymphis educatus perhibebatur, poſſis fortaſſe etiam αὐτὸν ipſum *Bacchum* intelligere. Caeterum quod ſaepe a librariis erratum eſt, etiam hoc loco accidere potuerat, ut occaſione vocis ſequentis a litera *ν* incipientis, eadem litera etiam voci αὐτὸ adhaereret. De *Nymphis*, Bacchi nutricibus, conf. II. 38. d. & ibi notata. Ad eamdem fabulam pertinet *Mercurii* mentio, quae continuo ſequitur, qui Bacchum infantem, flammis ereptum, Nymphis educandum tradidiſſe perhibebatur. Vide Apollodor. III. 4, 3. Lucian. Dial. Deor. IX. 2. Hygin. Fab. 179.

Διόνυσος ἦν δωδεκάπηχυς, ἐπ' ἐλέφαντος κατακείμενος. d
»Scribit Breviator, ἐπ' ἐλέφαντος χρυσοῦ κατακείμενος.
»Sed τὸ χρυσοῦ adiecit ille de ſuo: volebat enim ſequen-
»tium horumce verborum facere compendium, ὁ δ' ἐλέ-
»φας σκευὴν εἶχε χρυσῆν. « CASAUB. — At in noſtro *cod. Ep.* ſic ſcriptum: ἐπ' ἐλέφαντος κατακείμενος χρυσοῦς, quod diverſum eſt, ſignificatque *totum Bacchi ſignum ex*

d *auro* fuiſſe *factum*. Ac fortaſſe reſtitui illa vox auctori a nobis debuerat. conf. pag. 202. a. *Ibid.* εἶχεν ἐν ταῖς χερσὶ θυρσόλογχον χρυσοῦν. Verbum εἶχεν omittens Epitomator, ſic ſcripſit, ἡμφιεσμένος πορφυρίδα καὶ στέφανον χρυσοῦν. ἔχων ἐν χερσὶ χρυσοῦν θυρσόλογχον: commode id quidem ad reliquam orationis conſecutionem; ſed ἡμφιεσμένος στέφανον minus commode dictum videtur. De vocab. θυρσόλογχος confer quae notavit Caſaub. ad Strabonis lib. I. pag. 19. d.

ὑπεδέδετο δὲ ἐμβάδας χρυσογραφεῖς. Cum χρυσοβαφεῖς eſſet editum, adnotavit CASAUBONUS: »Epitomae »non contemnenda lectio, χρυσογράμμους.« — Immo abſurda prorſus edita ſcriptura, quae *auro tinctas* ſonat. Optime vero χρυσογραφεῖς perſpicue dedit uterque noſter codex mſtus, id eſt, *auro pictas*, nempe auro diſtinctas acuque pictas. Mox, pro προεκάθετο δ' αὐτοῦ, minus commode παρεκάθητο δ' αὐτῷ habet *mſ. Ep.*

AD CAP. XXXII.

f συνωρίδες τράγων ἑξήκοντα, κώλων δεκαδύο. Pro his Dalecampius in verſione ſic poſuit: *hircorum bigae* [& pro *bigae*, in ora, *paria*] *ſexaginta*, *leonum duodecim*. Inde CASAUBONUS: »Cave, inquit, mutes vocem κώλων. *Co*»*lum*, inter quadrupedes non ignobile animal, veteres »membranae varie ſcribunt, per ω vocalem modo ma»gnam, ut hic: modo parvam, ut in ſeptimo Strabonis: »[pag. 312. c. d. edit. Caſaub.] Ἔστι δὲ τῶν τετραπόδων »ὁ καλούμενος κόλος, μεταξὺ ἐλάφου καὶ κριοῦ τὸ μέγεθος, »λευκός. Valeant igitur qui emendant λεόντων.« — Poſt κώλων aſteriſcum poſuit editor Ven. (itemque editor Baſ.) puto quod vitioſam ille vocem iudicaverat; quam recte dein defendit Brodaeus, Miſcellaneor. lib. V. cap. 15. in Gruteri Theſ. Crit. T. II. p. 538. De *colo* conſule quae docuit Conr. Geſnerus DE Quadruped. pag. 361 ſq. qui, cum κόλων fortaſſe hoc loco ſcriptum oportuiſſe ait, non modo Strabonis codices ſibi parrocinantes habet, ſed & noſtras *membr. A.* quae hic quidem (quod ſciam) vulgatum tenent, ſed mox pag. 201. c. κόλοι brevi vocali ο exhibent. Utroque loco Epitomator ignotum ſibi nomen, pro more ſuo ſilentio praeteriit.

ὀρύγων ἕπτά. *Oryx*, ex caprarum, dorcadum vel cer-

vorum genere, animal biſulcum & unicorne. Ariſtot. Hiſt. f Anim. II. 1. Plin. XI. 46. De quo, poſt GESNERUM, Quadrup. pag. 769 ſq. multa collegit BOCHARTUS Hieroz. P. I. lib. III. c. 26. »Ex quibus, inquit, cum abunde »conſtet, olim *oryges* notiſſimum fuiſſe animal, mirum »eſt, illorum hodie ne tenuiſſimum quidem ſupereſſe ve»ſtigium.«

ὀνελάφων ἕπτά. Cum vitioſe in ed. Ven. ἀνελάφων legeretur, correcturus errorem editor Baſileenſis nude ἐλάφων poſuit. Quod cum tenuiſſet CASAUBONUS, monuit deinde in *Addendis ad ſuas Animadverſiones:* »Hybrida»rum animantium novum genus exhibent hic nobis cala»mo exarata exemplaria, *onelaphos* neſcio quos, aſino»rum cervorumque naturam participantes. Nam ubi ſcri»bitur στρουθῶν συνωρίδες ὀκτὼ, ἐλάφων ἕπτὰ, Huraldinus »codex, & aliqui etiam Italicorum habent ὀνελάφων ἕπτά.« — Epitomator quidem ſua auctoritate ἐλάφων ſcripſit, quemadmodum dein editor Baſileenſis fecit; ſed ὀνελάφων perſpicue ſcriptum in *membr. A.* Cuius animalis nemo aliorum ſcriptorum, quod ſciam, meminit. VILLEBRUNIUS, neſcio quo auctore, ait: »*L'ane cornu, à tête de cerf; ani»mal d'Ethiopie.*« — Quae ſequuntur tria verba, καὶ συνωρίδες τέσσαρες, deſunt *ms. Ep.* tum vero, nullo poſt ἀγρίων commate interpoſito, iunguntur iſta, ὄνων ἀγρίων ἅρματα δ'. Ad totum hunc locum haec adnotavit CASAUBONUS: »Etſi proprium ludicro Circenſi animal eſt »equus, ſunt tamen reperti qui alia animalia iuncta in »Romanum Circum producerent: puta, elephantos, ca»melos, leones, tigres, cervos, etiam canes denique. »Haec nos in commentario DE Ludis Circenſibus pluri»bus explicamus. Simile autem eſt, quod *a Ptolemaeo* »factum narrat hic Callixenus. Ait enim, *producta in iſta »pompa fuiſſe ἅρματα καὶ συνωρίδας elephantorum, hirco»corum, colorum, orygum*, aliarumque plurium beſtiarum.« ἐπὶ δὲ πάντων τούτων ἀναβεβήκει παιδάρια, &c. »Nar»rat deinde, cuique currui aut bigae, iuvenes binos fuiſſe »impoſitos: quorum alterum, παιδάριον, *adoleſcentulum*, al»terum παιδισκάριον appellat, ceu aetate & ſtatura mino»rem. Sic in veris curribus, qui non ad ſpeciem inanem in»ſtruebantur, ſed ad pugnam vel cum hoſte vel cum anta»goniſta, duo ſemper geſtabantur; alter, qui habenas tra»ctaret; alter, qui pugnaret. Ille dicebatur, e re, ἡνίοχος;

f »hic, παραβάτης: erant autem hi duo, ut conditione, »sic etiam cultu diversi. Pulcherrime id expressum est a »Callixeno, cum ait, Ἐπὶ δὲ πάντων τούτων ἀναβεβήκει »παιδάρια χιτῶνας ἔχοντα ἡνιοχικοὺς καὶ πετάσους. Hic »erat verorum aurigarum habitus: saga circa humeros »brevia, flagellum in dextra, in sinistra habenae, peta»sus in capite. Sequitur de cultu parabatarum, sive, ut »poëtae vocant, παραιβατῶν; ut Athenienses, apobata»rum. παραναβεβήκει δὲ παιδισκάρια διεσκευασμένα πελ»ταρίοις καὶ θυρσολόγχοις, κεκοσμημένα ἱματίοις καὶ »χρυσίοις. Hic vero sunt quaedam nobis animadvertenda. »Omnium primum παραναβαίνειν, positum pro πα»ραβαίνειν; nisi tamen ita potius est scribendum. πα»ραναβάτης quidem certe, pro παραβάτης, non dicitur. »Ornamenta istorum ait fuisse *parvas peltas*, & θυρσολό»χους: id est, *lanceas sub thyrsorum specie latentes*, sive θύρ»σους λογχωτοὺς, ut ad primum Strabonis dudum nobis »expositum. [Conf. paulo ante, ad lit. d.] *Thyrsolon*»*chum* describit Iustinus Martyr istis verbis: αἱ Βάκχαι διὰ »σχήματος εἰρηνικοῦ τὰς λόγχας ἐν τοῖς θύρσοις περιφέ»ρουσι. Epitomae auctor scribit χρυσολόγχαις perperam.« CASAUBONUS. — Eodem vitio noster *ms. Ep.* tenetur. Verbum παραναβεβήκει tenet uterque codex mstus: nec opus erat ut solicitaretur. Iustini Martyris verba leguntur in Epist. ad Zenam & Serenum, pag. 507. edit. Paris. 1636.

κεκοσμημένα ἱματίοις καὶ χρυσίοις. »Scio posse hoc »aliquo modo defendi. Paene tamen persuasi sumus, scri»psisse Callixenum ἱματίοις καταχρύσοις, vel διαχρύ»σοις, qua voce iam usus est aliquoties; hoc est, χρυ»σοποικίλοις.« CASAUB. — Quatuor ista verba praetermisit Epitomator. At quidni auctor vel per hendyadin, ut vocant Grammatici, ἱματίοις καὶ χρυσίοις dicere potuerit, pro *vestibus auro nitentibus?* vel seorsim χρυσία nominaverit, varia *ornamenta aurea* dicens, quibus decorati pueri illi fuissent? Vide Henr. Stephani Thes. IV. 657 sq.

ἐξ ἑκατέρου μέρους τρεῖς. »Porro isti parabatae cum suis »agitatoribus in duas factiones erant tributi: nam id de»clarant proxima verba, ἐπῆσαν δὲ συνωρίδες καμήλων ἐξ »ἑκατέρου μέρους τρεῖς. Et, fuisse etiam certamina quae»dam edita, significant obiter quae deinceps legas, [p. »203. a.] ἐστεφανώθησαν δ' ἐν τῷ ἀγῶνι καὶ στεφάνοις χρυ-

» σοῖς εἴκοσι. « CASAUB. — Certamina utique poſt peractam pompam inſtituta ſunt: ad diverſas vero certantium *factiones*, ut cenſuit Caſaubonus, ſpectare iſta verba ἐξ ἑκατ. μέρους τρεῖς, equidem non adfirmaverim.

κάμηλοι δ' αἱ μὲν &c. Si vera eſt haec ſcriptura, manifeſte ſuſpenſa haeret oratio, & deſiderantur voces αἱ δὲ, quae illis αἱ μὲν reſpondeant. Sed ne commodum quidem locum video, quo inſeri voculae αἱ δὲ poſſent. Suſpicatus eram, αἱ δὲ κάμηλοι ἔφερον. At nec hoc placuit: nam *alii* intelligendi videntur *cameli, qui thura & aromata dorſis impoſita geſtarint, alii curribus iuncti*, quos paulo ante commemoraverat: quare κάμηλοι δ' ἄλλαι coniectabam. Caeterum Epitomator *thuribus illis & aromatis onuſtos currus* intellexerat *camelis iunctos*. Sic enim ille poſt iſta verba, τὰ δὲ παιδισκάρια κισσῷ, pergit: Ἐπῆσαν δὲ καὶ συνωρίδες (conſtanter in noſtro quidem *ms. Ep.* penultima huius vocabuli circumflexo notatur accentu) καμήλων, φέρουσαι λιβανωτοῦ μνᾶς τριακοσίας, κρόκου, κασίας, κιναμώμου, ἰριδος, λοιπῶν ἀρωμάτων. Sic ille, nil amplius: & continuo dein, Ἐχόμενοι τούτων Αἰθ. &c. Duo verba, σμύρνης τριακοσίας, quae editis etiam deerant, dedit *ms. A.* Mox, pro κιναμώμου, quod habent edd. & mssti noſtri, rectius fuerat κιννα μώμου. Pro κασίας, quod tenet ms. *Ep.* cum editis, κασσίας habet *ms. A.* bene; ſed id quidem perinde eſſe videtur. Denique in εἴριδος quidem cum editis conſentit *ms. A.* ſed recte ἰριδος ſcriptum vidimus in Epitoma. Conf. p. 195. d. & ibi notata.

Αἰθίοπες δωροφόροι. » *Aethiopes donis onuſti.* Docti emen» darunt δορυφόροι: [*haſtati*, Dalec.] reclamantibus anti» quis membranis & Epitoma etiam. Iſtorum ait quosdam » tuliſſe ἐβένου κορμοὺς δισχιλίους. Videntur eſſe quas » Herodotus in Thalia [III. 97.] φάλαγγας ἐβένου, & ex » eo Plinius lib. XII. [cap. 4. ſect. 8.] *phalangas* nomi» nant. Proprie tamen κορμὸς, unde Romanorum *gremium*, » aliud quam *phalanx* vel *palanga*. « CASAUBONUS. — At Romanorum *cremia* (non *gremia*) nihil huc faciunt: ſunt enim ſarmenta, tenuia ligna, crematu facilia. κορμοὶ ſunt *caudices*, *ſtipites*: nec differre videntur a *phalangibus* quas dixit Herodotus. διακοσίους, quod h. l. codex *Epit.* habet, (id eſt, *ducentos*) non notâ numerali indicatum eſt, ſed cunctis ſcripturae elementis expreſſum: & facile crediderim verum hoc eſſe. Aethiopes quidem olim Perſis

a nonnisi tertio quoque anno *ducentas ebeni phalangas*, non amplius, tributi loco pendere tenebantur, ut tradit Herodotus l. c.

χρυσοῦς καὶ ἀργυροῦς κρατῆρας. Ad id quod hîc editum erat, χρυσοῦ καὶ ἀργυρίου κρατῆρας nihil discrepantiae ex *ms. A.* adnotatum. Ac fuerint quidem qui ferendum hoc tenendumque iudicent, per ellipsin praepositionis ἐκ dictum, cuius exempla supra adtulimus ad illa verba p. 198. b. βωμὸς - - τετράγωνος χρυσοῦς, ubi pariter χρυσοῦ vulgo legebatur. Sed vulgata hoc loco scriptura eo etiam magis me offendebat, quod nomina χρυσοῦ & ἀργυροῦ, quae materiam indicare debebant, e qua facti crateres, ante nomen κρατῆρας erant posita. Quo minus dubitavi, ex χρυσοῦς & ἀργυροῦς esse haec decurtata; cum praesertim in Epitoma perspicue χρυσέους καὶ ἀργυρέους κρατῆρας scriptum viderim.

b Μεθ' οὓς ἐπόμπευσαν κυνηγοὶ δύο. *Post hos procedebant venatores duo.* Quin multo minor iusto sit iste *binarius numerus*, vix quisquam dubitaverit. Nihil tamen mutant libri, & exserte tribus scripturae elementis δύο scribunt nostri libri. Fuerat fortasse in vetusto codice nota numeralis β,. id est, *bis mille.* Is numerus si nimius videbitur, coniectare licebit fuisse υ. id est, *quadringenti;* literamque υ a sequioribus librariis, frequenti illorum hominum errore, pro β esse acceptam, ob similitudinem quam cum υ habet ea figura qua olim litera β exarabatur.

καὶ ἄλλαι Αἰθιοπικαί. Desunt haec verba Epitomae, usque ἐπιφέρει, ita ut post ὄρνιθες continuo sequantur ista, πρόβατα Αἰθ. Quid sit vero, quod ἄλλοι Αἰθιοπικοὶ habeat ms. *A.* cum tamen mox (quod sciam) foemininum πολλαὶ teneat, non perspicio. Percommode quidem infra, lib. IX. p. 387. d. ubi ad eumdem hunc locum remittimur, ὄρνιθες Αἰθιοπικοὶ πλήθει πολλοὶ scribitur: quemadmodum & hîc reponendum videtur.

c Εὐβοϊκὰ εἴκοσι, κόλοι λευκοὶ, βόες Ἰνδικοὶ εἴκοσι ἓξ, Αἰθιοπικοὶ ὀκτώ. Ad vulgatam olim scripturam haec adnotavit CASAUBONUS: »In albo traductorum animalium »commemorantur καὶ ὅλοι λευκοὶ βόες Ἰνδικοί. Scriptum »erat in editis, κῶλοι λευκοὶ, βόες Ἰνδικοὶ εἴκοσι ἓξ. Ferri »potest, si *colorum* numerus restituatur, geminatis, quae »singulae positae sunt, duabus literis hoc modo, κῶλοι »ιβ'. βόες Ἰνδικοὶ εἴκ. Sed hoc quia mera coniectura est,

»placuit iure ſcriptam lectionem ſequi.« — Ubinam *ſcri-* c
ptam illam invenerit *lectionem*, non indicavit nobis vir doctus. Epitomator quidem cuncta verba, quae ſunt inter Εὐβοϊκὰ εἴκοσι & ἄρκτος μὲν interiecta, praetermiſit. Veteres vero noſtrae *membr. A.* κολοι habent, eamdemque ſcripturam duo alii codices Pariſini, teſte Villebrunio, tenent: & ab his parum differt κολλοι, quod in lectionibus Aegianis e codice Romano adnotatum. Quare conſentaneum eſt, ut καὶ ὅλοι λευκοὶ, quam pro ſcripta lectione habuit Caſaubonus, & in contextum recepit, nihil eſſe aliud intelligamus, niſi docti cuiusdam viri coniecturam, ad oram alicuius libri adſcriptam, & cum ſcriptis lectionibus confuſam. Eamdem tamen lectionem etiam in ora codicis Pariſienſis Hermolai Barbari (ipſius-ne Hermolai, an alia manu, neſcio) adſcriptam eſſe Villebrunius teſtatur. Quidquid ſit, quum iam ſupra κώλων ſive κόλων mentio ſit facta, (pag. 200. f. ubi vide notata:) non dubitare equidem debui quin librorum iſtam ſcripturam auctori reſtituerem. At *numeri* nota utique intercidiſſe videtur: quae vel ιβ'. fuerat, ut coniectavit Caſaubonus, id eſt, *duodecim;* vel ι. *decem;* vel β'. *duo.* Sed & qui praecedit *numerus ovium Euboicarum*, parum recte habere videtur. Sane poſt commemoratas *centum & viginti oves Aethiopicas*, & *trecentas Arabicas*, in illo praeſertim Aegypti cum Graecia commercio, iuſto minor videri debet numerus *viginti ovium Euboicarum*, ſuſpicarique licet intercidiſſe centenariam numeri notam, aut alia ratione eſſe erratum.

πάνθηρες δεκαὲξ, λυγκία τέσσαρα, ἄρκηλοι τρεῖς.
»Pro πάνθηροι ſcribe πάνθηρες, ex Epitoma & uſu auctorum: item pro ἄρκηλοι, melius ἄρκιλοι.« CASAUBONUS. — Recte πάνθηρες dedit etiam noſter ms. *Ep.* quod reſtituimus auctori. De discrimine, quod ſtatuere veteres inter πάρδαλιν & πάνθηρα, conſule Salmaſium, in Exercit. Plin. pag. 149. Pro λυγκία perperam λαγκία habet idem codex Epitomae: tria ſequentia animalium nomina prorſus in eodem praetermiſſa. Quod vero pro ἄρκηλοι rectius ἄρκιλοι ſcribi Caſaubonus cenſuit, vere iudicavit vir doctus, ſi *urſorum catulos* (ut vertit Dalec.) dicere Callixenus voluerat. Conf. Euſtath. ad Od. ε'. pag. 223, 37. & ad Od. ι'. 350, 13. (Apud Pollucem tamen, V. 15. ἄρκτυλοι ſcribitur.) Sed, ne vulgatam defererem lectionem, quam cum editis tenent vetuſtae membranae,

c Aelianus me retinuit, de Nat. Animal. VII. 47. docens τῶν παρδαλέων catulos ἀρκήλους vocari; esse vero etiam qui statuant, γένος ἕτερον τῶν παρδαλέων τοὺς ἀρκήλους εἶναι, id est, τοὺς ἀρκήλους esse genus animantium diversum a pardalibus. Videturque de rariore quodam bestiarum genere hîc agi, cum nonnisi tria eius generis in pompa producta dicat auctor.

AD CAP. XXXIII.

ἐστεφανωμένου χρυσῷ κυσσίνῳ. Forte ante χρυσῷ adiicî debuit vox στεφάνῳ quemadmodum continuo deinde ait, ἐστεφανωμένα στεφάνοις κισσίνοις ἐκ χρυσοῦ. conf. pag. 199. c. & ibi not. Forte etiam subintelligi poterat,
d ut pag. 198. f. *Ibid.* Ἔχων στέφανον κίσσινον ἐκ χρυσοῦ. Ferri prorsus non potuit vulgatum κισσὸν ἐκ χρ. omninoque κίσσινον fuit corrigendum, ut iam supra ad pag. 200. a. minus quidem fidenter monuerat Casaubonus. Sic paucis ante versibus, στεφάνοις κισσίνοις ἐκ χρυσοῦ, & pag. 198. f. κισσίνῳ χρυσῷ. Potuerat etiam στέφανον κισσοῦ χρυσοῦν dicere, quemadmodum paulo ante στέφανον ἐλαίας χρυσοῦν dixit. *Ibid.* Κόρινθος δ' ἡ πόλις. Sic percommode codex noster uterque, pro Κορ. δὲ πόλις, quod erat editum.

κυλικεῖον μεστὸν χρυσωμάτων. Ad vulgatum olim κυλίκιον monuit hoc loco Casaubonus: »Pro κυλί»κιον scribendum aliquoties κυλικεῖον. Differunt enim ista »uti scimus: etsi passim pro *potoriorum vasorum theca* (hoc »significat κυλικεῖον, non *abacum*, ut hîc vertitur, neque »*repositorium*, ut aliquando post) legas κυλίκιον & in hoc »auctore & in aliis.« — Vide Not. ad pag. 199. c. & f. Adde pag. 202. e. Cur vero *abaci* nomen in hac re damnarit Casaubonus, non video; cum in eadem re eo usus sit Cicero Verr. IV. 16.

e Ἐφέρετο καὶ ἐπ' ἄλλων τετρακύκλων. Sic recte *ms. A.* Perperam ἐπ' ἄλλῳ τετρακύκλῳ edd. In Epitoma vero haec desunt omnia, a verbis Ἐφέρετο καὶ ἐπ' ἄλλων usque ἀλλὰ καὶ θεῶν πολλαί, lit. f. *Ibid.* διαδεδεμένος στέμμασι διαχρύσοις. De vocabulis στέφανος, στεφάνη, & στέμμα, vide paulo post Casauboni animadversionem. *Ibid.* ἔχων ἐπ' ἄκρου. Sic recte ms. *A.* Perperam ἐπ' ἄκρον edd.

καὶ γὰρ διαθέσεις πολλαὶ ἀκοῆς ἦσαν ἄξιαι. » διαθέσεις f »hic *rerum* sunt *simulacra & repraesentationes* mirabili arti»ficio expressarum ad decus pompae. « CASAUB. — Conf. supra ad pag. 196. f.

AD CAP. XXXIV.

πομπὴ - - Ἀλεξάνδρου, ὃς ἐφ' ἅρματος &c. » Scribit a »de *Alexandro*, hoc est, de vehiculo quo Alexandri Ma»gni simulacrum transvectum est pompatice, ut cum Ter»tulliano dicam, ὃς ἐφ' ἅρματος ἐλεφάντων ἀληθινῶν »ἐφέρετο χρυσοῦς. Moveant ista verba in animo acuti le»ctoris suspicionem, quasi illos elephantorum currus, »quorum est ante facta mentio, non traxerint veri ele»phantes, sed vel equi vel muli vel alia nescio quae ani»malia in elephanti figuram conformata: quod quia du»rum credere est, & (ut existimo) absurdum, scribo, »ἐφ' ἅρματος ἐλεφάντων ἀληθινῶς ἐφέρετο χρυσοῦς: »*vere aureus gestabatur*; hoc est, *ex solido auro*, non in»auratus. « CASAUBONUS. — Probabilem utique docti Animadversoris emendationem tacite adoptavit Villebrune. De Bacchi signo duodecim cubitorum magnitudine, dixerat auctor pag. 200. d. ex Epitomatoris quidem scriptura, Διόνυσος ἦν δωδεκάπηχυς ἐπ' ἐλέφαντος κατακείμενος χρυσοῦς. Dissentit tamen a Casaubono doctissimus CORAY, in *Notis mssts.* »Vereor, inquit, ne falsus fuerit Casau»bonus in huius loci declaratione. Ἀληθινοὶ ἐλέφαντες »sunt *elephantes vivi*, ad distinctionem Alexandri, qui non »erat nisi χρυσοῦς, *ex auro fictus*. Ita fere per universum »hoc opus Athenaei usurpatur τὸ ἀληθινὸς, in iis nimi»rum locis, in quibus vel praecedit vel sequitur aliqua »de rebus fictis narratio. Infra pag. 346. d. de Syris: καὶ »διὰ τόδε νόμιμον ἔτι διαμένειν - - - ἰχθῦς ἀργυροῦς ἢ »χρυσοῦς ἀνατιθέναι· τοὺς δὲ ἱερεῖς πᾶσαν ἡμέραν τῇ »θεῷ ἀληθινοὺς ἰχθῦς ἐπὶ τὴν τράπεζαν ὀψοποισαμέ»νους παρατιθέναι. Ubi vides iterum τοὺς ἀληθινοὺς oppo»ni τοῖς ἀργυροῖς καὶ χρυσοῖς. Nec minus clare p. 253. e. »οὔ ξύλινον, οὐδὲ λίθινον, ἀλλ' ἀληθινόν. Pag. 205 extr. »mentio fit antri, quod habebat τὴν πετροποιΐαν ἐκ λίθων »ἀληθινῶν. Quare? quia mirum sane videri poterat, *ex* »*veris lapidibus* constructum fuisse antrum *in navi*, in qua »pleraque omnia sunt lignea. Similiter expono locum

» ſupra pag. 197. a. de ſimulacris Satyrorum & perſona-
» rum tragicarum ac comicarum, ἀληθινὸν ἐχόντων ἰμα-
» τισμόν: corpora nempe earum erant ficta; at *veſtes ve-*
» *rae*, non ſimulatae; eodem prorſus modo quo vide-
» mus hodie pupas veſtitas in tabernis τῶν κοροπόλων vel
» κοροπλάθων. «

στεφάνῃ χρυσῇ, - - δίκερας χρυσοῦν, - - στέφα-
νος χρυσοῦς. » In hac Callixeni narratione tria mihi ob-
» ſerver lector diligens, in quibus diſtinguendis doctorum
» deſiderabit induſtriam. Illa tria ſunt, στέφανος, στεφά-
» νη, στέμμα. *Coronas* vulgo vertunt haec omnia nullo
» discrimine. Atqui, ſignificare aliud στέφανον, aliud στε-
» φάνην, declarant ſubiecta verba: ἐπόμπευσαν δὲ καὶ
b » θρόνοι πολλοί· ὧν ἐφ' ἑνὸς ἔκειτο στεφάνη χρυσῆ· ἐπ'
» ἄλλου δ' ἦν κέρας χρυσοῦν· ἐπ' ἄλλου δ' ἦν στέφα-
» νος χρυσοῦς· καὶ ἐπ' ἄλλου δὲ κέρας ὁλόχρυσον. Dale-
» campius ne cogeretur anquirere quid differrent στέ-
» φανος & στεφάνη, expeditiſſimam iniit viam, deletis
» iſtis, ἐπ' ἄλλου δ' ἦν κέρας χρυσοῦν· ἐπ' ἄλλου δ' ἦν
» στεφανος χρυσοῦς. Enimvero ſententiam mutaſſet vir
» eruditus, ſi obſervaſſet, στέφανον quidem dici *plectilem*
» *tortilemve* aut cuiuscumque tandem generis *coronam, quae*
» *toro conſtet*: στεφάνην vero non eſſe torum, ſed *limbum*
» aliquantae altitudinis *in orbem ductum*. Itaque στεφάνη
» quaedam Callixeno memoratur altitudine bicubitalis:
» item alia ſex & quinque cubitorum. [Vide hac pag. lit.
» d. & p. 203. b.] Atque ex eo murorum minae στεφά-
» ναι dicuntur Graecis, non στέφανοι. Sic accipe ſemper
» in hac luculentiſſima narratione & ſimilibus locis. Στέμ-
» μα vero eſt *vitta*, ſive *lemniſcus*. Atque, ut coronae
» lemniſcatae (id eſt, ut loquitur Theocritus, περιζώστρη-
» σιν ἑλικταὶ) honeſtiores erant: ſic *ſtemmata* aliis rebus
» circumplicabantur honoris cauſſa. Ergo ait Callixenus,
» [pag. 201. e.] ἐφέρετο φαλλὸς χρυσοῦς πηχῶν ἑκατὸν
» εἴκοσι, διαγεγραμμένος, καὶ διαδεδεμένος στέμμασι δια-
» χρύσοις. Quod erat diadema circum caput, hoc στέμ-
» μα circa phallum. « CASAUBONUS. — Pro eo quod
ἐπ' ἄλλου δ' ἦν κέρας χρυσοῦν in proxima Animadver-
ſione ſcripſit Caſaubonus, (unde eadem ſcriptura in ed.
Caſ. 2. & 3. recepta) in ed. Caſ. 1. ſicut in ed. Ven. &
Baſ. ἐπ' ἄλλου δ' ἦ κέρας χρυσοῦν legebatur. Id autem
haud dubie ex δίκερας erat corruptum, quod & hoc

loco dedit ms. *A.* & mox lit. c. communi consensu editi b cum vetustis membranis tenuerant: in Epitoma quidem deest ibi tota ῥῆσις, in qua ista vox iterum occurrit. Est autem δίκερας, quasi *bicornu* diceres, *duplex cornu: cornu* vero, poculi genus. Et vocabulum hoc δίκερας, quod in Lexicis vulgo desideratur, silentio non praetermisit Pollux, qui illud lib. V. sect. 97. per δίκρουνον ῥυτὸν interpretatur, id est, *poculum manus, duplex cornu referens, cuius e fundo* incurvo, & in acutum desinente, *duobus tubulis, veluti fontibus*, bibere cum volebant, *vinum effluebat.* Vide Nostrum lib. XI. pag. 497. Perperam autem ibidem apud Pollucem δικέρας penacute scribitur: quo in errorem inductus is qui Indicem editionis Lederlinianae & Hemsterhusianae confecit, δικέρας pro accusativo plurali foeminini generis accepit, & δικέρας φιάλας intellexit. Epitomator hoc loco ἐπ' ἄλλου κέρας χρυσοῦν scribens, mox dein omisit ista quae sequuntur, καὶ ἐπ' ἄλλου δὲ κέρας ὁλόχρυσον. Observandum vero, rursus deinde lit. e. f. commemorari κέρας ὁλόχρυσον πηχῶν τριάκοντα, quod nescio an sit idem de quo hîc agitur.

καὶ βωμοὶ δὲ ἐπίχρυσοι. Epitomator his omissis, nonnisi ista habet: ἐπόμπευσαν δὲ καὶ θυμιατήρια χρυσᾶ· καὶ ἐσχάραι ἐπίχρυσοι· καὶ δελφικοὶ τρίποδες· καὶ φοίνικες &c. omissa ubique numerorum notatione. *Ibid.* ὧν ἐνὶ παρεπεπήγεσαν. Commode παραπεπήγεσαν ms. *A.* quod recipi debuerat, neglecto (ut saepius alibi) iterato augmento plusquamperfecti.

στεφάναι - - ἃς ἔφερον παιδίσκαι, - - ὧν μία δίπη- d χυς εἰς ὕψος &c. De vocab. στεφάνη vide paulo ante a Casaubono notata. De maiore vero illa στεφάνη, quae hîc commemoratur, confer quae a Palmerio observata paulo inferius ad pag. 203. b. retulimus.

πηχῶν ὀκτωκαίδεκα. Quod ἐννέα hic inserunt mem- e branae, id ex varietate lectionis perperam in contextum illatum videtur, cum in aliis libris ἐννεακαίδεκα pro ὀκτωκαίδεκα legeretur. *Ibid.* κεραυνοὺς χρυσοῦς δεκαπήχεις δύο. Sic, pro δωδεκαπ. δύο, quod erat editum, dedere eaedem membr. *A.* quas cur non sequeremur nulla causa erat. Quod vero in eisdem membr. paulo post, δεκαδύο scribitur, pro δυοκαίδεκα, id ex librariorum usu medii aevi factum, qui notam numeralem ιβ'. sic ex duarum notarum ordine ι'. & β'. interpretari consueverant. *Ibid.*

μαζονόμια. Vide ad pag. 200. a. *Ibid.* κυλικεῖα χρυσωμάτων. Vide ad pag. 199. c. & ad p. 201. d.

AD CAP. XXXV.

a Ἐστεφανώθησαν δ' ἐν τῷ ἀγῶνι &c. Sic corrigat ſtudioſus lector, ut habent editi libri omnes cum vetuſtis membranis: pro quo neſcio quo caſu Ἐπεστεφανώθησαν in noſtrum exemplum irrepſit. Ab his inde verbis usque ad finem huius capitis omnia praetermiſit Epitomator, difficultate fortaſſe & obſcuritate territus, quibus premitur hic locus; quem latine ſic convertit DALECAMPIUS: *Ludis quidem publicis aureis coronis viginti Ptolemaeus primus* [in ora adnotavit: »Ab Aegypti popu»lis. Lagi filius, maritus Berenices.«] *donatus eſt: Berenice vero tribus & viginti, ſuper aureis curribus advectis, & luco* [in ora: »aureo, niſi fallor.«] *Dodonae. Pecuniae in ea impenſae ſumma fuit, talenta bis mille ducenta triginta novem, minae quinquaginta. Apud regiarum facultatum procuratores & diſpenſatores haec omnia repraeſentata ſupputataque ſunt, ſingulari donantium alacritate, priusquam accederent ludorum ſpectacula.* [In ora: » Quidam: *priusquam accederent »ad ludorum ſpectacula.«*] *Ptolemaeus Philadelphus illis genitus,* [in ora: »Ptolemaeo primo, & Berenice] *coronis aureis viginti donatus eſt, & duabus quae aureis curribus impoſitae fuerunt, una cubitorum ſex: quinque, totidem cubitorum: ſex, cubitorum quatuor, ad columnas impactis.*

Ad eumdem locum haec adnotavit CASAUBONUS: »Ob»ſcura ſunt, &, ſi ſequimur interpretes, corrupta, quae, »poſt abſolutam deſcriptionem pompae, *de Coronarum di»viſione* dicuntur: Ἐστεφανώθησαν δ' ἐν τῷ ἀγῶνι καὶ στε»φάνοις χρυσοῖς εἴκοσι. Πτολεμαῖος δὲ ὁ πρῶτος καὶ Βερε»νίκη εἴκοσι τρισὶν ἐφ' ἁρμάτων χρυσῶν καὶ τεμένεσιν ἐν »Δωδώνῃ. Quinam illi ſunt qui ἐστεφανώθησαν? Viri do»cti non alios putarunt, quam Ptolemaeum & Berenicen. »Quorum ſententiâ ſi ſtamus, lectio ſic videatur con»cinnanda: ἐστεφ. δ' ἐν τῷ ἀγ. καὶ στεφ. χρυσοῖς, εἴκοσι »μὲν Πτολεμαῖος ὁ πρῶτος· ἡ δὲ Βερενίκη εἴκοσι τρισίν. *Co»ronati ſunt in agone coronis aureis, Ptolemaeus quidem pri»mus, viginti: Berenice vero tribus & viginti.* Simplicius nos, »ut editae lectionis verba ſonant, ita interpretabamur: »*Coronati ſunt in certamine coronis aureis viginti* e victori-

» bus: *Ptolemaeus vero primus & Berenice, viginti tribus.* Ut a » τὸ εἴκοσι de perſonis intelligatur, non de coronis. Eſt » ſane probabile, quando certatum eſſe dicitur, & victo- » res quosdam extitiſſe, & coronas aureas nonnullis ſal- » tem illorum fuiſſe donatas. Etiam illud admodum pro- » babile, in tanta hominum multitudine viginti minimum » eſſe repertos, qui propter ſingularem diverſi generis » agonum peritiam, coronis aureis a munificentiſſimo re- » gum, die praeſertim adeo feſto, ornarentur.« — Nos quidem in latina noſtra verſione veſtigia Graecorum verborum, quam preſſe potuimus, ſumus ſecuti. Ad ſententiae vero explicationem quod adtinet, conſecutio & connexio orationis pati non videtur, ut illud εἴκοσι cum Caſaubono de *victoribus* intelligamus. Immo verborum praeſcriptorum ſenſus hic eſſe videtur: in eorum numero, qui variis ludis decertarunt, (modo ἐν τοῖς ἀγῶσι malebam, pro ἐν τῷ ἀγῶνι) fuiſſe qui tot reportarint victorias, ut *etiam viginti* (*etiam*, id eſt, *non paucioribus quam viginti*) *coronis fuerint donati: Ptolemaeus primus vero & Berenice* (quorum nomine fuerunt qui certarent) *tribus etiam & viginti.* Iſta verba, ἐφ' ἁρμάτων χρυσῶν, quam in partem ſint accipienda, non declaravit Caſaubonus. ADAMUS, teſte Villebrunio, intellexerat, *coronas aureis curribus fuiſſe impoſitas.* VILLEBRUNIUS ipſe cenſet, victoriam, cuius praemium fuere illae coronae, reportatam eſſe *certamine curuli*, quod *curribus auratis regum* inſtitutum fuiſſet. At id quidem Graeca verba, ἐστεφανώθησαν - - ἐφ' ἁρμάτων, ſignificare non valent. Cogitaveram equidem, hoc dicere auctorem, *coronatos eſſe victores, in curribus deauratis ſublime ſtantes;* ac fortaſſe eisdem deinde curribus, veluti triumphantes, per urbem eſſe transvectos. In hanc ſententiam, poſt χρυσοῖς εἴκοσι, non interpungenda foret, ſed nudo commate incidenda oratio. Sed eidem interpretationi quo pacto adcommodari queat quod paulo poſt legitur, Πτολεμαῖος - - δυσὶ μὲν ἐφ' ἁρμάτων χρυσῶν, &c. id quidem fateor neutiquam mihi liquere. Quare totum hoc in medio relinquo.

Pergit CASAUBONUS: »Abſurdum vero, quod ſequi- »tur, prima facie videatur, *Ptolemaeum & Berenicen στε-* »φανωθῆναι τεμένεσιν ἐν Δωδώνῃ. Nam quomodo intelli- »gemus, ludis iis qui Alexandriae in Aegypto edeban- »tur, *Dodonaei agri portione Ptolemaeo & Berenicae honorem*

a »*fuiſſe habitum?* Mitto aliorum interpretationes, quas »probare non poſſum. Exiſtimo enim, egiſſe Ptolemaeum »cum Dodonae proceribus, qui ad ludos theori publice »venerant, ut domum reverſi, agri partem Ptolemaeo »primo & Berenicae conſecrarent, eisque duo *τεμένη* »curarent dicanda, inque iis fana extruenda. Quod quia »ſine maximis ſumtibus non poterat fieri, ideo inter cae»teras Philadelphi impenſas refertur hîc a Callixeno.« — Iſtam interpretationem ſuffragio ſuo comprobans PALMERIUS in Exercit. in Auct. Graec. pag. 498. haec inſuper adnotavit: »Nunc conſiderandum eſt, quare regibus Ae»gypti templa potius procul in Graecia ponenda vove»rint populi,« [nam, non tam *regis*, quam *populi impenſis* exornatam feſti huius celebritatem, ſtatuit idem Palmerius, ut mox videbimus:] »quam in ipſa Aegypto. Ra»tio (ut credo) eſt, quod licet Aegyptii natalibus, ta»men Macedoniâ oriundi, [immo vero, ne natalibus qui»dem Aegyptius fuerat Ptolemaeus primus:] Graecos »honores affectabant, & Cyprum & Ciliciam obtine»bant, ubi plures urbes erant Graecae originis, quae »forte id voverant. Nam & ipſe Ptolemaeus [ſecundus, »Strab. X. 460. b.] urbem Arſinoën ad Acheloum in Ae»tolia aedificari curaverat.« —

b *καὶ ἐγένετο δαπάνημα τοῦ νομίσματος, τάλαντα δισχίλια διακόσια τριακονταεννέα, μναῖ πεντήκοντα· καὶ ταῦτ' ἠριθμήθη πάντα παρὰ τοῖς οἰκονόμοις, διὰ τὴν τῶν στεφανούντων προθυμίαν, πρὸ τοῦ τὰς ϑέας παρελθεῖν.* Pergit rurſus CASAUBONUS: »Addit, *harum impenſarum ſum»mam talentorum fuiſſe bis mille ducentorum triginta novem,* »*& hoc amplius minarum quinquaginta: quam omnem dispen»ſatores regiae domus repraeſentarint, priusquam ſpectacula* »*finirentur:* hoc ſignificant verba auctoris, *πρὸ τοῦ* »*τὰς ϑέας παρελθεῖν, priusquam praeterirent ſpectacula*, ſive »*ſpectaculorum dies.* Interpretes *pecuniam in anteceſſum ſo»lutam* volunt *futuris victoribus, priusquam accederent ad lu»dorum ſpectacula.* In haec abſurda praecipites eos dedit »verbum *παρελθεῖν* male acceptum. Promtae adeo ſolu»tionis cauſſa affertur, *διὰ τὴν τῶν στεφανούντων προθυ»μίαν.* Non male hoc quidem: nam quod *libenter* faci»mus, cito & expedite facimus. Non diſſimulabo tamen »animi ſenſum. Legam enim lubens *προμήθειαν*, non »*προθυμίαν. Tanta*, inquit, *providentia regis ac reginae fuit,*

» *ut ad iſtos omnes ſumtus, pecuniae quod ſatis eſſet mature* b
» *coëgerint.* Haec ſine dubio propior cauſſa expeditae ſo-
» lutionis quam illa prior. « — Sic ille. At non *in anteceſſum ſolutam victoribus pecuniam* dixerat Dalecampius; ſed, *apud regiarum facultatum procuratores repraeſentatam, priusquam accederent ſpectacula.* Et propemodum in eam partem equidem inclino, ut cum eodem interprete verbum παρελθεῖν, *accedere, adeſſe*, intelligendum putem. Caeterum de ſententia verborum διὰ τὴν τῶν στεφανούντων προθυμίαν, atque etiam illorum, ταῦτ' ἠριθμήθη πάντα παρὰ τοῖς οἰκονόμοις, PALMERIO adſentior, haec monenti: » Caſaubonus magis probat hîc legi προμήθειαν, & per » τῶν στεφανούντων intelligit regem Ptolemaeum & regi- » nam. Sed ſi fuerint στεφανοῦντες, quinam erunt οἱ στε- » φανούμενοι? Certe inglorium & abſurdum fuiſſet, *regem* » *a ſe ipſo coronari*, quaſi ſuarum virtutum approbatores » non haberet alios quam ſe ipſum: tum, ſi ea *pecunia* » *repraeſentata* fuiſſet *a ſui fiſci & pecuniae adminiſtris*, di- » xiſſet παρὰ τῶν οἰκονόμων, non παρὰ τοῖς οἰκονόμοις. » Scilicet, *numerata fuit ea pecunia*, ad coronarum & tem- » plorum impenſam, *a Legatis urbium vel populorum apud* » *procuratores regios, antequam dies illius feſti tali pompae di-* » *cati praeterirent:* [ſive *adfuiſſent:*] *tanta erat eorum po-* » *pulorum & urbium alacritas & affectus*, προθυμία. « — Quae his ſubiicit idem PALMERIUS, quamquam ſingulorum veritatem ſpondere non auſim, tamen minime ſpernenda arbitror. » Non enim, (inquit) ut puto, *Coronae fuſae &* » *caelatae* ab urbibus longinquis apportatae fuerant cum » fracturae periculo: ſed *aurum ad pondus* dictum *coronae*, » quam voverant, *ſignatum numerabatur, vel rude pendeba-* » *tur.* Coronae vero quae in pompa traducebantur, non » erant ipſae coronae aureae, ſed earum formulae ex li- » gno vel papyro Aegyptia inauratae, cum titulo pon- » dus continente & nomen urbis quae dederat. Id ſua- » det ipſe Athenaeus paullo ſupra, [pag. 202. d.] ubi ait, » παιδίσκας, *puellulas, portaſſe coronam, cuius ambitus erat* » *cubitorum ſexdecim, altitudo vero bicubitalis:* at, ſi ea co- » rona ex auro fuſa fuiſſet, quaenam puellae ſuffeciſſent » ad tale pondus & maſſam eiusmodi ferendam. Sic (cre- » do) & templorum, quae aedificari debebant, ferebun- » tur formulae cum titulo, cui Deo, & quantis impen- » ſis, & a quibus populis aedificari debebant. Tuenda

b » igitur mihi videtur vulgata lectio, & per στεφανούντων » intelligendi sunt Ptolemaeus rex, & Berenice eius uxor » regina, qui coronabantur *ab urbibus, populis & colle-* » *giis, regi Ptolemaeo subditis, aut faventibus*, qui in eius » gloriam tales impensas facere voverant.« — *Coronae aureae*, quae honoris caussa oblatae principibus viris aut victoribus passim commemorantur, utique non semper verae *coronae ex auro factae* intelligendae sunt: sed *insignius munus quodvis honoris caussa oblatum* interdum στέφανος Graecis, *corona* Latinis nominabatur; ut post Dukerum & Drakenb. ad Liv. XXXVIII. 14, 5. observavimus ad Polyb. XXII. 17, 4. Confer alia Polybii loca, in Lexico nostro Polybiano voc. στέφανος citata. In eamdem sententiam etiam verbum στεφανοῦν haud raro usurpari, post Hemsterhusium ad Aristoph. Plut. vs. 787. monuimus ad Polyb. XIII. 9, 5. ubi ἐστεφάνωσαν τὸν Ἀντίοχον πεντακοσίοις ταλάντοις, valet, *Antiochum, coronae nomine, donarunt quingentis talentis.* Caeterum, *aureas* illas *coronas*, quas in pompa transductas Callixenus dixit, nonnisi simulacra fuisse aurearum coronarum, cum Palmerio adfirmare non ausim. Ac fortasse ne illam quidem *coronam*, (sive *limbum* illum, ut στεφάνην interpretatur Casaubonus) duorum cubitorum altitudine, sedecim cubitorum in orbem, quam a puellis gestatam ait, necesse fuerit ut dubitemus quin vere aurea fuerit. Nec enim *fusa ex auro* cum Palmerio intelligi debebit, sed ex tenuissimâ lamellâ cusa; ut non adeo enorme, quam illi visum erat, fuerit coronae pondus. Sane etiam argentea vasa ex mirae tenuitatis lamellâ olim confecta fuisse docet Athenaeus noster, VI. 230. c. d. Praeterea nil opus est, ut a solis puellis gestatam illam molem cogitemus: poterant viri maximam oneris partem in se suscipere; ac nihilo minus puellae in circuitu progredientes eam praebere speciem poterant, quasi ipsae potissimum illam gestarent.

ὁ δὲ Φιλάδελφος Πτολεμαῖος, υἱὸς αὐτῶν, εἴκοσι χρυσαῖς. Quid sit quod nunc subito χρυσαῖς ait, in foeminino, cum paulo ante, στεφάνοις χρυσοῖς dixisset, nescio. In promtu quidem est, cum Casaubono (in Animadv. ad pag. 202. a. b.) στεφάναις intelligere: at hoc ipsum mirum & mendi suspectum debet videri, cum, quod non diserte adiectum sit hoc vocabulum; tum, quod, cum caeteri στεφάνοις, hic contra στεφάναις hono-

ratus dicatur. Iam quod addit δυσὶ μὲν ἐφ' ἁρμάτων χρυ- b
σῶν, id quale ſit haud ſatis mihi liquere iam ſupra profeſſus ſum: iſtud vero, ἐπὶ δὲ κιόνων, id eſt, *in columnis*, quo pacto ſit accipiendum, prorſus me latere fateor. Vocem κιόνων vero cum VILLEBRUNIO in ἡμιόνων mutare, cui ADAMUS praeiviſſe videtur, id quidem vereor ne non multum promoveat: quod enim ille ad ἅπτηνας ὑφ' ἡμιόνων ἀγομένας provocat, quarum in pompae deſcriptione pag. 201. a. fit mentio, & ad Pauſaniam (*Pſaumidem* dicere voluerat) *mularum quadrigis victorem* apud Pindarum, (Olymp. Ode V. vs. 15.) non inde effici arbitror, ut ἐπὶ δὲ ἡμιόνων in iſta verborum conſecutione ſignificare poſſit *victoriam mularum curriculo reportatam*. Caſaubonus iſta verba absque animadverſione praetermiſit.

AD CAP. XXXVI.

Ποῖα οὖν - - βασιλεία οὕτως γέγονε πολύχρυσος; οὐ γὰρ τὰ ἐκ Περσῶν καὶ Βαβυλῶνος λαβοῦσα χρήματα &c. Finita Callixeni narratione, ſuo nomine nunc loqui pergit Deipnoſophiſta, miro quodam & pompatico orationis colore utens. Ποῖα ſcribe cum ms. *Ep.* pro ποῖα, quod perperam ubique editum erat: pro quo Πόθεν legendum ſuſpicabatur COURIER noſter. Dein οὐ γὰρ ἦ τὰ Περσῶν ſcribere iuſſit CASAUBONUS. Equidem nihil mutare auſus ſum. Mox vero pro eo quod inverſe editum erat, λαβοῦσα μέ- c
ταλλα ἢ χρήματα ἐργασαμένη, recte λαβοῦσα χρήματα, ἢ μέταλλα ἐργασαμένη, dedere optimae noſtrae membr. *A.* Praetermiſſis iſtis, Epitomator nonniſi haec adpoſuit: Ποῖα οὖν βασιλεία οὕτω πολύχρυσος; μόνος γὰρ, &c.

μόνος γὰρ ὡς ἀληθῶς ὁ Χρυσορρόας καλούμενος Νεῖλος &c. »Quod dicitur de *Chryſorrhoa, Nili cognomine*, ſic »accipe, ne erres: *Nobile id nomen, quod variis Europae »Aſiaeque fluminibus datum eſt, ſi rei veritatem ſpectemus, »uni deberi Nilo ac ſoli.* Fluvios iſto nomine invenies apud »Geographos non duos aut tres, ſed plures. Omnium »nobiliſſimus is, qui Damaſcum Syriae praeterlabitur. *Ni»lum* quidem vulgo appellatum fuiſſe *Chryſorrhoam* nemo »dixit veterum: etſi non neſcimus, eſſe qui ſic appellent »ex antiquis ſcriptoribus. Gregorius Nazianzenus in Epi»taphio Athanaſii: Νεῖλον, τὸν χρυσορρόαν ὄντως καὶ εὔ»σταχυν.« CASAUBONUS.

c ὁ Βυζάντιος ποιητὴς Παρμένων ἐπικαλούμενος. Bene Dalecampius: *Parmeno poëta, cognomine Byzantius:* traiectorum enim verborum naturalis ordo hic est, Παρμένων ποιητὴς, ὁ ἐπικαλούμενος Βυζάντιος. Huius *Iambos* laudavit Stephanus Byz. in Βουδῖνοι & in Φρίκιον, ut monuit Fabricius Bibl. Gr. T. I. pag. 588. cuius doctissimi viri diligentiam, ubi de poëta illo agit, praeterierat hic Athenaei locus. Citavit autem eadem *Parmenonis* vel *Parmenontis* (ut apud Steph. Byz. scribitur) verba Scholiastes Pindari ad Pyth. IV. 99. contulitque ea cum illis quibus Thebanus poëta *Nilum* Κρονίδαν, id est, *Saturnium*, appellavit. Confer Iablonski Panth. Aegypt. II. 1, 4. pag. 126 sq. & IV. 1, 14. p. 168 sq.

καὶ περὶ πάντα ἐσπουδάκει τὰ κατασκευάσματα φιλοτίμως. »De *Ptolemaeo Philadelpho* loquitur: cuius ita »μεγαλεπίβολον ingenium fuit, ut ab eo magnifica omnia »opera *Philadelphia* sint dicta. Philo Iudaeus, De Vita »Mosis: [pag. 658. edit. Francof.] Πτολεμαῖος ὁ Φιλά»δελφος ἐπικληθεὶς, τρίτος μὲν ἦν τῶν ἀπ' Ἀλεξάνδρου »τὴν Αἴγυπτον παραλαβόντων· ἀρεταῖς δὲ ταῖς ἐν ἡγεμο»νίᾳ πάντων, οὐχὶ τῶν καθ' αὐτὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν »πάλαι πώποτε γεγενημένων, ἄριστος. οὗ καὶ μέχρι νῦν »τοσαύταις ὕστερον γενεαῖς ᾄδεται τὸ κλέος, πολλὰ δείγ»ματα καὶ μνημεῖα τῆς μεγαλοφροσύνης κατὰ πόλεις καὶ »χώρας ἀπολιπόντος, ὡς ἤδη καὶ ἐν παροιμίας εἶδει τὰς »ὑπερόγκους φιλοτιμίας καὶ μεγάλας κατασκευὰς Φιλα»δελφείους ἀπ' ἐκείνου καλεῖσθαι. Appianus hoc illi ma»gnificum elogium tribuit: ὃς καὶ πορίσαι δεινότατος ἦν »βασιλέων, καὶ δαπανῆσαι λαμπρότατος, καὶ κατασκευά»σαι μεγαλουργότατος.« Casaubonus. — Appiani elogium huius Regis, & enumerationem opum illius, vide in eius Praefatione Romanis Historiis praemissa, cap. 10. nostrae editionis.

d Τὰ γοῦν μέγιστα τῶν πλοίων ἦν παρ' αὐτῷ. Sic commode dedere ambo nostri mssti. τὰ γοῦν μεγ. ἦν τῶν πλοίων legebatur in editis; ne sic quidem male, si veteres addixissent libri. *Ibid.* τριακοντήρεις δύο, εἰκοσήρης μία, &c. De his navium maiorum generibus, aliisque quae passim apud Veteres commemorantur, post ea quae ab aliis doctis viris, ac praesertim a Iohanne Scheffero, in Dissert. de Varietate Navium, (in Thes. Ant. Gronov. Vol. XI. p. 771 sqq.) & ab Isaaco Vos-

sio, in Differt. de Triremium & Liburnicarum constructione (Thes. Antiq. Graec. Vol. XII. pag. 710 sqq.) observata sunt, consulendus inprimis est Vir doctissimus Ioh. Leroy, qui duabus Dissertationibus, altera *De Re Navali Graecorum*, altera *De Re Navali Aegyptiorum sub Ptolemaeis*, (in *Mémoires de l'Académie des Inscriptions*, Tom. XXXVIII. p. 559 sqq.) & universam structuram istarum navium diligentissime luculentissimeque expositit, & illam maxime difficilem controversamque quaestionem, *qua ratione intelligendi sint triginta, viginti, decem* (& sic porro) *ordines sive versus remorum aut remigum*, subtilissime explicavit.

πεντήρεις ἑπτακαίδεκα. Illius formae nominis numeralis, δεκαεπτὰ, qua usus est vetustarum membranarum scriba, eadem ratio est quae istius δεκαδύο, de qua dixi ad pag. 202. e. In ms. *Ep.* est brevis nota ιζ'. Sed in eo numero haud dubie error ineſt: est enim multo *minor iusto*, quod & inde intelligitur, quod mox subiicit, *a quadriremi usque ad trieremiolias numerum duplo istis maiorem fuisse.* At superiores omnes numeros si iustos statuas, prodit summa CXII: cuius duplum foret CCXXIV. Quantum vero hoc distat ab eo, quod apud Appianum legimus his verbis: τριήρεις δὲ, ἀπὸ ἡμιολίας μέχρι πεντήρους, πεντακόσιαι καὶ χίλιαι. Itaque vide ne apud Nostrum pro ιζ'. oportuerit υιζ'. id est CDXVII.

τὰ δ' ἀπὸ τετρήρους μέχρι τριηρημιολίας διπλάσια τούτων. »Aegyptiaci regni opes commemorans Appianus »[loco modo cit.] ex Ptolemaei huius rationario, fuisse »illi ait *triremes ab hemiolia ad penteres numero mille & quin-*»*gentas.* Inter *triremem* autem *hemioliam*, & *trieremioliam*, »qui discrimen aliquod censent statuendum; ii mihi no-»dum in scirpo quaerere videntur.« Casaub. — Vide Lexicon nostrum Polybianum voc. Τριημιολία, & quem ibi laudavimus Wesseling. ad Diodor. XX. 93.

καὶ τὴν Λιβύην. Sic recte codex mstus uterque. Quod cum in ed. Ven. & Bas. temere in Λικύην esset corruptum, Casaubonus hoc tacite, nulla scriptae lectionis habita ratione, in Λυκίην mutavit. Similiter quidem iam ante eum & Natalis Comes & Dalecampius *Lyciam* in lat. vers. reposuerant. Illud, continuo deinde, rectius idem Casaub. administravit, quod, cum perperam in ed. Ven. & Bas. βιβλιοθηκῶν συναγωγῆς καὶ τῆς εἰς τὸ μου-

e σεῖον κατασκευῆς legeretur, ipse βιβλιοθηκῶν κατασκευῆς καὶ τῆς εἰς τὸ Μουσεῖον συναγωγῆς ediderit: quam lectionem firmat uterque noster codex.

AD CAP. XXXVII.

Τὴν τεσσαρακοντήρη ναῦν κατεσκεύασεν ὁ Φιλοπάτωρ. De hac singularis molis nave inprimis legi expendique debent, quae ex professo disputavit doctissimus LEROY, in *Mem. de l'Acad. des Inscr.* T. XXXVIII. pag. 587 sqq. ubi etiam luculentam ipsius navis delineationem oculis lectorum subiecit.

f ἀπὸ παρόδου ἐπὶ πάρεδον. »Non est *aditus*, πάροδος: sed »*via quae secundum navis longitudinem in supremo tabulato* »*patet iuxta remiges* eos qui Θρανῖται Graecis dicti. Vete»res Latini *ageam* vocabant. Paullo aliter videtur πάροδος »accipi, cum Hieronis navis τριπάροδος infra nuncupa»tur.« CASAUBONUS. — Vide Polluc. I. 88. Commode ἐπί τε τῶν παρόδων καὶ τοῦ καταστρώματος apud Plutarchum in Demetr. p. 910. b. *in foris & tabulato* vertit interpres. τριπάροδος autem, puto, Hieronis navis p. 207. c. eo vocatur, quod tria habuerit tabulata, in quorum quoque πάροδος esset. Hoc loco ἀπὸ παρόδου ἐπὶ πάροδον commode *ab uno latere ad alterum* verti posse videbatur. Simili quadam ratione XIV. 622. c. ἐκ παρόδου παρέρχεσθαι dicitur qui *a latere in scenam theatri ingreditur*; cui opponitur κατὰ μέσας τὰς θύρας: nam sic ibi cum nostris membr. legendum, pro mendoso τὰς χεῖρας.

ὕφος δὲ ἕως ἀκροστολίου. »Quod ἄφλαστον sive *aplu»stre* in puppi, id in prora erat ἀκροστόλιον: quamquam »& ἄφλαστον prorae tribuitur. Sunt autem navium or»namenta & acroteria illis partibus imponi solita. Cae»terum navis istius dimensiones totidem fere verbis apud »Plutarchum legas in vita Demetrii.« CASAUBONUS. — Plutarchi locum paulo ante indicavimus. *Ibid.* ἐπὶ τὸ πρὸς τῇ θαλάσσῃ μέρος αὐτῆς. Ad vulgatam olim scripturam adnotavit CASAUB. »Deesse aliquid facile anim»advertent, qui criticas aures habebunt. Lege cum Epit. »ἐπὶ τὸ πρὸς τῇ θαλ.« — Eamdem voculam etiam noster cod. *Ep.* adiectam habet.

κώπας δὲ θρανιτικὰς recte dedere mssti. Perperam θρανητικὰς edd. Quod vero ait ὀκτὼ καὶ τριά-

κοντα πηχῶν τὰς μεγίστας, nil mutant libri; & integris vocabulis, non compendiosis notis numeralibus, scripta ista exhibent nostri codices. At, pro navis quidem huius mole & altitudine, multo minor iusto videri utique poterat ista longitudo eorum remorum, quos versabat supremus remigum ordo, qui *thranitae* Graecis vocantur. Et longissime quidem a vero abfuerit ille numerus *XXXVIII cubitorum*, si *quadraginta* illos *remorum versus*, quos habuit haec navis, (quemadmodum in quadriremibus, in quinqueremibus, aliisque quae his maiores passim commemorantur, multi docti viri statuerunt) *in altum surgentes, aliosque aliis gradatim altiores*, cogitemus. Sed, falsam esse istam quidem rationem, ex hoc ipso potissimum auctoris nostri loco demonstratum ivit Ioh. Schefferus in Dissert. de Varietate Navium. (in Thes. Antiq. Graec. Gronoviano T. XI. col. 779.) Nec enim in animum inducens fieri posse ut a librariis erratum sit in numero: »Demus, inquit, unumquemque ordinem a »proximo cubiti altitudine distare; (nec enim propius »a se invicem, imo longius abesse debuerunt) sequetur »profecto, duobus cubitis remos istos fuisse breviores, »quam ut in aquam pertinerent, si vel recta linea demit»terentur.« Eo igitur argumento, ut dixi, maxime usus est Schefferus, quo falsam esse demonstraret eorum sententiam, qui in maioribus illis navibus, in quinqueremibus, in hexeribus, hepteribus, & sic porro, eademque ratione & in hac tessaracontere, quinque, sex, septem, quadraginta *remorum vel remigum ordines, gradatim in altum surgentes* sibi fingunt. Ad quorum quidem refellendam sententiam non opus fuerat, puto, argumento a remorum mensura, quae hoc loco traditur, petito: satis erat hoc ipsum, quod vix ac ne vix quidem cogitari possit, quo pacto in navi, quantumvis alta, quadraginta ordinibus remigum gradatim in altum surgentibus fuerit locus. At etiamsi in hac maxima navi non nisi *tres in altum surgentes remorum ordines* cum eodem Scheffero statuamus, aut *septem* cum Isaaco Vossio, (de Triremium Constructione, in Thes. Graev. Vol. XIII. p. 723.) aut *quatuor* vel *quinque* cum Leroy; (in Mem. de l'Acad. des Inscr. T. XXXVIII. p. 594 sq.) tamen vel sic nimis adhuc brevis videri poterat illa *summorum remorum* mensura *XXXVIII cubitorum*: cum praesertim ita de illis loquatur f

auctor, ut satis declarare videatur, singularem prorsus fuisse eorum longitudinem. Nec vero idcirco urgebo equidem, mendosum esse numerum vulgatum: ac multo etiam magis *indictum velim*, quod in scholio sub contextu scripsi, *intercidisse videri centenarium numerum*: sed illud observari velim, quod a LEROY viro docto monitum est, loco cit. pag. 588 & 591. intelligendam mensuram Alexandrinam; pro cuius ratione, *triginta octo cubiti* aequales sunt fere sexaginta quinque pedibus mensurae Parisinae.

a λίαν εἴσω βαρεῖαι κατὰ τὴν ζύγωσιν. Dalecampius κατὰ τὴν ζύγωσιν latine reddidit, *qua navis lateribus adiunguntur*. At satis adparet, non tam ea parte *qua lateribus navis adiuncti* erant, sed magis *intus*, ut ipse auctor ait, *in manubrio* graves esse debuisse remos, quo *aequilibrium* aliquod obtineret. Equidem (satis-ne recte, viderint docti) pro illo usu vocabuli ζυγὸς, quo *libram*, *stateram*, significat, cogitaveram, κατὰ τὴν ζύγωσιν hoc loco haud incommode *secundum aequipondium*, *secundum leges aequilibrii* verti posse: quemadmodum verbum ἐζυγωμένα, quo Graecus interpres Ezech. 41, 26. usus est, *aequi ponderis* latine reddi posse Hieronymus censuit in Commentario ad illum locum. Similiter vero etiam praescripta auctoris nostri verba interpretatus est BAYFIUS, de Re Navali, (in Thes. Graec. Antiq. Gron. T. XI. p. 579.) *propterea quod plumbum haberent in capulis, & quod ad interiorem partem graviores essent libramento, usui habiles ad remigandum erant.*

δίπρωρος δ' ἐγεγόνει καὶ δίπρυμνος. *Habebat autem duas proras, duasque puppes.* Paulo fortasse commodius dictum fuerit, *habebat duplicem proram, duplicemque puppim.* conf. infra, lit. e. *Ibid.* ὑποζώματα δὲ ἐλάμβανε δώδεκα. Dalec. *Navis costae & tabulata duodecim fuerunt.* Natalis: *Tabulata duodecim capiebat.* ὑποζώματα, *zonas* reddiderat Bayfius: *subligacula* malebat Brodaeus, Miscell. I. 10. in Gruteri Thes. Crit. T. II. pag. 456. *Navium firmas trabes continentes molem illam*, interpretatus est H. Stephanus, Thes. T. I. pag. 1413. ξύνδεσμον τῶν τριήρων dixit Plato, cuius verba ex lib. X. de Rep. citavit idem Steph. *Douze ponts ou étages* vertit LEROY, loco cit. pag. 589. *Preceintes* esse verum in Gallico sermone nomen contendit VILLEBRUNE, adiecta explicatione quam peritioribus diiudicandam relinquo. *C'étoient des galeries tournantes* (inquit) *dans l'intérieur, qui à l'exception de l'espace qu'elles occupoient,*

laiſſoient le vide néceſſaire pour eviter le méphitisme, inévitable ſi chaque étage avoit été fermé par un pont entier. In longe diverſam partem, & prorſum ab hoc loco alienam, vocabulum ὑπόζωμα interpretatur Pollux I. 88. *partem gubernaculi* intelligens.

πᾶς τόπος αὐτῆς κηρογραφίᾳ κατεπεποίκιλτο. conf. ſupra, pag. 200. b. Plinius XXXV. 11, 41. *Encauſto pingendi duo fuiſſe antiquitus genera conſtat, - - - donec claſſes pingi coepere. Hoc tertium acceſſit, reſolutis igni ceris penicillo utendi; quae pictura in navibus, nec ſole, nec ſalo ventisque corrumpitur.* b

Ibid. πολὺς δ' ἦν καὶ ὁ τῶν ὅπλων κόσμος. »Non »ſunt ὅπλα hîc Martis arma, ſed *navis inſtrumentum uni-* »*verſum*; ut etiam apud Virgilium *arma*. Utilitatem ho- »rum ὅπλων declarant ſequentia verba, ἀνεπλήρου δὲ τὰ »προσδεόμενα τῆς νεὼς μέρη. Hoc vult enim: *ex ea copia* »*inſtrumenti nautici, quo navem inſtruxerat, reparaſſe Ptole-* »*maeum ſubinde quicquid in ea navi poterat deſiderari*; ut fieri »amat in navigiis, praeſertim huiusce magnitudinis: ſem- »per enim aliquid farciendum & reficiendum eſt. Plautus:

»*Negotii ſibi qui volet vim parare,*
»*navem & mulierem, haec duo comparato:*
»*nam nullae magis res duae plus negotii*
»*habent, forte ſi occoeperis exornare;*
»*neque umquam ſatis hae duae res ornantur,*
»*neque eis ulla ornandi ſatis ſatietas eſt.*

»Elegantius porro & magis ex uſu τῶν ἀκριβῶς ἑλληνι- »ζόντων ſcribas, τὰ προσδεόμενα ἀεὶ τῆς νεὼς μέρη. De »vocis ἀεὶ ſignificatione in huiusmodi locis, tum alibi »diximus, tum libri ſequentis capite ſexto.« [ad VI. 235. a.] CASAUBONUS. — At hîc non niſi de primo navis adparatu agitur. Quare, ſi quid ſupplendum, mallem πάντα τὰ προσδ. Sed & ſubintelligi illa vox πάντα poterat. Ad verbum ἀνεπλήρου intelligi quidem poterit nominativus ὁ βασιλεύς: ſed rectius fortaſſe ex proxime praecedentibus verbis haec ſic intelligentur, quaſi dixiſſet, ἀνεπλήρου δὲ πολὺς τῶν ὅπλων κόσμος τὰ μέρη τῆς νεὼς τὰ προσδεόμενα ὅπλων, id eſt, *multus inſtrumentorum armamentorumque ornatus replebat omnia loca, quae aliquid tale deſiderabant.* Caeterum haud ſatis utique expedita hoc loco oratio; & vereor ut ſatis ſana atque integra ſit. Idem, puto, viſum erat Epitomatori: quare eadem iſta verba, ἀνεπλήρου - - μέρη, praetermiſit.

b εἰς δὲ τὰς ὑπηρεσίας, τετρακοσίους. »Plutarchus, [loco »supra cit.] ναύταις δὲ χωρὶς ἑρετῶν ἐξηρτημένην τετρα»κοσίοις, ἐρέταις δὲ τετρακισχιλίοις.« CASAUB. — *Ibid.* ὑπὸ τὰ ζύγια πληθος ἀιθρ. ἕτερον. Quid sit ὑπὸ τὰ ζύγια, haud satis scio. τὰ ζύγια, *iuga* vertit Bayfius, *transtra* Dalech. Eodem modo accepit H. Steph. Thes. I. 1394. f. pro ζυγά: ita tamen, ut mendi suspectum haberet vocabulum. Haec rursus, καὶ χωρὶς - - οὐκ ὀλίγον vel ὀλίγους, omisit Epitomator. Cum sic vulgo legeretur, ἐπισιτισμούς τε οὐκ ὀλίγον, monuit CASAUBONUS: »Scribe ἐπισιτισμοῦ, vel ἐπισιτισμόν.« — Mihi potius visum erat, ἐπισιτισμούς τε οὐκ ὀλίγους corrigere.

c Καθειλκύσθη δὲ τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ ἐσχαρίου τινὸς, &c. »Ἐσχάριον, temporarium aedificium ex assamentis »& cratibus, sub quo naves aedificantur, ne materiam »iniuria coeli corrumpat, fabrosve laedat.« DALECAMP. — »Quaecunque de vocabulo ἐσχαρίου dicuntur hîc a »viro docto, ea, ut dicam ingenue, omnia essent ἀῤῥή»τα ἀμείνω. Eustathium adhibere in consilium erat satius. »Locum illius eruditissimi episcopi integrum huc transfe»remus; rem enim aperit perspicue. Ὅτι δὲ, ait, [ad Od. »π'. pag. 279 sub init.] οὐ μόνον κατὰ γῆς ἐσχάραι πυρὸς »ἦσαν, ἀλλὰ καὶ περιφορηταὶ, δῆλον ἐκ τοῦ, ἐπόμπευσαν »καὶ θυμιατήρια χρυσᾶ, καὶ ἐσχάραι ἐπίχρυσοι. Citat »verba ex superioris pompae descriptione. Addit: Ἀθή»ναιος δὲ καὶ ἐσχάριον παραγώγως οἶδε, δι' οὗ καθ»έλκονται αἱ νῆες εἰς θάλασσαν. ὅθεν ἡ ἀπερίεργος γλῶσσα »παραφθείρουσα, τὸ καινὸν πλοῖον ἀπὸ σκαρίου εἶναι »φησί· βουλομένη πάντως ἀπὸ ἐσχαρίου εἰπεῖν. πρὸς »ὁμοιότητα δὲ ἴσως ἐσχαρίου τοιούτου, καὶ ἡ κοινότερον »λεγομένη μαγειρικὴ ἐσχάρα καὶ ἐσκεύασται καὶ ὠνόμα»σται. Recte Eustathius ἐσχάριον hoc loco interpretatur »*machinam deducendis in mare navibus aptam.* Hoc enim »postulant omnino auctoris verba: quamquam ex eo »quod addit, vulgo *navem recens factam* dici solere ἀπὸ »σχαρίου, pro ἀπὸ ἐσχαρίου, ut ipse interpretatur, non »male colligas, ἐσχάριον significasse aliquando *tectum fu»bitaneum & levis operae sub quo naves solent compingi.* Sed »haec coniectura tantum est, praeterea nihil.« [Immo vana prorsus coniectura, nullo fundamento nixa.] »Nam »isto [hoc] loco ἐσχάριον non aliud est quam quod di»ximus. Alibi quoque ea voce Athenaeus usus, pro eo

» quod *baſim* & *compactionem* & *tranſtrorum planitiem* dicit c
» Vitruvius in deſcriptione teſtudinis machinae. Cuius
» cum pridem magnus *Turnebus* in Adverſariis ſuis nos
» admonuerit, eo lectorem reiicere, quam pluribus pro-
» bare malumus. Porro formam ἐσχαρίου, cuius hic me-
» minit ex Callixeno Athenaeus, ex ipſo nomine licet
» odorari. Erat enim coagmentatio multorum aſſerum,
» inſtar ingentis foci, habens (ut opinor) impacta ligna
» transverſa inſtar craticulae, quae Graecis ἐσχάρα. Sic
» in ea foſſa, quae huic machinae ſucceſſit, deſtitutae
» erant palangae transverſae, ſicut auctor narrat. Etiam
» Vitruvius ἐσχάραν *baſim* alia in re interpretatur, libro
» X. cap. 17.« CASAUBONUS. — Apud TURNEBUM, Ad-verſar. lib. XXIII. cap. 33. nil aliud ad hunc locum ſpectans reperias, niſi quod, collatâ Athenaei Mechanici deſcriptione teſtudinis, ab Hegetore Byzantio inventae (quae hodie legitur in Veterum Mathematicorum editione Pariſienſi pag. 5 ſq.) cum latina interpretatione quam Vitruvius lib. X. cap. 21. dederat, monuit Turnebus, recte Vitruvium τὸ ἐσχάριον vertiſſe *baſin*, & *compactionem*, & *tranſtrorum planitiem*. Ex eadem vero Athenaei Mechanici deſcriptione intelligere licet, τὸ ἐσχάριον eſſe *baſin, in craticulae formam, e firmis trabibus conſtructam, ſupra qua & conſtruebatur erigebaturque, & ope rotarum adverſus murum promovebatur teſtudo.* Pari modo idem vocabulum Polybio IX. 41, 4. uſurpatum olim obſervavimus, & Diodoro Sic. XX. 91. Simillima igitur ratione, in hac Athenaei Deipnoſophiſtae vel potius Callixeni deſcriptione navis Ptolemaei, τὸ ἐσχάριον eſt *baſis* ſive *craticula*, *firmiſſimis ex trabibus compacta, ſuper qua primum conſtructa navis eſt; & ſuper cuius continuatione*, puto, *ad mare usque pertinente, eadem navis deinde in mare demittebatur.* Quod in ms. *Ep.* ſcribitur, καθειλκύσθη - - ὑπὸ ἐσχαρίου τινὸς, eamdem ſcripturam Euſtathius in ſuo codice Epitomae reperiſſe videtur. At eam quidem mendoſam eſſe vix dubitari poteſt: valet enim καθειλκύσθη ὑπὸ ἐσχαρίου duorum alterum; aut, *ſub eſchario deductam eſſe navem;* aut *ab eſcharione ita deductam eſſe, ut ipſum eſcharion deduxerit navem:* quorum quum utrumque abſurdum eſſe intelligeret Euſtathius, illam ὑπὸ praepoſitionem ita accepit, quaſi eſſet διὰ, id eſt, *per eſcharion*, vel *ope eſcharii;* dicens, Ἀθήναιος ἐσχάριον οἶδε, δι' οὗ καθέλκονται

c νῆες εἰς θάλασσαν. Veram autem esse scripturam ἀπὸ ἐσχαρίου, quam cum editis tenent vetustae nostrae membranae, cum res ipsa declarare videtur, tum vero & ex eo intelligi poterat, quod ipse Eustathius monet, *navem recens constructam* vulgo dici solere, *esse navem* ἀπὸ ἐσχαρίου: pro quo Polybius ἐκ τῶν δρυόχων dixit, I. 38, 5. Est igitur, ut verbo concludam, καθελκύειν ναῦν ἀπὸ ἐσχαρίου id quod Gallice *lancer un vaisseau à l'eau*; Germanice vero, locutione haud dissimili Graecae, dicimus, *ein Schiff vom Stappel laufen lassen.*

τῶν ἀπὸ Φοινίκης τις. Pro τις, miro operarum errore ὡς legitur in ed. Cas. 2. & 3. *Ibid.* ἐπενόησε τὴν καθολκήν. Subducere naves in siccum solitos esse veteres, quo tempore eis ad navigationem non uterentur, satis notum est. Igitur nunc describitur ratio, qua subducta deinde eadem navis est. *Subducere* autem navem, Graece proprie ἀνέλκειν sonat: quare ἀνολκὴν hîc desiderabam. Sin verum est καθολκὴν, quod cum ed. Cas. tuentur mssti: (nam mendosum καθολικὴν, quod habent editt. Ven. & Bas. neminem turbabit; de quo corrigendo etiam Guil. Canterus olim monuerat, Novar. Lect. VII. 23.) aut intelligi debebit ratio qua ea navis deinde alio tempore, postquam subducta esset, rursus in mare deduci posset; aut, quoniam violentior frigidiorque haec interpretatio videri merito potest, statuendum fuerit, vocabulum καθολκὴ, licet aliàs *deductionem in mare* denotet, posse pariter *subductionem ex mari in siccum* denotare; eadem ratione, quâ κατάγειν, *adpellere*, *naves ex alto ad litus deducere*, significat, & κατάγεσθαι, *ex alto terram repetere.*

d ἀπὸ τῶν τυχόντων ἀνδρῶν εἰσήγαγε τὴν ναῦν. Si vera ista scriptura, quam cum editis tenent veteres membranae, praepositio ἀπὸ accipienda fere fuerit pro διὰ, *per, ope, adminiculo*: cuius notionis exempla quaedam (nec tamen huic loco prorsus consentientia) collegit Reisk. in Ind. Demosth. p. 92. lit. c. *Ibid.* τὸ δ' ἀνοιχθὲν κατ' ἀρχὰς ἐμφράξας, μετεξήντλησε πάλιν &c. Cum nude τὸ ἀνοιχθὲν vulgo legeretur, quod & mssti sic tenent, monuit Casaubonus: »Scribendum καὶ τὸ ἀνοιχθὲν, vel »εἶτα τὸ ἀνοιχθ. & distinguendum post vocem praecedentem ναῦν. Sensus est: *postquam navis in eam fossam* »*deducta est, in quam fuerat mare admissum, fuisse obturatam*

» *viam quae patuerat mari, & aquam omnem machinis exhau-* d
» *ſtam: quibus peractis, reſediſſe navim ſuper factitiae foſſae*
» *palangis*, ibique manſiſſe tamquam in ſtatione aut na-
» vali. « — Tum ad iſta, μετεξήντλησε πάλιν τὴν θάλασσαν ὀργάνοις, adnotavit IDEM: » Significat, *aquam maris*,
» quae erat ingreſſa foſſam, *hauſtoriis machinis fuiſſe trans-*
» *latam & exhauſtam.* Neque enim puto aſſentiendum in-
» terpretibus, qui accipiunt de aqua quae in navem in-
» traverat. Id vero contra auctoris propoſitum manifeſto
» facit; qui docere vult, quomodo ſuper foſſae palangas
» navis fuerit firmiter collocata: hoc autem non potuit
» aliter, quam ſublato prius mari quod fuerat admiſſum,
» ne iactaretur & fluctuaret in foſſa navis. « — Denique ad editam olim ſcripturam, τούτου δὲ γενομένου ἑδρασθῆναι τὸ πλοῖον, monuit idem CASAUBONUS: » Sup-
» plendum, ut ſaepe in narrationibus, verbum φησί: vel
» ſcribendum, ἑδρασθῆναι συνέβη τὸ πλ. Hoc equi-
» dem verum cenſeo. « — Nobis iſta, τὸ ἀνοιχθὲν cum ſuperioribus facillime, inſertâ δὲ particulâ, comungi poſſe viſa erant: quod etiam a VILLEBRUNIO propoſitum video. Ante literam A facile intercidere Δ' litera potuerat. Caeterum & in ſequentibus verbis non minus turbatus hic locus in *membr. A.* ac paulo etiam magis, quam in editis. Nam in membranis ſic ſcribitur: τὸ ἀνοιχθὲν καταρχὰς ἐμφράξαντας (ἐμφράξαντα forte debuerant; niſi τοὺς ἄνδρας intelligere ſatis fuerit) μετεξαντλῆσαι πάλιν τὴν θάλασσαν ὀργάνοις· τούτου δὲ γενομένου, ἑδρασθῆναι τὸ πλοῖον &c. Quae tamen ſi quis ita teneri potuiſſe debuiſſeque contendat, ut intelligeretur verbum φησὶ, ne ſic quidem admodum repugnem. At primus editor (quem & Baſileenſis & Caſaubonus ſecuti ſunt) ex Epitome adſciſcens quidem ἐμφράξας & μετεξήντλησε, mox tamen ἑδρασθῆναι tenuit, ubi ἡδράσθη Epitomator ſcripſit, convenienter eis quae apud eum praecedebant. Tota enim ſcriptura huius loci in Epit. (in noſtro quidem ms. *Ep.*) ſic habet: εἰς ὃν ῥᾳδίως ὑπὸ τῶν τυχόντων ἀνδρῶν εἰσήγαγε τὴν ναῦν τὸ ἀνοιχθὲν κατ' ἀρχὰς ἐμφράξας, μετεξήντλησέ τε πάλιν τὴν θάλασσαν ὀργάνοις. τούτου δὲ γενομένου ἡδράσθη τὸ πλοῖον ἀσφαλῶς ἐπὶ τῶν προειρημένων φαλάγγων.

AD CAP. XXXVIII.

d ποτάμιον πλοῖον, τὴν θαλαμηγὸν καλουμένην. *Cubiculatam navem* reddit Seneca de Benef. VII. 20. Non fuit autem haec una illius nominis: ſed prae caeteris *magna thalamegos*, puto, nuncupata. θαλαμηγὰ πλοῖα nominat Strabo lib. XVI. pag. 800. c. ἐφ' οἷς οἱ ἡγεμόνες εἰς τὴν ἄνω χώραν ἀναπλέουσιν. Conf. Appianum in Praefat. cap. 10. & Suetonii Iulium c. 52.

τὸ δ' εὖρος ᾗ πλατύτατον, τριάκοντα πηχῶν. Pro *ſemiſtadii longitudine*, & pro *altitudine quadraginta fere cubitorum*, denique pro reliqua huius navis deſcriptione, vix dubitari poſſe arbitror, quin iuſto minor ſit ille numerus *triginta cubitorum*, quos *in latitudinem* patuiſſe haec thalamegus perhibetur. Nihil tamen mutant libri noſtri: & in ms. *Ep.* quoque exſerte τριάκοντα ſcribitur. In ed. Ven. & Baſ. vero, pro ᾗ πλατύτατον, contra msstorum fidem ᾗ πλατύτερον legitur: unde Dalecampius in latina verſione, omiſſa ᾗ particula, *latitudo maior quam cubitorum tri-*
e *ginta* poſuit. *Ibid.* μικρὸν ἀπέδει τεσσαράκοντα πηχῶν. »Scribe cum Epitoma (inquit CASAUBONUS) μιᾶς »ἀπέδει, non μικρὸν ἀπεδ.« — At noſter quidem ms. *Ep.* cum membr. *A.* & editis μικρὸν tuetur.

ἀλλὰ παρηλλαγμένον τε (ſcil. τὸ σχῆμα) καὶ πρὸς τὴν χρείαν τοῦ ποταμοῦ τὸ βάθος. Neſcio quid confuſionis eſt in his verbis, quae partim defectu, partim copiâ laborare videntur. Commode Dalecampius vertit, *Figura - - ab illis diverſa, pro uſus commoditate, & altitudine fluvii.* Id vero Graece ſonat, καὶ πρὸς τὴν χρείαν καὶ πρὸς τοῦ ποταμοῦ τὸ βάθος. Praeterea vero *abundat τε* particula poſt ἀλλὰ παρηλλαγμ. niſi deinde intercidiſſe ſtatuamus aliud adiectivum nomen; verbi cauſſa, καὶ ἴδιον, vel οἰκεῖον πρὸς τὴν χρ. Epitomator poſt illa verba τεσσαράκοντα πηχῶν, ſtatim ſic pergit: Εἶχε δὲ συμπόσια καὶ κοιτῶνας καὶ περιπάτους (vide mox lit. f.) καὶ οἶκον περίπτερον εἴκοσι κλίνας ἐπιδεχόμενον· οὗ τὰ πλεῖστα κατεσκεύαστο ἀπὸ κέδρου σχιστῆς &c. (ex pag. 205. b.) omiſſis quae interiecta ſunt, & omnibus in brevia contractis. Quae tamen hoc loco paulo poſt in opere pleniore ſequuntur verba, δίπρωρος δὲ ἐγεγόνει καὶ δίπρυμνος, ea ſtatim ſub initium ſic inſeruerat idem Epitomator, Κατ-

ἐσκεύασε δὲ ὁ Φιλοπάτωρ καὶ ποτάμιον πλοῖον δίπρωρον e καὶ δίπρυμνον, τὴν Θαλαμ. καλούμ. Conf. supra, lit. a.

τὰ δ' ἐπὶ τῶν ἄκρων αὐτῆς μέρη, καὶ μάλιστα τὰ κατὰ πρῶραν, παρέτεινεν ἐφ' ἱκανὸν, τῆς ἀνακλάσεως εὐγράμμου φαινομένης. Ad posteriora verba, τῆς ἀνακλάσεως &c. haec adnotavit CASAUBONUS: »Refero ad rationes opticas: »quas ita diligenter ait observatas, ut *reflexio concinna ap-* »*pareret.* Dalecampius legendum censuit εὐθυγράμμου. « [sic nimirum vertens, *reflexu tamen quem rectis conflare lineis apparebat.*] »Ego firmatam auctoritate codicum scri- »pturam non sollicito. Est vero certum, in iis quae tol- »luntur in altum, ut in altioribus columnis & similibus, »opticis rationibus cavendum esse, ne propter visus ἀνά- »κλασιν deformitas appareat. Cum enim eo res quaeque »minor videatur, quo longiore intervallo a nobis specta- »tur; fallendus oculus est, & symmetriae laus captanda »ex asymmetria: quod etiam in striatarum columnarum »crassitudine docet observandum Vitruvius lib. IV. cap. 4. »In optimae tamen notae membranis scriptum ἀνακλή- »σεως, quod non probamus. « — Istud ἀνακλήσεως ex coniecturâ docti cuiusdam viri alicubi adnotatum fuisse videtur, qui fortasse ἀνακλίσεως voluerat. In Epitome quidem deesse ista omnia, modo docuimus: ἀνακλάσεως vero cum editis tenent & vetustae nostrae membranae, & alii Parisini codices, nec ex Romano codice aliud in lectionibus Aegianis adnotatum. Iam vocabulum ἀνάκλασις utique nonnumquam de lucis reflexione sive repercussione usurpatur, veluti apud Lucian. in Hippia cap. 3. quam in partem alia nonnulla etiam exempla protulit H. Steph. in Thes. sub verbo ἀνακλάομαι: sed egregie falsum esse doctissimum Casaubonum vix dubitari potest, cum ἀνάκλασιν eam, quae hoc loco commemoratur, ad illas quas dixit *opticas* retulit *rationes.* ἀνάκλασις enim quaelibet etiam *inflexio*, *reflexio*, *incurvatio* dicitur. Ut alia missa faciam, apud eumdem Lucianum, DE Gymnasiis cap. 7. ἡ δεξιὰ ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἀνακεκλασμένη, est *dextra supra caput reflexa* vel *reclinata*: & apud Athenaeum nostrum, XIII. 603. b. ἀνακλάσας (scil. ἑαυτὸν, vel τὴν κεφαλὴν aut τὸ σῶμα) est *reflectens*, *convertens se*, *retro se inclinans* vel *incurvans.* Neque aliud aliquid hoc loco quaerendum erat. Bene VILLEBRUNIUS: *Le bordage eut une courbure saillante & rentrante, d'une forme agréable.*

f διὰ τὸ μετέωρον ἄγαν ἵστασθαι πολλάκις ἐν τῷ ποταμῷ τὸ κῦμα. Dalec. *quia ſaepe in fluvio valde elatus fluctus allidatur & irruat.* — »Interpretis περιεργία magnam facit »iniuriam nobiliſſimo fluviorum. Auctor ait, *eius fluctus »in altum ſaepe attolli:* interpres, *allidi & irruere.* Latine »parum, falſo prorſus.« CASAUBONUS. — Equidem, quid ſit in quo tantopere a vero aberrarit interpres, non video.

περίπατοι - - ἐγεγόνεισαν διπλοῖ, &c. »*Ambulationes fue»runt duplices* in ſingulis trium laterum: quarum altera »fuit alteri ſuperſtructa. Inferiorem vocat κατάγειον, »quia erat ſimilis ambulationibus quas *hypogeas* vocarunt: »ſuperiorem appellat ὑπερῶον, a ſitu: a forma autem »κρυπτὴν, *tectam;* ne quis hypaethram fuiſſe putaret.« CASAUB. — At, quemadmodum dixerat, τοῦ μὲν κα-
a ταγείου περιστύλῳ παραπλήσιος, ſic τοῦ δ' ὑπερώου κρύπτῃ (ſcilicet παραπλήσιος) ſcriptum utique, ni fallor, oportuit, & dein περιεχομένῃ: non, ut vulgo factum, κρυπτὴ & περιεχομένη. Graecis κρύπτη dicebatur, quae Romanis *cryptoporticus:* Gallofrancis *un corridor.* Ipſum Graecum nomen *crypta* eâdem notione tenuit Suetonius in Calig. c. 58.

πρώτη δ' εἰσιόντι κατὰ πρύμναν ἐτέτακτο προστὰς, ἐξ ἐναντίου μὲν ἀναπεπταμένη, κύκλῳ δὲ περίπτερος. Vulgata olim ſcriptura haec erat: πρώτη δ' εἰσιόντι κατὰ πρύμναν ἐτέτακτο πρὸς ἑξεναντιούμενα ἀναπεπταμένη, κύκλῳ δὲ περίπατος. Ad quam eſt CASAUBONI Animadverſio huiusmodi: »Haec ſunt depra»vatiſſima. Pars membranarum pro περίπατος ſcribit πε»ρίπτερος. Cenſeo corrigendum πρὸς τὰ ἐξ ἐναντίου »μὲν ἀναπεπταμένη, κύκλῳ δὲ περίπτερος. Senſus »autem eſt: *Ingredientibus a puppi primam ſtatim occurriſſe »ambulationem illam ſuperiorem, patentem* usque ad alterum »extremum, ſine ullo obice aut ſepto, quod illam divi»deret ac breviorem redderet: *protectum vero in orbem ha»buiſſe anguſtum.* Nemo dubitabit, ἀναπεπταμένα illa loca dici Graecis, quae ſunt aperta & nullo obice inter»ſepta. Talis haec ambulatio fuit. Πτερὸν architectorum »eſſe vocabulum ex Vitruvio conſtat & Plinio lib. XXXVI. »cap. 13. [ſect. 19. num. 2. conf. ibid. cap. 5. ſect. 4. »num. 9.] Etiam munitionis genus erat quod πτερὸν »vocabant, de quo ad Polybium. Varie enim eam vo-

» cem uſurparunt: ſed fere de iis tantum dicitur, quae a » ſimilem figuram habent aliquo modo ei quem Graeci » ταρσὸν vocant. Heſychius interpretatur ὑφηλόν· παντα- » χόθεν ἐξέχον· ἢ στέγην ἔχουσαν ἐξοχήν. Harum trium » explicationum prima & ſecunda ſunt alienae. Saepiſſi- » me obſervavimus in doctiſſimis illis Gloſſis, confuſas » eſſe duarum affinium vocum interpretationes: is error » hic commiſſus eſt; nam priores illae explicationes non » explicant vocem περίπτερος, ſed περίπετρος; teſte ipſo » Heſychio, qui ſcribit paulo ante, Περίπετρον· παντα- » χόθον ἐξέχον. Tertia interpretatio ita ſcribenda, τὴν » στενὴν ἔχουσαν ἐξοχήν. Ex huius mente igitur, περίπα- » τος κύκλῳ περίπτερος, erit *ambulatio in orbem protectum an-* » *guſtum habens.* Nam ἐξοχὴν apud Heſychium quid aliud » interpreteris, niſi *tecti proiecturam?* Poſſumus etiam aliter » ex Vitruvio περίπτερον explicare. *Peripterum locum* vo- » cat ille, *qui uno columnarum ordine cingitur: dipterum*, qui » *duplici.* Itaque *ambulatio* περίπτερος erit, *quam columnae* » *circumvallant.* Iuvat quod modo dixit, fuiſſe hanc am- » bulationem undique feneſtratam & ſepimentis munitam: » φραγμοῖς, ait, καὶ θυρίσι περιεχομένη πάντοθεν. Viden- » tur ſingula intercolumnia ſuam feneſtram habuiſſe. Sic » etiam paulo poſt, [lit. *b.*] οἶκον περίπτερον cum Dale- » campio acceperim: & non multo poſt, [lit. *e.*] συμ- » πόσιον περίπτερον, ubi clare hanc expoſitionem confir- » mat auctor, ſubiiciens ſtatim, οἱ κίονες αὐτοῦ ἐκ λίθων » Ἰνδικῶν συνέκειντο.« Haec CASAUBONUS: qui (ut ab eo, quod proximum erat, incipiam) & illud rectiſſime monuit, pro edito περίπατος, debuiſſe περίπτερος ſcribi, (quod ipſum unice tuentur & noſtrae membranae, & cod. Pariſ. Hermolai Barb.) & vocabulum illud recte eſt interpretatus, praeeunte Vitruvio lib. III. cap. 1. ubi confer Guil. Philandri Adnot. p. 86 ſq. Etiam illud perſpecte ab eodem obſervatum, & extra dubitationem poſitum mihi viſum erat, pro vulgato ἐξεναντιούμενα ἀναπεπτ. quod ipſum membranae quidem tenent, ἐξ ἐναντίου μὲν ἀναπεπτ. ſcriptum oportuiſſe. Sed, quod idem vir doctiſſimus haec omnia ad illam, quam dicit, *ſuperiorem ambulationem* retulit, id quidem quam ſit alienum, cum ex ipſis verbis, tum & tota narrationis conſecutione, arbitror adparere. Ut alia omittam: poſtquam de duabus ambulationibus dixerat, quae circa to-

a tam navem a tribus lateribus circumductae erant; nunc sic pergens auctor, *πρώτη δ' εἰσιόντι &c.* perspicue ostendit, se iam ad describenda *interiora navis aedificia* progredi. Ait igitur, Πρώτη δ' εἰσιόντι (nempe τὸ πλοῖον) κατὰ πρύμναν ἐτετάκτο: ubi necessario sequi debebat nomen substantivum foeminini generis, quo designaretur *ea pars universi aedificii quae intranti* a puppi *prima occurrebat.* Iam quod statuit Casaubonus, pro πρὸς ἐξ ἐναντίου legendum esse πρὸς τὰ ἐξ ἐναντίου, id quidem ex codicibus mssstis adnotatum ille repererat: sic certe & in nostris membr. *A.* scriptum, eademque lectio ex codice Romano in lectionibus Aegianis adnotata. Atqui illae ipsae voces πρὸς τὰ perspicue vocabulum hoc, quod desiderabatur, unâ modo literâ decurtatum, continebant, πρώτη δ' εἰσιόντι -- ἐτέτακτο προστὰς &c. Idem vocabulum paucis post versibus eodem prorsus modo rursus corruptum occurrebat: πάλιν ὁμοίως κατὰ τὴν μέσην πλευρὰν πρὸς τὰ ἕτερα παρέκειτο ὄπισθεν. Ubi sicut plane sensu cassa erant ista verba πρὸς τὰ ἕτερα, sic horum loco manifeste rursus desiderabatur nominativus substantivi, quo designaretur ea pars aedificii, quae παρέκειτο ὄπισθεν: atqui ea pars est προστὰς ἑτέρα. Denique idem vocabulum, quod duobus locis corruptum in hac narratione latebat, paulo inferius (pag. 206. a.) incorruptum atque integrum supererat, αἴθριον ἐξεδέχετο, τὴν ἐπάνω τῆς ὑποκειμένης προστάδος τάξιν κατέχον. Valet autem, προστὰς, interprete Hesychio, (hac ipsa voce, & voc. Πρόδομος & Προδόμῳ) idem ac πρόστωον, πρόδομος, *atrium, vestibulum ante domum.* Ipsum Graecum nomen *Prostas* tenuit Vitruvius VI. 10. ubi etiam ait, apud nonnullos παραστάδα vocari; quod iam non moror, illud adnotare contentus, aliud esse τὰς παραστάδας, de quibus supra ad p. 196. e. dictum. Iam quidem & hoc loco, in quo versamur, & paucis rursus versibus interiectis, pro corruptis verbis, πρὸς τὰ veram lectionem προστὰς praeclare ante nos VILLEBRUNIUS viderat, tuitusque erat; cui haud dubie ADAMUS, a quo plurimum ille profecit, praeiverat: nam ipse quidem *Villebrunius* pulcerrimam certissimamque emendationem eo prorsus corrupit, quod diserte monuit, se πρώτῃ *in dativo hic legere, qui dativus ad alteram ex illis* περιπάτοις *referatur, quorum modo facta est mentio.* Quod quam sit absonum, & a tota huius loci ra-

tione alienum, nil opus eſt ut pluribus exponam. Ad locum continuo ſequentem, ubi rurſus corrupte vulgo πρὸς τὰ ἕτερα legebatur, nihil prorſus adnotavit Caſaubonus.

Ξυρίδες ὑπέκειντο εὐάειαν παρέχουσαι. Quum εὐαγείαν olim, ſicut in vetuſtis noſtris membranis, (atque etiam in aliis duobus msstis Pariſienſibus, teſte Villebrunio) ita & in ed. Ven. & Baſ. legeretur; Dalecampius verterat, *valvae fuerunt, maior ut eſſet adeundi commoditas.* In ed. Caſ. 1. (quemadmodum in brevi ſub contextu ſcholio docui) εὐάειαν (ſic) editum legitur; quae vox in ed. Caſ. 2. & 3. in εὐγείαν eſt corrupta. Nos, prout analogia Grammatica deſiderare videbatur, εὐάειαν antepenacute edidimus, quemadmodum ipſe CASAUBONUS *in Animadv.* ſcripſit; qui vocem iſtam ex docti alicuius viri emendatione adnotatam reperiſſe videtur, & pro vetuſtorum codicum lectione habuiſſe: certe illud vocabulum non ut a ſe auctori reſtitutum laudat, ſed ita prorſus de eo loquitur ac ſi non aliter ſcriptum reperiſſet. En ipſam Caſauboni Animadverſionem: »Ξυρίδες »ὑπέκειντο εὐάειαν παρέχουσαι. Non eſt εὐάεια, ut pu»tant, *adeundi commoditas*, ſed *aëris recipiendi ac luminis*, »*ut locus fiat & luminoſus & perflatilis.* Neque neceſſe mu»tare in εὐαερία: nam εὐαὴς & δυσαὴς probae dictiones »ſunt, etſi ποιητικώτεραι.« — Qui εὐαερία corrigere tentaſſet, neminem reperio niſi eumdem ipſum Caſaubonum; qui olim ad oram ſui exempli editionis Baſileenſis, quod oculis ſubiectum habeo, ſua manu ſic ſcripſerat, *Lego* εὐαερίαν. Quam vocem, ἡ εὐαερία, unius Guil. Budaei auctoritate ab Henr. Stephano in Indicem Theſauri relatam video, ubi *tranquillitas coeli* latine redditur. Iam VILLEBRUNIUS quidem vulgatum olim εὐαγείαν defendit, & haud dubie verum eſſe iudicavit. »*Je ne ſais* »(inquit) *ou Caſaubon pêche ici ſon* εὐάειαν, *que je ne vois* »*dans aucun des textes manuſcrits ou imprimés. Je ſais qu'* »εὐαὴς *eſt grec, mais pourquoi le ſubſtituer à un mot certain* »*& bon?* Εὐαγεία *eſt ſalubrité.*« — Qui ſi nos docuiſſet, quod cum ignariſſimis ignoramus, quis umquam Graecus ſcriptor aut Grammaticus εὐαγείαν *ſalubritatem* dixerit, gratiam haberemus: quod donec illi placuerit e ſuae eruditionis theſauris nobis aperire, adſentiendum interim Caſaubono aut ei docto viro putavi, a quo ille

b iſtam emendationem acceperat. εὐαὲς πνεῦμα apud Herodotum, II. 117. eſt *ventus leniter & commode ſpirans*: apud Heſiodum χῶρος εὐαὴς eſt *locus vento ſalubriter ſpiranti expoſitus*. Iam, ut ab ἀληθὴς, ἡ ἀλήθεια; ut ab ἐναργὴς, ἡ ἐνάργεια, aliaque ſimilia a ſimilibus: ſic ab εὐαὴς perquam legitime ſubſtantivum ἡ εὐάεια derivatur. Sed, quemadmodum apud Herodotum perperam olim εὐαγεῖ πνεύματι pro εὐαέϊ legebatur, ſic hoc loco mendoſe εὐαγείαν vel εὐγείαν, pro εὐάειαν.

Συνῆπτο δὲ τούτοις ὁ μέγιστος οἶκος. Sic corrigere non dubitavi, quo prodiret ſententia, quam his verbis expreſſerat Dalecampius, *his adiuncta fuit maxima domus*. Poterat commodius etiam, *his contigua fuit*, ponere. Sic recte, & conſentientibus omnibus libris, paulo poſt, (lit. *d.*) ᾧ συνῆπτο στενὴ σύριγξ ſcribitur. Prorſus alienum erat συνήγετο, quod vulgo hic legebatur. οἶκος vero cum hoc loco, tum & aliis in partibus huius deſcriptionis, non tam *domus* reddi debuit, quam *conclave*; aut cum Vitruvio Graecum nomen *oecus* fuit tenendum.

αἱ δὲ τῆς περιστάσεως θύραι. Haeſitaveram nonnihil in vocab. περιστάσεως. Verba iſta citans H. STEPHANUS, Theſ. ling. Gr. T. I. 1786. a. interpretatur, *portae quae in circuitu erant*, hoc eſt, *quae circumcirca erant*. Confer Lexicon noſtrum Polyb. p. 473. num. 3. *Ibid.* θυίναις κατεκ. σανίσιν. Vide Salmaſii Exercit. Plin. p. 667. & Plinium lib. XIII. 15, 29. Confer paulo poſt, p. 107. e. & ibi not.

ἐλεφαντίνους ἔχουσι τοὺς κόσμους, &c. »Bullas intel»ligit, & ſi qua ſunt alia valvarum ac forium ornamen»ta. Sed notandum ſequentia verba: ἡ δ' ἐνήλωσις ἡ κα»τὰ πρόσωπον αὐτῶν καὶ τὰ ῥόπτρα, ἐξ ἐρυθροῦ γεγονότα »χαλκοῦ, τὴν χρύσωσιν ἐκ πυρὸς εἰλήφασιν. *Clavi*, in»quit, *qui in operis fronte, itemque marculi, ex aere rubro »facti, auri ſimilitudinem per ignem erant conſecuti.* πρόσω»πον cape ut in illo Pindari, ἀρχομένου δ' ἔργου πρόσω»πον χρὴ θέμεν τηλαυγές. Vulgo dicimus in idiomate no»ſtro *frontiſpicium*. Iſta, χαλκὸς ἐρυθρὸς τὴν χρύσωσιν ἐκ »πυρὸς εἰλιφὼς, periphraſis ſunt eius ſpeciei aeris, quam »nos appellamus *lotonum*, lutei plane coloris.« CASAU-
c BONUS. — Pro εἰλήφασι, commode ms. *A.* εἰλήφει dedit. Iſtis autem verbis, τὴν χρύσωσιν ἐκ πυρὸς εἰλήφει, plane id ipſum dixiſſe auctor mihi viſus erat, quod in la-

tina verſione poſui, *in igne deaurati erant.* Sic & VILLEBRUNE: *étoient de cuivre doré au feu.* c

τὸ δ' ἐπιστύλιον ἐκ χρυσοῦ τὸ ὅλον· ἐφ' οὗ διάζωσμα &c. »*Epiſtylium*, trabs quae columnarum capitulis impo»nitur. διάζωσμα, ad verbum, *praecinctio.* Sic *Zoophorum* »vocant; vulgo, *la frize*: de quo vide Vitruvium. « DALECAMP. *Ibid.* περιφανῆ ζώδια. *Figurae*, ſive *ſigilla undique conſpicua, prorſus libere ſtantia*; non πρόστυπα, quae dimidia tantum ſui parte expreſſa parietibus adhaererent. conf. pag. 199. e.

AD CAP. XXXIX.

Ἀναβάντων. Immo, ut ſub contextu monui, Ἀνα- d
βάντι, in dativo caſu. Sic ſupra, (lit. a.) εἰσιόντι: ſic ibidem, τοῦτο δὲ διελθοῦσιν. Similiter paulo poſt, (lit. e.) προάγοντι δέ. *Ibid.* ναὸς Ἀφροδίτης θολοειδής. »*Templum* e
»*Veneris ad ſimilitudinem tholi factum.* Alibi [ad II. 48. f.] »plura de voce hac & figura diximus: quam non recte »animo ceperunt, qui verterunt, *aedes Veneris camerata,* »*in teſtudinis rotundum faſtigium deſinente cacumine.* Hui! tot »verbis opus fuit, ut unica vox θολοειδὴς exprimeretur? »Quorſum vero teſtudinis nomen? nam alia figura χε»λώνης, alia θόλου: ut ſciunt qui Romanum Pantheum »aut corporis aut animi oculis viderunt. Non diſſimilis fi»gura illius ῥομβωτοῦ ὀροφώματος, quod praecedit. « CASAUBONUS. — Bene & breviter VILLEBRUNE, *un temple de Vénus fait en dôme.* Quo vero pacto formam ῥομβωτὴν non diſſimilem dixerit Caſaubonus formae θολοειδεῖ, fateor me minus percepiſſe.

οἱ γὰρ κίονες αὐτοῦ. »Malim οἱ γοῦν. Quo enim illud »γάρ? « CASAUB. — At percommode ibi γὰρ particula locum habet, ubi ratio redditur, cur πολυτελὲς, id eſt, *pretioſum*, dixerit illud *coenaculum.*

ἄντρον κατεσκεύαστο· οὗ χρῶμα μὲν ἦν ἔχον τὴν πε- f
τροποιΐαν ἐκ λίθων ἀληθινῶν καὶ χρυσοῦ δεδημιουργημέ»νον. Si ſanum eſt vocab. χρῶμα, id eſt, *color;* ſatis adparet, proxime ſequentia aut corrupta eſſe debere aut defecta. κοίλωμα, id eſt, *cavitatem*, commode conjectavit noſter COURIER. Fuerint tamen, quibus, ut propius veſtigiis ſcripturae, ſic probabilius vocabulum χῶμα videbitur, id eſt, *tumulus;* quo nomine ipſa *antri forni-*

f *cata conſtructio* ſignificari potuit. Eam emendationem ADAMO placuiſſe ſuſpicor ex VILLEBRUNII ad hunc locum adnotatione, ſic habente: » *J'étois tenté de lire ici χῶμα pour* » *χρῶμα, ſi les textes avoient preſenté quelque équivoque dans* » *la lettre même; & je l'aurais entendu de la maſſe générale des* » *pierres unies par des interſtices en or.*« Porro, ſi ſana ſunt iſta verba ἣν ἔχον τὴν πετροποιΐαν, ferendum utique non eſt δεδημιουργημένον, quod ſequitur; ſed in δεδημιουργημένην mutandum, quemadmodum in Animadv. ſcribi iuſſit CASAUBONUS: de quo in brevibus ſub contextu noſtro Notulis monere oblitus ſum. Quid vero dicat auctor ἐκ λίθων ἀληθινῶν, non eadem interpretum ſententia eſt. Nude ex *veris lapidibus* vertit Dalecampius: quam in partem & CORAY vir doctiſſimus accepit in Nota msta, quam ſupra ad pag. 202. a. retulimus. Monuit vero Dalecampius in ora, alios *gemmas* intelligere. Sic VILLEBRUNE, in Gallica verſione, vocabulum χρῶμα ſuperius tenens, ſcribit: *une grotte, dont les couleurs étoient nuancées avec de vraies pierres précieuſes, relevées par des ornemens en or.* Mihi, ſi vulgares fuiſſent lapides, non videtur operae pretium fuiſſe, ut diſerte doceret auctor, *veros* fuiſſe *lapides*: praeterea reliquae magnificentiae parum conveniens videtur, ut ex vulgaribus lapidibus conſtrueretur hoc antrum: denique, quod adiicitur ἐκ λίθων - - καὶ χρυσοῦ, plane evincere videtur, *pretioſioris* cuiusdam *generis lapides* ad conſtruendum hoc antrum fuiſſe adhibitos. At, quoniam λίθος per ſe non *lapidem pretioſum* ſignificat, niſi ubi in foeminino genere ponitur, cuius generis notam dictio illa λίθων ἀληθινῶν nullam continet; etiam atque etiam probabile mihi viſum erat, vocem ἀληθινῶν ex alia quadam, qua *genus lapidis* indicaretur, eſſe corruptam. Sic paulo ante, *columnas* dixerat ἐκ λίθων Ἰνδικῶν *conſtructas*: ſic continuo poſt, *ſimulacra* vel *ſigna* commemorat ex *lapide lychnite* confecta: ſic porro in Hieronis nave, pag. 207. e. memoratur *pavimentum triclinii Veneri dicati* ἐκ λίθων ἀχατῶν. Denique nec vocabulum πετροποιΐα difficultate caret, quod (quemadmodum bene multa apud Athenaeum occurrentia) eſt ἅπαξ λεγόμενον. *Structuram ex petris, ſtructuram ſaxeam* interpretatur H. Stephanus: nec ita male forraſſe Dalecampius, *lapideum caementitiumque opus.* Videtur vero hoc dixiſſe auctor, *loco ſaxorum, quibus verum*

conſtat antrum, ſimulati huius antri fornicem ex veris lapidibus pretiosis (ſive, ut equidem malim, *lapidibus achatibus*) *auro diſtinctis nituiſſe.* f

ἀγάλματα εἰκονικὰ λίθου λυχνέως. »*Lychnites*, mar»mor (Plinius XXXVI. 5. ex Varrone) Parium, ſic di»ctum quod ad lucernam in cuniculis caederetur. Eſt & »*lychnites* gemma e Carbunculorum genere, e qua vaſa »potoria fiebant. « DALECAMPIUS. — Apud Plin. XXXVI. cap. 5. ſect. 4. num. 2. haec legimus: *Omnes autem* (veteres ſculptores) *tantum candido marmore uſi ſunt e Paro inſula, quem lapidem coepere lychniten appellare, quoniam ad lucernas in cuniculis caederetur, ut auctor eſt Varro.* Apud eumdem lib. XXXVII. cap. 7. ſect. 29. iſta habes: *Ex eodem genere ardentium* (gemmarum,) *lychnis, appellata a lucernarum accenſu, tamen* (ſive, *tum*) *praecipuae gratiae: - - - quam quidam remiſſiorem carbunculum eſſe dixerunt* &c. Eſt igitur priori loco *lychnites lapis;* poſteriori, *lychnis gemma:* quamvis enim poſteriori iſto loco olim pariter *lychnites* editum eſſet, recte tamen *lychnis* ex mſſtis edidit Harduinus, quemadmodum ibidem legendum aliis etiam rationibus inductus monuerat Salmaſius, in Exercit. Plin. pag. 777. Idem vero Salmaſius eumdem eſſe lapidem ſtatuebat, qui & λυχνὶς & λυχνίτης, & λυχνεὺς fuiſſet adpellatus; cui praeiverat H. Stephanus, in Theſ. T. II. 746. e. uterque autem praeeuntem habuerat Euſtathium ad Dionyſii Perieg. vs. 329. Atqui *candido marmori Pario*, quem *lychnitem lapidem* adpellatum Plinius docet, quid commune cum illa *lychnide gemma*, quae carbunculo ſimilis perhibetur? de qua, praeter haec quae apud Plinium leguntur, conferenda quae ex aliis auctoribus Salmaſius l. c. protulit; quibus conſentit auctor libelli De Dea Syria, (ſive is Lucianus eſt, ſive alius) cum ait, *Deae ſimulacrum in capite geſtare gemmam, quae* λυχνὶς *vocatur, quae noctu magnum ſplendorem edat*, &c. vide cap. 32. T. IX. Opp. Luciani ed. Bipont. pag. 118 ſq. Memorat quidem Plinius proxime poſtquam de lychnide gemma locutus erat, XXXVII. 7, 30. ſe *potoria* etiam *vaſa ex lychnide* (ſic enim ibi cum editt. vett. legendum videtur, non *lychnite*, ut in ed. Hard. & Bipont. expreſſum video) *facilitata reperire.* At, quis ex eodem genere tantae etiam molis lapides repertos fuiſſe credat, ut integrae quoque *ſtatuae ſtaturam hominis aequantes* (tales enim ſunt, quae εἰκο-

f νικὰ ἀγάλματα dicuntur: vide Suetonii Interpp. ad Calig. c. 22. & Harduin. ad Plin. XXXIV. 4, 9.) ſculpi ex illis potuerint? Eſſe vero *lychniten lapidem*, quem dicit Plinius, eumdem qui λυχνεὺς apud auctorem noſtrum vocatur, cum aliunde probabile ſit, tum ex Heſychii gloſſa cum eâ collatâ, quam e Photii Lexico msto doctus Heſychii editor protulit. Heſychii gloſſa talis eſt: Λυχναῖος, καὶ Λυχνεύς· ὁ διαυγὴς λίθος. (διαυγὴς, notum eſt, non modo *pellucidum*, *translucidum*, denotare; ſed & λαμπρὸν, *ſplendidum.*) Photius in Lex. msto ait: Λυχνές· (Λυχνεὺς haud dubie oportebat:) σκληρὸς καὶ διαυγὴς Πάριος λίθος. Apud Clementem Alex. in Cohort. ad gentes cap. 4. pag. 41. edit. Potteri, ubi *Scopas* ſtatuarius traditur *Eumenidum ſtatuas ſculpſiſſe* ἐκ τοῦ καλουμένου λυχνέως λίθου, miratus ſum nihil ab Editore adnotatum reperiri.

ὥστε τῇ μὲν οὐκ ἐπῆν, διατόνια δὲ τοξοειδῆ διὰ ποσοῦ τινος ἐνετέτατο διαστήματος, ἐφ' ὧν αὐλαῖαι - - ἐνεπετάννυντο. Ad ſcripturam olim vulgatam, διατοναίᾳ δὲ τοξοειδεῖ - - ἐνετέτακτο &c. adnotavit CASAUBONUS: »Mendarum laetam hîc ſegetem »acutus lector habet, in qua ſe exerceat. A ſcriptis ma»nu codicibus fruſtra auxilium ſperes: fruſtra etiam ab »Epitoma, quae haec omnia praetervolat, ut iam tum »inquinata. Vitii indicium vel in illis ſatis certum, ἐφ' »ὧν: nihil enim praeceſſit quo haec poſſint referri. Lego, »ὥστε τῇ μὲν οὐκ ἐπῆν οὐδὲν, διατόναια δὲ τοξοει»δῆ διὰ ποσοῦ τινος ἐνετετάκτο (vel ἐνετέτατο) διά»στήματος· ἐφ' ὧν αὐλ. &c. Senſum elicio hunc: *Oeci »maximi contignationi impoſitum* fuiſſe *coenaculum*, *tentorio »ſimile.* Id vero *ſic* factum fuiſſe, *ut illi* quam diximus »*contignationi nihil ſuperſtructum eſſet*; puta, nulli parietes, »nullum tectum: *ſed funes quosdam arcuatos certo interval»lo* fuiſſe *diſpoſitos*, *vel diſtentos*, *ſuper quibus aulaea pan»debant quoties uſus eſſet.* Vocabulum διατόναια non me»mini legere alibi: nec ſatis ſcio quid proprie ſignificet. »Sed διατόναια τοξοειδῆ appellat auctor ſine dubio, *ar»cus dimidiatos ex craſſis funibus vel ligno factos ſuſtinendis »aulaeis*, *quae ſuper illis expanſa*, *efficiebant*, ut dicit au»ctor, *coenaculi faciem tentorio ſimilem.* Fortaſſe διατό»νια rectius ſcribamus: ſed alio ſenſu quam accipit He»ſychius, qui interpretatur κρίκους. Quod diximus de

»*funibus arcuatis*, ſtare non poteſt, niſi intelligamus fuiſſe f »eos ſuſtentatos perticis aut varis, aut alia re aliqua.« — In Epitome deſunt iſta, non eo maxime quod iam olim vitiata fuerint; ſed quod in tota hac deſcriptione brevitati ſtuduerit Epitomator, qui poſt illa verba, (quae ſupra in Animadv. ad pag. 204. e. protuli) οὗ τὰ πλεῖστα κατεσκεύαστο ἀπὸ κέδρου σχιστῆς, quae ex pag. 205. b. ducta ſunt, ſic pergit, καὶ κυπαρίσσου Μιλησίας. αἱ δὲ θύραι (ibid.) τὸν ἀριθμὸν εἴκοσιν οὖσαι, ἐλεφαντίνους εἶχον τοὺς κόσμους. τῶν δὲ κιόνων τὰ μὲν σώματα (ex p. 205. c.) ἦν κυπαρίσσινα· αἱ δὲ κεφαλαὶ κορινθιουργεῖς, ἐλέφαντι καὶ χρυσῷ διακεκοσμημέναι. τὸ δὲ ἐπιστύλιον ἐκ χρυσοῦ τὸ ὅλον. εἶχε δὲ γυναικωνῖτιν, (ex p. 205. d.) ἐν ᾗ συμπόσιον ἐννεάκλινον, καὶ ἑτέρους οἴκους πολυκλίνους, καὶ ἄλλ' ἄττα ἀξιαφήγητα. Inde continuo: Ὁ δὲ ἱστὸς αὐτῆς ὁ.. πηχῶν &c. ex pag. 206. c. Vetuſtae membranae *A.* nihil hoc loco, in quo haeremus, ab editorum lectione discedunt. Ubi ſi poſt verba ὥστε τῇ μὲν οὐκ ἐπῆν probatus aliquis liber dediſſet vocem οὐδ' ἐν, quam adiiciendam Caſaubonus cenſuit, commode quidem recipi illa potuiſſet: at neceſſariam eamdem non iudicavi, quandoquidem e ſequentibus hoc loco intelligi vocabulum αὐλαῖαι poſſe videbatur: τῇ μὲν οὐκ ἐπῆν αὐλαῖαι, id eſt, *non omni ex parte aulaea* (ſive *vela*) *ſuperne obducta habebat*, &c. Perſpecte vero ab eodem docto interprete monitum eſt, διατόνια (vel διατόνια) & τοξοειδῆ ſcriptum oportuiſſe. Ac ferri quidem fortaſſe iſtud, quod propius a ſcriptura membranarum abeſt, διατόναια, potuerat: ſed quia hoc nusquam alibi reperitur, mire vero huc facit διατόνια, praeferendum hoc iudicavi. Mire, inquam, huc facit διατόνια, quod κρίκους, id eſt, *circulos* (*ferreos* maxime) interpretatur Heſychius: ubi illud mireris, quid ſit quod Caſaubonus in hac voce diverſum ſenſum quaeſiverit ab illa Heſychiana interpretatione, quâ nihil poterat huic loco inveniri aptius. In eamdem ſententiam Cyrillus in Lex. ms. κιρκέλλους interpretatus eſt. Habemus autem id vocabulum eadem notione in Graeca verſione Exodi 35, 11. Pro ἐνετέτακτο vero non dubitandum duxi, quin ἐνετέταστο, *ſuperne tenſi erant*, oportuerit. Frequentiſſime iſta verba per librariorum incogitantiam inter ſe permutata reperiuntur: ſic, ut haud longe abeam, pag. 207. c. pro τεταγμένοις, quod recte

ibi editum, perperam τεταμένοις ſcribitur in ms. *Ep.*

a Μετὰ δὲ τοῦτο αἴθριον ἐξεδέχετο. Caſaubono obſequendum utique iudicavi, τοῦτο corrigere iubenti. Eſt autem τὸ αἴθριον, *atrium, area ſubdialis*: quo vocabulo uſus eſt Ioſephus, Antiq. Iud. III. 6, 2. & Interpres Graecus Ezechielis prophetae, cap. 9, 3. 10, 4. & 40, 15. Suſpicari vero porro forſaſſe licuerit, Μέγα, pro Μετὰ oportuiſſe, ſic, Μέγα δὲ τοῦτο αἴθριον ἐξεδέχετο, ut τοῦτο quidem ſit accuſativus ad ſuperius συμπόσιον relatus, a verbo autem ἐξεδέχετο pendens; Μέγα vero ſit nominativus ad αἴθριον pertinens: ſed in vulgato adquieſcendum putavi. *Ibid.* ἐπάνω τῆς ὑποκειμένης προστάδος. Vide p. 205. a. & ibi notata.

κίονες - - διαλλάττοντες τοῖς σπονδύλοις. Dalecamp. *vertebratis ſcalpturis differebant.* Pro *vertebratis ſcalpturis*, commodius (puto) *vertebras* dixiſſet. Fuerint autem σπόνδυλοι, ſive *vertebrae*, ſingulae partes e quibus componitur ſcapus columnae, cum non eſt perpetuus. Eas Gallico idiomate *tambours* dicimus, quo vocabulo commode hic uſus eſt Villebrune. Quod ſequitur, παράλληλα, adverbialiter poſitum eſſe adparet, pro παραλλήλως.

b περὶ δὲ τὸν προσαγορευόμενον κάλαθον. »In quibusdam »columnis, capituli loco, *calathus* eſt, viminum implexu »textus, fructibus plenus. Philander in Vitruvium c. 1. »lib. IV. « Dalecamp. *Ibid.* φύλλα τραχέα. *aſpera folia.* »Acanthi, & ſimilia. Vitruv. loc. cit. « Idem.

c ἀλαβαστίτιδος. Ex editt. vett. & membr. *A.* revocavi iſtam ſcripturam, quam nil opus fuerat ut mutaret Caſaubonus. Sic & ἀλάβαστος codex mstus uterque, VI. 268. a. ubi temere ἀλάβραστρος edd. Vide Albertum ad Heſych. in Ἀλάβαστος, & Brunck ad Ariſtoph. Acharn. 1053. & quos illi laudant auctores; quibus adde Etymol. M. pag. 55.

ὃ δὲ ἱστὸς ἦν αὐτοῖς. Fidenter αὐτῆς ſcribere debueram, ſcil. νεὼς, quod vocabulum modo praeceſſerat. Sic vero etiam ſcriptum in cod. *Epit.* cuius verba paulo ante ad pag. 205. f. adpoſuimus. *Ibid.* βύσσινον ἔχων ἱστίον, ἀλουργεῖ παρασείρῳ κεκοσμημένον. Dalecampius, *velum byſſinum, purpureis funibus ornatum.* — »Ignotae ſignifica»tionis verbum eſt hic παράσειρον. Sed vel *funes* ſignifi»cat, ut explicat Dalecampius; vel aliud neſcio quod *ad* »*oras veli appenſum ornamentum* inſtar praetextae, aut *fim-*

»*briarum.*« CASAUBONUS. — Intellexi praetexturam e panno purpureo, quae ſimul ornamento eſſet, ſimul ſatis firma ex qua funes aptari poſſent. Pro *βύσσινον*, corrupte *βύσιον* ed. Ven. & Baſ. Sed veram ſcripturam in ora adnotavit editor Baſ. & in contextum recepit Caſaub. conſentientibus msstis.

τοῦ τελευταίου Πτολεμαίου — οὐκ ἀνδρὸς γενομένου, d *ἀλλ' αὐλητοῦ καὶ μάγου.* Nomen etiam *Auletae* illi fuiſſe Ptolemaeo, ex Strabone notum, lib. XVII. pag. 796. Quod *virum* fuiſſe *negat* auctor noſter, id convenit cum his quae de eodem, ut videtur, Ptolemaeo Lucianus commemorat, in libello NON temere credendum Calumniae c. 16. T. VIII. ed. Bipont. pag. 46. Quod *μάγον* eumdem vocat, latine fortaſſe non tam *magus* fuit reddendum, quam *magicis artibus dans operam.*

AD CAP. XL.

Μοσχίωνος τινός. *Moſchion* ille, quamquam parum notus ſcriptor, tamen ſilentio prorſus praeteriri non debuerat a doctiſſimo Voſſio in libris de Hiſtoricis Graecis: ubi nullam eius mentionem factam reperio. Verbo eum tetigit Fabricius in Bibl. Graec. Vol. XII. pag. 705.

Διοκλείδης μὲν ὁ Ἀβδηρίτης θαυμάζεται ἐπὶ τῇ πρὸς τὴν Ῥοδίων πόλιν ὑπὸ Δημητρίου προσαχθείσῃ τοῖς τείχεσιν Ἑλεπόλει. Vertit Dalecampius: *Dioclidem Abderitem omnes mirantur ob Helepolin machinam* &c. Pariter Villebrunius, *Diocleides d'Abdère fut admiré pour l'hélépolis* &c. In eamdemque ſententiam verba iſta accepiſſe Caſaubonum, non ſolum ex eo colligere licet, quod inſignem errorem ab interprete commiſſum non notavit, verum etiam ex his quae paulo poſt de *Hieronymo* ab ipſo Caſaubono adnotata ſunt. Atqui *Helepoleos*, qua Demetrius adverſus Rhodios uſus eſt, *auctor* non *Dioclides Abderita* fuit: ſed *Epimachus Athenienſis*, ut perſpicue docet Athenaeus Mechanicus, pag. 7. & Vitruvius X. 22. *Diocles* vero *Abderita*, cuius quidem alibi nusquam mentionem factam reperio, haud dubie *ſcriptor* eſt, qui de illa machina verba fecit; quemadmodum, qui deinde memorantur, *Timaeus* de rogo Dionyſii, *Hieronymus* de vehiculo Alexandri, *Polycletus* de Lucerna regis Perſarum: quod perſpecte vidit WESSELINGIUS ad Diodor. Sic. XX. 91. ubi de eadem *helepoli* agitur, & ad XVIII. 26. ubi de curru funebri

d Alexandri. Sed idem Vir doctiſſimus, verbum θαυμάζεται cum aliis interpretibus *paſſive* accipiens, ita interpretatur, quaſi *Moſchion*, e quo haec deſumſit Athenaeus, dixiſſet, *excelluiſſe Dioclidem in Helepolis partibus, menſura uſuque delineandis*, (Weſſeling. ad Diodor. T. IX. pag. 483. not. 2.) & *Hieronymum in deſcribendo curru Alexandri unum omnium excelluiſſe.* (Idem ibid. T. VIII. p. 467. not. 3.) In quo mihi diſcedendum a ſummi viri interpretatione putavi. Primum enim, Moſchionis verba non id ſonant, quod eum dicentem Weſſelingius fecit: nec enim ait, θαυμάζεται ἐπὶ τῇ ἐξηγήσει τῆς ἑλεπόλεως, τῆς πυρᾶς, &c. ſed ἐπὶ τῇ ἑλεπόλει, ἐπὶ τῇ κατασκευῇ, & ſic porro. Tum vero & hoc ipſum ex orationis conſecutione ſatis adparere mihi videbatur, non de *ſcriptorum ſolertia in deſcribendis artis operibus* loqui voluiſſe Moſchionem, ſed *de operum ipſorum praeſtantia.* Itaque θαυμάζεται non ita paſſiva notione accepi, tamquam dicerer, *laudatur ab aliis*, alii eum *mirantur;* ſed activa vel neutrali notione, *ipſe admiratur;* ſive paſſivâ in hanc ſententiam, *admiratione percellitur, obſtupeſcit, in admirationem rapitur:* quae omnia h. l. idem valent ac ſi dixiſſet, *cum ſingularis admirationis ſignificatione loqui illos ſcriptores de his*, quae nominat, *artis operibus.* Et ſic verbum θαυμάζεσθαι active ſive neutraliter uſurpatum non modo apud Homerum reperitur, ſed & ſubinde apud proſaicos ſcriptores; veluti apud Epictetum, Enchir. c. 22. ὕστερόν σε θαυμάσονται: apud Lucianum Dial. Mort. XXI. 2. ὡς θαυμάσονται οἱ θεαταί. & apud eumdem in Rhetor. Praecept. c. 20. T. VII. Opp. p. 240. οἱ πολλοὶ καὶ σχῆμα καὶ φωνὴν θαυμάσονται; ubi pro θαυμάσονται cod. ms. Oxon. τεθήπασι habet. Conſtruitur autem id verbum hîc cum ἐπὶ praepoſitione, quemadmodum aliâs verbum ἐκπλήττεσθαι, quod eſt eiusdem ſignificationis. Quod ipſum ſi cui ſuſpectum videatur, quoniam nusquam alibi (quod ſciam) verbum θαυμάζεσθαι ea quam dixi notione cum illa praepoſ. conſtructum reperitur; ſuſpicari licebit, in ipſius verbi ſcriptura nonnihil a librario peccatum, & θαυματίζεσθαι fortaſſe ſcriptum oportuiſſe, quod verbum Heſychius adnotavit cum hac interpretatione: Θαυματίζομαι· ἐκπλήττομαι.

e Τίμαιος δ' ἐπὶ τῇ πυρᾷ τῇ κατασκευασθ. Διονυσίῳ τῷ Σικελίας τυράννῳ. »Theo in Progymnaſmatis ſcribit, a

» *Philisto* libro XI. Historiae, Dionysii funus diligenter e
» explicatum fuisse, cum ornatu rogi. Victorius cap. 10.
» lib. XXXVIII. Variarum.« DALECAMPIUS. — Perinde vero etiam a *Timaeao* expositam esse illius rogi magnificentiam, hic ex auctore nostro discimus. Neque enim ullus est dubitandi locus, quin TIMAEUM dicat *Tauromenitam* Siculum, *Historiarum scriptorem*, qui paulo post Philistum, duorum priorum Ptolemaeorum aetate vixit: de quo etiam Wesseling. monuit ad Diodor. T. VIII. p. 467.

καὶ Ἱερώνυμος ἐπὶ τῇ κατασκευῇ τῆς ἁρμαμάξης &c. Non solum editio Casauboni, (ut in Nota sub contextu dictum) sed & superiores editiones ἐν pro ἐπὶ habebant: quod temere prorsus irrepserat; nam ἐπὶ quidem recte dedere ambo nostri codices mssti. Monuit vero ad ista verba CASAUBONUS: »Descriptionem huius carpenti ac-
» curate persequitur Diodorus Siculus lib. XVIII. Ex eo
» petat lector: est enim opus sane quam magnificum, &
» Alexandri corpore non indignum. *Hieronymi* tamen no-
» men a Diodoro praetermissum: itemque ab Aeliano, libro
» XII. Ποικίλης, cap. ult.« — Nempe, quoniam cum Dalecampio sibi persuaserat vir doctus, *Hieronymum* a Moschione *artificem* dici *fabrumque illius carpenti*, (in quo sequacem habuit Schefferum ad Aelian. XII. 64.) miratus est, nomen eius tacuisse Diodorum. At *Hieronymum* intelligendum *Cardianum*, eum qui Successorum Alexandri historiam perscripsit, recte monitum est a WESSELINGIO ad Diodor. XVIII. 26. De carpenti illius structura, secundum Diodorum, ex professo commentatus est *Caylus*, & iconem eius repraesentavit, in *Hist. de l'Acad. des Inscript.* T. XXXI. pag. 86 sqq.

Πολύκλειτος δ' ἐπὶ τῷ λυχνίῳ τῷ κατασκευασθέντι τῷ Πέρσῃ. Intelligendus *Polycletus*, non Sicyonius statuarius, sed *Larissaeus* scriptor, cuius *Historias* laudavit Nostes, XII. 539. a. de quo plura vide apud Vossium, lib. III. pag. 405. Quodnam vero hîc dicatur λύχνιον, τῷ Πέρσῃ *confectum*, mihi non compertum. τῷ Πέρσῃ, ex Graecorum usu, intellexi *Persarum regi*: pro quo quod Villebrunius scripsit, *au roi Persée*, id temere ac gratuito sumtum putavi. Id enim Graece Περσεῖ foret: at Πέρσῃ tenent mssti cum editis.

Εἰς ὕλην μὲν, ξύλων ἐκ τῆς Αἴτνης παρεσκεύαστο ἑξήκοντα τριηρικῶν σκαφῶν πλῆθος ἐξεργάσασθαι δυναμένην. f

f »Ait, εἰς ὕλην μὲν ξύλων ἐκ τῆς Αἴτνης παρεσκεύαστο. »Sic [etiam] Epitoma; & ferri poteſt. Planior tamen »ſententia fuerit, ſi ſcribamus, εἰς ὕλην μὲν ξύλων, »ξυλεία ἐκ τῆς Αἴτνης παρεσκεύαστο, ἐξ. τριηρ. σκαφῶν »πλῆθος ἐξεργάσασθαι δυναμένη. Ita uſurpavit paulo »ante [pag. 204. c.] vocem ξυλεία: Ὃ φασι παγῆναι »πεντήκοντα πλοίων πεντηρικῶν ξυλείᾳ. Aut ſic: εἰς ὃ »ὕλην μὲν ξύλων ἐκ τ. A. παρεσκεύαστο: *paraverat.* Nam »& κατεσκεύασμαι & παρεσκεύασμαι tam active, quam »paſſive, ſumi ſolent.« CASAUBONUS. — εἰς ὕλην μὲν, ξύλωσιν ἐκ τῆς Αἴτνης &c. legendum cenſuit VILLEBR. — In vulgata ſcriptura nil mutant nec membr. *A.* nec ms. *Ep.* niſi quod ms. *Ep.* in fine perperam δύναμιν habet, pro δυναμένην. Si tenenda vulgata, in hunc fere modum fuerit intelligenda, quaſi dixiſſet, εἰς ὕλην δὲ τῆς νεὼς παρεσκεύαστο ὕλην ξύλων - - δυναμένην. Id ſi durius videtur, poſſis pro ξύλων, ξυλείαν legere, vel cum Villebrunio ξύλωσιν, quo vocabulo Thucydides uſus eſt II. 14. unde & a Polluce adnotatum, VII. 124. Sive ὕλην μὲν ξύλων tenendum duxeris, a qua ὕλη ξύλων conſulto diſtinguere videri poteſt auctor τὴν εἰς τὴν ἄλλην χρείαν ὕλην, quam paulo poſt dicit; percommodum fuerit quod eſt a Caſaubono propoſitum, εἰς ὃ (ſcil. πλοῖον) ὕλην μὲν ξύλων. Suſpicari vero quoque licebat, praepoſitionem εἰς e vetere aliquo librario temere fuiſſe invectam: ſatis enim etiam fuerat, Ὕλην μὲν ξύλων &c. Quamcumque vero rationem eligas, nil opus fuerit, ut *accuſativum* caſum cum *nominativo* permutes: quoniam, ut recte obſervavit Caſaubonus, verbum παρεσκεύαστο percommode activa notione accipitur: eademque ratione etiam ſequuntur alia verba activa, aut ſignificationem activam haud dubie habentia, ἡτοιμάσατο, συνήγαγε &c.

γόμφους τε καὶ ἐγκοίλια καὶ σταμίνας. σταμῖνας circumflexo accentu ſcribe cum ms. *Ep.* & hîc & pag. ſq. lit. *b.* Sic & apud Etymologum (p. 724 extr.) σταμῖνες ſcribitur: pariterque apud Euſtathium ad Od. ε'. p. 221, 9 ſqq. ubi hic Athenaei locus etiam adfertur, &, quid ſit quod σταμῖνας veteres dixerint, diſquiritur. Euſtathii verba citavit H. Stephanus Theſ. T. I. col. 1804. Bene Dammius in Lexico Etymol. σταμὶν interpretatur *ſtatumen, lignum erectum in navis latere, cui affiguntur aſſeres, & cui incumbit tabulatum.*

τὴν εἰς τὴν ἄλλην χρείαν ὕλην, τὴν μὲν ἐξ Ἰταλίας, f τὴν δ' ἐκ Σικελίας. Tenendum hoc putavi, a CASAUBONO ſic editum: ſed explicatione opus habet id, quod ab eodem ad iſta verba adnotatum eſt, cum ait: »Scri»pſimus ex antiquis, καὶ τὴν εἰς τὴν ἄλλην χρείαν ὕλην, »- - τὴν δ' ἐκ Σικελίας. Poſtrema in editis male deſide»rantur.« — Scilicet quatuor poſtrema utique verba, τὴν δ' ἐκ Σικ. deerant editionibus ſuperioribus, a Caſaubono e mſstis adiecta, quibus & noſtri codices adſentiuntur. Sed prima verba inverſe ſcripta exhibebant eaedem editiones Ven. & Baſ. cum utroque noſtro codice, in hunc modum, τὴν εἰς τὴν ἄλλην ὕλην (magis etiam vitioſe ed. Ven. εἰς τὴν ὕλλην ὕλην) χρείαν. Quorum verborum ordinem ita, ut ratio poſtulare videbatur, tacite invertit idem Caſaub. cui etiam Dalecampius praeiverat, *& ad alios uſus idonea materia*, vertens.

εἰς δὲ σχοινία λευκαίαν μὲν ἐξ Ἰβηρίας· κάνναβιν δὲ καὶ πίτταν (vulgo κίττον) ἐκ τοῦ Ῥοδανοῦ ποταμοῦ. »Eu»ſtathius, [ad Od. β'. pag. 106, 26 ſqq.] Ἀθήναιος ἱστο»ρεῖ περί τινος, καὶ ὅτι εἰς σχοινία ἥτοιμάσατο λευκέαν »μὲν ἐξ Ἰβηρίας· κάνναβιν δ' ἐκ τοῦ Ἠριδανοῦ ποταμοῦ. »Εἴη δ' ἂν ἴσως λευκέα, δέρμα λεύκης παρόμοιον τῷ ἐκ »φιλύρας. Scribe igitur in Athenaeo, λευκέαν μὲν ἐξ »Ἰβηρ. Sic & Eclogarius. [nempe, ex cuius Epitoma de»ſumſerat iſta Euſtathius.] Arboris λεύκης, *populi*, librum »decorticatum ad conficiendos funes, appellabant λευ»κέαν: ſicut detractam pellem leoni, λεοντέην; vulpi, ἀλο»πηκέην; & alia id genus. In Heſychii Gloſſis alicubi [ſub »voc. Σιλλὸν,] legas, σιλλὸν, λευκαίας σχοινίον. Melius »idem alibi: Λευκέα per ſimplex ε:« [Λεύκεα ibi vulgo editur; fortaſſe pro Λεύκαια] »quod interpretatur σχοῖ»νος, recte, ſi accipias pro *funo* ſimpliciter, & ἀντὶ σχοι»νίου; nam *iunci* ſpeciem λευκέαν novimus nullam. *Rho»dani* nomine intellige fluminis illius utramque ripam: »ubi etiam hodie *cannabis* copia non tenuis. Sed fluvii »huius nomen diverſe ſcriptum invenimus. In Epitoma »diſerte Ῥαδανοῦ: mendoſe, ut palam eſt. In Euſtathii »codicibus Ἠριδανοῦ. An & hoc mendoſum? ita videtur »mihi quidem. At voce κίττον quid faciemus? *Hederae* »uſum eſſe nullum ad funes nectendos, recte pronuntiant »docti. Quare in Excerptis & Euſtathio veſtigium nul»lum eius verbi. Πίτταν, opinor, ſcripſerat auctor:

f »quod etiam doctissimo *Gesnero* venerat in mentem. *Pi-*
»*cem* non postremas obtinere in nautica supellectile, om-
»nes norunt.« CASAUBONUS. — In vocabulo λευκαίαν, quod cum editis tenent veteres membranae, nil mutare ausus sum. Collatis duobus Hesychii locis, ab ipso Casaubono laudatis, cum hoc nostro, & cum aliis vetustis Glossis, λευκαίαν defendit SALMASIUS, *spartum* intelligens; Exercit. Plin. pag. 538 extr. »Graecorum σπάρτος,
»inquit, Latinorum est *genista. Spartum Ibericum*, λευκαίαν
»Graeci videntur nuncupasse a candore, quasi *candidum*
»*iuncum* dixeris, vel quod candorem traheret ex macera-
»tione, vel quod caeteris iuncorum generibus esset can-
»didius; ut multae arbores & herbae congeneres foliis
»λευκοῖς & μέλασι distinguuntur.« Conf. eumdem ad Spartian. T. I. pag. 178. In Philoxeni Glossis legitur: Λευκαία ἐν Θεάτροις, *spartum*. Rectius vero fortasse λεύκαια antepenacute scribitur apud Salmas. Exerc. Plin. pag. citata ineunte. Fluvii nomen perspicue, ἐκ τοῦ Ῥοδάνου ποταμοῦ scribitur in nostro ms. *Ep.* sicut in edd. & in ms. *A*. Vulgatum κίττον, ne Casaubono suffragari videretur, defendit *Villebrunius*; ad *albam* illam *hederam* hoc spectare contendens, qua obumbratum tabernaculum paulo post (pag. 207. d.) traditur: cuius interpretationis calliditatem docto viro non invideo. Ego vero, licet editam scripturam tueantur membranae, tamen πίτταν, *picem*, cum aliis viris doctis corrigere non dubitavi; quomodo etiam haud cunctanter Salmasius scripserat l. c. col. b. sub fin. *Picis* usum aliquem in eadem hac navi mox ipse commemorat auctor pag. 207. b. sed alius etiam atque multiplex in navibus & in supellectile nautica picis usus erat. Confer rursus pag. 208. *a*. & Polyb. V. 89, 6. Mendam hoc loco etiam *accentus* arguebat; cum κίττον penacute scriberetur, quae erat vox nihili. *Hedera* graece κιττὸς sonat; *pix* vero, πίττα. Iam *picis* copia *circa Rhodanum* fluvium an aliis etiam scriptoribus commemorata sit, nescio equidem: in Cisalpina Gallia observatam eam Straboni video lib. V. pag. 218. a. Massilienses vero, qui sunt Rhodano vicini, generatim omni rerum copia abundasse quae ad navigationem pertinent, docet idem auctor, lib. IV. pag. 180. a. b.

πολλαχόθεν συνήγαγε. συνήγαγε δὲ καὶ &c. In ea verborum structura, quam cum insto *A*. exhibebant

editi, poſt πολλαχόθεν haud dubie deſiderabatur verbum. Saepiſſime autem in eam partem peccarunt librarii, ut, ubi bis deinceps ponere idem verbum debuerant, ſemel omiſerint. Epitomator, quo illud incruſtaret ulcus, totam ῥῆσιν ſic incepit, γόμφους τε ἡτοιμάσατο καὶ ἐγκοίλια &c. ut omnes conſequentes accuſativi a verbo ἡτοιμάσατο penderent.

ἐν μησὶν ἓξ εἰργάσατο. Intelligo teneri commode a aoriſtum verbi medii activa notione poſſe, quemadmodum & praeceſſerunt activa verba, & ſequens verbum περιελαμβάνετο pariter activa notione accipi poteſt. Sed pro εἰργάσατο, utique compoſitum ἐξειργάσατο deſiderari videtur; quemadmodum lit. b. in fine capitis ait, ὡς οὖν τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν ἐξειργάσατο.

ταῖς ἐκ μολίβου ποιηθείσαις κεραμίσιν ἀεὶ καθ' ὃ ναυπηγηθείη μέρος περιελαμβάνετο. Supra pag. 204. a. ubi μόλυβδον edebatur, nihil ex membr. *A.* adnotatum; ms. *Ep.* vero μόλιβδον habebat. Hoc loco, ubi ἐκ μολίβδου edebatur, ἐκ μολίβου ſcribitur in utroque noſtro codice; quod tenendum putavi, licet paulo poſt rurſus variet ſcriptura. Infra, pag. 208. d. pro μολίβδου, quod cum editis codex *Ep.* tenuit, rurſus μολίβου dedere membr. *A.* De qua varietate ſcripturae in hoc vocab. vide quae collegere viri docti ad Moerin p. 256 ſq. Deinde mendoſe καθ' ὃν ναυπηγ. legebatur in editt. omnibus, pro quo verum καθ' ὃ reſtituimus, praeeunte ms. *Ep.* Quod vero conſentiente utroque codice edebatur, προσελαμβάνετο, id non ferendum putavi; omninoque περιελαμβ. corrigendum cenſui, quemadmodum paulo poſt (lit. b.) in eadem re verbum περιελήφθη poſitum erat conſentientibus libris. Continuo dein operarum errore ὥς ἂν, pro ὡς ἂν, ſcriptum; qui error invitis nobis, ex ed. Caſ. 1. in noſtram irrepſit.

Ἀρχιμήδης ὁ μηχανικὸς μόνος αὐτὸ κατήγαγε δι' ὀλίγων σωμάτων. » Dalecamp. *paucis inſtrumentis:* imo vero, » *paucorum ſervorum ope.* σώματα, ut in libris Iuris civilis » Romanorum paſſim *corpora*, pro *ſervis:* quamquam id » Iulio Polluci non probatur. Σώματα, inquit, [III. 78.] » ἁπλῶς, οὐκ ἂν εἴποις, ἀλλὰ δοῦλα σώματα. Sed obti- » nuiſſe contrarium, teſtatur in Ancyroto Epiphanius. » Εἴωθεν ἡ ἀνθρωπότης καλεῖν τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ τοῦ ἑνὸς » ὀνόματος· οἷον, ὅτι δεσπότης ἐστὶν ὀγδοήκοντα σωμάτων.

a » *Solent vulgo hominem de nomine alterius partium ex quibus* » *conſtat appellare: ut cum dicimus, Eſt herus* LXXX *corpo-* » *rum.* ἀνθρωπότητα dixit Epiphanius, pro, *vulgo homines:* » ſicut ſolent beati Patres Graeci τὴν ἀδελφότητα, Lati- » ni *fraternitatem* ponere, pro *coetu fratrum* & eccleſiâ. Sed » non ſolum vulgus ita locutum; verum & eruditiſſimi » quique Graecorum, ſpreto Pollucis imperio. Harpo- » cration, de inſtitutis a Solone primum lupanaribus lo- » quens, Νίκανδρος, inquit, ἐν ἕκτῳ Κολοφωνιακῶν Σόλωνά » φησι σώματα ἀγοράσαντα εὐπρεπῆ, ἐπὶ στέγης στῆσαι. » id eſt, *Nicander lib. VI. Colophoniacorum auctor eſt, So-* » *lonem ſervas pulcras emiſſe & in cella proſtituiſſe.* Ariſtote- » les, & ſentiendi & loquendi recte norma, de Miracu- » lis auditis: Λέγουσιν, οὕτω τοὺς οἰκοῦντας τὰς Γυμνησίας » Ἴβηρας καταγύους εἶναι, ὥστε ἀντὶ ἑνὸς σώματος ζηλω- » τοῦ διδόναι τοῖς ἐμπόροις τέτταρα καὶ πέντε σώματα » ἀρρενα. Apud Demoſthenem, in ea contra Evergum & » Mneſibulum, τὸ σῶμα, & ἡ ἄνθρωπος, & τὸ σῶμα τῆς » ἀνθρώπου pro eodem ponuntur. Sic etiam accipe in hoc » Phlegontis Tralliani loco, cuius mentem doctiſſimus in- » terpres non eſt aſſecutus: ἐὰν οὖν σοι φαίνηται περὶ » τούτων γράφειν τῷ βασιλεῖ, ἐπίστειλον κἀμοὶ, ἵνα καὶ » τῶν σωμάτων τινὰ τῶν ἱστορούντων τὰ κατὰ μέρος ἐξα- » ποστείλω σοι. Vertendum erat: *Si ad principem de ea re* » *videtur tibi ſcribendum, ſcribe etiam ad me, ut ſervos quos-* » *dam tibi mittam eorum qui rem totam tenent.* Quo maior » eſſet fides miraculoſae narrationi, offeruntur *ſervi*, qui » tormentorum perpeſſione, ſi opus ſit, veritatem obſi- » gnent. Ergo etiam hic σώματα ſunt *perſonarum corpora*, » non inſtrumenta. Sed obſtat interpretationi huic Procli » narratio, primo in Euclidem commentario. Narrat ille, » deductam hanc navem non δι' ὀλίγων σωμάτων, *pauco-* » *rum ſervorum opera:* ſed unius Hieronis regis. Πάντων » ἅμα Συρακουσίων ἑλκύσαι τὴν ναῦν οὐ δυναμένων, Ἀρχι- » μήδης τὸν Ἱέρωνα μόνον αὐτὴν καταγαγεῖν ἐποίησεν. Quo- » modo conciliabimus? Tam facile quam deſcendit imber » cum pluit. Sic nempe dici Proclo, *Hieronem ſolum eam* » *navem deduxiſſe*, quomodo ait Athenaeus, *ſolum Archi-* » *medem.* Hic feciſſe dicitur, quia faciendi rationem inve- » nit: ille, quia honoris ſui cauſſâ operi manum admo- » vit. Quod igitur Athenaeus, *paucorum miniſterio Archime-* » *dem uſum*, ſcribit: idem & de Hierone eſt intelligendum:

» atque hoc etsi diserte non ait Proclus, non tamen ne- a
» gat. « CASAUBONUS. — Ad evincendum, perperam a Dalecampio σώματα per *instrumenta* esse reddita, non tantis motibus fuerat opus. Caeterum nolim ego cum doctissimo Viro *servos* hoc loco intelligi: nec enim probabile est, ad augustam illam deducendae talis navis caerimoniam, ubi praesertim ipse etiam Rex (ut ex Proclo idem Casaubonus docet) manum operi admovit, *servilia corpora* fuisse adhibita. Nec prorsus de nihilo est, quod Pollux l. c. praecepit, σώματα non per se *servos* sonare, sed δουλικὰ σώματα. Nam licet, ubi ex sermonis connexione & ex adiunctis intelligitur, de *servis* agi, etiam nude σώματα *servi* dici possint; tamen σώματα generatim idem valet ac *homines*: quo de usu illius vocabuli vel ex eis exemplis, quae a nobis in Lexico Polybiano voc. σῶμα collecta sunt, abunde constat. Quare δι' ὀλίγων σωμάτων rectius sic reddi censui, *paucorum hominum operâ*. Procli narrationem non turbare nos debere, recte monuit Casaubonus. Legitur illa libro secundo Commentariorum in primum librum Elementorum Euclidis, pag. 18. edit. Basil. 1523. Caeterum quod auctor noster hic ait, Ἀρχιμήδης ὁ μηχανικὸς μόνος αὐτὸ κατήγαγε, id ad aliam navem retulit Plutarchus, in Marcello p. 307. a. cuius locus cum hoc conferendus.

κατασκευάσας γὰρ ἕλικα, τὸ τηλικοῦτον σκάφος εἰς τὴν θάλασσαν κατήγαγε· πρῶτος δ' Ἀρχιμήδης &c. » He- b
» lix, machina cochlearum instar clavicularim spiratim-
» que striata, cuius circumductu attolluntur & sustinen-
» tur gravissima pondera. Hac utuntur aurigae Germani
» in subvehendis curribus onustis, ut si quid est in rotis
» vitii extrahant, corrigant & reponant. Vulgo, *une vis*. «
DALECAMPIUS. — » Ait auctor, πρῶτος δ' Ἀρχιμήδης
» εὗρε τὴν τῆς ἕλικος κατασκευήν. Et Proclus: ἡ ἕλιξ οὐκ
» ἦν τοῖς πρὸ τοῦ Ἀρχιμήδους πορίμη. Sed de *helice* multa viri docti, quae non repetam. « CASAUB. — Satis-ne constet hodie inter doctos eosdemque artis mechanicae peritos, quale potissimum fuerit instrumentum, qualisve machina, quae *helix* hic vocatur, mihi non compertum. Pro eo quod auctor noster ait, κατασκευάσας γὰρ ἕλικα, τὸ τηλ. σκ. εἰς τὴν θαλ. κατήγαγε, Plutarchus loco cit. scribit: αὐτὸς (Ἀρχιμήδης) ἀπωθεν καθήμενος, οὐ μετὰ σπουδῆς, ἀλλὰ ῥᾳέμα τῇ χειρὶ σειὸν ἀρχὴν τινα πο-

b λυσπάστου μηχανήματος προσηγάγετο λείως καὶ ἀπταίστως. Machinae genus describit Vitruvius lib. X. cap. 5. quod *polyspaston appellatum* ait, *quod multis orbiculorum circuitionibus & facilitatem praestet & celeritatem.* Sed illius quidem machinae usus *tres ordines hominum* requirit, funibus onus ducentium.

Ὡς δὲ καὶ τὰ λοιπὰ &c. Excurrit continua periodus usque ad finem capitis: cuius periodi cum longior sit protasis, repetitur particula ὡς sub finem, ὡς οὖν τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν ἐξειργάσατο.

ὧν (ἥλων) οἱ πολλοὶ δεκάμνοοι ἦσαν. Sic codex mstus uterque; recte δεκάμνοοι a singulari δεκάμνοος, contracte δεκάμνους, quod idem valet ac δεκαμναῖος, *decem librarum.* Eâdem formâ πεντάμνους dictum vidimus IV. 148. f. Sic ἑξάμνους, & ipsum δεκάμνους, apud Eustath. ad Od. τ'. pag. 717, 17. Quod temere δεκάμναιοι posuerunt editores, id in accentu etiam peccabat: oportebat saltem δεκαμναῖοι. *Ibid.* » Ait de *clavis aeneis*, » quibus munita haec navis, διὰ τρυπάνων δ' ἦσαν οὗτοι » ἡρμοσμένοι. Itaque etsi decem ac quindecim pondo pen- » debant hi clavi, quia tamen *terebra* terebrata erant fora- » mina in quae erant immittendi, crassiores sesquidigito » ipsos esse non oportuit, aut circirer. Nam ultra hunc » modum terebra non habet explicationem, auctore Vi- » truvio lib. X. cap. 22.« CASAUB. *Ibid.* τοὺς σταμίνας συνέχοντες. σταμῖνας corrigendum supra monui ad pag. 206. f. In *articulo masc. gen.* τοὺς consentiunt ambo mssti nostri cum editis, licet analogia desiderare videatur ut sit nomen *foeminini generis*, quemadmodum etiam Eustathius ad Od. ε'. pag. 221, 9 sqq. plus semel usurpavit: de quo etiam monuit H. Steph. in Thes. hac voce.

μολυβδαίναις δὲ κεραμίσιν ἀπεστεγνοῦντο. Haud dubie aut μολυβδίναις (sive, quod perinde est, μολιβδίναις) κεραμίσιν oportebat, aut μολυβδαίναις (vel μολιβδαίναις) *absque* κεραμίσιν. Nam μολύβδαινα (vel μολίβδαινα) est substantivum: quare infra (lit. d.) διὰ κεραμίδων ἢ μολυβδαινῶν dicit. Magis tamen de *globo* vel *glande plumbea* usurpatum videtur id nomen, quam de *lamina.* (Confer Indicem nostrum Graecitatis Appianeae, hac voce.) μολύβδινος vero, vel μολίβδινος, adiectivum est; qua ratione μολίβδινα (vel μο-

λύβδινα) σπκώματα Polybius dixit, VIII. 7, 9. & XXII. 10, 4. Non damno verbum ἀπεστεγανοῦντο, quo usus est Epitomator; cui illustrando valere poterit nomen στεγανώματα, quod ab Hesychio & ab Etymologo exponitur οἱ ἐν τοῖς τοίχοις σύνδεσμοι vel ἔνδεσμοι. Sed tenendum putavi id quod & hic cum editis habent vetustae membranae, & paulo post (lit. d.) rursus eaedem membranae dederunt; cuius verbi vis in *adstringendo* posita est.

AD CAP. XLI.

Ἦν δ' ἡ ναῦς τῇ μὲν κατασκευῇ εἰκόσορος. Dale- c
campius: *Viginti remorum ordines in ea navi fuerunt.* Ad quae verba nihil Casaubonus; sed PALMERIUS haec adnotavit: »Bene ita vertit interpres secundum rei veritatem; male secundum verba mendosa, quae vertit. Putavit nempe, εἰκόσορον ναῦν fuisse *navem viginti remorum ordinum;* sed debuit in Graeco secundum suam »versionem mutare vocem εἰκόσορος in εἰκοσήρης: [at »Graeca Athenaei numquam edidit Dalecampius:] ma»xima enim est differentia. Εἰκόσορος, *navis* est *actuaria,* »non magni pretii, *quae viginti tantum remis agitur,* ut »dicitur τριακόντορος, quae *triginta.* At εἰκοσήρης, na»vis erat maxima & molis extraordinariae & stupendae, »quae *viginti remorum ordines* habebat.« Sic ille, in *Exercit. in Auct. Graec.* pag. 500. Quod sane verissime observatum. Nam sic εἰκόσορον ναῦν (ut alia nunc, aliosque auctores omittam) Hesychius & Etymologus diserte εἰκοσάκωπον interpretantur, quod nequaquam convenit huic loco. Contra, quemadmodum prodigiosa illa Ptolemaei Philopatoris navis (pag. 203. e.) τεσσαρακοντήρης fuit, sic hanc Hieronis εἰκοσήρην fuisse, id est, *viginti ordines* sive *versus habuisse remigum* consentaneum est; cuius generis unam etiam deinde in Ptolemaei Philadelphi adparatu fuisse, (fortasse hanc ipsam, quae ab Hierone dono missa est patri illius Ptolemaeo Soteri) cum duabus τριακοντήρεσι, aliisque τρισκαιδεκήρεσι, & pluribus gradatim minoribus, dixerat Noster pag. 203. d. Quare haud temere feciſſe doctissimum LEROY puto, quod haud cunctanter, *eicoserem fuisse* hanc navem, id est, *viginti versus remigum habuisse* pronunciaverit, in libro, cui titulus *Les Navires des Anciens considérés par rapport à leurs Voiles,*

c Pariſ. 1783. cap. 5. ubi de hac ipſa Hieronis navi egit. At equidem, veroſimilem ac propemodum certiſſimam emendationem ſub contextu indicaſſe contentus, vulgatam ſcripturam, quam uterque noſter codex mstus tuetur, non ſum auſus loco movere; quoniam fieri potuerat, ut ſcriptor ille, e quo deſumta haec narratio, vocabulo εἰκόσορος pro eo, quod utique aptius & magis proprium erat, uteretur.

τριπάροδος δέ. Attigerat hunc locum Caſaubonus ſupra, ad p. 203. f. ſed ita ut nihil definiret. Praetermiſit iſta verba *Leroy*, cum longe plurima parte deſcriptionis huius navigii, in *velorum* maxime rationem inquirens. VILLEBRUNE in verſione ſic poſuit, *il avoit trois courſiers*; ſubiecta adnotatione huiusmodi: »πάροδος *ſignifie, à la* »*lettre, passage, chemin; & en terme de marine, ſur* »*nos galères, coursier.*« Gallicum illud vocabulum in Dictionario Academiae olim regiae Gallicae ſic exponitur: »*Coursier, en termes de Marine, c'eſt le paſſage de la proue à la poupe dans une galère entre les bancs des Forçats.*« Latine rectiſſime (puto) *foros* reddideris. *Navis* autem *tres foros habens*, idem fere ſonare videtur ac *tres pontes habens*. *Ibid.* τὴν μὲν κατωτάτω (ſcil. πάροδον) ἔχουσα ἐπὶ τὸν γέμον. Quo pacto, cum modo praeceſſerit ναῦς, defendi poſſit ἔχων, quod cum editis hìc habent veteres membranae, prorſus non video. Iſtam tamen ſcripturam non modo intactam reliquit Caſaubonus, ſed prorſus ſilentio praeteriit. Monuit VILLEBRUNIUS, ἔχουσα corrigendum; quod in oculos incurrebat. Atqui id ipſum perſpicue dedit noſter ms. *Ep.*

ἐφ' ἣν διὰ κλιμάκων πυκνῶν ἡ κατάβασις ἐγίνετο. »*Per* »*ſcalas plures:* vel, *per multorum graduum ſcalas.* Nam »κλίμαξ utrumque ſignificat, *gradum*, & *ſcalas.* Illud »commoditatem deſcendendi indicat: hoc, intervallum ma»gnum, quod ab una contabulatione fuit ad aliam.« CASAUBONUS. — Mihi prior ratio potior viſa erat. Ambigue *Villebrune* expreſſit: *on y déſcendoit par de nombreux gradins.*

εἰς τὰς διαίτας: & mox, διαῖται τετράκλινοι τοῖς ἀνδράσι: dein, ἡ δὲ ναυκληρικὴ διαῖτα. Quemadmodum συμπόσιον non modo *convivium* ſignificat, ſed & *locum ubi agitur convivium, coenaculum;* (veluti pag. 205. d. e. & f.) ſic & διαῖτα, non modo *victum, epulas, coenam,*

denotat; (veluti, *παρὰ τὴν δίαιταν*, *inter epulas*, saepe c cum apud Noſtrum, tum apud alios;) ſed & *coenaculum, locum ubi victum capimus.* At quemadmodum *διαιτᾶσθαι* & *τὴν δίαιταν ποιεῖσθαι* eſt etiam, generatim, *vitam agere, morari aliquo in loco, habitare;* ſic & *ἡ δίαιτα habitationem* quamlibet, aut *conclave*, frequentiſſime denotat.

Ταῦτα δὲ πάντα δάπεδον εἶχεν ἐν ἀβακίσκοις συγκείμενον ἐκ παντοίων λίθων, &c. » Expoſuimus hunc locum » Commentariis ad Sueton. lib. I. c. 46. ubi de *muſivo ope-* » *re* notamus. Eſt vero argumentum Principis literarum » amantis, quique (ut ait Pindarus) *ἀγλαΐζεται μουσικῆς* » *ἐν ἀώτῳ*, quod obiter hic obſervatur de *Hierone:* qui » *teſſelatis ſuae* huius *navis pavimentis univerſum Iliadis ar-* » *gumentum curaverat exprimendum.* Sic rex Franciſcus, pa- » ter ille & Mecaenas literarum ac literatorum, in cuius- » dam praelongae ambulationis, quae Fonte-bellae-aquae » viſitur, parietibus, univerſae Odyſſeae argumentum ſo- » lertis pictoris penicillo ſpectandum exhibuit. Lege au- » tem ſic: *ἐν οἷς ἦν κατεσκευασμένος πᾶς ὁ περὶ τὴν Ἰλιά-* » *δα μῦθος θαυμασίως ταῖς κατασκευαῖς. κἂν ταῖς ὀροφαῖς* » *καὶ θυρώμασι δὲ πάντα ἦν ταυτὰ πεποιημένα.*« CASAUBONUS. — *Ἄβαξ*, eſt *tabula calculataria. ἀβάκιον, tabella. ἀβακίσκος, minuta tabella, teſſula.* Verba iſta, *ταῦτα δὲ πάντα δάπεδον εἶχεν, - - παντοίων λίθων*, citans Euſtathius ad Od. χ'. pag. 786, 40. haec adnotavit: *Ἔνθα ὅρα τὸ ἀβακίσκοις. ἐξ οὗ δῆλον, ὡς οὐ μόνον ἐπὶ σανίδος ὁ ἄβαξ καὶ τὸ ἀβάκιον, ἀλλ' ἰδοὺ καὶ ἐπὶ λίθων, ὁμοιοσχημόνων ξυλίνοις ἀβαξιν.* Sequentia apud Noſtrum verba, in hunc modum expreſſa diſtinctaque legebantur in editt. Ven. Baſ. & Caſ. 1. *ἐν οἷς ἦν κατεσκ. πᾶς ὁ περὶ τὴν Ἰλιάδα μῦθος θαυμασίως. ταῖς τε κατασκ. - - πάντα ἦν ταῦτα πεποιημένα. κατὰ δὲ &c.* Quae eodem prorſus modo tenenda iudicavi, niſi quod *πεπονημένα* ſcriberem, quod percommode dedere membr. *A.* in eam ſententiam, quam in latina verſione expreſſi. Iſta verba *πάντα ταῦτα* referuntur ad eadem illa *conclavia*, de quibus initio dixerat, *Ταῦτα δὲ πάντα δάπεδον εἶχεν.* Verbum *ἐπεπόνητο* ſonat *diligenter, exquiſite elaborata & ornata erant:* quo verbo in eamdem ſententiam idem auctor utitur p. 208. b. cum ait, *ἡ δὲ ναῦς πᾶσα οἰκείαις γραφαῖς ἐπεπόνητο.* Hoc loco in ed. Caſ. 2 & 3. ſervatâ reliquâ omni verborum ſerie, temere poſt *θαυμασίως di-*

ſtinctio orationis prorſus *deleta* erat; poſt πεποιημένα vero *comma* loco maioris diſtinctionis erat poſitum. In ms. *Ep.* deſunt verba, ταῖς τε κατασκευαῖς - - πεπονημένα.

d ἐν οἷς κῆποι παντοῖοι θαυμασίως ἦσαν ὑπερβάλλοντες (περιβάλλοντες edd.) ταῖς φυτείαις διὰ κεραμίδων ἢ μολυβδαινῶν κατεστεγνωμένων. Cum περιβάλλοντες vulgo legeretur, abeſſetque verbum κατεστεγνωμένων, ad iſta ἐν οἷς κῆποι - - μολυβδαινῶν haec adnotavit CASAUBONUS: »Lege διὰ κεραμίδων μολυβ»δαινῶν, ſublato ἢ. Hoc vult: *inſtitutos fuiſſe omnis ge»neris hortos in ambulationibus illis: ex quibus hortis manan»tes plantae per laminarum plumbearum commiſſuras, navem »totam circumdabant.* Κῆποι ſunt, herbarum hortenſium »inſtitutae areolae in congeſta terra ſuper navis tegmen: »vel erant iis ſimiles quos *Adonidis hortos* vocant, in »quibus alſioſae plantae educantur intra περιφορήτους te»ſtas: cuiusmodi & illa *dolia* erant, quorum ſtatim fit »mentio. Sic plures horti facti erant in ambulationum »ſuperficie. Κεραμίδας μολυβδαίνας dixit, ut Suetonius *char»tam plumbeam;* [in Ner. c. 20.] quod pluribus ibi expo»ſuimus. *Laminas plumbeas* ſignificat, in ſpeciem laterum »formatas. Sic paulo poſt, [p. 208. d.] πλίνθοι μολύβδου. »Illae ipſae ſunt, de quibus ante locutus eſt auctor, »[pag. 207. a.] ταῖς ἐκ μολύβδου ποιηθείσαις κεραμίσιν »ἀεὶ καθ' ὃ ναυτ. & iterum [lit. b.] μολυβδαίναις κερα»μίσιν ἀπεστεγνοῦντο.« — Equidem, ſicut loco proxime citato μολυβδίναις (vel μολιβδίναις) κεραμίσιν pro μολυβδαίναις me malle profeſſus ſum, ſic hoc loco ferri poſſe κεραμίδων ἢ μολυβδαινῶν iudicavi: ſin deletam ἢ coniunctionem malles, rurſus μολυβδίνων oportuiſſe mihi perſuaſi. Ad eadem verba in diverſam partem commentatus eſt CORAY: »Forte legendum (inquit) διὰ κερα»μίδων ἀληθινῶν, *tegulis veris*, i. e. ex terra factis. »Addit ἀληθινῶν ex induſtria, ne confundantur ſcilicet »cum tegulis, quibus ſupra (lit. a.) ἐκ μολίβου ποιηθεί»σαις, & (lit. b.) μολυβδαίναις (malim μολυβδίναις) ad»didit. Quod attinet ad lectionem textus, ea ſi legatur »ut eſt, ἢ μολυβδαινῶν redolet marginalem notam inepti »Grammatici, vel corruptam lectionem τοῦ ἀληθινῶν: ſi »mutetur in οὐ μολυβδαινῶν, (vel οὐ μολυβδίνων,) erit »dilucidatio marginalis, a Grammatico tamen docto ſatis »adſcripta. Conf. quae de notione vocabuli ἀληθινὸς ſu-

»perius dixi not. ad pag. 202. a.« Sic Vir doctiſſimus d in *Notis mſstis* ad hunc locum. Mihi vero haudquaquam improbabile videbatur, terram eam, quae ad formandos iſtos hortos fuiſſet adgeſta, quae ſubinde etiam irriganda erat, (conf. infra lit. e.) *plumbeis laminis*, tam infra ſuppoſitis, quam latera undique cingentibus, *concluſam* fuiſſe & *coërcitam*. Quo etiam valet verbum κατεστεγνωμένων, quod, cum deeſſet editis, dederunt nobis veteres membr. *A.* idemque verbum & ex cod. Hermolai Barbari adnotavit Villebr. pro quo ex codice Romano κατεστεγνωμένα in lectionibus Aegianis adnotatum reperio: de quo miror prorſus tacuiſſe Caſaubonum in Animadverſionibus. Quod ſi κατεστεγνωμένοι eſſet, poſſet ad κῆποι referri; ſed κατεστεγνωμένων haud incommode, ac fortaſſe commodius etiam, ad κεραμίδων μολυβδίνων refertur, id eſt, ad *laminas plumbeas*, quas *firmiter compactas & inter ſe conſtrictas* dixerit, (conf. ſupra, lit. b.) ſcilicet ne aqua penetraret: ſive vulgatam ſcripturam teneas, διὰ κεραμίδων ἢ μολυβδαινῶν, poſſis intelligere, *partim coctis laterculis, partim plumbeis laminis*; puta, fundum coctis laterculis fuiſſe ſtratum, latera laminis plumbeis cincta, omnibus firmiter inter ſe compactis conſtrictisque. Epitomator, omiſſis iſtis omnibus, nude ſic ſcripſit, ἐν οἷς κῆποι παντοῖοι· καὶ σκιναὶ κιττοῦ λευκοῦ &c. De vocabulo κῆποι obſervabit diligens lector, plerumque in plurali numero illud nomen uſurpare Graecos: quo commodius auctor de pluribus areolis loquens, variis plantarum generibus inſtructis, κῆποι παντοῖοι dicere potuit. Iam, quod ad verbum περιβάλλοντες adtinet, quod vulgo hîc conſentientibus membranis *A.* legebatur, quo pacto illud probare potuerit Caſaubonus, & in ea quam protulit interpretatione adquieſcere, non video. — »Multum me fallit coniectura,« (ſic ad hunc locum PALMERIUS monuit, *Exercit. in Auct. Graec.* p. 500.) »aut »ſcripſerat Athenaeus περιθάλλοντες, *circum virentes & ramoſi*. Nam κῆποι περιβάλλοντες in navi habet »aliquid duri, imo abſurdi; & magis convenit περι»βαλλόμενοι.« — CORAYUS noſter, vulgatum περιβάλλοντες defendens, ſcribit: »Forte legendum, περι»βάλλοντες τὰς φυτείας.« — puto hoc ſenſu, *comprehendentes, complexi plantas* vel *plantationes*. Sed vereor, ne pro ea ſententia περιβαλλόμενοι in verbo me-

d dio (quod Palmerio in mentem venerat) ſcriptum oportuerit. Ego, memor frequenter a librariis inter ſe mutatas praepoſitiones περὶ & ὑπὲρ (in compoſitione praeſertim verborum) me obſervaſſe, ὑπερβάλλοντες debuiſſe librarium mihi perſuaſi; ut eſſent κῆποι παντοίοις θαυμασίως ὑπερβάλλοντες ταῖς φυτείαις, *horti varii generis, mirifice praeſtantes* (vel *excellentes*) *plantationibus*. Nam etiam aliàs delectatum videmus auctorem, e quo haec ducta ſunt, verbo illo ὑπερβάλλειν: ſic quidem & paulo poſt (lit. e.) ὑπερβαλλόντως κατεσκεύαστο dicit: rurſusque pag. 208. f. βάθος ὑπερβάλλον ἔχουσα. Sic vero & ὑπερβάλλουσαν ὁρμὴν, θαψίλειαν, χαρὰν, Polybius dixit locis in Lexico noſtro Polybiano indicatis.

σκιναὶ κιττοῦ λευκοῦ. Ad iſtam *hederam albam* referendum cenſuit Villebrune id quod ſupra (p. 206. f.) vulgo legebatur, καὶ κίττον ἐκ τοῦ Ῥοδανοῦ. *Ibid.* καὶ ἀμπέλων, ὧν αἱ ῥίζαι. Recte ſic edidit Caſaubonus. Perperam ἀμπελώνων αἱ ῥίζαι ed. Ven. & Baſ. cum ms. *A.* ἀμπέλων ῥίζαι ms. *Ep.*

e τὴν ὀροφὴν κυπαρίττου, τὰς δὲ θύρας ἐλέφαντος καὶ θυίου. Intellige ἐκ κυπαρίττου, & ἐξ ἐλεφ. καὶ θυίου. conf. ad pag. 201. a. Deſunt iſta verba *Epit.* Eſt vero θύον ſive θυῖον eadem arbor quae θύα, vel θυία, vel θύεια: de qua ſupra ad pag. 205. b. Latinis *citrus atlantica.* Vide Plinium, lib. XIII. cap. 15 ſq. ſect. 29 & 30. *Ibid.* γραφαῖς δὲ καὶ ἀγάλμασιν &c. Et haec deſunt *Epit.* Vulgo vero, nullâ interpoſitâ diſtinctione, ſic legebatur, τὰς δὲ θύρας ἐλέφαντος καὶ θυίου γραφαῖς καὶ ἀγάλμασιν &c. Quod ferendum non erat: haud dubie aut γραφαῖς δὲ, ut nos ex coniectura edidimus, aut γραφαῖς τε oportuit.

AD CAP. XLII.

σχολαστήριον, *exhedram* interpretatus erat Guil. Budaeus; *locum in quo commodum eſt* σχολάζειν *& quieſcere poſt labores*, Henr. Stephanus. Intelligi autem *otium literatum* debere, monſtrat id quod continuo adiicitur de *bibliotheca.*

f κατὰ δὲ τὴν ὀροφὴν πόλον. Vide Polluc. IX. 46. & Weſſeling. ad Herod. II. 109. quibus adde quae de πόλῳ veterum disputavit Bailly, in *Hiſtoire de l'Aſtronomie, Eclair-*

ciſſemens lib. IV. ſect. 33. p. 384. *Ibid.* κατὰ τὴν Ἀχραδίνην. Sic ms. *A.* & *Ep.* quos ſequi debui: licet Ἀχραδινὴν acute, quemadmodum hîc editum erat, vulgo etiam apud Polybium & apud Diodorum Siculum ſcribi noverim. Eſſe unam e quatuor partibus, quibus conſtabat urbs Syracuſanorum, vel ex Cicerone Verr. IV. 53. notum eſt. *Ibid.* ἑκατέρωθεν τῶν τοίχων. Sic ms. *Ep.* ἑκατέρου τῶν τοίχων edd. cum ms. *A.* ubi ἐξ ἑκατέρου corrigebat CORAY. Paulo poſt quidem (p. 208. a.) rurſus τῶν τοίχων ἑκατέρωθεν conſentientibus libris ſcribitur.

κατεσκεύαστο διὰ μολιβδώματος καὶ σανίδων κλειστὸν ἰχθυοτροφεῖον. Cum κλειστῶν perperam in editt. Ven. Baſ. & Caſ. 1. conſentiente utroque noſtro msto legeretur, eius loco πλείστων poſitum eſt in ed. Caſ. 2. & 3. Ego CORAYO noſtro obtemperavi, κλειστὸν corrigendum monenti. Sic paulo ante ὑδροθήκη κλειστὴ memoratur. Eiusdem CORAYI ingenio & iſta emendatio debetur ἐνετρέφοντο, pro εὖ ἐτρέφοντο, quod quamquam uterque noſter codex cum editis tuebatur, tamen mendoſum eſſe non dubitavi. Cum eodem Viro docto ſuſpicari licebat, pro ἐν ᾧ, oportuiſſe ἐν ᾗ, ſcil. θαλάττῃ: ſed hîc quidem ferendum vulgatum cenſui, ad ἰχθυοτροφεῖον relatum. πλῆρες θαλάττης, *marina aqua repletum*: ſic de navibus, θαλάσσης ἐπίμπλαντο, Appian. Hiſt. Syr. c. 27. & Civil. V. 85. & τὴν θάλασσαν (ἡ ναῦς) ἀθρόως ἐδέχετο, idem Civil. V. 107.

ὑπῆρχον δὲ καὶ τῶν τοίχων ἑκατέρωθεν τρόποι προεσμένοι, - - ἐφ' ὧν κατεσκευασμέναι ἦσαν ξυλοθῆκαι &c. »Planius ſcriptum eſt in Epitome τόποι προεσμ. »Sed hanc lectionem confutat ſequens locus, [hac pag. »lit. c.] ubi eadem vox iterum poſita. De illo mox vi»derimus: hîc vero τρόπον *tignum* ſignificare, non male »coniicit Dalecampius. Videtur, ſi mendo caret codex, »artis fabrilis aut lignariae proprium eſſe vocabulum, aut »alia multa omnium artium; quae hodie obſcura eſſe »vel doctiſſimis, amiſſis eius argumenti libris, mirum »non eſt. Veteres magiſtri hac in parte quanta negligen»tia uſi fuerint, omnes ſciunt. Praeter vulgo notam & »pueris huius dictionis ſignificationem, accipitur in re »nautica pro *funibus* vel *loris*: ut cum ait Scholiaſtes »Ariſtophanis, μεγάλοι τοῖς τριήρεσιν ὀφθαλμοὶ γίνονται, »δι' ὧν τὰς κώπας ἐμβάλλοντες ἐκπιλάτουν. ἐφράττοντο

» δὲ καὶ δερματίνοις τρόποις πρὸς τὸ μὴ τρίβεσθαι τὰ σα-
» νιδώματα. Hanc significationem non praetermiserunt
» Grammatici: de ea multa Hesychius.« CASAUBONUS.
— At, quam sit illa significatio ab hoc loco aliena, adparet. Nec vero quidquam usquam reperio, quod vel ad firmandum vel ad illustrandum significatum, quem h. l. habere videtur id vocabulum, pertineat, nisi forte huc faciat quodammodo id quod observavit Etymologus p. 769. lin. 7 iqq. Τροπίδια, τὰ εἰς τρόπιν νεὼς εὐθετούμενα ξύλα - - - καὶ ὁ τροπός· ἐφ' οὗ τίθεται ἡ τρόπις. Id est: Τροπίδια, *ligna ad carinam navis idonea.* - - Et ὁ τροπὸς, *super quo ponitur carina.* Igitur videndum, ne τροποὶ acute apud Nostrum fuerit scribendum: quemadmodum & in altera significatione τροπὸς, non τρόπος, recte scribitur. Propemodum vero praeferendum iudicarem τόποι, quod & noster ms. *Ep.* agnoscit; nisi verbum προεωσμένοι aliud nomen sibi iunctum desiderare videretur.

b ἄτλαντές τε περιέτρεχον τὴν ναῦν ἐκτὸς ἐξαπίχεις, οἳ τοὺς ὄγκους ὑπειλήφεισαν &c. » Eustathius legit ἐντός. « [ad Od. α'. p. 19, 11. Male, haud dubie. In ἐκτὸς cum edd. & ms. *A.* recte consentit noster ms. *Ep.*] » Quid sint
» *atlantes* & *telamones* in architectura, habes apud Vitru-
» vium lib. VI. cap. 10. Sed adscribenda sunt Eustathii
» verba, quibus hunc locum exposuit. Καὶ ἴσως τοιαύτης
» ἐννοίας παρὰ τῷ Δειπνοσοφιστῇ οἱ ἄτλαντες, ἐν τῷ, πε-
» ριέτρεχον τὴν ναῦν ἄτλαντες ἐντὸς, ἐξαπίχεις. εἰ μὴ
» ἄρα ζῴδια, εἴ τ' οὖν ἀνδριάντες ἦσαν ἑστηλωμένοι πρὸς
» μίμησιν Ἄτλαντος. *Fortasse ab eadem mente,* (*sustinendi*
» nempe significatione) *dicti sunt apud Deipnosophistam* ἄτ-
» λαντες, *cum ait:* navem ambibant ab interiore parte
» atlantes senorum cubitorum. *Nisi tamen signa potius sunt,*
» animalis figurâ; *hoc est,* statuae, pro columnis positae,
» figurâ Atlantis.« CASAUBONUS.

AD CAP. XLIII.

Τούτων δὲ (τῶν πύργων) ἑκάστῳ παρεδέδεντο κεραῖαι δύο, ἐφ' ὧν κατεσκεύαστο φατνώματα, δι' ὧν ἠφίεντο λίθοι πρὸς τοὺς ὑποπλέοντας τῶν πολεμίων. DALECAMPIUS: *Harum singulis adnexae fuerunt antennae, & super his aperta foramina, quibus in accedentes hostes saxa deturbarentur.* Ad haec IDEM in ora: » κεραῖαι, *antennis similes trabes,* transver-

» ſae. φατνώματα, veluti *feneſtrae*, per quas in ſubeun- b
» tes deſpectus eſſet.« — Tum CASAUBONUS: » Nolim
» κεραίαν hic *antennam* latine dici, ſed *tignum eminens* vel
» *proiectum*. Duo fuere parietibus turrium infixa tignorum
» capita, ſuper quibus extructa erant τὰ φατνώματα:
» quo nomine intelligitur hic *paries* aut *lorica crebris diſtin-*
» *cta toxicis*. Appello τοξικὰς, cum Symmacho & Grae-
» cis Iurisconſultis, *feneſtras longas & anguſtas, ad emitten-*
» *da* potius *tela*, quam ad lucem admittendam factas. Fre-
» quentiam earum feneſtrarum in illo pariete declarat ad-
» pellatio φατνώματος: quod verbum *opus* ſignificat ad
» *praeſepis formam fabricatum*: cuiusmodi ſpeciem exhibent
» *lacunata domorum tecta*. Caeterum κεραίαις iſtis ſimiles
» illae fuerunt, quarum mox [lit. d.] fit mentio, etſi
» longe alio in loco ſitae.« — VILLEBRUNE, ſuâ auctoritate, (ſed praeeunte, ut videtur, ADAMO) cum verba Graeca ſic convertiſſet, *Au haut de chacune de ces tours on avoit fait deux ſaillies latérales percées de crénaux* &c. in ſubiecta Adnotatione ſic praecepit: » *Caſaubon devoit lire ici*
» παρεδέδμηντο, *non* παρεδέδεντο, *quoique ce mot-ci ſoit*
» *le texte actuel. Enſuite* κεραῖαι *ſont des ſaillies.*« — Qui ſicut gratuito prorſus & fruſtra ſumſit, κεραίαν ſignificare *proiecturam aedificii*, ſic non minus temere verbum παρεδέδμηντο huc invehere auſus eſt. Nomen κεραία, proprie *antennam* ſonans, ſubinde pro *roſtro illius machinae* uſurpatur, quam *tollenonem* latine vocamus, ſubinde etiam pro ipſo *tollenone*. Sic quidem, quas Polybius VIII. 7, 8 & 10. & XXII. 10, 4. itemque quas Plutarchus in Marcello, pag. 306. c. κεραίας dixit, easdem Livius XXIV. 34, 10. & XXXVIII. 5, 4. *tollenones* interpretatur. Conf. Sigonium & I. Fr. Gronov. ad Liv. XXIV. 34, 10. Caeterum, ſatis ſanum eſſe verbum παρεδέδεντο, non equidem ſpondeam; ac fuit cum παρετέθειντο legendum ſuſpicarer: nec tamen magnopere ſollicitare auſim. Tuentur illud quidem cum editis ambo noſtri codices mssti. Pro eodem paulo poſt (lit. d.) ſcribit auctor, ἐξ ἑκάστου τῶν ἱστῶν κεραῖαι λιθοφόροι ἐξήρτηντο, eâdem fere ſententiâ. Vocabulum φάτνωμα vulgo *lacunaris* vel *laquearis genus* quoddam denotare, ita *ſtriatum* ut aliquam cum *praeſepi* ſimilitudinem habeat, ſatis conſtat: atque ita reddidimus apud Noſtrum pag. 196. c. & apud Polyb. X. 27, 10. Conf. Weſſeling. ad Diodor. Sic. lib. I. cap. 66. Ne-

que aliter veteres Grammatici interpretantur. Hesychius: *Φατνώματα· σανιδώματα*: & idem alibi, *στεγάσματα οἴκου*. Suidas: *Φατνώματα· σανιδώματα· στέγη διάγλυφα*. Ibi editio princeps Mediolanensis, nulla post *σανιδώματα* interposita distinctione, *σανιδώματα στέγη διάγλυφα* habet, paulo propius vero: nempe *σανιδώματα στέγης διάγλυτα* videtur oportuisse, ut est apud Eustath. ad Iliad. ε'. pag. 414 extr. Pari tamen modo, ut vulgo apud Suidam, editur etiam in Etymologico Magno, col. 789. At hoc loco idem vocabulum magis ex coniectura, quam certa ratione, interpretati sunt viri docti: & Casaubono quidem ac Dalecampio, *fenestras* & *foramina* interpretantibus, iam praeiviſſe alios, ex Indice Thesauri HENR. STEPHANI disco, ubi ait: »*Φατνώματα* ex Athenaeo af»ferunt & pro *navium foraminibus*, per quae in adnavi»gantes missilia emittuntur.«

c *Τεῖχος δὲ ἐπάλξεις ἔχον καὶ καταστρώματα διὰ νεὼς ἐπὶ κιλλιβάντων κατεσκεύαστο· ἐφ' οὗ λιθοβόλος ἐφειστήκει* &c. Vertit Dalecampius: *Super navis foris murus praeterea cum propugnaculis extructus fuit, & in eo iaciendis saxis collocata machina, lignis in tria veluti crura divisis suffulta.* Adnotavit autem CASAUBONUS: »Illud *διὰ νεὼς* interpre»tor, *secundum navis longitudinem.* Sed miram sententiam »haec verba continent. Quis enim credat, *murum*, de »quo loquitur, *fulcris tripedibus* [haec enim sunt *κιλλί»βαντες*] *fuisse impositum?* Cur non potius tabulato na»vis est superstructus? An hoc eo fine factum, ut trans»ferri mangana simul & hic murus possent in quamcun»que partem opus esset, manente interea navi immota? »Nam cum loco moverentur catapultae & ballistae, ipsa»rum quoque *propugnaculum*, quod erat istud *τεῖχος*, »transferri oportebat. Probabilius videbatur nobis, non »loricam quae defendebat tormenta, sed machinam quae »saxa & hastas iaculabatur, fuisse collocatam super cilli»bantibus. Quare ita lectionem concinnabamus: *τεῖχος »δὲ ἐπάλξεις ἔχον καὶ καταστρώματα διὰ νεὼς κατεσκευά»στο· ἐφ' ὧν ἐπὶ κιλλιβάντων λιθοβόλος ἐφειστήκει.* Hoc »est: *Murus cum propugnaculis, itemque tabulata in navi »fuerunt extructa: quibus imposita erat catapulta tripedibus »fulcris sustentata.*« — VILLEBRUNIUS Graeca sic convertit: *Le long du vaisseau, & de chaque coté*, [haec proxima de suo adiecit] *l'on avoit élevé sur un échaffaudage*

volant, un mur ayant des banquettes & des parapets, où étoit c
placé un lithobole. Epitomator, omiſſis verbis τεῖχος δὲ - - κατεσκεύαστο, deinde ſic pergit, λιθοβόλος τε ἑφεστήκει &c. Membranae *A.* ab edita ſcriptura nil diſſident. Mihi locus minime ad liquidum perductus videtur. Suſpicor vero, non id dicere voluiſſe Moſchionem, *nonniſi unam catapultam muro illi fuiſſe impoſitam;* ſed *in catapultarum numero fuiſſe unam eâ magnitudine eâque vi*, quam continuo exponit. De *cillibante* adnotavit DALECAMPIUS id, quod ex Ariſtophanis Scholiaſte ad Acharn. vs. 1521. docuerat Suidas: »Κιλλιβὰς, inſtrumentum in tria veluti »crura divaricatum, cui fatigati pugna milites ſcuta im»ponebant.«

τριτάλαντον λίθον ἀφιείς. Haec cum Dalecampius reddidiſſet, *quae ſaxum trecentarum librarum pondo vibraret;* monuit CASAUBONUS: »Verte, *ſaxum emittens pondo* CCCLX. »Nam τάλαντα ſingula Vitruvio pendere ſciunt docti pon»do CXX.« *Ibid.* ἑκάτερον δὲ τῶν βελῶν ἔβαλλεν ἐπὶ στάδιον. Neſcio quem nodum hîc in ſcirpo quaerens Villebrunius, miras emendationes, minime illas neceſſarias, excogitavit. Nihil verbis iſtis planius. Ad ἔβαλλεν intellige τὸ μηχάνημα τοῦτο: *machina illa emittebat utrumque teli genus ad ſtadii longitudinem.*

μετὰ δὲ ταῦτα παρατρήματα ἐκ τρόπων παχέων συγκείμενα, διὰ ἀλύσεων χαλκῶν κρεμάμενα. DALECAMPIUS haec cum proxime praecedentibus connectens, ſic reddidit, *per foramina in craſſis trabibus exſculpta, aeneis catenis ſuſpenſa.* Tum in ora haec adnotavit: »περιτρήμα»τα, *baliſtarum foramina, per quae ſaxa eiiciuntur.* Vitru»vius περίτρητα vocat, cap. 2. lib. I. & cap. 17. lib. X.« Denique in Addendis ad ſuas Adnotationes haec adiecit idem Interpres: »*Foramina.* In Graeco ἐκ τροπῶν. Legi »ὀπῶν. ὀπαὶ architectis, tignorum & aſſerum cava cubi»lia & columbaria. Inde μετοπαὶ, denticulorum & tri»glyphorum intervalla.« Sic ille. Ad eadem deinde verba CASAUBONUS: »Non intelligo [inquit] iſta, μετὰ δὲ »ταῦτα παρατρήματα - - κρεμάμενα: etſi placuit diu Da»lecampii interpretatio, cum apud Vitruvium in deſcri»ptione harum machinarum περίτρητον legerem, & alia »quaedam unde vir doctus ſuam interpretationem hau»ſit: qui παρατρήματα vertit *foramina;* & τρόπους, *tra»bes.* Vitruvii verba ſunt lib. X. cap. 18. ubi de balliſtis

c » & catapultis loquitur: *Sumuntur tigna ampliſſima longitu-*
» *dine: ſuprafiguntur cheloniae, in quibus includuntur ſuculae.*
» *Per media autem ſpatia tignorum inſecantur & exciduntur*
» *formae, in quibus exciſionibus includuntur capitula catapul-*
» *tarum, cuneisque distinentur, ne in contentionibus moveantur.*
» En *tigna*, en *foramina*, hoc eſt, τρόπους & παρατρήμα-
» τα, ut illas voces Dalecampius accipit. Sed non eſt
» profecto verum quicquid veri ſpeciem habet: ſicut hîc
» accidit. Nam falſam eſſe docti viri interpretationem du-
» bium mihi nullum eſt. Obſecro, ſi τρόποι ſunt *trabes* aut
» *tigna*, quale dicemus eſſe hoc loquendi genus, παρατρή-
» ματα ἐκ τρόπων συγκείμενα, *foramina ex trabibus compo-*
» *ſita?* Non ex tignis foramina componuntur: ſed in ti-
» gnis aut trabibus vel terebrâ vel aliquo alio inſtrumen-
» to fiunt. Praeterea, cum ſuperiori de petraria machina
» ſermoni ſubiiciat auctor haec verba, μετὰ δὲ ταῦτα,
» errant omnino qui adhuc in iſtis de illius machinae par-
» tibus tractari putant. Cenſemus loqui auctorem de *plu-*
» *teis, quibus tegebatur murus ille modo memoratus.* Quamob-
» rem non παρατρήματα ſcribi debet, ſed παραρτήμα-
» τα, aut παραῤῥύματα. Utro modo legas, nec a
» vulgata ſcriptura longe abieris; & rem, quam diximus
» intelligi, apte expreſſeris. Poſterior tamen dictio apud
» hiſtoricos in frequentiore uſu. Quos enim Latini *pluteos*
» dicunt, illi παραῤῥύματα, ſive παραρύματα, a fine;
» apponuntur enim ad *tuitionem*: aut a materia, δέῤῥεις.
» Quoniam vero plutei iſti rei, quam defendebant, prae-
» pendebantur, eleganter & παραρτήματα vocari potue-
» runt. ἄρτημα eſt omne *quod ſuſpenditur*: παράρτημα,
» *quod ſuſpenditur ante aliud, & id obiectu ſuo tutatur.* Lo-
» qui Moſchionem de re pendente, evincunt manifeſto
» iſta ſequentia, διὰ ἀλύσεων χαλκῶν κρεμάμενα. Porro
» *pluteos* ex alia re alii conficiebant: *iſtos* ait auctor ἐκ
» τρόπων παχέων *fuiſſe* συγκειμένους. Noli dubitare, τρό-
» πους hic eſſe *rudentes* & *nauticos funes*: quam huius vo-
» cis ſignificationem ſupra [ad hanc pag. lit. a.] probavi-
» mus. *Ex rudentibus* confiebant *ſtoreae*, quas machinis
» praependebant. Caeſar de Bello Gall. lib. II. [immo,
» de Bell. Civil. II. 3.] *Storeas ex funibus anchorariis tres*
» *in longitudinem parietum turris, latas IV pedes, fecerunt:*
» *easque ex tribus partibus, quae ad hoſtes vergebant, eminen-*
» *tibus trabibus circum turrim praependentes religaverunt. Quod*

» *unum genus tegumenti aliis locis erant experti nullo telo ne-* c
» *que tormento traiici posse.* Habemus in his verbis quicquid » ad interpretationem noſtri auctoris iure deſideres. τρό-» *ποι παχεῖς*, ſunt *funes anchorarii*, *παραρτήματα*, *ſloriae* » *praependentes.* « — Haec Caſaubonus: cuius emendationem (*παραρτήματα*) adoptans Villebrune, ne quid docto huic viro acceptum referret, ipſum *Caſaubonum Aegio eam debere*, aperte fidenterque adfirmat. At in eo quidem libro, in quo *Aegianas* ſive *lectiones* ſive *emendationes* conſignatas habuiſſe Caſaubonum docuit idem Villebrunius in Praefatione, in eodem ipſo (inquam) libro, qui nobis haec ſcribentibus ad manus & ante oculos eſt, nihil quidquam ad vulgatam hoc loco ſcripturam *παρατρήματα* adnotatum eſſe, nos contra adfirmamus. Vulgatum tenet ms. *A*. In Epitome omiſſa iſta ipſa verba, *μετὰ δὲ - - κρεμάμενα*.

Τριῶν δὲ ἱστῶν ὑπαρχόντων &c. Hinc *τριάριμενον* dixit d hanc navem Proclus, loco ſupra ad pag. 207. a. citato. *Ibid. κεραίαι λιθοφόροι*. Vide ſupra, ad lit. b. *Ibid. πλίν-θοι μολίβου*; id eſt, *ἐκ μολίβου*, vel *μολύβδινοι*. *μολίβδου* h. l. ſcriptum in edd. & in ms. *Ep. μολίβου* in ms. *A*. Vide ad pag. 207. a. *Ibid. ἠφίεντο* dedere ambo codices mssti; recte, ab *ἀφίημι*. *ἐφίεντο* edd. *Ibid. χάραξ κύκλῳ τῆς νεὼς σιδήρου*. Rurſus intellige *ἐκ σιδήρου*. Suo arbitratu *σιδήρεος* ſcripſit Epitomator.

κατὰ τοὺς ἱστοὺς ἐν τοῖς καρχησίοις. DALEC. *in malo-* e *rum carchesiis.* Tum idem in ora: » *Corbibus.* « — Non male. Eſt enim *καρχήσιον* proprie quidem *ſumma pars mali*, *ita inſtructa*, *ut ex ea aptari antennae & tollenones poſſint.* Illud autem *καρχήσιον*, in maioribus navibus, impoſitum vel circumpoſitum *θωράκιον* habet, quaſi *loriculam* diceres, id eſt, *corbem quadratam* in qua ſtare nauta vel miles poteſt. (Confer Noſtrum lib. XI. p. 474 ſq.) Quare cum hîc dicat auctor, *κατὰ τοὺς ἱστοὺς ἐν τοῖς καρχησίοις* ſtetiſſe viros, perinde eſt ac ſi dixiſſet *ἐν τοῖς θωρακίοις*. *Ibid. ἐπὶ μὲν τοῦ πρώτου τρεῖς ἄνδρες*. Voculam *οὖν*, quae poſt *ἐπὶ μὲν* temere in editis inſerta erat, ignorat codex noſter uterque.

Τῶν δὲ ἱστῶν ὁ μὲν δεύτερος καὶ τρίτος εὑρέθησαν· δυσ-χερῶς δὲ ὁ πρῶτος εὑρέθη ἐν τοῖς ὄρεσιν τῆς Βρεττίας. (vulgo Βρεττανίας.) Dalec. *Ex malis navis*, *ſecundus & tertius facile reperti ſunt*, *primus difficulter in Britanniae montibus.* — » Plane Dalecampio aſſentior de priore membro; quod

e »ille mancum una dictione iudicavit, legitque εὑρέθησαν »εὐχερῶς. Possumus & sic scribere, εὑρέθησαν αὐτοῦ, »vel ἐν Σικελίᾳ. At *Britanniae* nomen in posteriore mem»bro satin' ex fide? Mihi non videtur; qui sciam insu»lam illam iis temporibus, Graecis Latinisque hominibus »parum fuisse notam, navigationem vero in oceano op»pido paucis adhuc tentatam. Legendum censeo, ἐν τοῖς »ὄρεσι τῆς Βρεττίας, *in montibus Brutiorum.* Eam par»tem Italiae sic Graeci nominant: Italiam vero nullo »nomine aeque celebrant antiqui Graeci ac propter ma»teriae copiam. ἄφθονα ξύλα ἔχειν inquit Thucydides: »πολύδενδρον appellat Archestratus poëta: εὔξυλον Appia»nus: neque silet Theophrastus Histor. libro quinto. »Cassiodorus lib. V. cap. 16. *Cum nostrum igitur animum* »*frequens cura pulsaret, naves Italiam non habere, ubi tanta* »*lignorum copia suffragatur, ut aliis quoque provinciis expe*»*tita transmittat.* Brutiam sylvam Strabo [lib. VI. p. 261. »a.] aliique Geographi describunt.« CASAUBONUS. — De *Brutiis*, non de *Britannia* agi, nemini dubium esse potest: neque id negavit SALMASIUS, cum vulgatae loci huius scripturae patrocinium susciperet, (Exercit. Plin. pag. 227.) ad aliorum scriptorum loca aeque corrupta provocans. Mihi rectissime iudicasse WESSELINGIUS visus erat, indoctorum amanuensium haec esse delicta. Quare sicut ille apud Diodorum Siculum Ecl. 8. ex lib. XIV. Βρεττίας, pro Βρεττανίας, quod ibi olim vulgatum erat, recipere non dubitavit; sic mihi hoc loco quin idem facerem non cunctandum duxeram. Fortasse tamen haud absurde coniectaveris, aliam scripturam, vulgatae propiorem, olim hoc loco & in aliis similibus locis obtinuisse, quae corruptelae isti ansam dederit: nempe Βρεττιανῆς. Nam ἡ Βρεττιανὴ vocatur *Brutiorum regio* cum apud alios, tum apud Polyb. I. 56, 3. & IX. 27, 11. Ad verbum εὑρέθησαν intelligi quidem adverbium εὐχερῶς poterit, sed nil opus esse illo adiecto nobis visum erat.

f Ἀρχιμήδους ἐξευρόντος. Sic cod. ms. uterque. Ἀρχ. εὑρόντος edd. *Ibid.* Ὄνομα δ' ἦν τῇ νηΐ, Συρακοσία. Et hoc, pro edita scriptura, Συρακουσία, dedere ambo codices mssti: quod cur non teneretur, nulla causa erat. Sic quidem & saepe aliàs libri mssti, cum apud Nostrum, tum apud alios. Parique ratione *Syracosio versu*,

syllaba *co* brevi, Virgilius dixit, Eclog. 6, 1. Paulo post quidem (pag. 209. a.) & plerumque alibi in Συρακουσ. cum editis consentiunt mssti. Sed Dorum linguâ, adeoque ipsorum Syracusanorum idiomate, per ο breve, non per ου, syllaba illa efferebatur. Sic quidem constanter & Theocritus & Pindarus utuntur; ita quidem, ut etiam, ubi productam syllabam cupiunt, non ου diphthongum, aut ω longum (quo aliâs pro ου uti amant Dores) adhibeant, sed literam σ duplicent. Vide Pindar. Pyth. III. vs. 124. & Theocrit. Epigr. XVII. 5.

Ἀλεξάνδρειαν αὐτὴν μετωνόμασεν. Defenderit fortasse istam scripturam aliquis ex eo, quod apud Stephanum Byzant. legitur, λέγεται καὶ Ἀλεξάνδρειος τὸ κτητικόν. id est, *Possessivum nomen etiam* Ἀλεξάνδρειος *formatur.* At hoc quidem adiectivum nomen in foeminino genere aut Ἀλεξανδρεία penacute formatum fuerit, aut (quod analogiae magis fuerit conveniens) Ἀλεξάνδρειος, sicut in masculino. Quare probabilior est scriptura, Ἀλεξανδρίδα, quam alteri superscriptam exhibet ms. *Ep.* Est enim Ἀλεξανδρὶς, ut idem monuit Byzantinus Stephanus, foeminium τοῦ Ἀλεξανδρεύς. conf. pag. 209. e. Sin vera h. l. scriptura vulgata Ἀλεξάνδρειαν, idem nomen navi fuerit impositum quod fuit urbis *Alexandriae.* Nec vero id ipsum a veri specie alienum debebit videri: pariter quidem & nostra aetate subinde naves quasdam civitatum nomina habuisse (v. c. *la ville de Paris*) novimus.

μεθ' ὃν χίλια πεντακόσια βαστάζουσαι. Desunt ista verba Epitomae. A vulgata autem olim scriptura μεθ' ὧν, nil discedit (quod sciam) ms. *A.* Dalecampius *cum eo* (scil. *cercuro*) interpretatus est: at id Graece μεθ' οὗ foret. μεθ' ὃν corrigendum (*post illum*, scil. *cercurum*) perspecte monuit Coray. Eamdemque scripturam ex ora etiam codicis Paris. *C.* laudavit adoptavitque Villebrune. *Ibid.* ἁλιάδες. *naves piscatoriae.* De his vide Berglerum ad Alciphr. pag. 47 sq. *Ibid.* ἄλλοι γε ἕξακ. Nonnisi operarum errore factum, ut ἄλλο γε legeretur in edit. Cas. 2. & 3.

AD CAP. XLIV.

Ἐρεῶν τάλαντα δισμύρια. Id est, *lanae talenta vicies a mille.* Recte ἐρεῶν vetustae membranae, a sing. ἡ ἐρέα, de

a quo nomine dictum ad pag. 197. b. ἑρέων ed. Ven. & Baſ. quam vocem ut mendoſam aſteriſco notans editor Baſileenſis, in ora κρεῶν poſuit. κρεῶν ille voluerat, quod in lat. verſ. expreſſit Dalecampius, *carnis vigeſies mille;* & in graecum contextum recepit Caſaubonus, nulla veteris lectionis mentione facta. In noſtra verſione latina neſcio quo errore factum eſt, ut *dolia decem mille* poneretur, pro *decies mille;* & *talenta viginti millia*, pro *talenta vicies mille.*

b Ὁ δ' Ἱέρων, ἐπεὶ πάντας τοὺς λιμένας ἤκουε, τοὺς μὲν ὡς ἀδύνατοί εἰσι τὴν ναῦν δέχεσθαι. Ad vulgatam olim ſcripturam ὡς δυνατοί εἰσι, adnotavit CASAUBONUS: »Aio ſcribendum vel invitis omnibus codicibus, τοὺς μὲν »ὡς οὐ δυνατοί. Quam γραφὴν invenio nunc in Ex»cerptis Hoeſchelianis, melioris ſaepe fidei quam omnes »membranae. Vertendum enim, *Cum intelligeret Hieron,* »*omnium Siciliae portuum, alios navem hanc capere non poſſe,* »*alios etiam periculo eſſe obnoxios, conſtituit dono mittendam* »*illam eſſe Alexandriam ad Ptolemaeum regem.* Proclus ta»men, Hieronem de induſtria navem feciſſe, auctor eſt, »ut ad Ptolemaeum mitteret. « — Vetus mendum eſſe mihi viſum erat δυνατοί εἰσι, quod correcturus Epitomator οὐ δυνατοί εἰσι ſcripſiſſet. Probabilius autem videbatur, ex ΑΔΥΝΑΤΟΙ decurtatum olim ΔΥΝΑΤΟΙ fuiſſe: quare iſtud praeferendum putavi. Procli verba, quae reſpicit Caſaubonus, eodem loco leguntur quo iſta, quae ſupra ad pag. 207. a. protulit idem doctus Athenaei commentator. Verba Procli haec ſunt: τὴν τριάρμενον ναῦν, ἣν παρεσκευάζετο (ὁ Ἱέρων) πέμπειν Πτολεμαίῳ τῷ βασιλεῖ τῶν Αἰγυπτίων.

Ἔχει δ' οὕτως τὸ Ἐπίγραμμα. Ex hoc Athenaei loco *Epigramma* ARCHIMELI *in Navem Hieronis* Adpendici Anthologiae pag. 519. inſeruit *Henr. Stephanus*, & in Analectis Poëtarum Graecorum poſuit BRUNCK T. II. pag. 64. Quare & Animadverſionibus illuſtravit IACOBS, in Animadv. in Epigrammata Anthol. Vol. II. Part. I. pag. 190 ſqq.

c *Verſ.* 1. Τίς τόδε σέλμα πέλωρον ἐπὶ χθονὸς εἵσατο; In Epit. πελώριον ſcribitur, ex interpretatione, adverſante metro. σέλμα, proprie *tranſtrum, ſedes remigum;* pro *tota navi*, ut *trabs* apud Romanos poëtas. Tum εἵσατο edebatur apud Athen. & in Anthol. Stephani: pro quo re-

ctius εἵσατο ms. *Ep.* quemadmodum edidit Brunck: ab c ἕω vel ἕζω, *colloco, ſtatuo.* Pariter quidem εἵσατο leni ſpiritu ter quaterque ſcribitur in omnibus Suidae editionibus, ſub hac ipſa voce, ubi ἀνέθηκε & κατέθετο exponitur, ſed εἵσατο correxit Küſterus in Adnot. ad voc. Εἰνοσίφυλλον, & Brunck in Analect. T. I. p. 191. num. 5. Sic & apud Herodot. I. 66. editum, ἱρὸν εἱσάμενοι, *aedificato templo.* Conſer notata ad Heſych. voc. Εἵσατο.

Verſ. 3. κατὰ δρυόχων. Cum his quae de vocab. δρύοχοι a Brunckio obſervata repetiit Iacobs, confer quae notavimus ad Polyb. I. 38, 5. Euſtathii locus, quem ex editione Romana Brunckius citavit, exſtat in Comment. in Odyſſ. τ'. pag. 715. l. 23 ſqq. edit. Baſil.

Verſ. 5 *ſq.* ἢ κορυφαῖς Αἴτνας παρισούμενον, ἢ τινι νάσων,
ἃς Αἰγαῖον ὕδωρ Κυκλάδας ἐνδέδεται,
τοίχοις ἀμφοτέρωθεν ἰσοπλατές. —

Recte ἢ κορυφαῖς ed. Ven. Baſ. & Caſ. cum msstis, particula ἢ gravi accentu notatâ. Pro quo, cum & in Stephani Anthol. & apud Athen. in ed. Caſ. 2 & 3. literâ maiuſcula H ſcriberetur nullo adiecto accentu, ἦ κορυφαῖς edidit Brunckius, tenens tamen deinde ἢ τινι. Poſſis repetitam illam particulam ἢ pro *partim, partim,* accipere: *partim Aetnae vertices aequantem navem,* nempe altitudine; *partim uni ex Cycladibus amplitudine parem.* Verbum ἐνδέχεται, quod habebant editi libri, absque animadverſione tenuerunt viri docti. Erat tamen nimis utique languide dictum, *quas* (*Cycladas*) *admittit Aegaeum mare:* nam hoc ſonat id verbum; non id, quod (quamvis percommode ad ſententiam) in latina verſione Dalecampius poſuit, *quas amplectitur Aegaei maris unda.* Haud paulo ſignificantius videtur quod uterque codex mstus nobis obtulerat, ἐνδέδεται: id eſt, *quas inſulas illigatas ſibi habet mare Aegaeum; quibus implicatum & veluti impeditum eſt,* ut non ſit ita liberum & apertum ut alia maria. Quod ipſum ſi cui minus placet, videat, an neceſſe iudicet ut in ἐνδέδυται mutetur, quod ſonaret *quibus veſtitum eſt Aegaeum mare.* Pro ἰσοπλατὲς, a maſculino ἰσοπλατὴς, eſt alia forma eiusdem adiectivi, ἰσόπλατος, IV. 128. d. ubi (quod ad illum locum adnotare oblitus ſum) ἰσόπλατυς ſcribitur in ed. Ven. & Baſ. quam ſcripturam merito ſuſpectam habuit H. Stephanus in Indice Theſauri: nam ibi quidem ἰσόπλατος, quod reſtituit Caſaubonus, tuentur mssti.

d *Verſ.* 9 *ſq.* »Quintum diſtichum eſt huiusmodi:
»Ἄστρων γὰρ ψαύει καρχήσια· καὶ τριελίκτους
»Ζώρακας μεγάλων ἐντὸς ἔχει νεφέων.
»Mirifice extollit poëta navis huius magnitudinem & alti»tudinem. Ait, tantum illius eſſe ἐπανάστημα, ut *carche»ſiis ſuis*, id eſt, *ſummis malis*, *coelum tangat; ipſum autem »corpus*, & τὸ κύτος, *intra nubes condat.* Amplitudinem »navis declarat hac periphraſi, τριελίκτους Ζώρακας. Intel»ligit autem *triplicem contignationem*, propter quam voca»ta eſt navis haec a Moſchione τριτάροδος. Lege illius »verba. Archimelus, ut diximus, hac periphraſi ipſum »*navis corpus* intelligit; quod quidem ait *condi* ἐντὸς νε»φέων, *intra nubes.* Et membranae omnes, & Epitome, »& (quod caput eſt) ſententia ipſa, tuentur hanc lectio»nem adverſus viri incomparabilis ingenioſam emenda»tionem ὑφέων.« CASAUBONUS. — Scilicet *Ioſephus* SCALIGER, ad Catulli Carm. LXV. vs. 10. pro ἐντὸς ἔχει νεφέων, quod conſentientibus libris hic legitur, ἐντὸς ἔχει ὑφέων corrigendum cenſuerat; τὰ ὕφη νεὼς *texturam navis* intelligens, id eſt, *navis aedificium*; quemadmodum & Catullus *texta carinae* dixit, & alii poëtae latini *texere naves* uſurparunt, pro *aedificare.* Quam emendationem, a Dalecampio adoptatam, tum a Caſaubono repudiatam, probavit BRUNCK in Notis ad Analecta; & parum congruum nubium epitheton eſſe μεγάλων monens, & ipſarum *nubium* mentionem hoc loco inutilem iudicans, cum iam *aſtra* nominaſſet poëta. Eiusdem vero emendationis neceſſitatem ſe plane non videre profeſſus IACOBS, rurſus vulgatum defendit. »*Nubes*, inquit, ſideribus in»feriores; recte itaque poëta ait, *antennas ſidera*, *ipſum »navis* κύτος *autem nubes attingere.* Imo eiusmodi acumine, »[inquit] quod in meliore poëta vix tuleris, nihil verſi»ficatore noſtro dignius.« — Quod parum congruum epitheton nubium eſſe μεγάλων monuerat Brunckius, adſentiens illi idem Vir doctus, nihil impedire ait, quo minus leniſſima mutatione unius literae μελάνων corrigamus. τριελίκτους Ζώρακας, de *triplici navis contignatione* cum Caſaubono & Brunckio accipiens IACOBS, Heſychium & Suidam citat, vocem Ζώραξ per πύργος interterpretantes, & Horatii verba laudat, ex Epod. I. *Ibis Liburnis inter alta navium*, *amice*, *propugnacula.* Unde probabiliori fortaſſe ratione ſtatuere licebat, de *octo illis tur-*

ribus locutum esse Archimelum, de quibus pag. 208. b. c. d dictum; quarum turrium quamque *trium* fuisse *contignationum* noviſſet poëta. De tribus illis θωρακίοις, quae pag. 208. e. commemorata ſunt, accepit VILLEBRUNE. Sic vero inter altitudinem τῶν καρχησίων & τῶν θωράκων nullum foret discrimen; adeoque, poſtquam καρχήσια *tangere astra* dixit poëta, nimis languide utique & incongrue ſubiecturus erat, τοὺς θώρακας *nubibus condi*.

Verſ. 11 *ſq.* Πείσμασιν ἀγκύρας ἀπερείδεται, οἷσιν Ἀβύδου &c. »*Funes anchorarios* navis Syracuſiae comparat cum *fu*»*nibus quibus olim Xerxes Helleſpontum iunxit.* Reſpiciebat »poëta Herodoti hunc locum in fabrica illius pontis: »[VII. 36.] Ταῦτα δὲ ποιήσαντες, κατέτεινον ἐκ γῆς, στρε»βλοῦντες ὄνυξι ξυλίνοις, [immo, ὄνοισι ξυλίνοισι,] τὰ »ὅπλα· οὐκέτι χωρὶς ἑκάτερα τάξαντες, ἀλλὰ δύο μὲν »λευκολίνου δασάμενοι ἐς αὐτὴν, [ἑς ἑκατέρην] τέσσαρα »δὲ τῶν βυβλίνων. παχύτης μὲν ἦν αὕτη καὶ καλλονή. κα»τὰ λόγον δὲ ἦν ἐμβριθέστερα τὰ λίνεα, τοῦ (vel τῶν) »τάλαντον ὁ πῆχυς εἶλκε. *His factis, e terra funes tetende*»*runt, fidiculis* [aſellis] *ligneis torquentes: neque iam*, uti »fecerant prius, *ſeparatim eos collocarunt; ſed byblinis qua*»*ternis binos e lino albo adiungebant. Ac craſſities quidem &* »*ſpecies talis erat: ſed linei validiores erant, ſicuti par eſt;* »*cum eorum cubitus unus talentum penderet.*« CASAUBONUS.

Verſ. 13. *& ſeq.*

Μανύει στιβαρᾶς κατ' ἐπωμίδος ἀρτιχάρακτον
γράμμα, τίς ἐκ χέρσου τάνδ' ἐκύλισσε τρόπιν.

»Ait, *auctorem* huius *navis declarari inſcriptione, quae fuit* »*ſculpta in illius epomide.* Ἐπωμίδα vocat maxime eminen»tem & conſpicuam in prora aut puppi partem. Omnes »libri tuentur hanc lectionem: alioquin ſcriberem ἐπωτί»δος: prorae extrema utrimque prominentia vocabant »ἐπωτίδας. Fuit moris, modo in prora, modo in puppi, »& navis & tutelae nomina, & quicquid vellent aliud, »inſcribere.« CASAUBONUS. — ἐπωτίδες vulgatum nomen erat. ἐπωμὶς, poëtico ſermoni magis conveniens videri debebat. In Graeca verſione Ezechielis prophetae, cap. 41, 2. ἐπωμίδες πυλῶνος, ſunt *latera portae*. Vocabulum γράμμα, pro ἐπίγραμμα, *inſcriptio*, etiam alibi reperitur. Sic apud Noſtrum, XI. 466. f. in Achaei tragici verſibus. Pariter apud Polyb. IV. 33, 2 & 4.

Verſ. 15 *ſqq.* φατὶ γὰρ, ὡς Ἱέρων Ἱεροκλέος Ἑλλάδι πάσῃ

καὶ νάσοις καρπῶν πίονα δωροφόρον,
Σικελίας σκαπτοῦχος, ὁ Δωρικός. —

»Inſcriptionem navis verſibus ſuis complectitur Archi»melus. Ea autem fuit huiusmodi: ΙΕΡΩΝ ΙΕΡΟΚΛΕΟΥΣ »ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ ΤΟΙΣ ΤΕ ΑΛΛΟΙΣ ΕΛΛΗΣΙ ΚΑΙ »ΤΑΙΣ ΝΗΣΟΙΣ ΤΟΥΤΟ ΤΟ ΣΙΤΗΓΟΝ ΠΛΟΙΟΝ. Supplen»dum eſt verbum, quod in inſcriptionibus fere omitte»bant: id autem eſt, κατεσκευάσατο. Elegantiſſime vero »Archimelus hanc epigraphen verſibus iis expreſſit, quos »modo adſcripſimus.« CASAUBONUS. — Cum φασὶ γὰρ vulgo legeretur, miratus ſum & Editores & Commentatores absque ulla animadverſione hoc tenuiſſe, quod tamen nil aliud ſonat, niſi *Dicunt enim:* quod quam ſit alienum nil opus eſt ut moneamus. Bene quidem Dalecampius in verſione, *Loquitur enim* poſuit; ſcilicet *inſcriptio loquitur*, vel *dicit*. At id graece φησὶ γὰρ eſt, quod hic habet Epitome. Nempe Dorico idiomate φατὶ ſcripſerat poëta: id ab imperito aliquo librario in φασὶ erat corruptum. Nos id, quod haud dubie verum erat, reſtituere non dubitavimus. Ad proximum verſum, cum ſic e in editis legeretur, καρπὸν πίονα δωροφόρον, haec eſt CASAUBONI Animadverſio: »In iſto verſu mendum »ingens deprehendimus, cuius mirum necdum ſuboluiſſe »tot doctis viris qui hoc Epigramma attigerunt. Legen»dum enim, Ἑλλάδι πάσῃ καὶ νάσοις, καρπὸν πίονα »δωροφορῶν: non autem δωροφόρον, quod nulla ratio»ne tolerari poteſt. Significat poëta, *ſtructam hanc navem* »*ab Hierone, ut frumentum Graecis inſulanis aliisque aſporta*»*ret, ac gratis divideret.* Hoc ille vocat δωροφορεῖν καρπὸν »πίονα. Sic poëtae *fruges* vocant, vel εὔφρονα καρπὸν, ut »libro ſecundo dicebamus. Nullum dubium eſt, voluiſſe »Hieronem famam hanc de ſe per Graeciam ſpargi: ideo»que hanc navem appellaſſe in elogio quod inſculptum »eſt, σιτηγὸν πλοῖον. Quare etiam Moſchio paulo ante »ſic vocavit: [pag. 206. e.] Ἱέρων ὁ Συρακουσίων βασι»λεὺς ἦν καὶ περὶ ναυπηγίας φιλότιμος, πλοῖα σιτηγὰ κα»τασκευαζόμενος, ὧν ἑνὸς τῆς κατασκευῆς μνησθήσομαι. Cum »haec dudum ſcripſiſſem, inſpecta Epitome Hoeſcheliana »accuratius, inveni hanc lectionem, καρπῶν πίονα δω»ροφόρον. Laudo & probo: ſic tamen, ut emendatio»nis ſuperioris nos non poeniteat.« — Caſauboni iſtam emendationem, καρπὸν πίονα δωροφορῶν, adopta-

vit Brunck. Alteram lectionem, quam ex Epit. Hoesch. e protulit idem Casaubonus, veriorem iudicavit IACOBS. »Navis ipsa, (inquit) frumento onusta, vocatur πίων »δωροφόρος καρπῶν. Tum ad accusativum, subaudiendum »verbum ἔπεμψε.« — Et sic prorsus, καρπῶν πίονα δωροφόρον, dedere etiam vetustae nostrae membr. *A.* In καρπῶν consentit quoque noster *ms. Ep.* sed in eodem mendose δωροφόρων scribitur. Quod denique adiicitur Σικελίας σκαπτοῦχος ὁ Δωρικός, adnotavit CASAUBONUS: »Poëta ita expressit verba inscriptionis, ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΣΥ»ΡΑΚΟΣΙΩΝ. Quis nescit, Syracusanos *Dores* fuisse? Ne»que enim vana est gloriatio illius mulierculae Syracu»sanae, quae apud Syracusanum poëtam [Theocr. Idyll. »XV. 93.] ait, Δωρίσδεν δ' ἔξεστι δοκῶ τοῖς Δωριέεσσι.« Παρέλιπον δ' ἑκὼν ἐγὼ τὴν Ἀντιγόνου ἱερὰν τριήρη, ἣ ἐνίκησε τοὺς Πτολεμαίου στρατηγοὺς περὶ Λεύκολλαν τῆς Κώας. Nescio an restituere auctori debuerim Παρέλειπον, quod dabant veteres membranae; illud quidem, quod editum tenui, e nullo vetusto libro ductum est. Nam in Epit. prorsus deest hoc verbum. — »Haec iam »ex sua persona loquitur Masurius. Λεύκωλαν, uno λ, »melius mssti. Iidem constanter retinent τῆς Κῴας. Quia »tamen apud Geographos & Historicos altum de hoc pro»montorio silentium, non est reiicienda coniectura Dale»campii, τῆς Κιλικίας. Plinio enim [lib. V. c. 27. sect. 26.] »*Leucolla*, Pamphyliae & promontorium est & oppidum. »Pamphylia autem vicina Ciliciae. Aut scribe, τῆς Κύ»πρου, sive Κυπρίας, ex Strabone.« CASAUBONUS. — Ad ista verba, Λεύκολλαν τῆς Κώας, *Leucollam Coae*, adnotaverat DALECAMPIUS: »Lego *Ciliciae*. Est enim *Leu»colla*, promontorium in Cilicio mari, & oppidum Che»lidoniarum insularum.« — Post Casaubonum, in hunc locum sic commentatus est PALMERIUS: »Casaubonus ait, »omnes mssros habere Λεύκωλαν: mallem haberent Λεύ»κολλαν, ut Plinius: Strabo habet Λεύκολλαν, ubi etiam »legendum credo Λεύκολαν. Nam licet de *Coorum Leucola* »nihil dixerint Geographi, eadem est ubique nominis ra»tio: *ab albedine* scilicet *lapidis*, ἀπὸ λευκοῦ λᾶ, dicta sunt »ea promontoria. De hac autem pugna, tali nomine in»signita, magnum apud alios auctores silentium. *Deme»trius* quidem, *Antigoni* filius, superavit Cillem, *Ptolemaei* »ducem, sed Antigono absente, & pugna terrestri in Sy-

e »ria: [Plutarch. in Demetr. pag. 891.] pepulit & Me»nelaum, Ptolemaei fratrem; at locus non dicitur. Et, »ſi *Demetrium* nominaſſet Athenaeus, reponerem ex Plu»tarcho [pag. 895 ſq.] pro τῆς Κώας, τῆς Κύπρου. Nam »ex illius pugnae narratione, non procul a *Leucola*, *Cy»pri promontorio*, pugnata eſt ea inſignis pugna navalis; »ſed in ea *Ptolemaeus* ipſe affuiſſe dicitur, non autem *An»tigonus*. Ideo non auſim aliquid mutare. Mirum tamen »eſt, Diodorum, qui libro XIX. & XX. Antigoni facta »exſequitur, nullam de hac *ad Leucolam pugna* mentio»nem feciſſe. Si qua fuit, tunc debuit fieri, quando Pto»lemaeum, Halicarnaſſum obſidentem, Demetrius pepu»lit, & obſidionem ſolvit, quod narrat Plutarchus in »Demetrio. [pag. 891 extr.] « — Haec *Palmerius*; quem illud quidem non magnopere movere debebat, quod *Antigonum* Athenaeus dicat victoriam eam reportaſſe, quam ab eo per *Demetrium* filium reportatam alii tradant auctores. Diodorus Siculus, poſtquam lib. XX. c. 19. in rebus Olymp. CXVII. 3. geſtis breviter commemoravit, Demetrium Antigoni filium in Cilicia Ptolemaei duces viciſſe, & oppida recepiſſe; deinde eodem libro XX. cap. 47 ſqq. in rebus Olympiadis CXVIII. 2. pugnam navalem ad Cyprum, qua victor exceſſit idem Demetrius fuſe deſcribit. Erat autem illa luculentiſſima pugna, cuius ob felicem exitum *Reges* primum adpellati ſunt Antigonus & Demetrius: quare probabile eſt, eamdem eſſe quam hic dicit Athenaeus. Pugnatam autem eam eſſe haud ita procul Salamine, Cypri urbe, cum ex Plutarcho tum ex Diodoro intelligitur. Atqui haud procul ab eadem urbe nominatur a Strabone Λεύκολλα, *Cypri portus*. Unde probabile omnino fit, Κυπρίας hoc loco pro Κώας ſcriptum oportuiſſe. Habent autem libri non Κώας cum ſubſcripto iota, ut in Animadv. ſcripſit Caſaubonus, ſed Κώας absque iota; quod quidem perinde eſt. Ad alterius nominis quod attinet ſcripturam, codicem mstum ego nullum novi, in quo Λεύκωλαν, ut ait Caſaubonus, ſit exaratum; nec, cur Λεύκολαν ſimplici λ literâ maluerit Palmerius, video: cum praeſertim & apud Plinium tribus locis *Leucolla* geminata litera ſcribatur, pariterque Λεύκολλα apud Strabonem. Atque ita plane, Λεύκολλαν, diſerte etiam hîc ſcriptum in utroque noſtro codice; pro quo tamen Λεύκωλλαν erat editum. Maximas naves, quibus in illo

proelio usus erat Demetrius, ἑπτήρεις fuisse Diodorus e tradit lib. cit. cap. 50. Sed, & ἑπτήρεις, & πεντήρεις, & alias maiores naves ad belli usum instructas, etiam *triremes*, tamquam generali nomine, subinde dictas esse notum est.

ἔπειτα δὲ καὶ τῷ Ἀπόλλωνι αὐτὴν ἀνέθηκεν. Vulgatae olim scripturae, ἐπειδὴ καὶ &c. hic sensus erat, *victoriam illam reportasse Antigonum, postquam triremem Apollini dedicasset.* Quae sententia si cui probata fuerit, nihil repugno. Equidem CASAUBONO obsequendum putaveram, ἔπειτα δὲ corrigere iubenti. *Ibid.* τῆς Συρακουσίας. τῆς Συρακούσης ms. *Ep.*

AD CAP. XLV.

Τοσαῦτ' οὖν καὶ περὶ τοῦ τῶν νεῶν καταλόγου, οὐκ ἀπὸ Βοιωτῶν ἀρξάμενοι, κατελέξαμεν, ἀλλ' ἀπὸ πανηγυρικῶν f πομπῶν. DALECAMPIUS, ad illa verba, *non a Boeotis exorsi*, in ora adnotaverat: » Insulsa quadam vulgarique » ratione. Erasm. proverb. *Boeoticum ingenium.* « — Inde CASAUBONUS: » Paene puder me hunc locum interpre» tari; est enim apertissimus. Sed cogit nos in planissimis » saepe locis immorari interpretum securitas, ne dicam » supinitas. Quis credat, posse aliquem virum doctum re» periri, qui *secundam Iliadis* ῥαψῳδίαν non legerit? - - - » qui nescierit, partem eius libri peculiari nomine dictam » Νεῶν κατάλογον, vel Βοιωτίαν, quia incipit ab hoc ver» su, Βοιωτῶν μὲν Πηνέλεως καὶ Λήϊτος ἦρχον. « —

Καὶ ἐπεὶ τὸν καλὸν Οὐλπ. οἶδα πάλιν προσβαλοῦντα ἡμῖν, τίς αὕτη ἡ παρὰ τῷ Καλλιξένῳ ἐγγυθήκη. » Scrib. » προβαλοῦντα: *quaesiturum a nobis.* Minus recte docti, » προβαλόντα. « CASAUBONUS. — Nempe, *rursum nobis proposuisse*, in versione scripserat Dalecampius. Vulgatum προσβαλοῦντα, quod tenent veteres membranae, defendi quidem hactenus poterit, ut sonet, *adgressurum nos*, aut *nobis instituram*, scilicet *quaerendo.* Sic προσβάλλειν τοῖς πολεμίοις, vulgatissima dictio in re bellica. Sed tam frequenter a librariis permutantur πρὸ & πρὸς, ut facile credam προβαλοῦντα hic scripsisse auctorem. Vocabulo ἐγγυθήκη usus erat Callixenus in descriptione pompae Ptolemaei Philadelphi, pag. 199. c. & e. Possis suspicari, verba quaedam eodem pertinentia hic intercidisse. Epitomator quidem, reliqua admodum contrahens, pluraque omit-

tens, initio tamen paulo uberior eſt. Sic enim habet: Ὅτι ἡ παρὰ Καλλιξείνῳ ἐν τῇ διηγήσει τῆς Διονυσιακῆς (intellige πομπῆς) ἐγγυθήκη, λέγοντος, εἶτα λέβητες ἐπ' ἐγγυθήκαις, λεβήτων ὑπόθημα ἦν χαλκοῦν. Tum ſtatim pergit: Καὶ Πολέμων· ἐγγυθήκη, καὶ ἐπ' αὐτῆς κύπελλον. (conf. pag. 210. a.] Adnotaverat ad hunc locum DALECAMPIUS: »Quidam legunt ἀγγειθήκη, quod *vaſorum &* »*armorum conditorium ſit.*« — Quo ſpectat animadverſio CASAUBONI: »Qui ſuſpectam habent vocem ἐγγυθήκη, »& emendare conantur, audiant veteres Grammaticos: »Ἐγγυθήκη, σκεῦός τι. οἱ δὲ, ἄγγος χωρητικὸν σκευῶν· »ἢ τὴν νῦν ἀγγοθήκην, παρὰ τὸ ἐγγὺς κεῖσθαι.« [Sic Etymol. M. col. 308. a. Similiaque habent & Suidas, & Harpocration, qui ad ipſum etiam Callixenum provocavit.] »Athenaeo mox ἀγγοθήκη eſt aliud. Romani priſci »vocabant *incitegam*, ut ad Feſtum ſuum obſervavit Io»ſephus Scaliger: inſecuta aetas aliquando *repoſitorium*; »ut Plinius libro XVIII. extremo: *Necnon & conviviis* »*menſisque noſtris, vaſa quibus eſculentum additur, ſudorem* »repoſitoriis *linquentia, diras tempeſtates praenuntiant.* Pe»tronius: *guſtantibus adhuc nobis* repoſitorium *allatum eſt,* »*cum corbe, in qua gallina erat.* Gloſſae antiquae: *Enceteria,* »*machina lignea qua amphora ſuſtinetur.* Videntur uſi voce »Graeca *engetheca*, quae hic leviter corrupta. De *incitegis* »loquitur Iavolenus Iurisconſultus, in lege centeſima Dig. »De Legatis III. & appellat βάσεις. *Cui Corinthia vaſa legata* »*eſſent, ei* βάσεις *quoque eorum vaſorum collocandorum cauſſa* »*paratas deberi Trebatius reſpondit. Labeo autem id non pro*»*bat, ſi eas* βάσεις *teſtator numero vaſorum habuit. Proclus* »*vero recte ait, ſi aeneae quidem ſint, non autem Corinthiae,* »*non deberi.*« — Ἐγγυοθήκη ſcribitur apud Lucian. in Lexiph. cap. 2.

λόγος τις εἰς Λυσίαν ἀναφέρεται, &c. Eamdem orationem citat Harpocrat. in Ἐγγυθήκη. Verba hîc ex ea prolata, in Lyſiae Fragmentis, num. 42. retulit Taylor, p. 15. edit. Reisk. In eisdem verbis quod βουκεφάλεια in ed. Caſ. legebatur, id ex edit. Baſ. adhaeſit, in quam temere irrepſerat. Rectius (ut mihi videbatur) βουκεφάλια dedit ed. Ven. cum ms. *A.* Βουκεφάλεια oppidi nomen eſt, ab Alexandri *bucephalo* denominati. Ad verba, ἄλλο ἔτι μέγεθος τὸ αὐτό: haec adnotavit CASAUBONUS: »Hoc eſt, *emblemata, quae poſſunt incitegae huic inſeri &*

»*tolli, tantum pendunt, quantum ipsa incitega.* Emblemata a »illa sunt quae modo nominavit, σατύρων πρόσωπα καὶ »βουκεφάλεια. Quid autem sunt βουκεφάλεια? an *bubula* »*capita?* vix puto: nam cur coniunxisset cum Satyris? »De *humani capitis similacris* accipio *vaegrandibus & defor-* »*mibus:* qualia solent plastae in nostrorum caminorum »atlantibus saepe effingere, atque aliis locis inter ridicu- »laria. Etiam Satyricae personae eius generis erant, pro- »pter τὸ ἀλλόκοτον τῆς ἰδέας, ut loquuntur Graeci.« — Equidem, cur βουκεφάλια non, quod ipsum nomen plane indicat, *bubula capita* cum Dalecampio, aut (ex vulgari fortasse sermonis usu) *variorum animantium capita* intelligeremus, non video: nec, cur eiusmodi figilla non misceri potuerint satyricis personis, ulla causa adparet. Minime vero omnium in eam partem, quae Casaubono placuit, hoc loco acceperim. Neque vero magis percipio, quid commoverit doctum Animadversorem, ut verbis illis, ἄλλο ἔτι μέγεθος τὸ αὐτὸ, istam quam protulit sententiam subiiceret. Nec cum VILLEBRUNIO, ἄλλα δ' ἔτι corrigere necessarium puto. Etsi enim per se aliquid obscuritatis habere ista verba videri poterant; tamen, quae continuo sequuntur, ὁ γὰρ αὐτὸς τεχνίτης πολλὰ σκεύη ταὐτὰ καὶ ὅμοια ἐργάζεται, satis ostendebant, quam in partem ista essent accipienda; nempe in eam, quam commode DALECAMPIUS his verbis expressserat: *Paris magnitudinis altera quoque in eadem officina est.* Ubi, quod adiecit *in eadem officina*, id quidem in Graecis non comparet, ac nescio an rectius omissum in versione fuisset; sed manifestum videtur, hoc dicere Lysiam, *aliud fuisse vas eiusdem magnitudinis:* coniectareque licebit, ipsam causam, quae in ista oratione agebatur, in eo esse versatam, ut per dolum permutatam fuisse queratur Lysias suam engythecam cum alia, quae vel minoris per se fuisset pretii, aut quam cum sua certe permutatam ipse noluisset. ἄλλο ἔτι, intelligi debebit ἄλλο σκεῦος, quo vocabulo non modo continuo post utitur orator, sed eodem iam paulo ante etiam usus esse videtur in verbis ab Athenaeo omissis.

ὡς καὶ ὁ Καλλίξεινος εἴρηκε. Καλλίξεινος expressum volueram, quemadmodum & in superioribus editionibus & in codicibus manu exaratis nomen istud hoc loco scribitur. Eodem modo Καλλίξεινος scriptum in utro-

que noſtro codice pag. 203. e. ubi Καλλίξενος edd. Pariter p. 196. a. ubi ad Καλλίξενον, quod habent editi libri, nihil quidem ex ms. *A.* adnotatum eſt, tamen in ms. *Ep.* Καλλίξεινον ſcriptum video. Caeterum parum refert: unum idemque nomen eſt.

b ἐξηγούμενος διάθεσιν. Vide notata ad p. 196. f. *Ibid.* τὸ ἐν Δελφοῖς ὑπόστημα. Idem valet ὑπόστημα, ac paulo ante & alibi ὑπόθημα. Sic idem illud vas, de quo hîc agitur, τὸ ὑπόθημα τοῦ Ἀλυάττου κρατῆρος vocat Pauſanias, X. 16.

ἀνάθημα Ἀλιάττου, οὗ ὁ Ἡρόδοτος μνημονεύει, ὑποκριτηρίδιον (olim ὑποκριτ.) αὐτὸ καλῶν. »Scribendum per »η in tertia, ὑποκριτηρίδιον. Non eſt enim, ut ſcribunt, »exiguum tribunal, [ſic Dalec. in ora:] ſed *quaſi cratercula* »*parva*. Sed adſcribenda ſunt mellitiſſimi ſcriptoris verba »ad loci huius lucem. Ἀνέθηκε δὲ, ait de Halyatte Lydo, »ἐκφυγὼν τὴν νοῦσον, δεύτερος οὗτος τῆς οἰκίης ταύτης, »ἐς Δελφοὺς κρητῆρά τε ἀργύρεον μέγαν, καὶ ὑποκρητηρί»διον σιδήρεον, κολλητὸν, ϑέης ἄξιον διὰ πάντων τῶν ἐν »Δελφοῖσιν ἀναθημάτων, Γλαύκου τοῦ Χίου ποίημα, ὃς »μοῦνος δὴ πάντων ἀνθρώπων σιδήρου κόλλησιν ἐξεῦρε. « CASAUBONUS. — Vide Herodot. I. 25. ibique Weſſeling. & quem is laudavit REINESIUM, Variar. Lect. III. 6. p. 441. Mendoſum ὑποκριτηρίδιον apud Athenaeum cum editis tenet ms. *A.* ſed ὑποκρητηρίδιον habet ms. *Ep.* ubi poſt iſta verba, quae ad pag. 209. f. protulimus, ſic pergit Abbreviator: Καὶ Πολέμων, ἐγγυθήκη, καὶ ἐπ' αὐτῆς κύπελλον. ἣν καὶ ὑποκρητηρίδιόν τινες καλοῦσι· δύνανται γὰρ ἐπιτίθεσθαι ἐπ' αὐτὸ καὶ κρατῆρες καὶ ἄλλα σκεύη. Ἡ δ' ὑπ' Ἀλεξανδρέων &c. Quae verba ex codice Corſeliano proferens Andreas Schottus, Obſerv. Humanar. lib. I. c. 6. pag. 9. addenda apud Athenaeum poſt verba, ὑποκρητηρίδιον αὐτὸ καλῶν, iſta cenſuit, δύνανται γὰρ - - ἄλλα σκεύη: quae tamen ex eis ipſis, quae paulo poſt (lit. c.) in opere pleniore leguntur, huc traxerat Epitomator. Pro ὑποκρητηρίδιον vero, cum apud Herodotum, tum apud Noſtrum ὑποκρητήριον ſcriptum oportuiſſe probabile fecit Reineſius l. c. ubi etiam monuit, perperam Caſaubonum *craterculam parvam* eſſe interpretatum, cum *baſin* ſive *fulcrum* dicere debuiſſet. *Ibid.* καὶ ὁ Ἡγήσανδρος. Articulum ὁ, qui deerat editis, dedere membr. *A.*

c ἐντετορευμένα ζωδάρια. Vide notata ad pag. 199. a. &

ad pag. 196. f. Vulgo autem continuo tenore ista hîc scri- c
bebantur, διὰ τὰ ἐν αὐτῷ ἐντετορευμένα ζωδάρια, καὶ ἄλλα τινὰ ζωΰφια καὶ φυτάρια ἐπιτίθεσθαι ἐπ' αὐτῷ δυνάμενα καὶ κρατῆρας καὶ ἄλλα σκεύη. Quae turbata esse nemo, puto, qui diligentius inspexerit, ibit inficias. Videat eruditus lector, an collatâ eiusdem vasis descriptione, quam Pausanias X. 16. exhibet, emendari quae hîc corrupta sunt, aut restitui quae desunt, possint. Mihi haud satis liquere profiteor: illud video, quod ante notavi, ex postremis quae hîc leguntur verbis, ista sumsisse Epitomatorem, δύνανται γὰρ ἐπιτίθεσθαι ἐπ' αὐτὸ καὶ κρατῆρες &c. ubi ἐπ' αὐτὸ scripsit ille, (sic certe est in nostro ms. *Ep.*) pro ἐπ' αὐτῷ, quod hîc habet ms. *A.* cum editis. Nec vero ad sanandum istum locum satis fuerit, post φυτάρια particulam καὶ inserere, quod VILLEBRUNIO placuit.

AD CAP. XLVI.

Ὁ γὰρ τῷ προειρημένῳ Ἀντιόχῳ ὁμώνυμος βασιλεὺς, Δη- d
μητρίου δ' υἱός. » Maximam in historia confusionem ge» nerat ea nominum similitudo in eadem familia. Fuit ta» men, ut ego coniicio, *Antiochus* iste *Grypus* dictus, filius » Nicatoris. « PALMERIUS. — At qui mox commemoratur, ἄλλος δ' Ἀντίοχος βασιλεὺς, ἐπιτελῶν τοὺς ἐν Δάφνῃ ἀγῶνας &c. illum esse *Antiochum Grypum* cognominatum, perspicue declarat ipse auctor noster lib. XII. p. 540. *a.* Fuerit igitur is, de quo hic agitur, *Antiochus Sidetes, Demetrii Soteris filius:* idem cuius expeditio adversus Arsacem Parthorum regem commemoratur XII. pag. 540. b. c. ubi de eo eadem res, quae hoc loco, eisdem verbis ex eiusdem *Posidonii* Historiarum libro quartodecimo repetitur. Ibi, pro eo quod hoc loco ὁλομερῆ legebatur, rectius ὁλομελῆ consentientibus libris scribitur; quam scripturam hîc quoque auctori restituimus, praeeunte etiam hoc ipso loco codice nostro *Ep.* Sic rursus hac pag. lit. e. & pag. 540. b. ὁλομελῶν βρωμάτων. Vocabulum ἑστιάτωρ, quod aliâs *convivatorem* significat, id est eum *qui convivium praebet*, de *conviva* usurpavit Posidonius.

σὺν ἀνδρομήκεσι λημνίσκων πιλήμασι χρυσῶν. Olim cum & χρυσοῖς legeretur, nec ante ista verba, nec post, distingueretur oratio, monuit ad hunc locum CASAU-

d BONUS: »Et a fronte & a tergo horum verborum poni »debet virgula. Pro πιλήμασι, placebat ſcribi εἰλήμασι: »nam *lemniſcis* convenit τὸ εἰλεῖσθαι potius, quam τὸ πι»λεῖσθαι. *Appenduntur* enim & *circumvolvuntur* coronis »lemniſci. Quia tamen etiam libro XII. [p. 540. c.] ita »ſcriptum, nec variant codices, feramus hanc lectio»nem: & lemniſcorum πιλήματα interpretemur *crebram* »eorum *interpoſitionem* & πυκνὴν δέσιν. At χρυσῶν omni»no lege, non χρυσοῖς; & ita lib. XII. [nempe ibi in »χρυσῶν conſentiunt libri.] Capitolinus, in gemina huic »hiſtoria: *Coronas quin etiam datas, lemniſcis aureis inter»poſitis.* — In eamdem fere, quam Caſaubonus expoſuit, ſententiam *Henr.* STEPHANUS monuerat, (Theſ. Gr. Ling. III. 297. a.) λημνίσκων πιλήματα dici, pro λημνίσκοι πιληθέντες. At in eam ſententiam quo pacto ἀνδρομήκεσι dici potuerit, non video: oportebat ἀνδρομήκεων, ad λημνίσκων relatum; ut eſſet, *frequens interpoſitio lemniſcorum, ad hominis longitudinem dependentium.* Quare mihi non ſatis liquere illius dictionis vim profiteor. Paulo minus tamen incommodi habere viſus erat ille dativus ἀνδρομήκεσι, ſi πίλημα cum Heſychio μίτρας interpretaremur: qua notione πιλήματα ἀνδρομήκεα λημνίσκων χρυσῶν, id eſt, *mitrae longitudine hominis ex lemniſcis aureis*, haud ita inſolito more dici potuit pro eo quod proprie dicendum fuerat, *mitrae ex lemniſcis aureis ad hominis longitudinem dependentibus.* Aliâs quidem πίλημα etiam pro πῖλος, *pileus*, uſurpari novimus. Rurſus vero aliâ notione accipiendum idem vocab. apud Noſtrum XII. 535. f. in illa dictione, ἐμβάτης πίλημα λαμβάνων τῆς πολυτελεστάτης πορφύρας, ubi haud incommode H. Stephanus interpretatur, *calceus confectus ex lana purpurea in modum πίλων.* Hoc loco in Epitome deſunt verba, καὶ μετὰ ταῦτα - - πλήθη: in membr. *A.* vero χρυσοῖς ſcribitur, ut erat editum; quod fortaſſe etiam ferri potuerat, cum vocabulo πιλήμασι ea notione, quam dixi, accepto: commodius tamen viſum erat χρυσῶν, quod a Caſaubono monitus ex lib. XII. pag. 540. recepi.

e καὶ λαβεῖν τὴν κάμηλον, καὶ τὸν παρεστῶτα παῖδα. Infra, XII. 540. b. ubi eadem res repetitur, ſic ſcribitur, καὶ λαβεῖν τε τὴν κάμηλον, καὶ τὰ ἐπὶ τὴν κάμηλον, καὶ τὸν παρ. παιδ. quod ad hunc locum etiam Caſaubonus adnotavit.

ὥστε καὶ προσαποφέρειν πολλὰ, καὶ καταυλούμενοι f πρὸς χελωνίδος πολυκρότου φόφους. Particulam καὶ post ὥστε, quae hic deerat editis, dedit ms. *A*. Eamdem vero & editi cum msstis agnoscebant lib. XII. pag. 527. f. ubi eadem res ex eiusdem *Posidonii Historiarum libro XVI.* repetitur. Ex eodem loco inferiore, χελωνίδος hoc loco correxi, cum χελιδόνος legeretur hic in edd. & in utroque codice msto. Ad scripturam olim h. l. vulgatam spectat CASAUBONI animadversio huiusmodi: »Verbo »προσαποφέρειν significantur apophoreta, quorum copiam »domum referebant quisque convivarum. Sequentia per»tinent ad temulentorum hominum domuitionem post »convivia intempestiva. Sed claudicat oratio, etiamsi scri»bas, ut libro XII. καὶ καταυλουμένους πρὸς χελωνίδος πο»λυκρότου φόφους. Nam omnino deest verbum. Lego sic: »ὥστε προσαποφέρειν πολλὰ, καὶ αὐτοὺς ἀποφέρεσθαι κατ»αυλουμένους πρὸς χελωνίδος φόφους. Quam bene ista »quadrant in homines temulentos? χελωνὶς hoc loco idem »opinor ac χέλυς.« — At nobis nullum verbum desiderari videbatur: percommode enim ista καὶ καταυλούμενοι, & quae sequuntur, cohaerent cum γαστριζόμενοι, cum quo etiam continuo illa coniunxit Epitomator, omissis verbis quae in pleniore opere interseruntur, ἐν αὐτοῖς -- πολλά. Contra, altero isto loco, XII. 527. f. error inest: nam pro καὶ καταυλουμένους, quod ibi legitur, aut καὶ καταυλούμενοι oportebat, aut nude καταυλουμένους, absque καὶ copulâ.

AD CAP. XLVII.

ὁ δ' Ἀλέξανδρος οὗτος ὢν Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς υἱὸς a ὑποβληθεὶς, δι' ὃ (olim διὸ) εἶχον μῖσος πάντες ἄνθρωποι εἰς Δημήτριον. »Deest verbum ἐτύγχανεν, iungen»dum cum participio ὤν: vel scribendum ἦν: & omnino »δι' ὅ, non διό. Aut accipe διὸ pro γὰρ, ut initio Ni»comacheorum, διὸ καλῶς ἀπεφήναντο τ' ἀγαθόν. Nam »qui putant esse illativam ibi particulam διὸ, falluntur; »cum ob duplex vitium non procedat argumentatio. Porro »causam *odii publici*, *quo flagravit Demetrius*, narrat Io»sephus lib. XIII. cap. 3. Ἀπεχθῶς γὰρ εἶχον πρὸς τὸν »Δημήτριον διὰ τὴν ὑπερηφανίαν αὐτοῦ καὶ τὸ δυσέντευ»κτον.« CASAUBONUS. — »*Alexander* ille fuit, qui &

a »Prompalus & *Balas* dictus est: de quo mentio fit Mac»cab. I. cap. 10. & apud Strabonem libro XIII. & Iusti»num lib. XXXV.« PALMERIUS. — De participio illo ὤν videndum, an ferri possit ut absolute positum, aut intelligendo, ὁ δ' Ἀλέξανδρος οὗτός ἐστιν ὁ ὤν &c. *Is Alexander hic est, qui erat Antiochi filius supposititius.*

περὶ οὗ ἱστόρησεν ὁ ἑταῖρος ἡμῶν Ἀθήναιος ἐν τοῖς Περὶ τῶν ἐν Συρίᾳ βασιλευσάντων. Sic obiter nos docet *Athenaeus* noster, praeter hoc Deipnosophistarum opus alios a se editos *libros* esse *De Syriae Regibus.*

Διογένης ὁ Ἐπικούρειος, - - ἐκ Σελευκείας τῆς ἐν Βαβυλῶνι. Non aliunde, quam ex hoc Athenaei loco, notus iste *Diogenes Epicureus* est; non confundendus cum Stoico Diogene, qui & ipse Seleuciâ Babyloniae fuit oriundus. Vide Diog. Laërt. VI. 81. & ibi Menag. *Ibid.* ἕξιν ἔχων ἱκανὴν ἐν οἷς μετεχειρίζετο λόγοις. »*Usum habens non parvum in ea philosophia quam profitebatur:* id est, *doctrinae* »*Epicureae non mediocriter peritus.*« CASAUBONUS.

b *ἀναδοχῆς δ' ἐτύγχανε. ἀποδοχῆς* malim: hoc quidem vocabulo aliâs in ea re utuntur Graeci, non isto. *Ibid. παρὰ τοῦ βασιλέως - - χαίροντος.* Si teneamus *τοῦ βασιλέως*, necessario *χαίροντος* oportuit. Sin verum est *χαίροντι*, quod cum editis vetustae membranae tenent, necessario *παρὰ τῷ βασιλεῖ* scriptum oportebat: sed & *τοῦ βασιλέως* tenent, quod sciam membranae. Malim autem utique *παρὰ τῷ βασιλεῖ - - χαίροντι.* Sic quidem saepe atque etiam constanter apud Polybium, *ἀποδοχῆς τυγχάνειν παρά τινί.* Vide Lexicon Polyb. in Παραδοχή. In Epitoma, tota deest huius Diogenis historia.

συνεχώρησε, καὶ τὸν στέφανον προσχαρισάμενος. Cum post *συνεχώρησε* nulla olim poneretur distinctio, monuit CASAUBONUS: »Distingue, *συνεχώρησε, καὶ τὸν στέφανον προσχαρισάμενος.* Diogenes ab Alexandro ius tantum »petierat purpurae & aureae coronae: quorum illud regiae maiestatis, hoc sacerdotii in Asia fuit indicium, ut »ad Suetonium notavimus. Alexander *& ius concessit, &* »hoc amplius *coronam auream dono dedit.* Interpreti parum »hoc visum, qui & *purpuram* ait *datam:* atqui auctor non »dicit.«

c *λυσιῳδοῦ γυναικός.* Vide XIV. 620. e. & ibi notanda. Confer interim Strabon. XIV. 648. a. b. Bergler. ad Al-

ciphr. pag. 97. & Iacobs Animadv. ad Anthol. Vol. II. c Part. 1. pag. 313. *Ibid.* ἠξίου κατακλίνεσθαι. Sic recte *ms. A.* Perperam ἠξίον ed. Ven. Inde ἠξίουν ed. Baſ. & Caſ. *Ibid.* ἔμενεν ὁ φιλόσοφος, καὶ τὴν λυσιῳδὸν ἐπαινῶν οὐκ ἐπαύσατο. »Μένειν hîc *vultus conſtantiam* ſignificat: »nam, cum Diogenem cachinnarent omnes, ille contra »neque erubuit, neque indignatus eſt; ſed *eodem ſervato* »*vultu, mulierculae in laudes effuſus eſt.* « CASAUBONUS. — Eâ ſententiâ aliâs pleniore ῥήσει dicitur μένειν ἐν ἑαυτῷ. Atque ſic ipſum nudum verbum ἔμενε lubens hîc accipiam cum Caſaub. Nec opus videtur, ut cum ARNALDO (Animadv. Critic. c. 14. pag. 80.) corrigamus, ἔμενε τὴν λυσιῳδὸν ἐπαινῶν, καὶ οὐκ ἐπαύσατο, id eſt, *usque laudavit, neque eam laudare ceſſavit.*

οὐχ ὅμοιος Ἀθηνίωνι τῷ Περιπατητικῷ φιλοσόφῳ &c. d Memorabilem narrare hiſtoriam adgreditur auctor noſter: in qua, cum quod ad ingenium moresque hominis ſpectat, de quo agitur, & ad rationem qua tyrannidem Athenis ille & occupavit & exercuit, tum quod ad levitatem primo, dein ad patientiam pertinet populi Athenienſis, multa ſunt quae mirabilia admodum accidere legentibus, ac propemodum incredibilia videri deberent; ſi poſt ea tempora, quae haud ita pridem vidit aetas noſtra, quidquam porro vel incredibile vel mirum in hoc genere videri poſſet. Illud equidem miratus ſum, quod per ſe quidem leve eſt, & ad nomen ſolum hominis pertinet; quî factum ſit, ut, quem reliqui ſcriptores (Strabo, lib. IX. pag. 398. Pauſanias, lib. I. cap. 20. p. 47 ſq. Plutarchus, in Numa, pag. 66. c. in Sylla, pag. 458 ſqq. in Lucullo pag. 404. b. & in Praeceptis gerendae Reip. pag. 809. e. Appianus, de Bello Mithr. c. 21 *ſqq.* qui Epicuream Philoſophiam profeſſum ait; denique Dio Caſſius, in Excerptis Peireſc. num. 124. T. I. Opp. p. 50 ſq. & in Excerpt. Urſin. num. 173. p. 73. ed. Reim.) uno ore omnes *Ariſtionem* nominant, eumdem Athenaeus noſter, qui res eius copioſiſſime omnium, praeeunte Poſidonio auctore, perſecutus eſt, conſtanter *Athenionem* adpellaverit; neque aliud hominis illius nomen cognitum habuiſſe videatur, niſi iſtud, quo haud multo ante illa tempora fugitivorum ſervorum in Sicilia dux, Cilix natione, innotuerat. Vide Caſauboni Animadv. ad initium capitis ſeq.

τῷ καὶ διατριβῆς προστάντι φιλοσόφου. Sic recte edi-

tiones Ven. Baſ. & Caſ. 1. cum membr. *A.* διατριβὴ φιλόσοφος, eſt *ſchola philoſophica.* conf. pag. 186. c. & 188. e. *Ibid.* καθ' ἕκαστα. Non damno καθ' ἕκαστον, quod erat editum; ſed membranarum ſequi debui auctoritatem. Epitomator, omiſſo iſto introitu, totam Athenionis hiſtoriam ex abrupto ab his verbis incepit, Μὴ τοῖς τριβωνίοις &c. quae paulo poſt leguntur. *Ibid.* Εἰ μὲν φράσω τἀληθές. GROTIUS, poſtquam iambos iſtos, inter Agathonis tragici fragmenta, in Excerptis ex Tragoediis & Comoed. Graecis pag. 437. retulit, in Notis deinde ait: »Male φράζω apud Athenaeum.« Ubi, quid ſit quod turbaverit magnum virum, neſcio: quinque quidem editiones, quarum exempla nobis ad manus & ſub oculis ſunt, cum priore in verſu, tum poſteriore, recte φράσω tenent.

AD CAP. XLVIII.

f ὁμώνυμος Ἀθηνίωνι τῷ δεσπότῃ παρετρέφετο. »Eleganter »παρετρέφετο, *negligenter alebatur, neque in ſpem magnam.* »Fuit hic nebulo binominis: non quomodo Plato, qui »prius eſt dictus Ariſtocles; aut Theophraſtus, qui prius »Tyrtamus; aut beatiſſimus Paulus, qui prius Saulus: »ſed peculiari more omnium qui ius civitatis fraude ac»quirebant. Semper enim παρέγγραφοι cives novum no»men in cenſum & tabulas publicas deferebant, non illud »quo ante noſcebantur. Ergo iſte, infans quidem, & dum »ſervit ſervitutem appellatur *Athenio:* poſtea vero *Ariſtio* »appellari coepit, παρέγγραφος Ἀθηναίων πολίτης γενό»μενος, ut mox dicitur. Theophraſtus, in Notationibus »Morum, capite de Maledicentia: Ὁ μὲν πατὴρ Σωσίας »ἐξ ἀρχῆς ἐκαλεῖτο· ἐγένετο δ' ἐν τοῖς στρατιώταις Σωσί»στρατος, ἐπειδὴ ἐς τοὺς δημότας ἐνεγράφη. Haec eſt »ratio, cur iſtum alii *Athenionem*, alii *Ariſtionem* nomi»nent, ut Plutarchus & Appianus.« CASAUBONUS. — Equidem, ut paulo ante profeſſus ſum, qui *Athenionem* hunc hominum nominaverit, neminem novi praeter unum noſtrum Athenaeum. Eſt vero utique probabilis admodum ea ratio, qua iſtum auctorum diſſenſum explicavit doctus Animadverſor.

γήμας τε παιδισκάριον εὔμορφον, μετὰ τοῦτου πρὸς τὸ σοφιστεύειν ὥρμησε. Suſpicabar μετὰ τοῦτο, *poſt haec.* Si vera vulgata ſcriptura, in qua nil mutant vete-

res membranae; intelligendum fuerit, *adiutrice* uſum eſſe *uxore ad venandos adoleſcentes* qui ſcholam ipſius frequentarent. Epitomator quidem, caetera tenens, ipſa illa duo verba μετὰ τούτου omiſit. *Ibid.* ὑποδραμὼν τὸν βασι- a λέα. Pollux III. 148. ὑποδραμεῖν, τὸ κολακεῦσαι. *Ibid.* μεγίστης τυχὼν προαγωγῆς. Sic recte codex mstus uterque. Cum aliis, tum Polybio, frequentatum vocabulum. Perperam προσαγωγῆς edd. *Ibid.* ὥστε μὴ μόνων τῶν ἐπιφ. ὀφλ. Sic edd. & ms. *A*. Et ferri poteſt: malim tamen μὴ μόνον. Epitomator, iſtis omiſſis, ſtatim ὡς καὶ τὴν δημοκρ. ſcripſit.

AD CAP. XLIX.

ὁ Ἀθηνίων ἐπανῆκεν. Sic edd. Sed ἐπανῆγεν b mssti; quod teneri ab Editoribus, & reſtitui a nobis debuerat. Heſychius: Ἐπάναγε· ἐπάνελθε, ἐπίστρεφε. Exempla reciproci vel intranſitivi uſus, ut aiunt Grammatici, verbi ἐπανάγειν plura dabit Lexicon noſtrum Polybianum. *Ibid.* τοῦτο μαθόντες οἱ Κεκροπίδαι. »Athenien»ſes ridet, qui hac appellatione plurimum gaudere ſoliti. »Ariſtophanes: [Plut. 773.] χώραν τε πᾶσαν Κέκροπος. »Enarrator: παίζει πρὸς Ἀθηναίους φιλεγκωμίους ὄντας.« CASAUBONUS.

σχεδὸν τὸ πλεῖστον μέρος τῆς πόλεως - - ἐξεκέχυν- c το. Ex ms. *A*. hoc reſtitui: a quo praeter neceſſitatem diſceſſerant alii. *Ibid.* ὁ μηδέποτε ἐπὶ τοῦ τρίβωνος ἑωρακὼς πορφύραν πρότερον. Dalecamp. *qui prius pannoſo tritoque pallio veſtitus purpuram nunquam vidiſſet.* — Inde CASAUBONUS: »Non negaverim, ἐπὶ τοῦ τρίβωνος verti »poſſe, *quamdiu pallium geſtaverit philoſophicum.* Atque ita »ſumma hominis vilitas indicatur, qui inter ſcholaſticos »pueros ſic vixerit ignobilis & obſcurus, ut nemini un»quam purpurato potuerit innoteſcere, ac ne videre »quidem. Placet tamen magis, ut ἐπὶ τοῦ τρίβωνος inter»pretemur *ſuper pallio.* Nam mediocris conditionis ho»mines *purpureo clavo* (Graeci vocant σημεῖον) veſtem »ornabant, aut *inſtitá purpureá* praetexebant. Hoc igitur »indignatur Athenaeus, hominem qui nunquam fuerit »περιπόρφυρος, factum repente ὁλοπόρφυρον.«

οὐδενὸς οὐδὲ Ῥωμαίων ἐν τοσαύτῃ φαντασίᾳ καταχλι-

c δῶντος τῆς Ἀττικῆς. » Id est, *cum ne Romanorum quidem* » *quisquam tanta specie, ac fastuosa pompa, tantoque omnium* » *fastidio Atticam esset ingressus.* De Romanis vere hoc » Athenaeus, & historiae convenienter. Semper huma- » nius & civilius cum Athenienſibus Romani magistratus » egêre. Clarum in Antonio exemplum: quem narrat Ap- » pianus, [Bell. Civil. lib. V. cap. 76.] Athenis cum esset, » itasse per urbem sine insignibus potestatis, duobus tan- » tum amicis comitatum, cum totidem famulis. Tacitus, » secundo Annalium, [c. 53.] de Germanico: *Hinc ventum* » *Athenas: foederique sociae & vetustae urbis datum, ut uno li-* » *store uteretur.* De vocabulo φαντασία satis dictum alibi. « CASAUBONUS. — Ubinam de vocab. φαντασία disserserit Casaubonus, nobis non liquet. Nec vero raro admodum ea notione illud occurrit, ut *ostentationem* & *pompam* significet. Polybio inprimis frequenter sic usurpatum. Vide Lexicon nostrum Polybianum; & Wetstenium ad Acta Apostol. XXV. 23.

ὁπότε Ἀθηνίων ὁ πένης - - διὰ τὸν βασιλέα σιλιποροδῶν διὰ τῆς χώρας καὶ πόλεως πομπεύει. » ὁπότε est *quando-* » *quidem*: non *interea dum.* Neque διὰ τὸν βασιλέα bene » vertunt, *praetextu regis*; sed *per regem*, id est *regias opes.* « d CASAUBONUS. — Verbum σιλιποροδῶν DALECAMPIUS in versione compluribus his Latinis exprimendum putaverat: *si quis alloqueretur, contemptim oculos aliò distorquens, & compellantibus superbe tamquam oppedens.* Auctore vero Hesychio, σιλιποροδεῖν idem sonat ac στρηνιᾶν, ἀβρύνεσθαι, ῥιπτεσθαι, χλιδᾶν. De eodem verbo CORAYUS noster in *Notis msstis* haec docuit: » Non cepit rarum vocabu- » lum σιλιποροδῶν Dalecampius. De ipsius significatione » siluit Casaubonus: nec satis nos docent Lexicographi, » neque Critici. (cf. Notas ad Hesych.) Viderunt omnes » propemodum, vocem esse compositam ex πορδὴ vel » πέρδειν: ast de etymo ac sensu proprio vocis haud con- » stabit, donec alterius membri compositionis notio non » fuerit declarata. Vocem σιλιποροδῶ neoterici Graeci ho- » die scribere & pronunciare solent τζιλιποροδῶ. Ista vox » ex duobus manifesto vocabulis constat, videlicet τοῦ » τζίλα & πορδή. Primum, quod veteres τίλον & σπατί- » λην dixere, notat *ventris egestionem iusto nimis solutiorem*, » sive *stercoris liquidi emissionem.* Verbum τζιλῶ, & cum » praepositione κατατζιλᾶν notat *stercus liquidum edere*,

» *diarrhoea laborare:* adeo ut illud Ariſtophanis, καταπιλᾷ d
» τῶν Ἑκαταίων (Ran. 366.) nonniſi per verba καταζι-
» λᾷ τῆς Ἑκάτης τ'ἀγάλματα in Neograecorum linguam
» vertere poſſis. Vero itaque perquam ſimile eſt, anti-
» quos Graecos non modo τιλάειν, ſed & σιλάειν (for-
» ſan in dialecto Dorica) dixiſſe; unde manarit compo-
» ſitum σιλιποροδεῖν. Hactenus de vocis etymo. Τζιλι-
» ποροδῶ apud nos proprie dicitur de equis, mulis, aſinis,
» pecoribus, & aliis id genus animalibus, quae *petulantia*
» quadam *efferuntur, exſiliunt, interque ſaltandum crebros edunt*
» *crepitus*, quos aliquando ipſa ſtercoris ſolutioris egeſtio
» ſequitur. Τζιλοποροδίημα eſt nomen ipſius petulantiae ani-
» malium, quam Galli per *pétarade* exprimere ſolent; a qua
» notione nec ipſum Romanorum vocabulum *petulantia*
» longe abeſt. In uſu metaphorico, τζιλιποροδῶ apud eos-
» dem Graecos recentiores ſignificat, *inſolentius me effero*,
» *laſcivio;* quod & ipſe Athenaeus innuit, dum ſuperius
» (lit. c.) καταχλιδῶντος τῆς Ἀττικῆς dixit, quod hic
» per σιλιποροδῶν exprimere maluit. Nos, quum σαλα-
» κωνίαν alicui exprobrare volumus, vulgare hoc prover-
» bium uſurpamus, καὶ πτωχὸν τ'ἀρνίον, καὶ τζιλιποροδά-
» ρικον, *ovis quamvis pauper* (per metaph. ſcilicet, pro, *ma-*
» *cra*) *tamen calcitrando crepitus edit.* «

οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνῖται. *Artifices Bacchici* vertit Dalechamp. Rectius ad uſum Romanorum ſcriptorum fuiſſet, *artifices ſcenici.* Sed lepide profecto Villebrune, *la compagnie des ouvriers de Bacchus*, pro eo quod Gallice dicimus *les artiſtes du théatre.* *Ibid.* τὸν ἄγγελον τοῦ νέου Διονύσου. *Nuncium* vel *legatum novi Bacchi;* id eſt, Mithridatis. Vide Cicer. Orat. pro L. Flacco, cap. 25. & Plutarch. Sympoſ. lib. I. Quaeſt. 6. Conf. Petr. Victor. Variar. Lect. VII. 4. & Muret. Var. Lect. I. 3. in Gruteri Theſ. Crit. T. II. p. 898.

ὁ δὲ πρότερον ἐκ μισθωτῆς οἰκίας ἐξιὼν, εἰς τὴν Δι . . . οἰκίαν, τοῦ τότε πλ. ἀνθρ. - - εἰσενέχθη. Dalecampius: *Egreſſus ille prius ex aedibus quas conduxerat, in Dieuſi domum - - - ſubvectus eſt.* — »Non intelligit iſta Dale-
» campius, ὁ δὲ προτ. ἐκ μισθ. οἰκ. ἐξιών. Nam hoc ge-
» nere loquendi *paupertatem* Athenioni exprobrat, qui fue-
» rit *ſolitus in conducto habitare.* Sed mirum profecto, ἐξιέ-
» ναι οἰκίας pro οἰκεῖν οἰκίαν dixiſſe. In poëta non eſſet
» cur miraremur. Sed alludit auctor ad ἐξόδους dierum

d » privatâ aliquâ ſolennitate inſignium: tunc enim domo » ſua exire, & inde pompam ducere, honeſtius, quam » ex conductitia. Hoc malo, quam ſinceram lectionem » incruſtare, & hoc ſimilive modo reſcribere, ἐν μισθωτῇ » οἰκίᾳ οἰκῶν. Prioribus ἐξόδοις e domo opponit mox *pom-* » *paticum egreſſum ex Dieuſi aedibus.* εἰς τὴν Διευσοικίαν. » Scripta lectio Δίευς οἰκίαν. Interpretes ambo, Διεύσου » οἰκίαν. Nihil habeo quod dicam de iſto. « CASAUBONUS. — Nec ego de iſto homine quidquam, quod dicam, habeo: quoniam vero manifeſto mendoſam vidi nominis terminationem, quam habent libri, nonniſi primores literas, quae carere vitio videbantur, recipere in contextum conſultum duxi, reliquam mendoſam ſcripturam infra adnotaſſe contentus. Suſpicatus autem eram, ſed mera coniectura erat, fortaſſe Διαίου οἰκίαν ſcriptum oportuiſſe. Ferri fortaſſe poſſit ſcriptura εἰσενέχθη, quam cum editis tenent (quod ſciam) membranae: ſed rectius utique εἰσηνέχθη ſcribetur. Epitomator, omiſſis iſtis omnibus, poſt verba οἱ περὶ τὸν Διον. τεχν. ſtatim ſic perrexit, χλαμύδα τε φοροῦντι, καὶ δακτύλιον χρυσίου ἐγγεγλυμμένην ἔχοντα &c.

κεκοσμημένην στρωμναῖς τε καὶ γραφαῖς καὶ ἀνδριᾶσι. Olim cum eſſet ἀνδράσι, monuit CASAUBONUS: » Quis ſanus unquam poſuit *viros* inter *domus ornamenta* » vel *ſupellectilem?* Scio, philoſopho in Politicis inter pa- » trisfamilias inſtrumenta cenſeri ſervos: ſed quaeram » rurſus, ecquis Graece doctus ἄνδρας appellavit *ſervos?* » Absque dubio legendum eſt ἀνδριάσι. *Statuas* non » ſolum in foris & aliis publicis locis fuiſſe olim poſitas, » ſed & in aedibus privatis atque atriis, Plinio magiſtro » ſcimus libro XXXIV. capite quarto. « — Vel invitis membranis obtemperandum fuiſſe docto viro, nemo non videt: modo, mutato accentu, ἀνδριᾶσι ſcriptum oportuit.

e δακτύλιον χρυσίου, ἐγγεγλυμένην ἔχοντα τὴν Μιθριδάτου εἰκόνα. Intellige, ut ſaepius ante vidimus, δακτύλιον ἐκ χρυσίου. Tum ἐγγεγλυμμένην ſcribe, geminata μ litera, quemadmodum ſcriptum ab Epitomatore modo vidimus. *Ibid.* ἀνέμενον αὐτοῦ τὴν πρόοδον. Ad editam olim ſcripturam πρόσοδον, perſpecte rurſus monuit CASAUB. » Scribendum πρόοδον, *dum prodi-* » *ret in publicum.* Frequens vox eâ notione in hiſtoria Im-

» peratorum. Sequitur ὁ δὲ μόλις προῆλθε. « — Eam ipſam probam ſcripturam dedit nobis ms. *Ep.*

AD CAP. L.

βασιλεῖς μὲν αὐτὸν - - δορυφοροῦσι. Sic bene codex a uterque; a quorum ſcriptura praeter neceſſitatem diſceſſere editores, *αὐτῷ* ſcribentes. Nam perinde cum quarto & cum tertio caſu conſtruitur id verbum. Conſtructionis cum accuſativo exempla ex Thucydide & ex Plutarcho produxit H. Steph. in Theſ. I. 950. c. quibus plura facile adiici poſſent. *Ibid. δυναστεύει δὲ τῶν - - ἐθνῶν.* Ad vulgatum *δυνάσται δὲ*, quod tenent quidem ambo noſtri mssti, nec ſolicitaverat Caſaubonus, perſpecte adnotavit CORAY: » An *δυνάσταί τε*, vel *δυναστεύει* » *δὲ*? « — Et nobis quidem utique haud ferendum viſum erat vulgatum: languidius vero dictum videbatur *δυνάσταί τε*, cum praeſertim poſt *βασιλεῖς μὲν* particula *δὲ* ſuo loco hîc recte ſtaret. Itaque *δυναστεύει δὲ* correxi, quod facile a librariis in *δυνάσται δὲ* potuerat detorqueri. Reperitur quidem cum dativo caſu conſtructum illud verbum apud Noſtrum, XIV. 624. b. Itemque cum accuſativo, apud Syracidem cap. 5, 3. & cap. 12, 5. Sed non dubitavi, quin perinde etiam cum genitivo caſu iungi potuerit, quemadmodum *βασιλεύω*, *δεσπόζω*, aliaque ſimilia verba, quae idem valent ac *βασιλεύς εἰμι*, *δεσπότης εἰμί*.

Ῥωμαίων δὲ στρατηγὸς μὲν Παμφυλίας, Κόϊντος ὁ Ὄππιος, παραδοθεὶς ἀκολουθεῖ Δέσμιος. Mendoſum nomen ὁ Ἵππιος, quod olim hîc legebatur, callide omiſit Epitomator, praenomen Κόϊντος adpoſuiſſe contentus. Recte vero ὁ Ὄππιος correxit Caſaubonus. Vide Livium in Epit. libri LXXVIII. & Appian. de Bello Mithrid. cap. 17 & 20.

Μάνιος δὲ Ἀκύλλιος. Adnotaverat CASAUBONUS: » Re- b » cta appellatio Μάνιος, ut apud Plutarchum & Appianum. » Latinis, *M'. Aquilius.* De eius conſulatu, quem geſſit » collega Marii quintum conſulis, vide in Faſtis ad an- » num DLIII. [DCLIII voluerat ſcribere.] De eius *trium-* » *pho*, ſed minore, hoc eſt ovatione, in anno ſequente. « — Et *Aquilius* & *Aquillius* latine ſcribi id nomen, ſatis

notum eſt: id Graeci, ut h. l. factum, Ἀκύλλιος efferre conſueverant.

συνδέτην ἔχων ἀλύσει μακρᾷ Βαστάρνην πεντάπηχυν. »Iſte modus fuit cuſtodiae militaris: quem ex »Seneca & aliis ſcriptoribus vir ampliſſimus Iuſtus Lipſius »ad III. Annalium patefecit. Barbari fere vaſto & proce»ro corpore erant: ideo vocat *Baſtarnam* hunc πεντά»πηχυν, *altum pedes ſeptem & ſemis*: qua de re diximus »ad Suetonii lib. III. cap. 68.« CASAUB. — LIPSIUM vide in Excurſu ad Taciti Annal. lib. III. c. 22. ubi etiam monuit, Μάνιος & Ὄππιος hoc loco corrigendum. Conf. Acta Apoſt. cap. 12, 6. & cap. 28, 16. & quae ibi congeſſit Wetſtenius. Pro συνδέτην videndum cenſuit CORAY vir doctus, in Notis msstis, ne σύνδετον ſcriptum oportuerit. Ac ſane iſta vocabuli forma, ὁ συνδέτης, nusquam alibi, quod ſciam, in Graeco ſermone reperitur. Nec tamen audendum putavi mutare vulgatum, utriusque codicis auctoritate firmatum. Quantus eſt, in tanta monumentorum veterum clade, numerus vocum ἅπαξ λεγομένων! Porro, cum ὁ συνδεσμώτης Graecis uſurpatum vocabulum memoretur, quidni eâdem ratione ὁ συνδέτης dici potuerit? Denique ipſum etiam illud, de quo quaerimus, Suidas adnotavit: Συνδέτας, συνδεδεμένους. Κακοὺς γὰρ εἶχον τοὺς λογισμοὺς συνδέτας. Vocab. ἀλύσει leni ſpiritu notatum dabant edd. neque aliud quid ex ms. *A.* adfertur. Sed ἀλύσει ſcriptum in cod. *Ep.* Utrumque recte.

τῶν δ' ἄλλων Ῥωμαίων οἱ μὲν θεῶν ἀγάλμασι προσπεπτώκασιν. Haec verba, ita poſita, nil aliud ſonant, niſi, *reliquorum Romanorum alii ad Deorum ſimulacra ſupplices procubuerunt.* Sed aliquid amplius utique dicere voluiſſe videtur Athenion, nempe id quod Freinshemius in Supplem. Liv. LXXVIII. 45. ait: *ad Deorum ſimulacra effuderunt ſpiritum.* At id quidem Graece tali quodam modo erat efferendum, προσπεπτωκότες πεπτώκασιν vel ἀπολώλασιν.

οἱ δὲ λοιποὶ μεταμφιεσάμενοι τετράγωνα ἱμάτια, τὰς ἐξ ἀρχῆς πατρίδας πάλιν ὀνομάζουσι. »De iis auctor lo»quitur, *qui per Aſiae urbes ius civitatis erant conſecuti*: »quod ius etſi parcius eo tempore adhuc datum, quam »ſub Impp. factum poſtea, certum tamen vel ex M. Tul»lii actionibus in Verrem, a non paucis, qui ambitioſe »petierant, fuiſſe impetratum. Hi ubi erant civitatem na-

» cti, *togam Romanam assumebant:* cuius gestandae peregri- b
» nis ius non fuit, ut ex Suetonio constat. *Istos igitur*,
» ait Posidonius, *Asiam obtinente Mithridate*, metu periculi,
» *Romanae civitati renuntiasse, togamque posuisse, & ad Grae-*
» *canicum habitum rediisse.* τετράγωνα ἱμάτια sunt *Graeco-*
» *rum*, non autem Romanorum. Appianus Ἐμφυλίων lib.
» V. [cap. 76. nostrae edit.] ἀφέλειαν δὲ ἰδιωτικὴν αὖθις
» ἐξ ἡγεμονίας, καὶ σχῆμα τετράγωνον ἔχων, καὶ ὑπόδη-
» μα Ἀττικόν. « [Ibidem, cap. 11. στολὴν εἶχε τετράγω-
νον Ἑλληνικὴν ἀντὶ τῆς πατρίου, καὶ ὑπόδημα ἦν αὐτῷ
λευκὸν Ἀττικόν.] » Quod sequitur, τὰς ἐξ ἀρχῆς πατρί-
» δας πάλιν ὀνομάζουσιν, erat vertendum, *priorem quisque*
» *patriam fatentur.* « CASAUBONUS.

κατακαλεῖται τὸν θεὸν βασιλέα. » In istis articulus
» alieno loco est positus, κατακ. τὸν θεὸν βασ. pro κα-
» τακαλεῖται θεὸν τὸν βασιλέα. « IDEM.

θεσπιωδοῦσι. Rectius scribetur θεσπιῳδοῦσι.

AD CAP. LI.

τρίψας τὸ μέτωπον, *frontem perfricans.* De ista locutio- c
ne, quam Latini etiam a Graecis mutuati sunt, vide quae
disseruit Pet. Victorius Var. Lect. VIII. 6.

Μὴ ἀνέχεσθαι τῆς ἀναρχίας, ἣν ἡ Ῥωμαίων σύγκλητος
ἐπισχεθῆναι πεποίηκεν. » *Quam Romanus senatus fecit ut ob-* d
» *tineret:* hoc est, invexit, & cuius caussa est. Mirum vero,
» si haec non est plani hominis calumnia in Romanum
» nomen. Sic enim Athenas invectam ἀναρχίαν a Romano
» senatu dicit, quasi omnes Atheniensium magistratus ac
» sacerdotes iussi essent abdicare se magistratu ac sacerdo-
» tio, nullo tamen in eorum loca suffecto. Longe aliter
» historiae illorum temporum auctores. Strabo in his, li-
» bro IX. [pag. 398. b.] Ῥωμαῖοι παραλαβόντες αὐτοὺς
» (Athenienses) δημοκρατουμένους, ἐφύλαξαν τὴν αὐτονο-
» μίαν αὐτοῖς καὶ τὴν ἐλευθερίαν· ἐπιπεσὼν δ' ὁ Μιθριδατι-
» κὸς πόλεμος τυράννους αὐτοῖς κατέστησεν, οὓς ὁ βασι-
» λεὺς ἐβούλετο. « CASAUBONUS. — » Insolentius loquen-
» di genus, quod appellare solent Grammatici πρὸς τὸ
» σημαινόμενον. Sensus ex resolutione vocis compositae
» ἀναρχίας petendus est, hoc modo: μὴ ἀνέχεσθαι τῆς
» ἀναιρέσεως τῶν ἀρχῶν, ἃς (ἀρχὰς) ἡ Ῥωμαίων σύγκλη-
» τος ἐπισχεθῆναι πεποίηκεν. Optime se gessit interpres

d » in declaratione huius loci: minus feliciter Caſaubonus. » Simili modo uſurpavit vocabulum ἀναρχία Plutarchus » in Coriolano T. II. pag. 113. edit. Reisk. ἀλλ' ἀναρχίαν » ἔχοντας, ἡγεμόνας ἰδίους ἄρχοντας προσαγορεύειν, quod » pariter torſit Criticos, excepto Xylandro. « CORAY. — Dalecampius latine ſic reddiderat: *ne abrogatos & ſublatos veſtros magiſtratus diutius abeſſe patiamini, quos Romanorum ſenatus ſuperſedere a munere ſuo decrevit.* Caſauboni ratio illud incommodi habere videri poterat, quod verbum paſſivum ἐπισχεθῆναι eadem notione accipiat, qua aliàs nonniſi in activa forma (quod ſciam) poſitum id verbum reperitur: τοῦτο ἐπέχει, *hoc obtinet, locum habet, durat.* Contra, ſi ἐπισχεθῆναι, ex alio uſu eiusdem verbi, intelligas *inhiberi, prohiberi;* utique ad eam rationem, quae eſt a doctiſſimo Corayo propoſita, fuerit confugiendum. At non diffiteor equidem, durum admodum mihi videri, relativum pronomen ἣν, quod manifeſte ad ἀναρχίαν refertur, ita accipere ac ſi ἃς ἀρχὰς dixiſſet auctor. Quare in Caſauboni interpretatione adquievi. Quodſi compertum foret, nullo prorſus pacto verbum paſſivum ἐπισχεθῆναι iſta notione accipi poſſe; videndum exiſtimaveram, ne ἐπισχυθῆναι ſcriptum oportuerit, id eſt, *firmari, ingruere, invaleſcere.* Caeterum, inter Plutarchi locum a doctiſſimo Viro citatum, (legitur ille p. 221. e. edit. Francof.) & inter hunc noſtrum, non aliam ſimilitudinem mihi viſus ſum deprehendere, niſi quod utrobique vox ἀναρχία occurrat. Sed apud Plutarchum Coriolanus, optimatium partibus addictus, cum de plebe loquens ait ἀναρχίαν ἔχοντες, hoc dicit, *plebem nullum reſpectum habere imperii conſulum & auctoritatis ſenatus:* contra Athenio, plebi blandiens, ἀναρχίαν *a Romanis vel invectam vel firmatam* dicens, hoc maxime dicere videtur, *Romanos,* utpote optimatibus faventes, *imperium populi,* penes quem ſumma Athenis poteſtas eſſe debebat, *infirmaſſe ſuſtuliſſeque.*

καὶ τὴν θεῶν χρησμοῖς καθωσιωμένην Πνύκα ἀφηρημένην τοῦ δήμου. » Quaſi edicto vetuiſſent Romani, ne in *Pnyce* » convenirent cives Athenienſes. Cum autem dicit τὴν » θεῶν χρησμοῖς καθωσ. ſignificat quondam *oraculo monitos* » *eſſe Athenienſes, ut eum locum conſecrarent.* Non reperies » hanc ſortem neque apud Pauſaniam, neque in Gram» maticorum commentariis, ubi tamen de Pnyce ſcribun-

» tur non pauca. Sed veriſſimum eſt quod in univerſum d
» de ea urbe ſcripſit Strabo, nullam illius fuiſſe partem,
» de qua non extaret aliqua inſignis fabula vel hiſtoria. « CASAUBONUS. — Recte πύκνα edd. Corrupte πύκνα ms. *A.* qui vetus fuiſſe error videtur; quem corrigere non auſus Epitomator, totam iſtam ῥῆσιν omiſit.

μὴ περιίδωμεν - - - τὴν ἱερὰν τοῦ Ἰάκχου φωνὴν κατασεσιγασμένην. » De hac *voce ſacra* Plutarchus in Themi-
» ſtocle: [pag. 119. d. e.] ἐν τούτῳ τοῦ ἀγῶνος ὄντος, φῶς
» μὲν ἐκλάμψαι μέγα λέγουσιν Ἐλευσινόθεν, ἦχον δὲ καὶ
» φωνὴν τὸ Θριάσιον κατέχειν πεδίον ἄχρι τῆς θαλάττης,
» ὡς ἀνθρώπων ὁμοῦ πολλῶν τὸν μυστικὸν ἐξαγαγόντων
» Ἴακχον. Vigeſimâ nempe Boëdromionis menſis *Iacchum*
» deducebant cum cantu & pompa ex urbe Eleuſinem.
» Idem auctor, in Phocione: [pag. 754. b.] Εἰκάδι ἢ φρου-
» ρὰ Βοηδρομιῶνος εἰσήχθη, ἐν ᾗ τὸν Ἴακχον ἐξ ἄστεος Ἐλευ-
» σίναδε πέμπουσι. In Camillo: [pag. 138. d.] τῇ εἰκάδι
» Βοηδρομιῶνος τὸν μυστικὸν Ἴακχον ἐξάγουσι: ubi nihil
» intereſt, ſcribas ἐξάγουσιν, an ἐξάδουσιν: ut in Scholiis
» Comici [ad Ran. 326.] μιᾷ [μια] τῶν μυστηρίων εἰκάς
» ἐστι, (perperam vulgo ἑγκὰς) ἐν ᾗ τὸν Ἴακχον ἐξάδου-
» σιν. Arrianus lib. II. rerum Alexandri: [cap. 16.] καὶ
» ὁ Ἴακχος ὁ μυστικὸς τούτῳ τῷ Διονύσῳ, οὐχὶ τῷ Θη-
» βαίῳ, ἐπάδεται. Plura de hoc ritu Ariſtophanes in Ra-
» nis. « CASAUBONUS. — Conf. Schol. ad eiusdem Comici Nubes, vs. 301.

τὸ σεμνὸν ἀνάκτορον τοῖν θεοῖν κεκλειμένον. τὶ σεμνὸν ed. Caſ. 2. & 3. operarum errore. Teneri utique κεκλεισμένον poterat, quod cum editis agnoſcit ms. *Ep.* quemadmodum paulo ante etiam omnes κεκλεισμένα dabant. Hoc loco cum κεκλιμένον ſcribatur in vetuſtis membranis, ex κεκλειμένον id corruptum putavi; quae & ipſa legitima forma eſt a verbo κλείω. — » Da-
» lecampius, qui non ignorabat ἄνακας Athenis dictos eſ-
» ſe Dioscuros, putavit ἀνάκτορον eſſe illorum templum.
» In quo fugit eum ratio: tam enim fallitur quam ſaepe
» alii etiam doctiſſimi viri, qui Atticum iusiurandum, νὴ
» τὼ θεώ, vertunt *Aecaſtor*. Semel moneo, τὼ θεὼ apud
» ſcriptores Atticos accipiendum de *Cerere & Proſerpina*:
» quas hoc loco intelligi praecedens *Iacchi* mentio docet
» certiſſime. Quis neſcit, in mentione myſticorum ſacro-
» rum hos ſemper coniungi? Scio ἀνάκτορον exponi ab

» Harpocratione, ἱερὸν Διοσκούρων. Sed & *Cereris templum* » ita vocaſſe Athenienſes, Heſychio atque aliis obſerva- » tum non neſcio.« CASAUBONUS. — Confer OLEARIUM ad Philoſtr. pag. 600. ubi monet, Caſaubonum ſententiam ſuam etiam firmare potuiſſe ex ipſo Athenaeo, lib. IV. pag. 167 extr. ubi ἀνάκτορον certiſſime *Cereris Eleuſiniae templum* eſt.

e εἵλοντο τὸν Ἀθηνίωνα στρατηγὸν ἐπὶ τῶν ὅπλων. » Στρα- » τηγὸς eſt, *qui militibus praeeſt*, &, ut Suetonii vocem » uſurpem, *ducatum habet*. Quare igitur addit ἐπὶ τῶν » ὅπλων? Quia ſeculo Athenaei στρατηγοὶ in municipiis » dicebantur etiam civiles & urbani magiſtratus: ut in » Actis Apoſtolor. cap. 16. & Lege 6. §. 16. item 15. §. 9. » Digeſt. De Excuſatione Tutorum. Non igitur ſimplici- » ter στρατηγὸς Athenarum creatur Athenio, ſed στρατη- » γὸς ἐπὶ τῶν ὅπλων: quae poteſtas dictaturae affinis ac » prope eadem fuit.« CASAUBONUS. — Nomen στρατη- γὸς de civili magiſtratu dictum etiam apud Noſtrum vidi- mus, II. 37. c. d. Et notum eſt, quos *praetores* vocabant Romani, eosdem, non modo cum exercitui praeeſſent, verum etiam cum civilem in urbe magiſtratum gererent, στρατηγοὺς dictos eſſe a Graecis ſcriptoribus. Sed iam apud Demoſthenem, pro Coron. pag. 238. ed. Reisk. in pſephiſmate, alius commemoratur ἐπὶ τῶν ὅπλων στρατη- γὸς, & alius ὁ ἐπὶ τῆς διοικήσεως. Confer SPANHEM. ad Iulian. p. 77.

Ἴσα βαίνων Πυθοκλεῖ. » Quid cogitabant docti, cum re- » ſcriberent Περικλεῖ? [Dalec. *Periclis gravitate & paſſu in- » cedens.*] Suidas: Ἴσα βαίνων Πυθοκλεῖ. Δημοσθένης ἐν τῷ » κατ' Αἰσχίνου· ἀντὶ τοῦ, συνὼν ἀεὶ καὶ μηδὲ βραχὺ ἀφι- » στάμενος. καὶ Μένανδρος· Παρ' αὐτὸν ἴσα βαίνουσ' ἑταί- » ρα πολυτελής. Aſſentior Suidae, ἴσα βαίνειν τινὶ, eſſe, » *moribus atque ingenio cum aliquo conſpirare*. In hoc tamen » proverbio aliter accipiendum; pro, *tanto faſtu ac pompa* » *incedere ac faceret Pythocles*; quod Graeci σοβεῖν dicunt: » vel, pro *vivere alicuius moribus*. Βαίνειν a conſequenti » eſt βιοῦν. Sic ἁβρὰ βαίνειν dicebant pro *molliter & delicate* » *vivere*. Heſychius docte; Ἁβρὰ βαίνων· ἁβρόβιος. Aliis » dicitur ἁβροδίαιτος.« CASAUBONUS. — Sua ex Harpo- cratione Suidam hauſiſſe, Küſterus adnotavit. Demoſthe- nis verba legantur in Or. de Falſa Legat. pag. 442. ed. Reisk. ubi haud dubie *ſuperbus hominis inceſſus* notatur.

Eadem proverbiali locutione usus est Alciphron, lib. III. e Epist. 56.

διότι, Νῦν ὑμεῖς ἑαυτῶν στρατηγεῖτε, προέστηκα δ' ἐγώ. Particula διότι, sicut aliàs ὅτι, pleonastice posita: quemadmodum apud Polybium & Epictetum frequenter observavimus. Monuit etiam CASAUBONUS: »διότι va»cat; omissum propterea ab Eclogario.« Tum IDEM: »Scribendum est, προέστηκα δ' ἐγώ. Elegans sententia. »Sensus est: *Nunc demum, o Athenienses, restitutum est vo»bis in vos imperium: ego autem dux vester sum.* Itaque τὸ »κράτος quidem τῆς πολιτείας penes vos erit: at ego »[solummodo] praeivero vobis, ceu princeps senatus »reliquis senatoribus in libera republica.« — Certissimam adoptavi docti Animadversoris emendationem. Quod erat editum λέγων, id παραδιορθώσει debebatur primi Editoris. λέγω habent veteres membr. *A.* quod ex δ' ἐγώ corruptum: ΛΕΓΩ, ex ΔΕΓΩ. Verba ista προεστ. δ' ἐγώ omisit Epitomator.

ὧν ἠβούλετο ὑποβαλὼν τὰ ὀνόματα. Sic ms. *A.* ὑποκαλὼν ms. *Ep.* ὑποβαλλὼν ed. Ven. & Bas. ὑποβάλλων ed. Cas.

AD CAP. LII.

τύραννον αὐτὸν ἀναδείξας ὁ φιλόσοφος, καὶ τὸ τῶν f Πυθαγορικῶν ἀναδείξας δόγμα περὶ τῆς ἐπιβουλῆς, καὶ τί ἠβούλετο αὐτοῖς ἡ φιλοσοφία. In ed. Ven. & Bas. sic legebatur, τύραννον αὐτὸν ἀναδείξας, δόγματα περὶ τῆς ἐπιβουλῆς &c. omissis sex verbis, & δόγματα in plur. posito, pro δόγμα. CASAUBONUS, postquam in sua editione ex msstis Italicis δόγμα correxisset, & verba ista ὁ φιλόσοφος - - ἀναδείξας (omissa tamen καὶ particula post φιλόσοφος) suppleisset, haec adnotavit: »Narratio ista *de »occupata tyrannide ab Aristione*, mutilata legebatur in »Athenaei codicibus vulgatis. Membranae multa verba »utiliter suggesserunt: sed nondum tamen persanata sunt »omnia. Nam τὸ ἀναδείξας mendosum esse codicem ar»guit, aut etiam fortasse defectum adhuc aliquot verbis. »Alluditur ad historiam Diogeni Laërtio relatam in Py»thagora. Tradiderunt quidam, affectasse eum philoso»phum Crotonis tyrannidem, vel, ut ait Tertullianus,

f » Thuriorum. Ariſtionem exemplum iſtud Pythagorico-
» rum renovaſſe, atque etiam imitatum eſſe, absque dubio
» ſignificare auctor voluit. Reſpicit autem ad *inſidiarum ge-*
» *nus* quo uſus Pythagoras hoc moliens: quae hiſtoriae
» iſtius pars nobis hodie eſt incognita. « — Adiectâ ante τὸ τῶν Πυθ. particulâ καὶ, quam & dedere membr. *A.* & eamdem cod. mstus Hermolai Barbari (nobis Pariſ. *B.* inſignitus) agnoſcit, perſanatus locus, quod ad verba ſpectat, videtur: nec ſane opus eſt, ut cum VILLEBRUNIO ſive ADAMO, quem ſecutus ille videtur, corrigamus τύραννον αὐτὸν ὁ φιλόσοφος κατεστήσατο, τῶν Πυθαγορικῶν ἀναδείξας δόγματα. Pro αὐτὸν malim αὑτὸν vel ἑαυτὸν cum Epitomatore; qui quidem, caeteris omiſſis, non niſi iſta adpoſuit, τύραννον ἑαυτὸν ἀναδείξας ὁ φιλόσοφος, τοὺς μὲν εὖ φρονοῦντας τῶν πολιτῶν &c. Ad rem quod adtinet, Diogenes Laërt. VIII. 39. ubi de obitu Pythagorae loquitur, & de incenſa domo Milonis in qua ille tunc verſabatur, ait: *tradere nonnullos, patratum illud a Crotoniatis eſſe, timentibus ne tyrannidem ille cum ſuis occuparet.* Ac, fuiſſe illud Pythagorae propoſitum, eoque maxime ſpectaſſe arcana philoſophi conſilia cum ſuis agitata, utique cum alii nonnulli ſcriptores, tum, quos continuo deinde citat auctor noſter, *Theopompus* & *Hermippus* ſtatuerunt. At horum quam ſuſpecta nobis eſſe debeat in hoc genere fides, perſpecte docuit MEINERS, in *Hiſtoria Originis & Progreſſus Scientiarum apud Graecos*, Germanico ſermone conſcripta, lib. III. cap. 1. Tom. I. pag. 228 ſqq. & pag. 292. Caeterum quid ſit, quod opinioni illi dederit occaſionem, eodem libro luculenter expoſuit idem Vir doctus: ſcilicet, quod id egiſſet Pythagoras cum ſuis interioris admiſſionis amicis, partimque etiam perfeciſſet, ut in Magnae Graeciae civitatibus, quae vel turbulentae democratiae (ὀχλοκρατίαν rite Graeci philoſophi vocant) tempeſtatibus agitatae, vel indignorum hominum tyrannide eſſent oppreſſae, electis tyrannis, & poteſtate plebis iuſto modo temperata, iis viris, qui ſimul prudentiſſimi & integerrimi eſſent, adminiſtratio reipublicae committeretur, adeoque ἀριστοκρατία veriſſime nominata, id eſt, *virorum vere optimorum praeſtantiſſimorumque imperium* ſtabiliretur. Apud auctorem noſtrum, cum paulo poſt verba praeſcripta, ſic legeretur, ἀλλ' Ἑρμιππος &c. recte monuit CASAUBONUS: » Scribe καὶ Ἑρμ. vel ἄλλοι τε καὶ

»Ἕρμιππος. « — Nobis id, quod edidimus, καὶ Ἕρμιπ- f
πος, membranae noſtrae *A.* praeivere: eodemque modo in *ms. B.* legi, ex Villebrunii ad hunc locum adnotatione intellexi. Deinde, Καλλιμάχειος, an Καλλιμάχιος ſcribas, nihil intereſt. Vide II. 58. f. *Hermippus* ille (de quo conſule Voſſium lib. I. de Hiſt. Graec. c. 16. pag. 103.) quam parum meruerit elogium quo eum Ioſephus proſecutus eſt, *nobiliſſimum* dicens *eorum qui Pythagorae vitam ſcripſerunt*, cum ex ipſo fragmento, quod Iudaicus ſcriptor protulit, tum ex his quae apud Diogenem Laërtium leguntur, ſatis adparere monuit *Meiners* l. c. Cum hanc narrationem de Athenionis tyrannide ex *Poſidonii Hiſtoriis* ſe depromturum profeſſus ſit Athenaeus, (pag. 211. e.) non tamen idcirco exiſtimandum eſt, omnia quae narrationi interſerta legimus, perinde ex Poſidonio ducta eſſe. Tam iniquam enim ſententiam, qualis hic haud obſcure ſignificatur, de Pythagora tuliſſe Poſidonium, Stoicum philoſophum, (quem eumdem Hiſtoriarum ſcriptorem eſſe conſtat) haudquaquam ſimile vero eſt; atque etiam manifeſto falſum eſſe fidenter pronunciare poſſemus, ſi, quod in Pythagoram elogium apud Senecam Epiſt. XC. legimus, (cum ait, *Zaleucum & Charondam in Pythagorae ſanctо ſeceſſu iura didiciſſe*) illud ex Poſidonio duxiſſe Senecam, (quod idem *Meiners* cenſuit, libro cit. cap. 3. pag. 472.) non ſuo nomine ſcripſiſſe, conſtaret. Non inobſervatum vero hoc loco debet praeteriri, quod plane quemadmodum Athenaeus, ſic & Appianus, ubi de *Athenionis* tyrannide, quem *Ariſtionem* is vocat, verba fecit, (de Bello Mithrid. cap. 28.) occaſionem inde ceperit in Pythagoreos & omnino in Philoſophos acerbius invehendi.

τοὺς μὲν εὐφρονοῦντας. Diviſis vocibus εὖ φρονοῦντας ſcribe, ut eſt in msstis, & in ſuperioribus editionibus, a quarum praeſcripto temere diſceſſere noſtrae operae. Quae ſequuntur verba, παρὰ τὰ Ἀριστ. καὶ Θεοφρ. a
δόγματα, vulgo, *nullâ interpoſitâ diſtinctione*, cum ſuperioribus verbis τοὺς μὲν εὖ φρονοῦντας τῶν πολιτῶν iungebantur. Ibi animadvertit CASAUBONUS: »Liber Excer-
»ptorum, περὶ τὰ Ἀριστ. Locus eſt perturbatus. τὸ πα-
»ρὰ confirmat, quod Athenio fuit Peripateticus: ac vi-
»detur per iocum dicere Maſurius, egregium hunc Peri-
»pateticum *diverſae ſectae homines*, quique aliud probarent
»quam quod ipſi placeret, perditum iſſe. « — περὶ habet

a etiam noſter ms. *Ep.* παρὰ vero membr. *A.* cum edd. Hanc igitur ſcripturam παρὰ recte tenens Caſaubonus, verba iſta in eamdem ſententiam accepit, quam paulo planius ſuo ſermone ſic expreſſit VILLEBRUNE: *Athenion ne tarda donc pas à ſe défaire des citoyens qui, quoique bien intentionnés, ne ſuivoient pas les principes de l'école d'Ariſtote & de Theophraſte.* Mihi contra ſatis certum videbatur, parum curaſſe nebulonem illum, utrum Lycei, an alienae Scholae placita ſequeretur aliquis, dummodo ipſius partibus in republica eſſet addictus, tyrannidique ipſius faveret: itaque iſta verba, παρὰ τὰ Ἀριστοτ. &c. tamquam in parentheſi poſita accepi, & in eamdem fere ſententiam interpretatus ſum, quam Dalecampius latine ſic expreſſerat: *Primum enim, contra Theophraſti & Ariſtotelis praecepta, ſapientes & erga rempublicam bene affectos e medio ſuſtulit: qua re cognitum eſt, non falſo proverbium uſurpari, Ne puero gladium.* conf. paulo inferius ad lit. e. f.

διὰ τῶν τειχῶν αὐτοὺς καθιμήσαντας φεύγειν. Conf. Acta Apoſt. IX. 25. & II. ad Corinth. 11, 33. Idem illud tempus fuit, *quo tempore*, ut ſcribit Cicero in Bruto c. 89. *princeps Academiae Philo cum Athenienſium optimatibus, Mithridatico bello, domo profugit, Romamque venit.* *Ibid.* δορυφόρους ἔχων πολλοὺς τῶν φρακτικῶν καλουμένων. »φρα»κτικοὺς, id eſt, *latus obſepientes.*« DALECH. — »Vocat »φρακτικοὺς, non quos putant interpretes: ſed *cataphra»ctos milites*, quorum ferrea omnis ſpecies. Euſtathius, »Ἰλιαδ. ν'. [pag. 892, 3.] τὸ δὲ φράξαντες, τοὺς μεθ' »Ὅμηρον φρακτικοὺς καὶ καταφράκτους ὁπλίτας παρήγαγε. »Non dubito, reſpexiſſe Euſtathium Athenaei hunc lo»cum, uti ſolet, cum φρακτικοὺς nominaret.« CASAUBONUS. — Citaverat illum Euſtathii locum etiam H. Steph. in Theſ. Gr. Ling. IV. 192. c. φρακτικῶν recte tenet ms. *Ep.* Perperam ἀφρακτικῶν ms. *A.*

τὰ Ῥωμαίων φρονεῖν προσεποιεῖτο. Aut corrupta haec; aut mutilata eſſe iudicavi. Per ſe enim nil aliud ſonant, niſi, *ſimulabat ſe partibus ſludere Romanorum:* quare in latina verſione verba iſta ex coniect. ſupplevi, *quo cognoſceret aliorum voluntatem.* Nec tamen, id ipſum dicere voluiſſe auctorem, ſpondeam. Mireris Caſaubonum ſilentio hunc locum praetervolaſſe: nec enim ſententiam verborum, qualia vulgo conſentientibus libris leguntur, eam eſſe poſſe arbitror, quam Dalecampius expreſſit, dicens, *Advo-*

catá concione ſaepius Romanorum ille res intelligere ſe aſſimulabat; quem quidem Villebrunius ſecutus eſt: neque magis eam vim habet verbum προσεποιεῖτο, quam ei tribuit Freinshemius, in Supplem. Liv. LXXVIII. 49. ubi ait, *multos ſtudere Romanis insimulans.* Paulo brevius, quam in opere pleniore, Epitomator, omiſſis verbis συνάγων δὲ &c. ſic ſcripſit, προσεποιεῖτο δὲ καὶ τὰ Ῥωμαίων πολλάκις φρονεῖν. Paulo poſt, ἐφόνευεν commode de- b dit codex uterque cum ed. Ven.

καὶ τὰς πύλας. Cum poſt πύλας vulgo non diſtingueretur oratio, monuit CASAUBONUS: »Diſtingue ſic: »καὶ τὰς πύλας, τριάκοντα καταστήσας ἐφ' ἑκάστῃ, οὔτ' »εἰσιέναι τὸν βουλόμενον, οὔτ' ἐξιέναι εἴα. Ita nihil opus »emendatione, quae aliquando nobis viſa eſt bella, καὶ »τὰς πύλας τηρῶν, τριάκοντα &c.« — Adhibui, quam ille commendavit, diſtinctionem: ſic accuſativus τὰς πύλας haud incommode a verbis εἰσιέναι & ἐξιέναι pendet. Conſulto-ne, an caſu, ἐφ' ἑκάστῃ in Animadv. ſcripſerit idem vir doctus, neſcio. Equidem a librorum ſcriptura, ἐφ' ἑκάστης, *ad unamquamque*, nil discedendum putavi. Totam iſtam ῥῆσιν, & quae ſequuntur usque στρεβλώσας, omiſit Epitomator.

τοσαῦτα χρήματα συνήθροισεν, ὡς καὶ φρέατα πληρῶσαι πλείονα. »*Tantas divitias coacervavit, ut iis vel plures »putei impleri potuerint.* Accipio enim πληρῶσαι, pro πλη»ρῶσαι ἄν. Cur enim pecuniam in puteos coniiceret Ari»ſtio? Niſi tamen id ab eo factum deſperata urbis con»ſervatione ſub extremum obſidionis tempus; quamquam »id Plutarchus in vita Syllae non dicit.« CASAUBONUS.

ἀκρίτους ἀπώλλυε προσβασανίσας. »Imo προβα»σανίσας, ut interpres.« CORAY. — Nempe, *tormentis prius excruciatos*, reddidit Dalecamp. Percommode utique: & perſaepe πρὸς & πρὸ voculas permutatas a librariis novimus. Ferendum tamen vulgatum putavi, *insuper, etiam cruciatos.* Favet quidem emendationi id quod paulo poſt legitur, (lit. d.) ὧν ἐνίους καὶ προκατανάλισκε &c.

αὐτοῦ τὰς ψήφους φέροντος. Sic recte mssti. Temere c αὐτοῦ καὶ ψήφους φέροντος edd.

εἰς τὴν ὑπερόριον ἀποδημεῖ. τὴν articulum, qui deerat d editis, commode dedit ms. *A*. Tota ῥῆσις, ab ἐξέπεμπε usque ἀποδημεῖ, deeſt Epitomae. In ſequentibus, ἐκήρυσ-

d σέν τε, δύνοντος ἡλίου &c. nil mutant mssti, nisi quod ἐκήρυσσέ τε commode scriptum in *Epit.* non ἐκήρυσσέν τε.

AD CAP. LIII.

ἐκπέμψας γοῦν εἰς τὴν νῆσον Ἀπελλικῶντα, &c. Suspensa est sententia: neque in his, quae post parenthesin sequuntur, ea est orationis structura, quae cum isto principio apte cohaereat. De *Apelliconte Teio* conferendus Strabo, lib. XIII. pag. 609. In scripturam Ἀπελλικῶντα, penultimâ circumflexâ, consentiunt libri: sic & deinde (lit. f.) Ἀπελλικῶν tenent omnes. Apud Strabonem Ἀπελλίκων, Ἀπελλίκοντος, scribunt.

Ad τὰ Περιπατητικὰ, ni intercidit verbum aliquod, in- e telligendum nomen βιβλία. *Ibid.* τά τ' ἐκ τοῦ Μητρώου τῶν παλαιῶν αὐτόγραφα ψηφίσματα. Vide Harpocrat. & Suidam, in Μητρῷον, ibique Valesium & Küsterum. Iulianus Orat. V. p. 298. edit. Petav. Τὸ μητρῷον, οὗ τοῖς Ἀθηναίοις δημοσίᾳ πάντα ἐφυλάττετο τὰ γράμματα. *Ibid.* ὡς ἂν ἀπὸ τῆς αὐτῆς δὴ αἱρέσεως ὄντι. Sic bene edd. διαιρέσεως mssti *A. B.* & *C.* quod tenendum censuit Villebr. Desunt haec in Epitoma, ubi post verba ἀψίκορον ζήσαντα βίον (lit. d.) statim sic pergitur (ex lit. f.) ὃς εἰς Δῆλον ἐξορμήσας &c. Ista tamen, χοίνικα κριθῶν &c. paulo post in eadem *Epit.* alio loco inserta sunt.

f Ἀθηνίων δ' ἐπιλαβόμενος τῶν δογμάτων τῶν τοῦ Περιπάτου. »Accipe εἰρωνικῶς: *ille egregius Peripateticus.* Sed »malo ἐπιλαθόμενος, *oblitus.*« CASAUBONUS. —— Vulgatum tenuit VILLEBRUNE, sic reddens: *Mais Athenion, se tenant aux dogmes de la philosophie Peripatéticienne:* subiectâ hac adnotatione: »*Je ne sais à quoi pensoit Ca-* »*saubon en voulant lire ici* ἐπιλαθόμενος, *contre tous les tex-* »*tes. Athenion ne s'en souvenoit que trop bien, puisqu'il ré-* »*duisit les Atheniens à une vie si chétive.*« Quae ille scribens quid spectarit, quidve in animo habuerit, equidem exputare non potui. ἐπιλαθόμενος τῶν δογμ. τ. τ. Περ. eâdem ratione hîc dictum mihi persuaseram, qua supra (lit. a.) παρὰ τὰ Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου δόγματα. χοίνικα κριθῶν — — ἀλεκτορίδων τροφήν. » Appellat *gal-* »*linarum, non hominum demensum, choenicis quadrantem* pro »integra choenice exhibitum: quia legitimus modus de-

»menſi diurni erat *choenix*.« CASAUBONUS. — Conf. f Plutarch. in Sylla, p. 460. a.

τοῦτο δὲ ἐπιγνοὺς ὁ Ὀρόβιος, στρατηγὸς Ῥωμαίων, καὶ φυλάσσων τὴν Δῆλον, φυλάξας ἀσέληνον νύκτα. »*P. Orbius* eſt, quem rexiſſe Aſiam provinciam liquet no»bis ex ea M. Tullii pro Flacco. Nec tamen Ὄρβιος ſcripſe»ris in textu Graeco recte. Solent enim Graeci nomina »Romana ſic efferre, ut Graecae originis ſpeciem illis, »ſi fieri poteſt, inducant. *Orbium* hac ratione *Orobium* »dixerunt; quaſi eſſet ab ὄροβος, *ervum*: ſicut alia mul»ta virorum nomina Graeca & Latina a leguminum ap»pellationibus deducta. Hoc mihi obſervent tyrones, cum »Graecos auctores hiſtoriae Romanae legent. Multos »enim eruditiſſimos viros inobſervantia huius rei in er»rorem impulit.« CASAUBONUS. — *P. Orbii*, in Aſia praetoris, meminit utique Cicero pro L. Flacco, c. 31 ſq. At is ſane eſſe non poteſt, quem hic auctor noſter Ὀρόβιον commemorat. Quae enim res hic narrantur, eae geſtae ſunt anno Urbis DCLXVII vel DCLXVIII: ex ipſa autem Ciceronis oratione ſatis intelligitur, Orbium illum, quem is dicit, non niſi viginti & aliquot annis poſt hoc tempus praeturam geſſiſſe. Quare hic quidem quis fuerit Ὀρόβιος, adhuc in obſcuro manet: nec enim alius ſcriptor, quod ſciam, eiusdem meminit: ac ne expeditio quidem Apellicontis in Delum ab ullo alio, praeter Noſtrum, commemoratur. *Delum per id ipſum tempus*, vel paulo ante, *ab Archelao*, *Mithridatis duce*, *captam occupatamque eſſe* Appianus narrat, Bell. Mithrid. c. 28. adiicitque, *eumdem Archelaum ſacram e Delo pecuniam per Ariſtionem* (quem eumdem *Athenionem* auctor noſter vocat) *Athenas miſiſſe*, *dato ad pecuniae cuſtodiam praeſidio bis mille militum*; *eorumdemque militum operâ mox Ariſtionem tyrannidem Athenis occupaſſe*.

Quod deinde vulgo hic legitur, καὶ φυλάσσωνα τὴν Δῆλον, id partim cum proxime praecedentibus verbis incommode connectitur interpoſitâ καὶ coniunctione, quae *rectius abeſſet*: partim inconcinne ſonat, ſi quae continuo ſequuntur ſpectes, φυλάσσων τὴν Δῆλον, φυλάξας ἀσέληνον νύκτα. Quare fere non dubito, καταφυλάσσων pro καὶ φυλάσσων ſcriptum oportuiſſe. *Tueri*, *praeſidio tenere urbem* vel *regionem*, percommode quidem ſimplici verbo φυλάττειν dicunt Graeci; ſed in eam ſen-

a tentiam frequentius compositis verbis παραφυλάττειν, διαφυλάττειν, utuntur. Iam καταφυλάττειν quidem (aut, quod idem sonat, καταφυλάσσειν) in eam partem usurpatum nusquam vel legere me memini, vel nunc quaerens reperio: sed tantus est verborum cum κατὰ praepositione compositorum numerus, quae eodem fere significatu ac simplicia accipiuntur, ut non videatur dubitandum, perinde & καταφυλάσσειν, pro φυλάσσειν vel παραφυλάσσειν, bene Graece dici potuisse. Porro, tam frequenter permutari voculae καὶ & κατὰ a librariis solent, (vide Lexicon Polybianum, pag. 317. num. 3.) ut nemini mirum accidere debeat, idem peccatum hic fuisse admissum. Sed ne opus quidem est, ut verbo καταφυλάσσων, quod auctori hoc loco restituendum putamus, significatum tribuamus, quo nusquam alibi usurpatum reperitur. Eodem hoc verbo καταφυλάσσειν usus est Aristophanes, in Concion. vs. 481 sq. ed. Brunckii, notione *observandi quid fiat, quid geratur.*

Φύλαττε σαυτὴν ἀσφαλῶς, (πολλοὶ γὰρ οἱ πανοῦργοι,)
μή που τις, ἐκ τοὔπισθεν ὢν, τὸ σχῆμα καταφυλάξῃ.

Igitur eâdem ratione καταφυλάσσων τὴν Δῆλον, significabit, *Delum observans:* id est *in proximo stans cum classe*, & *quid in insula gereretur observans;* quam in partem simplex etiam verbum φυλάσσων hoc loco accipiendum esse, a doctissimo Viro DUTHEIL in *Notis msstis* perspecte monitum video: quae interpretatio cum universa reliqua narratione egregie convenit. Ista dein verba, φυλάξας ἀσέληνον νύκτα, latine tali quodam modo commode reddentur, *capta occasione noctis illunis.* Epitomator eamdem narrationem in hunc modum contraxit: ὃς (Ἀπελλικῶν) εἰς Δῆλον ἐξορμήσας, πανηγυρικῶς μᾶλλον ἢ στρατιωτικῶς ἀναστρεφόμενος, καὶ ἀφυλάκτως κοιμώμενος, Ὀροβίου τοῦ Ῥωμαίων στρατηγοῦ ἐπιθεμένου ἐν ἀσελήνῳ νυκτὶ, ἡττήθη· κατακοπέντων Ἀθηναίων ἑξακοσίων τὸν
b ἀριθμὸν, ζωγρηθέντων δὲ περὶ τετρακοσίων. Quod deinde adponitur *Trophaei epigramma*, Analectis suis inseruit Brunck, T. III. p. 284. num. DCXXX.

AD CAP. LIV.

ἐξ ἱματίου τύραννος ἦν. » *Occasione vestis, tyrannidem in-*
» *vasit.* Erat enim similitudo magna inter sacerdotum ve-

» ſtes & principum. Sacerdotis igitur inſignia aſſumere » conceſſus, in tyrannidis παράσημα illa vertit. Adeo » parva ſaepe rerum maximarum principia: imo vero in- » terdum etiam ridicula; ut cum Regillianus militari io- » co, aut verius grammaticali, imperium Romae prome- » ruit. « CASAUBONUS. — Dalecampius vertit, *habitu ipſo tyrannidem prae ſe ferens.* Mihi videtur hoc dicere auctor: *ex pallio tyrannus factus eſt:* id eſt, *qui paulo ante pallium ut philoſophus geſtaverat, tyrannidem occupavit.* Caeterum a nullo ſcriptore, quod ſciam, praeter noſtrum, ſervata nobis eſt illius hominis memoria.

πορφυροῦν μὲν μεσόλευκον χιτῶνα ἐνδεδυκώς. Nihil c ex toto hoc capite habet Epitome. In ms. *A.* vero μέσον λευκὸν χιτ. ſcriptum. Recte autem μεσόλευκον edd. — » Regia haec veſtis erat, & primorum quoque ſacer- » dotum. De rege Perſarum ex octavo Παιδείας notum. » Lucianus in Pſeudomanti, de Alexandro Cocona plano: » προεισπέμπεται δὲ ὁ Ἀλέξανδρος κομῶν ἤδη, καὶ πλοκά- » μους καθειμένος, μεσόλευκον χιτῶνα πορφυροῦν ἐνδεδυκὼς, » καὶ ἱμάτιον ὑπὲρ αὐτοῦ λευκὸν ἀναβεβλημένος. Sequitur, » χλαμύδα δὲ ἐφεστρίδα περιβεβλημένος, *amictus chlamyde* » *ſimili trabeae:* nam ἐφεστρὶς erat equitum. Verum haec » alibi. « CASAUBONUS. —Vide Xenoph. Cyrop. VIII. 3, 13. & quae ibi viri docti notarunt. Confer Noſtrum, V. 196. c. 197. f. & inprimis XII. 537. e.

ὑποδούμενος λευκὰς Λακωνικάς. Nomen invenere apud Graecos varia ὑποδήματων genera, a locis ubi primum in uſu eſſe coeperant: ea autem nomina fere in foemini- no genere efferri ſolent, Ἀργεῖαι, Ῥοδιακαὶ, Λακωνικαὶ, &c. Vide Polluc. VII. 88. & Heſych. ſub eisdem voci- bus. Intelligitur, puto, ſubſtantivum κρηπῖδες, quod adie- ctum p. 198. a. aut ἐμβάδες, βλαῦται, aut aliquod ſimile. Et Λακωνικῶν quidem, quarum frequens apud Comicum men- tio, *rubrum* fuiſſe *colorem* Pollux ait l. c. Sed & λευκὰς fuiſſe Λακωνικὰς ex Noſtro hîc diſcimus. Quemadmodum vero ad iſta adiectiva foeminini generis ſubſtantivum κρηπῖδες aut aliquod tale intelligendum dixi, ſic in illa dictione IV. 134. b. βαυκιζόμενον τὰ λευκὰ, in qua nonnihil hae- ſitabamus, (in Animadv. Tom. II. pag. 424.) ad τὰ λευ- κὰ intelligendum fuerit ſubſtantivum ὑποδήματα. Conf. Poll. VII. 92.

AD CAP. LV.

c περὶ ὧν Δημοχάρης ἔλεγεν, ὥσπερ ἐκ Σύμβρας οὐδεὶς ἂν δύναιτο κατασκευάσαι λόγχην, οὐδ' ἐκ Σωκράτους στρατιώτην ἄμεμπτον. Ad vulgatam olim ſcripturam, quam membranae *A.* praeiverant, Δημοχάρης ἢ Κράτης, perſpectiſſime vir ſummus RUHNKENIUS monuerat: »Tollendum ἢ Κράτης, quod eſt librarii, dubitantis »Δημοχάρης an Δημοκράτης eſſet ſcribendum.« — Vide Reiskii Oratorum Graecor. Vol. VIII. pag. 180. In aliam partem erratum eſt in noſtro cod. *Epit.* in quo ſic ſcriptum, περὶ ὧν Δημόχαριν ἔλεγεν. Minime profecto obſcurum *Democharis* nomen, ſaepius laudatum Athenaeo, qui praeſertim declamationibus (*calumnias* non immerito magna quidem ex parte dixeris) quas contra philoſophos ille effuderat, mire delectatus fuiſſe videtur. Idem ipſum dictum, quo hîc utitur, ex eodem *Demochare* ſupra iam citaverat Noſter, pag. 187. d. ubi vide quae notavimus. Inprimis vero de illo Oratore eodemque Hiſtoriarum ſcriptore conſule quae ſuo more, id eſt, exquiſita doctrina parique iudicio disputavit, quem modo laudavi, Ruhnkenius ad Rutilium, in Reiskii Or. Graec. Vol. VIII. pag. 179 ſqq. Videtur autem Athenaeus, quae iam Maſurium ſuum contra Socratem, contra Platonem aliosque philoſophos disputantem facit, eorum maiorem partem ex eiusdem *DEMOCHARIS* ſcripto illo, de quo ſupra l. c. diximus, depromſiſſe. Sane pleraque cum ira quadam & ſtudio, & omnino ita dicta ſunt, ut prodere videantur hominem qui & temporibus propior fuiſſet, & ſingulari quadam occaſione excitatus ad ea ſcribenda acceſſiſſet.

Ὁ γὰρ Πλάτων φησὶ, τρεῖς στρατείας στρατεύσασθαι Σωκράτη, &c. »*Platonis* locus *de tribus Socratis ſtipendiis*, »eſt in Apologia, ubi illius militiae memorantur. Sed in »Charmide & extremo Convivio plura legas de iisdem. »Meminit & in Critone. Disputationem Athenaei contra »Platonem quanti faceremus, dudum indicavimus ad Dio»genem Laërtium.« [Dixerat CASAUBONUS ad Laërt. II. 22. difficile eſſe aſſentiri Athenaeo, falſa eſſe contendenti omnia, quae a graviſſimis auctoribus, aetate proximis atque aequalibus, *de Socratis militia* tradita fuiſſent.] »Neque eſt, cur nos iudicii eius poeniteat: praeſertim »cum & Senecam & Plutarchum, viros graviſſimos, vi-

» deamus perpeſſitii huius ſenis militares labores comme-
» morare; hunc in Alcibiadis vita. illum in Epiſtola CIV.
» Credamus & nos tantis auctoribus potius, quam uni
» Athenaeo: cuius equidem diligentiam in nonnullis, iu-
» dicium in multis ſoleo deſiderare. Ac ne ſola auctori-
» tate magnorum Scriptorum tueri ſententiam noſtram vi-
» deamur, age auctoris diverſum ſentientis argumenta
» expendamus. « CASAUBONUS.

Pergit idem doctus Animadverſor: » *Falſum eſt*, ait Athe- d
» naeus, *expeditioni Amphipolitanae interfuiſſe Socratem.* Quo
» argumento autem probat? Ἡ μὲν γὰρ, inquit, ἐπὶ Ἀμφιπο-
» λιν στρατεία γέγονεν ἐπὶ Ἀλκαίου, Κλέωνος ἡγουμένου,
» ἐξ ἐπιλέκτων ἀνδρῶν, ὡς φησι Θουκυδίδης. τούτων οὖν
» τῶν ἐπιλέκτων ἀνάγκη εἶναι καὶ Σωκράτην, ᾧ πλὴν τρί-
» βωνος καὶ βακτηρίας οὐδὲν ἦν. *Expeditio adverſus Amphipo-*
» *lin praetore Alcaeo* (anno 3. Olymp. LXXXIX.) *facta eſt,*
» *Cleone duce, ex delectis & gravis armaturae militibus, ut au-*
» *ctor eſt Thucydides. Horum delectorum militum unum fuiſſe*
» *oportet etiam Socratem: cui praeter pallium & baculum erat*
» *nihil in bonis.* Non recte vocem ἐπίλεκτοι accipiunt, qui
» putant reſpicere Athenaeum Thucydidis verba, quibus
» dicit, *in expeditionem hanc non niſi germanos cives Athe-*
» *nienſes profectos eſſe.* Illuc potius auctor reſpicit, quod ait
» idem hiſtoricus, [lib. V. cap. 2.] ὁπλίτας *omnes fuiſſe*,
» id eſt, *gravis armaturae milites*, qui huic militiae nomen
» dederunt. Ita igitur diſputat Deipnoſophiſta: In Amphi-
» politana expeditione nemo fuit niſi ὁπλίτης. Socrates
» non fuit ὁπλίτης: homo ita egenus ut πανοπλίαν ſibi
» parare nullo modo potuerit. Quid inde ſequatur, ma-
» nifeſtum eſt. Sed quis non videt, plumâ levius eſſe hoc
» argumentum? Eſto: ſic fuerit Socrates egenus, ut ar-
» ma ὁπλίτῃ neceſſaria de ſuo parare non habuerit. Quid?
» amicos nullos habuit? Quo autem illa nobilis & mul
» torum ſcriptis celebrata Athenienſium ὁπλοθήκη, niſi
» ut ſtrenuis militibus, ſed tenuis cenſus, arma ſuppedi-
» tarentur? «

τίς οὖν εἶπεν ἱστοριογράφος ἢ ποιητής; ἢ ποῦ Θουκυδίδης e
τὸν Σωκράτην παρενέχρωσε τὸν Πλάτωνος στρατιώτην;
» Alterum Athenaei telum eſt huiusmodi: *Thucydides &*
» *caeteri hiſtorici ac poëtae de hoc Socratis ſtipendio ſilent omnes;*
» ergo falſa & conficta res eſt. Invalidum prorſus telum,
» & vere ἄλιον βέλος. Narrat Olori filius, *Cleonem in ea*

e » *expeditione mille ducentos ſecum habuiſſe milites*: quorum » omnium nemo unus, praeter ducem, nominatim indica- » tur. In ea turba ſelectorum virorum latuiſſe Socratem, » vilem & pauperem hominem, quid mirum? Sed de hoc » argumentationis genere in univerſum pronunciat Stra- » bo, acerrimi vir iudicii, vere & docte, nihil eo eſſe » vanius, nihil fallacius. « CASAUBONUS. — Ad verba, τίς οὖν εἶπεν; adparet intelligendum, τὸν Σωκράτη γεγονέναι ἕνα τούτων τῶν ἐπιλέκτων. Verbum παρενέχρωσε Caſaubonus, quo pacto acceperit, nobis non aperuit. Dalecampius, *depinxit*, reddidit. Mihi interpretatio ab illo verbi χρώζω uſu ducenda viſa erat, quo idem valet ac πελάζω, ἅπτομαι, ψαύω, ψηλαφῶ, *adpropinquo*, *tango*, *attingo*: de quo uſu vide H. Steph. in Theſ. IV. 638. f. g. & Valcken. ad Euripidis Phoen. vs. 1619. Potuit autem pro ſimplici χρώζω etiam compoſitum ἐγχρώζω eo commodius poni, quod iſta verbi χρώζω notio a vulgata dictione ἐν χρῷ, id eſt, *in cute*, *ad cutem*, vel *prope*, (de qua Suidam vide, & H. Steph. IV. 637.) derivata eſt, quemadmodum diſerte Euſtathius monuit, ad Iliad. δ'. p. 356, 4. Et pro ἐν χρῷ etiam unâ voce ἐγχρῷ apud Heſychium ſcribitur. Inde παρεγχρώζω perſpicue id ſignificare mihi viſum erat, quod perapte huc convenit, *obiter tango*, quod ipſum in verſione noſtra poſui.

Πότε δὲ καὶ εἰς Ποτίδαιαν ἐστρατεύσατο, ὡς ἐν τῷ Χαρμίδῃ εἴρηκεν ὁ Πλάτων, φάσκων αὐτὸν καὶ τῶν ἀριστείων τότε Ἀλκιβιάδῃ παραχωρῆσαι; &c. PLATONIS *Charmidem* vide, ipſo dialogi initio, p. 106. T. V. edit. Bip. tum eiusdem *Convivium*, T. X. p. 267 ſq. — » Sequitur de expedi- » tione ad Potidaeam: cui interfuiſſe Socratem, & prae- » mium fortitudinis inde retuliſſe ſcribit *Plato*. Revincit » Athenaeus, duobus itidem argumentis. Prius eſt, *auctо-* » *rum ſilentium*; qua de re modo diximus: alterum, quod » *ad Potidaeam pugna nulla fuit pugnata*. [καθόλου μάχης f » μνδεμιᾶς συμπεσούσης, ὡς ἱστόρηκε Θουκυδίδης.] » Haec urbs tres continuos annos ab Athenienſibus op- » pugnata, aegre tandem fecit deditionem. Toto eo tem- » pore nullum memorabile proelium fuiſſe commiſſum af- » firmat auctor; neque nos negamus. Sed, decretoriam » quidem & ὁλοσχερῆ pugnam editam eſſe, ne Plato qui- » dem dicit. Saepius vero factum ut cum hoſtibus manum » conſererent Athenienſes, quis ſanus dubitabit? Plutar-

» chus hac de re: [in Alcibiad. pag. 194. e.] *ἰσχυρᾶς δὲ* f
» *γενομένης μάχης, ἠρίστευσαν ἀμφότεροι*: [*ambo,*] *So-*
» *crates & Alcibiades.*« CASAUBONUS. — Pro *συμπεσούσης* in *ms. Ep.* *ἐμπεσούσης* ſcribitur; quod ſpecie non caret. Eſt ſane magis uſitatum hoc verbum ea notione, *incidere, accidere*: at *συμπίπτειν* pariter eodem modo haud ſemel Polybius uſurpavit; v. c. *τούτου δὲ συμπεσόντος*, *quo facto.* Vide Lexicon Polyb. pag. 580. num. 2.

ὁ Πλάτων ἐπάγει καὶ τὴν ἐπὶ Δηλίῳ γενομένην, μᾶλλον δὲ πεπλασμένην, ἀνδραγαθίαν. &c. »*Tertia* ſequitur *Socra-*
»*tis militia;* de qua extat luculentum M. Tullii teſti-
»monium, libro I. DE DIVINATIONE: [cap. 54.] *Socra-*
»*tes, cum apud Delium male pugnatum eſſet, Lachete prae-*
»*tore, fugeretque cum ipſo Lachete: ut ventum eſt in trivium,*
»*eâdem quâ caeteri fugere noluit. Quibus quaerentibus, cur*
»*non eâdem viâ pergeret, deterreri ſe a Deo dixit. Tum qui-*
»*dem ii qui aliâ viâ fugerant, in hoſtium equitatum inciderunt.*
» Quae adverſus hanc militiam Socratis proferuntur, om-
»nia ſunt *ἀνερμάτιστα*, & tantum conjecturae, praeterea
»nihil. Omiſſa igitur eorum confutatione, mendam indi-
»cemus quae latet in iſtis, *εἰ γὰρ καὶ τὸ Δήλιον εἶρηκε*
»*Σωκράτης, ὡς ἱστορεῖ Ἡρόδικος ὁ Κρατήτιος ἐν τοῖς Πρὸς*
»*τὸν Φιλοσωκράτην, ἅμα τοῖς πολλοῖς ἀσχημόνως ἂν*
»*ἔφευγε.* Nullam ſententiam probam ex hac ſcriptura eli-
»cias. Scribe, *ἥρηκε. Demus*, inquit, *verum eſſe quod Hero-*
»*dicus Cratetius tradit, Socratem inter primos Delium occupaſ-*
»*ſe; ſtatim tamen cum caeterâ turbâ illum fugiſſe turpiter fate-*
»*dum erit.* Thucydidem lege in octavo belli Peloponneſiaci
»anno. [lib. IV. cap. 96.] Eius ſunt ſubiecta verba, *Πα-*
»*γώνδου δύο τέλη &c.* Mox autem cum ait, *μόνος Σωκρά-* a
»*της βρενθυόμενος, καὶ τῷ ὀφθαλμῷ παραβάλλων*, ad no-
»tiſſimum Ariſtophanis verſum alludit, [Nub. 362.] *ὅτε*
»*βρενθύῃ τ' ἐν ταῖσιν ὁδοῖς καὶ τῷ ὀφθαλμῷ παραβάλλῃ.*«
CASAUBONUS. — Pro corrupto *εἰρηκε*, quod erat editum, *ἥρηκε* dedit ms. *A.* propius ad verum accedens. Porro *Κρατήττιος*, quod hîc vulgo legebatur, mendoſum haud dubie erat: omninoque aut *Κρατήτιος* oportuit, ut pag. 219. c. & VII. 340. e. & XIII. 586. a. aut *Κρατήτειος*, ut VI. 234. d. & apud Suidam, ſub hac ipſa voce. (cf. Scholiaſt. Villoiſoni ad Iliad. *γ'*. 155. De ipſo *Herodico*, conſule Ionſium, DE SCRIPT. HIST. PHIL. II. 13. 6. &, qui hunc laudavit, F. A. Wolfium in Prolegom. ad Homer.

pag. 277.) Deinde Παγώνδου recte ex Thucydide editum: corrupte in membranis ſcribitur ἔφευγεν· ἄγων δ' οὐ δύο. In Epitome deſunt iſta. Denique οἱ δ' εἰς Πάρνηθα neceſſario corrigi debuit, pro οἱ δὲ Παρν. quod ferri non poterat. πρὸς Παρν. ſcribitur apud Thucydidem l. c. ſed εἰς Παρν. apud Athenaeum agnoſcit Epitoma. Quod deinde ait, οὐκ ἄλλος οὐδεὶς ποιητής: in eis verbis deeſſe nonnihil, vix dubitari poteſt. Quod intercidiſſet, id ex pag. 215. e. ſupplendum ſuſpicatus eram. *Poëtas* autem, quos dicit, *Comicos* intelligit. vide p. 219. a. b.

Πῶς δὲ καὶ τῶν ἀριστείων Ἀλκιβιάδῃ παραχωρεῖ, τῷ b μηδ' ὅλως κεκοινωνηκότι ταύτης τῆς στρατείας; »*Alcibia-*»*dem proelio ad Delium interfuiſſe*, negat diſtrictim Athe-»naeus. Aiunt Plato, [in Conviv. pag. 268.] Plutar-»chus, [in Alcib. pag. 195. a.] alii, quibus fidem habeo »potius.« CASAUBONUS. — Verbum παραχωρεῖ, in praeſente tempore, commode dedit codex noſter uterque: a qua ſcriptura praeter neceſſitatem diſceſſere editores.

Ἐν δὲ τῷ Κρίτωνι &c. »Deinceps exerto brachio grave »iaculum in Platonem torquet philologus Naucratita: »quod cuiusmodi ſit videamus. Ἐν δὲ τῷ Κρίτωνι, ait, ὁ »τῇ Μνημοσύνῃ φίλος Πλάτων, οὐδὲ ποιήσασθαί ποτε ἀπο-»δημίαν τὸν Σωκράτη, ἔξω τῆς εἰς Ἰσθμὸν πορείας, εἴρηκε. »Platoni obiicit, quod vetus dictum ſuſtulerit, *mendacem* »*memorem eſſe oportet.* Ideo per iocum appellat illum, τῇ »Μνημοσύνῃ φίλον, *divae Monetae charum:* vult dicere, *ob-*»*livioſum:* ita enim accipienda & ſcribenda vox Μνημο-»σύνη. « [Scilicet *maiuſculâ literâ initiali*, ut proprium nomen, ſcriptam eam vocem recte voluit Caſaub. Videtur autem auctor ille, e quo haec mutuatus eſt Athenaeus, (quem, ut ſupra profeſſus ſum, *Democharem* fuiſſe ſuſpicor,) iſta dum ſcriberet, ὁ τῇ Μνημοσύνῃ φίλος, Pindari illa verba in animo habuiſſe, quae pag. 191. f. laudata ſunt, φίλος δὲ Μοίσαις, Εὐθυμίᾳ τε μέλων.] »*Obli-*»*tum autem ſui Platonem*, ait, *cum negaret in Critone*, [p. 120. »T. I. edit. Bip. Cap. 14. edit. Forſter.] *Socratem ex urbe* »*unquam pedem extuliſſe, niſi ſemel quando ad ſpectaculum* »*Iſthmiorum eſt profectus.* Non meminerat videlicet Plato, »cum illa ſcriberet, eorum quae dixerat alibi de expedi-»tionibus ad Potidaeam & Amphipolim, urbes Thraciae »vicinas aut Thracias. Audiamus Platonem. Verba ſunt »illius in Critone: Οὐ γὰρ ἄν ποτε τῶν ἄλλων Ἀθηναίων

» ἁπάντων διαφερόντως ἐν τῇ πόλει ἐπεδήμεις, εἰ μή σοι b
» διαφερόντως ἤρεσκε· καὶ οὔτ' ἐπὶ θεωρίαν πώποτε ἐκ τῆς
» πόλεως ἐξῆλθες, ὅτι μὴ ἅπαξ εἰς Ἰσθμόν· οὔτ' ἄλλοσε
» οὐδαμόσε, εἰ μή ποι στρατευόμενος. [στρατευσόμενος.]
» *Neque enim ita plurimum unus tu ex omnibus Athenienſibus*
» *in urbe maneres*, [immo, *manſiſſes*,] *niſi illa plurimum*
» *tibi placeret*: [*placuiſſet*:] *qui nunquam vel ad ſpectaculum*
» *ullum extra urbem profectus ſis, niſi ſemel ad Iſthmum, aut*
» *usquam alio, niſi cum militiae cauſſa aliquo iviſti.* Ita ſcribi-
» tur hic locus hodie in publicis exemplaribus: quem ſi et-
» iam in ſuis codicibus ita ſcriptum invenit Athenaeus, ne-
» mo illum pro ſano ſanus habeat. Nam Plato quidem cave-
» re melius non potuit, ne contraria ſcripſiſſe cuipiam iure
» videretur. Sed omnino alterum duorum neceſſe: ut
» vel poſtrema Platonis verba in ſuo exemplari non le-
» gerit Athenaeus; vel in ſuis Excerptis illa non adnota-
» rit, cum ſuperiorem locum excerperet. Saepe ſcripto-
» rem hunc peccare graviter, dum ſuorum Excerptorum
» fidem ſequitur, neque ad fontes ipſos adit, multis lo-
» cis probatum nobis ſatis ſuperque. « CASAUBONUS. —
Si, quod nos ſuſpicabamur, ex Demochare transduxit iſtam disputationem Athenaeus; ſtatuendum fuerit, aut olim in nonnullis Platonis codicibus defuiſſe verba illa, εἰ μή ποι στρατευσόμενος, aut callide & invidioſe diſſimulata eſſe ab oratore, philoſophorum inimico.

οὐκ ἔστιν δ' ἔτυμος ὁ λόγος οὗτος. Verba ex *Steſichori* carmine mutuo ſumta; ut diſcimus ex Platonis Phaedro, pag. 313. Tom. X. ed. Bipont.

ὁ γὰρ Ἀντισθένης καὶ προσεπάγει τῇ ψευδογραφίᾳ, λέ- c
γων οὕτως· Ἡμεῖς δὲ ἀκούομεν κἂν τῇ πρὸς Βοιωτοὺς
μάχῃ τὰ ἀριστεῖα σε λαβεῖν. Vocem μάχῃ, quae deerat editis, commode dedit ms. *A.* » Iam in *Antiſthenem*
» ſtyli mucronem convertit auctor: in quo illud repre-
» henditur, quod ſcripſerit, *Socratem etiam in pugna con-*
» *tra Boeotos virtutis praemio ceſſiſſe Alcibiadi.* Pugna *ad-*
» *verſus Boeotos* ea eſt, quam *ad Delium* commiſſam dicebat
» Plato. Delium enim Boeotiae oppidulum fuit. *Ex illo*
» autem *proelio palmam retuliſſe aut meritum eſſe Socratem*,
» nemo veterum, opinor, praeter *Antiſthenem* ſcriptum re-
» liquit. Ego vero cum Athenaeo hîc ſentio: & Anti-
» ſthenem cenſeo ſcripſiſſe per incogitantiam πρὸς Βοιω-
» τοὺς, pro eo quod debuerat dicere, πρὸς Ποτιδαιά-

c »τας. Bis enim praemio donatum Alcibiadem fuiſſe con» ceſſu Socratis, non fit mihi veriſimile.« CASAUBONUS. — In Epit. deſunt iſta de Antiſthene omnia: quae vero deinde ſequentibus capitibus de Xenophontis & Platonis erroribus chronologicis disputantur, valde contracta ſunt. προτερεῖ δὲ κατὰ πάντας τοὺς ἱστορικοὺς τῆς ἐπὶ Δήλιον στρατείας ἡ περὶ Ποτίδαιαν, ἧς Φορμίων ἐστρατήγει. »Non adſcribit numerum annorum; niſi deſint haec, »ἔτη η'. Sic enim res habet. Phormionis in Thraciam »expeditio & Potidaeam obſeſſam, Pythodoro praetore »accidit, anno 1. Olympiadis LXXXVII. Cum ad Delium »pugnatum eſt, Iſarchus erat archon, Olympiadis LXXXIX. »anno item primo. Medium tempus, anni octo.« CASAUBONUS. — In Graecis iſtis verbis, in quibus quidem nihil diſſentiunt mssti ab editis, vide ne ſedes inter ſe permutaverint duae voculae ἐπὶ & περὶ, ſcriptumque oportuerit περὶ Δήλιον, & ἐπὶ Ποτίδαιαν. Sane, *ad Delium* pugnatum eſt, non *adverſus Delium*: at *contra Potidaeam* (ἐπὶ Ποτίδαιαν) ſuſcepta expeditio. Ferri potuiſſet ἐπὶ Δηλίῳ, (ut pag. 215. f.) quod idem valet ac περὶ Δήλιον.

AD CAP. LVI.

Πάντ' οὖν ψεύδονται οἱ φιλόσοφοι, &c. »Superiorem ad» verſus Platonem velitationem excipit digreſſio, qua »probare nititur Athenaeus, *philoſophos*, qui fere viros »eruditos & φιλολόγους habent deſpectui, *in ratione tem»porum multa ſolitos peccare & turpiter hallucinari.* Quod ut »probet, dicta quaedam duorum nobiliſſimorum Philoſo»phorum, *Xenophontis* & *Platonis*, examinare inſtituit. »Ex his duobus, qui ſine ulla controverſia univerſi gre»gis οἱ κορυφαιότατοι fuêre, de caeteris vult fieri conie»cturam. Nam ſcopum ſuum his generaliſſimis verbis au»ctor indicat: Πάντ' οὖν, inquit, ψεύδονται οἱ φιλόσοφοι, καὶ »πολλὰ παρὰ τοὺς χρόνους γράφοντες οὐκ αἰσθάνονται. No»bilis ſane disceptatio haec eſt: in qua maximi momenti »res agitur, temporum recta obſervatio. Sapientiſſime »enim Tatiano dictum, Παρ' οἷς ἀσυνάρτητός ἐστιν ἡ τῶν »χρόνων ἀναγραφὴ, παρὰ τούτοις οὐδὲ τὰ τῆς ἱστορίας »ἀληθεύειν δύναται. Quid autem viro ſapienti turpius ob»iicias, quam mendacium & falſiloquium? Ac ſcopus »quidem disputationis huius is eſt, quem dixi. Caeterum

» de allatis adverſus Xenophontem & Platonem ab Athe- c
» naeo argumentis quid ſentiendum ſit, indicavimus ſuis
» locis. « [ſcilicet in Animadverſionibus, quas mox dein-
ceps ſubiiciemus.] » Quoniam vero ſine inſpectione faſto-
» rum caeca eſt omnis quae de temporibus inſtituitur dispu-
» tatio; priusquam illuſtrare & emendare aggredimur quae
» in hac parte obſcura habentur & corrupta, brevem at-
» que huic tantum diſſertationi accommodatam *earum*
» *Olympiadum deſcriptionem* ſubiecimus, *quibus de hic agi-*
» *tur.* « CASAUBONUS.

Nos SCHEMA CHRONOLOGICUM, quale *Caſaubonus* exhibuit, ſubiecimus: in quo ſi qua adnotanda nobis viſa ſunt, ea uncinis pro more noſtro incluſa, interſperſimus.

OLYMPIAS LXXXVII.

1. Πυθόδωρος.

Phormio in Thraciam ducit exercitum militum ἐπιλέκτων, *& Potidaeam pergit obſidere.* [Thucyd. I. 64. Athen. V. 216. c.] *Socrates, inter* ἐπιλέκτους *merens, Alcibiadi praemium virtutis parit.* [Plato, apud Athen. V. 215. e. & 216. c. Non ſunt hi vero ἐπίλεκτοι illi, quos dicit Athenaeus pag. 215. d. ſed ſicut illos Thucydides ὁπλίτας adpellat, ſic & hos qui Phormione duce expeditionem adv. Potidaeam ſusceperunt.]

2. Εὐθύδημος. [Athen. V. 217. b.]

Hipponicus, Calliae pater, dux exercitus contra Tanagraeos. [Athen. V. 218. b.] *Bellum Peloponneſiacum incipit.*

3. Ἀπολλόδωρος.

Plato naſcitur, inquit Athenaeus: [V. 217. b.] *alii volunt, anno ſequente.*

4. Ἐπαμινώνδας. [Sic Diodor. Sicul. XII. 46. Ἐπαμείνων, vel Ἐπαμύνων Athen. V. 217. e. Anno tertio belli Peloponneſiaci. Athen. ib.]

Pericles moritur. [Thuc. II. 65. Athen. V. 217. e.] *Alexander rex Maced. obit: Perdiccas ei ſuccedit, & regnat annos* XXIII. [Athen. ib. ex emend. Caſ.]

OLYMPIAS LXXXVIII.

1. Διότιμος.
2. Εὐκλείδης.
3. Εὐθύδημος.
4. Στρατοκλῆς.

OLYMPIAS LXXXIX.

1. Ἴσαρχος.

Amipsias Comicus docet Connum. [Athen. V. 218. c.] *Pugnant Athenienses ad Delium, duce Hippocrate. Socrates Alcibiadem periculo eripit. Induciae annuae Peloponnesiacum bellum interrumpunt.* [Athen. V. 218. d.]

2. Ἀμυνίας. [Ἀμεινίας apud Athen. V. 218. d. Sic & Wesseling. apud Diodor. XII. 72.]

3. Ἀλκαῖος.

Cleone duce mittitur exercitus contra Amphipolin: in eo militat Socrates. [Athen. V. 215. d. 218. d. e.] *Eupolis docet fabulam* Κόλακας, *mortuo iam Hipponico.* [Athen. V. 218. b.] *Protagoras fuit tum Athenis, cum paullo ante eo venisset secundum.* [Athen. ibid.]

4. Ἀριστίων, [*Athen.*] ἢ Ἀρίστων. [Diodor. Sicul. XII. 75.] *Autolycus athleta vincit Pancratio: Callias eius νικητήρια celebrat: Xenophontis Convivium: Eupolis docet Autolycum.* [Athen. V. 216. d.] *Pherecrates docet* Ἀγρίους [Athen. V. 218. d.]

OLYMPIAS XC.

1. Ἀριστόφιλος [Diodor. Sicul.] ἢ Ἀστύφιλος. [Athen. V. 218. d. e.]

Protagoras, Platonis dialogus, hoc anno habitus fingitur. [Athen. V. 218. c. d.]

2. Ἀρχίας.

3. Ἀντιφῶν.

4. Εὔφημος.

Agatho tragicus coronatur contra antagoniſtas: eiusque τὰ ἐπινίκια ἑστιᾶται apud Platonem in Convivio. [Athen. V. 216. f. Diod. Sic. XII. 81.]

OLYMPIAS XCI.

1. Ἀριστόμνηστος.

2. Χαβρίας.

3. Πείσανδρος.

4. Κλεόκριτος.

OLYMPIAS XCII.

1. Καλλίας. [Conf. Olymp. XCIII. 3. & Notata ad Athen. V. 218. a.]

2. Θεόπομπος.

3. Γλαύκιππος.

4. Διοκλῆς.

OLYMPIAS XCIII.

1. Εὐκτήμων.

2. Ἀντιγένης.

3. Καλλίας.

Navali pugnâ ad Arginuſas vincunt Athenienſes Lacedaemonios. [Athen. V. 218. a.] *Archelaus regnare incipit in Macedonia.* [Athen. V. 217. f. ex emend. Caſaub.]

4. Ἀλεξίας.

OLYMPIAS XCIV.

1. Ἀναρχία *post Pythodorum vitio creatum. Triginta tyranni.*
2. Εὐκλείδης.
3. Μικίων.
4. Ξεναίνετος, ἢ Ἐξαίνετος.

Xenophon ἤκμαζεν, *ait Diogenes Laërtius.* [Laërt. II. 55.]

OLYMPIAS XCV.

1. Λάχης. [vide ad annum seq.]
2. Ἀριστοκράτης.

Archelaus rex Macedoniae occiditur. [Diodorus Siculus XIV. 37. refert ad Olymp. XCV. 1.]

3. Ἰθυκλῆς.
4. Λυσιάδης.

καθάπερ οὐδ' ὁ καλὸς Ξενοφῶν· ὃς ἐν τῷ Συμπ. &c. » *Duo* » *chronica peccata obiicit* Athenaeus XENOPHONTI. Ea cuius- » modi sint videamus. Prius continetur verbis hisce: ὃς » ἐν τῷ Συμποσίῳ ὑποτίθεται Καλλίαν τὸν Ἱππονίκου, Αὐ- » τολύκου τοῦ Λύκωνος ἐρῶντα· καὶ νενικηκότος αὐτοῦ παγ- » κράτιον, ἑστίασιν ποιούμενον, καὶ σὺν τοῖς ἄλλοις δαιτυ- » μόσι παρόντα· τὸν ἴσως μηδὲ γεγενημένα, ἢ περὶ τὴν » παιδικὴν ἡλικίαν ὑπάρχοντα. Summa reprehensionis est: » *absurde Xenophontem fecisse, cum ei convivio, quod propter* » *Autolyci athletae victoriam a Callia celebratum est, quem-* » *dam interfuisse dixerit, qui per aetatem non poterat, quippe* » *aut recens adhuc natus, aut omnino ne natus quidem.* Post- » ea temporum ratio explicabitur, in quibus dicitur erra- » tum: sed quaerendum prius est nobis, quisnam ille fue- » rit ἀπροσδιόνυσος conviva. *Autolycum* putavit intelligi » Dalecampius, non scio quid secutus: nam Athenaeus, » ut edita lectio sonat, *Callian* ait fuisse. Considera eius » verba attente: non aliud reperies quo referas τὸ παρ-

» ὄντα », quam illa praecedentia ὑποτίθεται Καλλίαν. d
» Prorſus ita tantum accipi poſſunt quae adſcripſimus ver-
» ba. Sed, falſam eſſe lectionem editam, invicto argu-
» mento probamus nos: quia nempe falſiſſima [& eis
» ipſis, quae ab Athenaeo poſita ſunt, repugnans] haec
» ſententia eſt. Abſurdum enim dictu, *Calliam* aut pueru-
» lum fuiſſe *Ariſtone praetore*, (eo anno agitatum convi-
» vium illud Xenophonteum) aut omnino ne natum qui-
» dem. Auctor eſt Athenaeus ipſe aliquanto poſt, [pag.
» 218. b.] *Alcaeo archonte*, ſive priore anno quam *Ariſton*
» eſſet archon, [conf. pag. 218. d. e.] *Calliam Hipponici*
» *patris ſui* (*aliquanto ante mortui*) *creviſſe haereditatem.* Cum
» hoc clare mox doceat auctor, putabimus illum tam in-
» ſanum, ut de eodem *Callia* illa ſcriberet, τὸν ἴσως μηδὲ
» γεννηθέντα? Porro, de *Autolyco* interpretari, quod do-
» ctis viſum, non placet nobis. Magna enim & violenta
» mutatione opus fuerit, ut ei ſententiae accommodetur
» ſcriptura omnium librorum. Praeterea falſum eſt, Au-
» tolycum necdum fuiſſe natum archonte Ariſtone. Hic
» eſt *Autolycus*, quem refert Plutarchus [in Lyſandro,
» pag. 441. e.] occupata a Lyſandro urbe humi proſtra-
» viſſe Callibium, harmoſtam Lacedaemonium, baculum
» intentantem: quod egregium facinus magno illi poſtmo-
» dum ſtetit, occiſo propterea ab immanibus tyrannis.
» Quis vero credat, robur hoc animi & παράστημα τῆς
» ψυχῆς in eum cadere, qui vix exceſſerit ex ephebis?
» Atqui ab *Ariſtone* praetore ad annum confuſionis, quo
» venerunt Athenae in Lyſandri poteſtatem, anni interce-
» dunt vix ſedecim aut ſeptemdecim. Expoſuimus cauſ-
» ſas, cur neque in vulgata lectione, neque in priorum
» cenſorum interpretatione acquieſcere poſſimus. Viderint
» eruditi, an iudicio noſtro ſint acquieturi: Lego, καὶ
» σὺν τοῖς ἄλλοις δαιτυμόσι παρόντα ἑαυτὸν, ἴσως μηδὲ
» γεννηθέντα. *Xenophon*, inquit, *in Convivio facit Calliam*
» *Hipponici F. Autolycum Lyconis F. amare; cui poſt partam*
» *pancratio victoriam praebet epulas: atque ei convivio ait Xe-*
» *nophon ſe quoque inter caeteros convivas interfuiſſe; qui*
» *fortaſſe ne natus quidem tum fuit.* Diſerte ſcribit *Xenophon*
» initio Convivii, *ſe iis epulis praeſentem adfuiſſe quas deſcri-*
» *bit.* οἷς δὲ, ait, παραγενόμενος ταῦτα γιγνώσκω, δηλῶσαι
» βούλομαι. Quod autem *de natalibus Xenophontis dubitanter*
» loquatur [Athenaeus,] nemini videri mirum debet.

d »Nam & Diogenes Laërtius, qui ex professo quaesivit, »& alii veteres, annum quo natus ille disertissimus scri»ptor ignorarunt. Quare eo praetermisso, vigentis ma»xime aetatis & mortis tempora tantum indicat nobis »Diogenes. ἤκμαζεν, ait, κατὰ τὸ τέταρτον ἔτος τῆς τε»τάρτης (Suidas legit ὀγδόης) ἐννενηκοστῆς Ὀλυμπιάδος. »[Laërt. II. 55. Suidas, in Ξενοφῶν Γρύλλου.] Si ponimus »humani corporis florem & ἀκμὴν, ut censeo, circa an»num trigesimum; colliges hinc, tempore acti convivii »quod ei descriptum est, natum fuisse Xenophontem *an»nos decem;* quae est illa quam παιδικὴν ἡλικίαν Athe»naeus appellat. Vita functum scribit Diogenes [II. 56.] »anno primo Olymp. CV. hoc est, septuagenario maio»rem, si verum est superius ratiocinium. Putem ego »satis certum: aut, si quid mutandum, contrahendum »potius hoc curriculum, quam ulterius extendendum: »quod quidem emendationem nostram & interpretatio»nem firmat non mediocriter.« CASAUBONUS. — Equidem, quod ad caput caussae ad ipsamque sententiam spectat, adsentiens doctissimo viro, probansque emendationem ab eo prolatam, paululum ab eodem discedendum in verborum constitutione putavi. Scilicet, utique inserendum pronomen ἑαυτὸν sive (quod idem valet) αὐτὸν iudicavi, sed non idcirco delendum τὸν *articulum;* quem in ista orationis connexione, pro illaque sententia, indoles Graeci sermonis desiderare mihi videbatur. Tum vero (quod per se quidem leviusculum est) magis placuit αὐτὸν, quam ἑαυτὸν; cum ob usum optimorum quorumque auctorum, de quo iam saepius dictum, quem & alibi sequi solitum Athenaeum vidimus; tum quod ea ratione facilius adparebat, quam pronus fuerit librariorum lapsus, e tribus vocibus παρόντα αὐτὸν τὸν mediam omittentium. VILLEBRUNIUS, memor usus illius Atticorum praesertim scriptorum, αὑτοῦ, αὑτῷ, αὑτὸν, pro ἑαυτοῦ, ἑαυτῷ, ἑαυτὸν usurpantium, pariter αὐτὸν hoc loco legendum censuerat: sed de tenendo articulo τὸν non cogitans, ipsam voculam τὸν ex αὐτὸν decurtatam a librariis statuit. Membranae nostrae *A.* hoc loco in eodem cum editis errore versantur: in Epitoma omissa est tota haec Athenaei observatio. Caeterum, quod ad *Xenophontis Convivium* spectat, confer quae in eodem libello iam supra (p. 187 sq.) ab auctore nostro reprehensa sunt.

ἔστι δὲ οὗτος ὁ καιρὸς καθ' ὃν Ἀριστίων ἄρχων ἦν. » His d »verbis declaratur illud tempus, quo νικητήριον Autolyci »convivium celebravit Callias. *Erat*, inquit, *archon Ariſtion*, »ſive (ut ſcribit Diodorus Siculus lib. XII.) Ἀρίστων: »quod etiam clare mox probatur. « CASAUBONUS. — Conſtanter Ἀριστίων ſcribitur apud Athenaeum, cum hoc loco & mox lit. *f.* tum rurſus p. 218. d. & e. quam ſcripturam (ut ad Diodorum Sicul. XII. 75. adnotavit Weſſeling.) veriorem, quam quae apud Diodorum vulgo obtinet, iudicavit MEURSIUS de Archont. lib. III. 7.

Πάλιν ὁ Ξενοφῶν ποιεῖ τὸν Σωκράτην λέγοντα &c. » Transit e »iam ad poſterius χρονικὸν ἁμάρτημα Xenophonteum. »Summa criminationis eſt: *Xenophon in Sympoſio dictum ob-* »*ſcoenum* quoddam *Pauſaniae commemorat, quaſi pronuntia-* »*tum eſſet ab illo in eo convivio quod Platoni eſt deſcriptum.* »*Quod neque verum eſt; nihil enim tale extat in Platonis Li-* »*bro: neque eſſe poteſt; nam Xenophonteum convivium qua-* »*tuor ipſis annis antecedit Platonicum. Bis igitur peccat* »*Xenophon.* Enimvero geminum hoc peccatum unica re- »ſponſione facile diluas. Nego enim tibi, Athenaee, quod »ponis tu pro vero ac confeſſo: *Xenophontem reſpexiſſe* »*Platonis Convivium.* Nimis enim friget ratio illa, qua mox »ſuſpicionem tuam tueris: ſed de ea paullo poſt. « CASAUBONUS.

Καί τοι Παυσανίας γε &c. Leguntur illa verba in *Xenophontis Conviv.* p. m. 709. (edit. Baſil. 1569.) Ibi quod omiſſa eſt vocula ἄν, quae poſt μάλιστα in Athenaei libris repetitur, id arbitratu Editorum fieri potuit, quos pleonaſtica eiusdem particulae repetitio, quamquam minime aliena ab Attici ſcriptoris ſtylo, offendiſſe videtur. *Ibid.* θαυμαστὰ λέγων, εἴ γε οἱ ψόγου τε ἀφρ. »Haec »quoque Xenophontis verba ſunt; non Athenaei, ut poſ- »ſint videri. Ac recte quidem Attica illa Muſa Pauſa- »niae iudicium & ſententiam confutat. Athenaeus vero »lib. XIII. veteres aliquot huius generis infames militias »refert. « CASAUBONUS. — De re confer lib. XIII. pag. 602. In verbis, commodius hîc apud Noſtrum ſcribitur ψόγου τε ἀφροντιστεῖν, quam vulgo apud Xenophontem ψόγου τε καὶ ἀφροντ. Mendoſe tamen in membr. *A.* ſcribitur εἴ γε οἱ ψόγου γε ἀφρ. ubi quidem facile adparet, pro γε poſteriori, τε debuiſſe librarium.

Παυσανίου γὰρ οὐκ οἶδα σύγγραμμα· οὐδ' εἰσῆκται παρ' ἑ

f ἄλλῳ λαλῶν οὗτος περὶ χρήσεως ἐραστῶν &c. »It obviam »obiectioni, & reſponſionem modo allatam a nobis di»luit. *Non poteſt*, ait, *negari, Xenophontem illa tamquam »ex Platone citare. Unde enim habeat? cum neque Pauſanias »ſcriptum ediderit ullum, neque alius quisquam Socraticorum, »qui dialogos ſcripſerunt, tales ei ſermones attribuat.* En ar»gumentum Achilleum! Quaſi vero non potuerit bellum »illud apophthegma Pauſaniae, etiam nec ſcriptum me»moriâ hominum contineri, ac per ora virûm volitare. »Sic multa ex Platone affert Ariſtoteles, quae fruſtra »quaeras in libris Platonicis: ut illud eximium, Nico»mach. lib. I. cap. 4. de duplici via docendi; nam quae»cunque ex Platonis ſcriptis ad illum locum docti pro»ferunt, diverſa ſunt & ἀπροσδιόνυσα. Sed Athenaeum »in hanc ſententiam impulerunt haec maxime Xenophon»tis verba de Pauſania, ἀπολογούμενος ὑπὲρ τῶν ἀκρασίᾳ »συγκαλινδουμένων: quae verba cum aliis nonnullis, quae »in illius ſcriptis habentur, iam olim doctis hominibus per»ſuaſerunt, Platonem & Xenophontem, ὥσπερ διαφιλο»νεικοῦντας, ſimilis argumenti libros edidiſſe, in queis »ſimultatum inter ipſos latentium veſtigia eſſent non ob»ſcure impreſſa. [Vid. XI. 504 ſq. & A. Gellium XIV. 3.] »Sed enim coniecturam hanc curioſorum hominum tam fa»cile eſt nobis contemnere, quam fuit ipſis proclive in li»teras eas referre.« CASAUBONUS. — Verba iſta οὐδ' εἰσῆκται παρ' ἄλλῳ λαλῶν οὗτος &c. ſic convertit Villebrune, *perſonne ne l'a fait parler ainsi ſur le commerce de gens livrés à cette paſſion*: quaſi οὕτως legiſſet, *pro* οὗτος. Qua novatione nil erat opus. Hoc dicit auctor: *a nemine alio hic* (ſc. Pauſanias) *introductus eſt loquens de illo argumento.* Iſta, περὶ χρήσεως ἐραστῶν καὶ παιδικῶν, Dalecampius vertit, *de amatorum & amaſiorum utilitate*: quae rectius, ut mihi quidem videtur, idem Villebrunius accepit de *ratione qua χρῶνται ἀλλήλοις*, de *mutuo commercio* vel *conſuetudine.*

Πλὴν εἴτε κατέψευσται τοῦτο Ξενοφῶν, εἴτ' ἄλλως γεγραμμένῳ τῷ Πλάτωνος ἐνέτυχε Συμποσίῳ, παρείσθω. »Contendit his verbis, duorum alterum eſſe verum: *aut »falſo id commentum eſſe Xenophontem, aut incidiſſe in li»brum Platonis aliter ſcriptum* atque hodie praeferunt pu»blica exemplaria: *utrum horum potius ſit credendum, de eo,* »inquit, *liberum eſto cuiusque iudicium.* Sic accipi debuerunt »illa, εἴτ' ἄλλως γεγρ. τῷ Πλ. ἐνέτυχε Συμπ. παρείσθω.

» quae aliter non eſt interpretari. Neque vero dubitare de- f
» bemus, Platonem poſt primam librorum ſuorum editio-
» nem multa in melius mutaſſe, vel per ſe, vel amico-
» rum monitu, vel denique ab oſoribus ſuis reprehenſum.
» Itaque οὐκ ἀπὸ σκοποῦ ſuſpicetur aliquis cum Athenaeo,
» infandum illud Pauſaniae dictum, poſt editum Xeno-
» phontis Sympoſium, a Platone fuiſſe inductum deletum-
» que. Sic ſoliti poëtae comici tragicique publicatas iam
» fabulas ſuas, quae minus placuerant, emendare, ut do-
» cuimus libro III. cap. XXVI. [Vide ad III. 110. b. T.
» II. Animadv. pag. 261 ſqq.] Sed quid exemplum ab
» aliis petimus? cum de Platonis diligentia in ſcriptis ſuis
» emendandis teſtimonium veterum Criticorum extet? qui
» divinum virum ſuorum correctioni eſſe immortuum me-
» moriae prodiderunt, multaque poſt ipſius obitum reper-
» ta eſſe mutata & emendata; cuius rei & Quintilianus
» meminit extremo libro octavo.« CASAUBONUS. — De Platone, usque ad extremum vitae ſpiritum ſcripta a ſe edita corrigente & refingente, videndus in primis Dionyſius Halicarn. libro DE Compoſ. Verbor. cap. 25. Vol. V. ed. Reisk. pag. 208 ſq. cuius verba etiam ad Quintilian. VIII. 3, 46. citavit Io. Matth. Geſner.

Ἀριστίων, ἐφ' οὗ τὸ συμπόσιον ὑπόκειται συνηγμένον. Cum ἀνηγμένον eſſet editum, monuit CASAUBONUS: »Scribe, ut conſtet Helleniſmus, συνηγμένον: niſi quis »mihi probet, ἀνάγειν συμπόσιον Graecum eſſe ut συνά- »γειν, de quo verbo auctor admonet libro octavo ſub »finem; [VIII. 365. c.] idemque alibi ſaepe illo utitur.« — Ipſum συνηγμένον nobis dedere membr. *A*. De cuius verbi uſu vide notata ad IV. 142. c. Idem verbum hoc loco codex Pariſ. *B*. agnoſcit. Quae deinde, ſub finem huius disputationis, poſt μετὰ δὲ τέτταρα ἔτη ἐπεχειρη- a θέντα, leguntur decem verba, παρ' Ἀγάθωνι - - - οὗ δεόντως ῥηθέντα, ea temere omiſſa erant in ed. Ven. & Baſ. Eadem ex lectionibus Aegianis aliisque codicum Italicorum excerptis tacite adiecit Caſaubonus. Eadem vero, ut conſentaneum erat, agnoſcunt membranae *A*.

AD CAP. LVII.

Ὅλως δὲ λῆρός ἐστι τῷ Πλάτωνι τὸ Συμπόσιον. — »Λῆ- »ρος, hoc eſt, *res ficta, non vere geſta*. Gravius hanc vo-

a » cem interpretari non debemus: neque aliud auctor vo-
» luit. Quod autem Plato in deligendis Sympoſii ſui con-
» vivis nullam temporum rationem habuerit, non ſolus
» hic Criticus, neque primus obſervavit; ſed & alii e ve-
» teribus ante ipſum. Ariſtides, in Apologia communi:
» Ἐν τῷ Συμποσίῳ Πλάτων συνάγει εἰς ταυτὸν Ἀριστοφά-
» νην, καὶ Σωκράτην, καὶ Ἀγάθωνα, ἔτι μειράκιον ὄντα, ὡς
» φησί. προάγει δὲ εἰς τοσοῦτον τοὺς χρόνους, ὥστε, & quae deinceps ſequuntur. Macrobius, primo Saturnalio-
» rum, poſtquam aliquot Platonis anachroniſmos notaſ-
» ſet: *Annos ergo coëuntium*, ait, *mitti in digitos, exemplo* » *Platonis nobis ſuffragante, non convenit.* « CASAUB.

b ἀπὸ δὲ Ἀπολλοδώρου &c. Recte ſic edd. Perperam ἐπὶ δὲ Ἀπολλ. ms. *A.* *Ibid.* λέγων οὕτως ἐν τῷ Συμποσίῳ· εἰ νεωστὶ ἦγῇ τὴν συνουσίαν γεγονέναι, ὥστε κἀμὲ παραγενέσθαι; Omnia iſta verba, λέγων οὕτως - - συνουσίαν γεγονέναι, occaſione repetiti ex exiguo intervallo verbi γενονέναι omiſſa in vetuſtis editionibus, tacite reſtituit auctori Caſaubonus ex codicibus, quorum excerpta ille habuerat: eademque verba veteres noſtrae membr. *A.* agnoſcunt. Platonis verba leguntur in Conviv. ſub initium, in hunc modum: Παντάπασιν ἔοικέ σοι οὐδὲν διηγεῖσθαι σαφὲς ὁ διηγούμενος, εἰ νεωστὶ ἦγῇ &c. id eſt, *Revera nihil certi retuliſſe ille tibi videtur, ſi quidem conveniſſe illos adeo nuper exiſtimas*, &c. Quare, quoniam iſta, εἰ νεωστὶ ἦγῇ, arctiſſime cum ſuperioribus cohaerent; videri utique poterat, per librariorum incuriam ſuperiora iſta intercidiſſe. Sed ſubit animum cogitatio, quod alibi paſſim cum a Noſtro, tum ab aliis, qui aliorum ſcriptorum loca citant, factum obſervamus, ut abrupta & e connexione cum praecedentibus violenter evulſa verba nonnumquam adponant, id eo facilius hîc facere potuiſſe Athenaeum, quoniam vel ſic ſententia quodammodo conſtaret verbis; ſcilicet ſi voculae εἰ tribueretur vis interrogativa, ut εἰ ἦγῇ intelligeretur, *An putas? Putas-ne?* Sic VI. 228. c. εἰ ἔχομεν δεῖξαι; *poſſumus-ne probare?* Pro ἦγῇ eſt ἦγεῖ in membr. *A.* ſive ex Attico idiotiſmo, ſive ex librarii more vocales η & ει temere permutandi.

c Ἐγὼ γάρ· ἔφη. Recte ἔφη edd. ut eſt apud Plat. Perperam ἔφην ms. *A.* *Ibid.* Πόθεν, ἦν δ' ἐγὼ, ὦ Γλαύκων. Pro eo, quod corrupte in ed. Ven. & in vetuſtis membr. legebatur, ἦν δ' ἐγὼ, ὦ Λύκων, Baſileenſis editor, cum

apud Platonem ἦν δ' ἐγ' ὦ Γλαύκων expreſſum videret, c ſic poſuit ἦν δ' ἐγὼ Γλαύκων, omiſſa vocula ὦ: quem hactenus ſequens Caſaubonus, ut ὦ pariter omitteret, ex Italicis excerptis mendoſum nomen Λύκων poſtliminio rurſus invexit. Ego ἦν δ' ἐγὼ ὦ cum membranis noſtris & ed. Ven. tenens, veram ſcripturam Γλαύκων reſtituere non dubitavi. *Ibid.* οὐκ ἐπιδεδήμηκε; Vocem ἐνθάδε, quam ex Platone adiecit editor Baſileenſis, nullo incommodo omittere potuerat Athenaeus.

κατὰ γὰρ τὸν εἰπόντα ποιητὴν, ὅττι κεν ἐπ' ἀκαιρίμαν γλῶτταν ἔλθῃ. Epitomator, adpoſitis illis verbis ὅττι κεν &c. adiecit φησί τις ποιητής: quae vero deinde in opere pleniore ſequuntur, omiſit. *Poëta ille* quis fuerit, non liquet. Eisdem autem verbis, veluti proverbio, alii etiam uſi auctores. Dionyſius Halic. de Compoſ. Verbor. Opp. T. V. p. 5. ed. Reisk. εἰ μέλλουσι μὴ πᾶν, ὅ τι κεν ἐπ' ἀκαιρίμαν γλῶσσαν ἔπος ἔλθῃ, λέγειν. Confer Pet. Victorii Var. Lect. XI. 16. & Solanum ad Luciani librum De Conſcrib. Hiſtor. cap. 32. ubi eadem ῥῆσις occurrit.

οὐ γὰρ ἀγράφως τι ἔλεγεν, ἀλλὰ πάνυ ἐσκεμμένως. Poſt ἐσκεμμένως in ed. Ven. & in membr. *A.* nullâ prorſus interpoſitâ diſtinctione ſequebantur illa verba ὡς ἐν τῷ Γοργίᾳ γράφων φησίν. In ed. Baſ. poſt ἐσκεμμένως, *comma* ponitur: quod cum in ſua editione tenuiſſet CASAUBONUS, monuit dein idem in *Animadverſ.* »Scribo »ſic: οὐ γὰρ ἀκαίρως τι ἔλεγεν, ἀλλὰ πάνυ ἐσκεμ»μένως; ὡς ἐν τῷ Γοργίᾳ γράφων φησί. Sublata interro»gationis nota periodum totam mire obſcuravit. Male »etiam ἀγράφως ſcripſerunt iſti imperiti, pro ἀκαίρως: »quam vocem reſtituimus ex praecedente ſententia. Di»xit auctor ibi, *Platonem ſcriptis mandaſſe quicquid* ἐπ' ἀκαι»ρίμαν γλῶτταν *veniſſet.* Id nunc probaturus, lectorem »ſuum ita compellat. *Quid?* ait: *dicemus-ne Platonem ni»hil* ἀκαίρως, *nihil inepte, nec contra temporum rationem ſcrip»ſiſſe, verum omnia circumſpecte? qui quidem in Gorgia hoc »ſcriptum reliquerit.* ἀγράφως factum eſſe ex ἀκαίρως, ſi »non eſt verum, (neque enim dari poſſunt in hoc gene»re eruditionis γραμματικαὶ δείξεις Mathematicorum, »vel ἐπιστημονικαὶ ἀποδείξεις philoſophorum) veri certe »quam ſimillimum eſt. Nos hanc coniecturam pro vera »amplectimur: cuius tamen priusquam veniret in men»tem, ἀγράφως λέγειν dictum putabamus παροιμιακῶς,

c » pro *effutire aliquid temere, de quo non ante cogitaveris.* Pro» prie iis conveniat, qui, ut Tarſenſes olim rhetores, ex» temporalem temeritatem (ſic recte Quintilianus τὴν αὐ» τοσχεδίαν λέξιν vocat) colebant. « — Nobis & parum felix viri docti emendatio, & frigida interpretatio viſa erat. Similiter fortaſſe alii de ratione a nobis inita iudicabunt: quod aequo feremus animo. Interim iacta alea eſt. Prioribus quidem verbis οὐ γὰρ ἀγράφως τι ἔλεγεν, ut perſpicua, ſic percommoda ſententia ea ineſſe nobis videbatur, quam in latina verſione expreſſimus. Arcte autem haec verba cum eis, quae proxime praecedunt cohaerent, eorumque reddunt rationem. Cum in ſuperiori ῥήσει ſic dicere coepiſſet auctor, ὅττι κεν ἐπ' ἀκαιρίμαν γλῶτταν ἔλθῃ, *quidquid importunam linguam ſubiret*, exſpectaſſes eum ſubiecturum, τοῦτο λέγει vel τοῦτο φησὶ, *id dicit;* quem in modum eamdem ῥῆσιν concluſam videmus apud Dionyſium Halic. & apud Lucianum, locis paulo ante citatis. At praeter opinionem ibi τοῦτο γράφει dixerat Noſter: *quidquid linguam ſubit, id ſcribit.* Id cur ita poſuerit, nunc declarat. οὐ γὰρ ἀγράφως τι ἔλεγεν: *nihil enim ille dicebat, quin* continuo *ſcriberet.* (Notat ſcilicet philoſophi πολυγραφίαν, ſcribendique pruritum.) Iam vero, quod ſuperius ſimul adiecerat τοῦτο μὴ διακρίνας γράφει, eo ſpectat id quod hic ſubiicit, ἀλλ' οὐ πάνυ ἐσκεμμένως, *ſed id quidem parum utique conſiderate:* ubi idem valent iſta verba ac ſi dixiſſet, ἀλλ' ὅ τι καὶ λέγει καὶ γράφει, τοῦτο οὐ πάνυ ἐσκεμμένως λέγει καὶ γράφει: iſtaque, οὐ πάνυ ἐσκεμμένως, per uſitatam Graecis ſcriptoribus traiectionem verborum, qua οὐ particula negativa non ad proximam vocem, ſed ad remotiorem refertur, idem valent ac πάνυ ἀσκέπτως. Mutatio autem ſcripturae a nobis propoſita, ἀλλ' οὐ πάνυ, pro ἀλλὰ πάνυ, (ου, pro α) quamvis ad ſententiam graviſſimi momenti, tamen, ad literarum ductus quod attinet, quam ſit ea leviuscula, ſatis adparet: quod ſi cui minus perſpicuum videbitur, adeat is & expendat quae in Animadv. noſtr. T. II. pag. 186. ad Athen. III. 100. f. adnotata ſunt; ubi vice verſa α in ου mutatum (διουπλεω pro διαπλεω) in vetuſtis noſtris membranis vidimus.

AD CAP. LVIII.

d Ὡς ἐν τῷ Γοργίᾳ γράφων, φησίν· Ἄθλιος ἄρα οὗτος ὁ Ἀρχέλαος &c. *Veluti (inconsiderate) loquitur, cum in Gorgia scribit.* Ὡς refertur ad οὐ πάνυ ἐσκεμμένως, quod modo praecessit. — »Prima haec *Platonis accusatio* in eo »posita est, quod *inconsulte scripserit in Gorgia, regnante* »*apud Macedonas Archelao Periclem Athenis recens fuisse mor-* »*tuum; cum ab huius obitu ad initium regni Archelai, anni* »*intercedant minimum viginti tres.* Quid Athenaeo respon- »deri queat, videbimus post aliqua.« CASAUB. — Platonis verba in Gorgia leguntur pag. 53. T. IV. ed. Bip. Deinde ista, quae paulo post citat Noster, καὶ Περικλέα τοῦτον νεωστὶ τετελευτηκότα, habes ibid. pag. 122. In nostris membr. *A.* sic scribitur, νεωστὶ τετελευτηκότα εἰδέναι. εἰ δὲ νεωστὶ τετελεύτηκε &c. scilicet, ut saepe aliâs, iunctae duae scripturae; altera prava, εἰδέναι, ex εἰ δὲ νεωστὶ corrupta; tum haec ipsa vera ac proba, εἰ δὲ νεωστί.

e ἀρχοντος Ἐπαμείνονος. »Ut in aliis multis, sic in »praetoris huius nomine, magna varietas. In Diodori »Bibliotheca lib. XII. [cap. 46.] Ἐπαμινώνδας nomina- »tur. At Laërtius, [III. 3.] Πλάτων ἐπ' Ἀμυνίου [immo »vero Ἀμεινίου ibi & olim legebatur & hodie legitur] »γέγονεν, ἐφ' οὗ Περικλῆς ἐτελεύτησε. Alii *Aminonem* vo- »cant. In argumento Euripidis Hippolyti: ἡ σκηνὴ τοῦ »δράματος ὑπόκειται ἐν Θήβαις ἐπὶ Ἀμείνωνος [ἐν Θήβαις. »Ἐδιδάχθη ἐπὶ Ἀμείνωνος] ἄρχοντος, Ὀλυμπιάδι πζ'. »ἔτει δ'. Censeo verum nomen Ἐπαμύνων, quod idem »sonat cum Ἀμυνίας. Et ita fere Epitome, ubi scriptum »Ἐπαμίνωνος. Nam Ἐπαμείνων respuit analogia.« CA- SAUBONUS. — Ἐπαμίνωνος scriptum etiam in nostro ms. *Ep.* Ἐπαμείνονος in ms. *A.* sicut in editis. ἐπ' Ἀμείνωνος legendum censuit Salmas. in Exercit. Plin. p. 111 & p. 157. itemque Menagius ad Laërt. III. 3. vel 4. quem vide copiose super huius viri nomine differentem. Contra WESSELINGIUS ad Diodor. l. c. verissime, ut videtur, germanum fuisse viri nomen Ἐπαμείνων iudicavit, quale veteres nostrae membr. & edd. apud Athenaeum exhibent; ab eo nomine autem non differre illud quo eumdem virum Diodorus adpellavit, Ἐπαμινώνδας. Caeterum quemadmodum constanter Athenaeus (haud secus, atque alii fere omnes Graeci scriptores) ubi annum designat

e quo res quaepiam gesta est, non *nude* ἄρχοντος (*absque praepositione*) cum archontis nomine scribit, sed ἐπὶ ἄρχοντος: (vide pag. 215. d. p. 217. a. b. p. 218. a. b. & e.) sic & hoc loco ἐπὶ ἄρχοντος Ἐπαμείνονος scripsisse videtur.

ἐφ' οὗ (nempe Ἐπαμείνονος ἄρχοντος) τελευτᾷ Περδίκκας, καὶ τὴν βασιλείαν Ἀρχέλαος διαδέχεται. »Quid »audio? *Anno* igitur *eodem Pericles fato fungitur, & Ar»chelaus regnare incipit?* Diva Moneta, tuam fidem! An»non enim dicebamus paulo ante, hoc unicum in Plato»ne hîc reprehendi, quod Periclis mortem ad tempora »Archelai regis Macedonum transtulerit? *Nam* (dicebat »modo Auctor) *si nuper obierat Pericles; nondum re»gnabat Archelaus: si rex erat Archelaus; pridem mor»tuus erat Pericles. Praecessit enim Archelaum Perdiccas; qui, »incipiens regnare quo anno exstinctus est Pericles, habenas re»gni annos viginti tres tractavit.* Cum haec clarissime dis»putentur [vulgatam scripturam si sequamur] ab Athe»naeo; quis interpretum stomacho non invideat, qui »vulgatam loci huius scripturam adeo εὐστομάχως tu»lerint? Nos quidem non possumus: ac licet sileant »omnes membranae, affirmare tamen non dubitamus, »incogitantiâ aliud agentis librarii omissam esse isto loco »periodum integram. Eam igitur ex ingenio, quia ex li»bris non possumus, restituamus. Scribendum: Περικλῆς »δ' ἀποθνήσκει κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τοῦ Πελοποννησιακοῦ »πολέμου Ἐπαμίνωνος ἄρχοντος· [immo teneamus, ἐπ' »ἄρχοντος Ἐπαμείνονος·] ἐφ' οὗ τελευτᾷ Ἀλέξανδρος, »καὶ τὴν βασιλείαν Περδίκκας διαδέχεται· »ὃς ἐβασίλευσεν ἕως Καλλίου· [ἄρχοντος nobis »placuit adiicere:] ἐφ' οὗ τελευτᾷ Περδίκκας, καὶ »τὴν βασιλείαν Ἀρχέλαος διαδέχεται. Quae bis posita »fuerant verba, ἐφ' οὗ τελευτᾷ, item illa, τὴν βασιλείαν »διαδέχεται, scriba indoctus [vel parum cautus] casu »an consilio semel praeteriit cum integra sententia. Quo»ties corruptos optimos scriptores praetermissionibus hoc »genus, ante integravimus? Historica veritas, quod ad »notata hîc tempora, sic habet. Olympiadis LXXXVII. »anno ultimo, & *Pericles* peste Athenis periit, & in Ma»cedonia *Alexander* rex obiit; cui successit *Perdiccas*. Huius »regnum quot fuerit annorum, varie proditum ab anti»quis historicis. Sed recte Athenaeus, *Marsyam* & *Philo-*

» *chorum* secutus, *annos tres & viginti* regnasse illum sta- e
» tuit. Quadrat hic numerus exacte cum Diodori Siculi
» rationibus. Scribit ille libro XII. [immo lib. XIV. cap.
» 37.] Κατὰ τὴν Μακεδονίαν Ἀρχέλαος ὁ βασιλεὺς ἔν τινι
» κυνηγίῳ πληγεὶς ἀκουσίως ὑπὸ Κρατεροῦ τοῦ ἐρωμένου,
» τὸν βίον μετήλλαξε, βασιλεύσας ἔτη ἑπτά. *Occisum* ait
» *Archelaum praetore Aristocrate, anno altero Olympiadis XCV.*
» *regnasse autem annos septem.* Ex eo paret liquido, coepis-
» se hunc regnare anno tertio Olympiadis XCIII. qui Ar-
» chontem habuit Calliam. Ergo etiam anno illo Perdic-
» cas, cui succedebat Archelaus, desiit regnare. Inde si
» retroversum ascendas ad annum qui Pericli vitam ade-
» mit, Perdiccae vero regnum contulit, reperies annos
» ipsos XXIII. Recte igitur probatum Athenaeo, *Periclis*
» *mortem regnante Archelao nuperam & admodum re-*
» *centem* dici non potuisse. Recte & nos Athenaei co-
» dices vitiatos & defectos, in integrum restituimus. «
CASAUBONUS. — Adeo manifeste vitiata mutilataque vulgata lectio, tam insigni autem veri specie commendabilis, quod ad summam quidem rei spectat, mihi visa erat medela a Casaubono oblata, ut eam (uncinis utique a librorum scriptura distinctam) in contextu reponere non dubitaverim, quamvis de nonnullis a docto Viro observatis etiam atque etiam disceptare adhuc liceat. Veluti, id statim non prorsus exacte ad veritatem ille scripsit, quod ait, obitum Archelai a Diodoro referri ad ann. 2. Olymp. XCV. Aristocrate praetore: nam in rebus anni superioris, Lachete praetore, Archelai obitum Diodorus l. c. commemorat. Tum vero monuere viri doctissimi, ferendum non esse in eodem illo Diodori loco numerum ἔτη ἑπτά, ut qui iusto minor esset, quandoquidem eiusdem Archelai in rebus etiam anni 3. Olymp. XCII. ut iam tum Macedoniae regis meminerit idem Diodorus lib. XIII. cap. 49. & τεσσαρεσκαίδεκα scriptum oportuisse cum Prideaux & Dodwello iudicavit Wesselingius. In quo illud commode accidit, quod, etiamsi ponamus ibi apud Diodorum numerum XIV, initium regni Archelai nihilominus in *Calliae praeturam* incidat, scilicet in annum 1. Olymp. XCII. quo pariter praetor sive archon Callias fuit: sed tum utique numero *XXIII annorum*, quos regnasse *Perdiccas* statuitur, non amplius constabit ratio: verum nonnisi XVII anni manebunt. Sed quo pacto quâ-

e ve fiducia nos hac aetate ſperare poſſumus certi aliquid nos reperturos ſuper ea quaeſtione, ſuper qua iam olim multiplex atque maximum fuiſſe videmus veterum ſcriptorum diſſidium? Illud obiter obſervatum velim, ubi in priſcorum temporum hiſtoria de *numero annorum* quaeritur, *quibus rex aliquis regnum obtinuerit*, ibi ad communes difficultates, quibus fere implicatae ſunt quaeſtiones ad veterum temporum rationem ſpectantes, & ad pervulgatas cauſſas frequentium illarum corruptelarum, quas in numerorum notis in veterum ſcriptis deprehendimus, aliam inſuper cauſſam accedere, quae inſigni nonnumquam ſcriptorum diſſidio originem dederit: ſcilicet, quod, cum interdum ſuperſtite patre filius in regni conſortium fuerit receptus, alii ſcriptores initium regni ab illo ipſo tempore numeraverint; alii contra ab eo demum anno, quo poſt patris obitum in plenum ius imperii filius ſucceſſit. Sed quae hic agebatur quaeſtio, eam altioris indaginis eſſe intelligo: velimque videant docti Viri, qui & ingenio & otio abundant, an commodiorem certioremque rationem vel interpretandae vel emendandae vulgatae hoc loco apud Athenaeum ſcripturae ſint reperturi. Chronographo Pario ſi fides ſit, mortuus fuerit Alexander Macedoniae rex, eique ſucceſſerit Perdiccas, Euthippo (ſive Euippo) Athenis archonte, id eſt, Olymp. LXXIX. anno 4.

Poſtquam corruptis vulgo Athenaei verbis medicinam quaeſivit CASAUBONUS, deinde ad discutiendam culpam, quam Platoni auctor noſter impingit, progreditur. »Cae» terum, inquit, qui *Platonis Gorgiam* perlegerit, & eum »locum diligenter expenderit, ubi *de morte Periclis* facit »mentionem, non erit ei difficile Athenaeo reſpondere. »Philoſophi eloquentiſſimi verba ſunt: [in Gorgia, pag. »122.] Τί δέ; Θεμιστοκλέα οὐκ ἀκούεις ἄνδρα ἀγαθὸν »γεγονότα, καὶ Κίμωνα, καὶ Περικλέα τουτονὶ τὸν νεωστὶ »τετελευκότα, οὗ καὶ σὺ ἀκήκοας; Disputans Plato de »dicendi facultate, quatuor viros in exemplum profert »ex omni τῶν δημαγωγῶν numero: Miltiadem, Themi»ſtoclem, Cimonem, & Periclem. Omnium horum *no»viſſimus* obierat Pericles, annis fere viginti poſt mortem »Cimonis, qui & patri Miltiadi ſuperſtes fuerat & The»miſtocli. Cum igitur dicit Plato, νεωστὶ τετελευτηκέναι »*Periclem*, non hoc vult, heri aut nudius tertius deſiiſſe

» illum vivere, vel recentem ἁπλῶς esse illius excessum: » sed *respectu superiorum recentem esse*; quando post omnes » illos intervallo satis longo mori ei contigerit. Voces » illae, *nuper*, νεωστὶ, ac similes, nullius certi temporis » determinationem habent: sunt enim τῶν πρός τι, & ad » aliquid semper referuntur. Itaque modo brevius, modo » longius tempus designant. Ad haec, illud mihi cogita: » *Periclis* eam famam, nomen, & res gestas fuisse, ut » mirari non debeas, si in animo Platonis & aliorum gra- » torum civium quam diutissime, quam recentissima vixit » viguitque illius recordatio.«

Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ Γοργίᾳ ὁ Πλάτων τὸν Σωκράτη ποιεῖ λέγοντα. Καὶ πέρυσι &c. Vide *Platonis Gorgiam*, p. 59 sq.

Τοῦτο ὁ Σωκράτης οὐ κατὰ ἀδυναμίαν ἐποίη- f σεν, ἀλλὰ μᾶλλον κατὰ ἀνδραγαθίαν. Cum sic vulgo & corrupte & defecte ederetur, Τοῦτο οὐ Σωκράτης οὐ μᾶλλον κατὰ ἀνδραγαθίαν: adnotavit CASAUBONUS: »Cor- » ruptus ac lacer etiam hic locus. Sententia ex istis nul- » la: quae optima erit ex integrata hoc modo lectione: » τοῦτο δ' ὁ Σωκράτης οὐ δι' ἄγνοιαν ἐποίει, μᾶλλον » δὲ κατ' ἀνδραγαθίαν. Scribit Plato, *Socratem confessum* » *in senatu, se nescire sententias rogare.* Ait Athenaeus, *fa-* » *ctum id a Socrate non per ignorantiam*, quod nesciret in » suffragia concilium mittere; *sed generosi animi specimen* » *ab illo esse editum, ne contra leges & publicam utilitatem* » *sancire aliquid cogeretur.* Historiam ex Xenophonte repe- » tit auctor. Quorsum autem spectat haec isto loco [hoc » apud Athenaeum] narratio? Ut planum faciat, *Gor-* » *giam scriptum a Platone post annum a Periclis excessu* (quem » dicit eo in libro νεωστὶ τετελευτηκέναι) *vicesimum quar-* » *tum*: quod extrema verba [in fine huius capitis, p. 218. » a.] probant planissime.« — Pro corrupto Τοῦτο οὐ Σωκρ. membranae nostrae *A.* τοῦτο ὁ Σωκρ. dederunt; eodemque modo in ms. *Paris. B.* scribitur: pro quo utique Τοῦτο δ' ὁ Σωκρ. malebam, ut ex coniect. Casaubonus voluerat; sed & istud ferendum fuit. Lacunam ex ingenio supplere tentanti eidem viro docto praeiverat DALECAMPIUS, qui sic in ora adnotaverat: » *non ignorantia edendi senatuscon-* » *sultum.*« Nobis verissimum complementum nostrae membranae obtulere: ubi perapte illud, κατὰ ἀδυναμίαν, respondet istis verbis, quae Socratem dicentem Plato fecerat, οὐκ ἠδυνάμην.

Ξενοφῶν ἐν πρώτῳ Ἑλληνικῶν. Vide *Xenoph. Hiſt. Graec.* Lib. I. cap. 7. ſect. 9. pag. 45. ed. Mori. Conf. Memorab.
a Socr. I. 1, 48. *Ibid.* Καλλίξεινος. In hanc ſcripturam apud Noſtrum conſentiunt ambo mssti cum editis. Eodem modo *Callixeni* Rhodii Hiſtorici nomen aliquoties ſcriptum ſupra obſervavimus.

AD CAP. LIX.

b Ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ ἐν τῷ Πρωταγόρᾳ διάλογος - - γενόμενος. Reſtituimus hanc ſcripturam e vetuſtis membranis, a quibus temere diſceſſerunt recentiores. De argumento, haec adnotavit CASAUBONUS: »Hoc eſt alterum Platonis peccatum παρὰ τοὺς χρόνους. Hoc autem ait. *Fingit Plato in Protagora, praeſentem in urbe ſophiſtam illum fuiſſe, cum id colloquium eſt habitum. Quod cum de poſteriore Athenas adventu Protagorae intelligatur, neceſſe eſt habitos eos ſermones praetore Amynia,* [Aminia] *aut Alcaeo certe:* id eſt, anno ſecundo vel tertio Olympiadis LXXXIX. *Plato tamen disputationis illius annum deſignat,* Olympiadis inſecutae primum, *praeturam obtinente Aſtyphilo.* In quo *bis illum peccare* contendit Athenaeus: »*primum, quia Protagorae poſterior in urbem adventus aliquot annis illum* [*annum*] *praecedit: deinde, quia propter bellum Peloponneſiacum, eo maxime anno flagrans, Hippias Eleus,* [*quem eidem colloquio intereſſe fingit,*] *verſari Athenis non potuit.*« μετὰ τὴν Ἱππονίκου τελευτὴν γενόμενος, παρειληφότος ἤδη τὴν οὐσίαν Καλλίου. Id eſt, *poſt Hipponici* (qui pater Calliae fuerat) *obitum inſtitutus ſermo, cum iam hereditatem creviſſet Callias.* »Apparet ex ipſo Platone: [Protag. p. 97. T. III. ed. Bip.] Ἐπεδήμει γὰρ ἄρα Πρόδικος ὁ Κεῖος· ἦν δὲ ἐν οἰκήματί τινι, ᾧ πρὸ τοῦ μὲν ταμιείῳ ἐχρῆτο Ἱππόνικος, νῦν δὲ ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν κατάλυόντων ὁ Καλλίας καὶ τοῦτο ἐκκενώσας, ξένοις κατάλυσιν πεποίηκε.« CASAUB. τοῦ Πρωταγόρου παραγεγονότος τὸ δεύτερον οὐ πολλαῖς πρότερον ἡμέραις. »Triduo ante adveniſſe facit Plato: »[pag. 85.] ὦ τί λέγεις; Πρωταγόρας ἐπιδεδήμηκε; »Σωκ. τρίτην γε ἤδη ἡμέραν. Sed in Athenaei textu verbum deeſt, ſupplendum nobis, ſi volumus rectam procedere orationem. Legendum, τοῦ Προταγόρου μέμνηται παραγεν.« CASAUBONUS.

Εὔπολις τὸν Πρωταγόραν ὡς ἐπιδημοῦντα εἰσάγει. » Ver- c
» ba Eupolidis, Ἔνδοθι μέν ἐστι Πρωταγόρας ὁ Τήϊος. Vir
» doctus [Dalecampius] cum non caperet quorſum haec
» ſpectarent, infelici diligentia uſus eſt in exprimenda
» voce ἐπιδημοῦντα. Atqui non illud quaeritur, primus-
» ne an ſecundus fuerit is Protagorae in urbem adven-
» tus. Convenit enim inter Platonem & Athenaeum, non
» primo, ſed iterum, Athenas illum tunc viſiſſe. Verum
» Athenaeus *annum* illum quaerit, quo Sophiſtam incly-
» tum *iterum* Athenae viderunt. Atque in hac quaeſtione
» tractanda rectam & certam methodum iniiſſe Athenaeum
» nemo iverit inficias. « CASAUBONUS. — Verba ἐπιδη-
μοῦντα εἰσάγει verterat Dalec. *inducit peregrinum, & Athe-
nas primum commeantem.* EUPOLIDIS verba, quae ubi le-
gantur indicare lectori ſuperſedit Caſaubonus, reperies
apud Diogenem Laërt. in Protagorae vita, IX. 50.

Ἀμειψίας δ' ἐν τῷ Κόννῳ. — » Ἀμειψίας ἐν τῷ Κο-
» νῷ δύο πρότερον ἔτεσι διδαχθέντι. Sic fabulam hanc no-
» minat & Ariſtophanis Scholiaſtes ad Aveis. [vs. 989.]
» In argumento tamen *Nebularum* Κόνος ſcriptum: [Κόννος
» in ed. Küſteri pag. 51.] Sed legi malim ubique Κόννος,
» ut infra, libro ſeptimo extremo, [pag. 327. d.] & noni
» initio. [pag. 368. e.] Verum eſt quod dicitur hic: *Ami-
» pſiam biennio prius Connum docuiſſe, quam ederentur Eupo-
» lidis Colaces.* Enarrator Ariſtophanis: [in Argum. Nub.
» modo cit.] Αἱ πρῶται Νεφέλαι ἐδιδάχθησαν ἐν ἄστει
» ἐπὶ ἄρχοντος Ἰσάρχου· ὅτε Κρατῖνος μὲν ἐνίκα Πυτίνῃ,
» Ἀμειψίας δὲ Κόννῳ. *Iſarchus* hic praetor fuit anno pri-
» mo Olympiadis LXXXIX. *Alcaeus*, tertio. « CASAUBO-
NUS. — Vel invitis membranis, veram ſcripturam reſti-
tuere auctori noſtro non dubitavi. De eodem fabulae ti-
tulo confer Hemſterh. ad Polluc. X. 171.

δῆλον οὖν, ὡς μεταξὺ τούτων τῶν χρόνων παραγέγονεν.
» Anno videlicet ſecundo dictae Olympiadis, praetore
» *Amynia.* [*Aminia.*] Ira inventum eſt Athenaeo illud quod
» quaerebat tempus. Quid ad haec reſponderi pro Plato-
» ne queat, fateor ingenue, me nihil videre. Nam quod
» aliquis dicat, Protagoram qui Archonte Amynia Athe-
» nas rediit, diuturniorem in urbe moram feciſſe, ideo-
» que nihil erraſſe Platonem, qui praetore Ariſtophilo
» [Aſtyphilo] facit illum adhuc praeſentem: etſi poteſt
» fieri ut ita ſit, tamen ea reſponſio philoſophum culpâ

c » non liberat. Diſerte enim Plato ait, Protagoram, cum » id convivium agitabatur, ante tres dies tantum adve- » niſſe. « CASAUBONUS. — Riſerit fortaſſe divinus Plato laborioſorum hominum conatus, ad tam ſubtilem trutinam fictiones ipſius exigentium. Cui reſpondere hi poterunt, tametſi pictoribus atque poëtis quidlibet audendi concedatur poteſtas, tamen & hos ipſos, ſed philoſophum maxime, ubi fictionibus ludere voluerit, utique decere, ut temporum, locorum, perſonarumque, in rebus praeſertim quae adeo recenti memoria geſtae fingun- tur, habeat rationem.

ὁ δὲ Πλάτων καὶ τὸν Ἠλεῖον Ἱππίαν &c. Vide Platonis Protagoram, p. 97. T. III. ed. Bip.

d πρὸ τοῦ τὰς ἐνιαυσίας ἐπὶ Ἰσάρχου ἐλαφηβολιῶνος συντελεσθῆναι σπονδάς. » Harum *induciarum* in Hiſtoria Thu- » cydidis & Bibliotheca Diodori nulla mentio. Quod pro- » pterea putem accidiſſe, quia breve tempus duraverunt; » ſicut etiam Athenaeus paulo poſt ſatis manifeſto indi- » cat. « CASAUBONUS. — At diſertiſſime ſane easdem *annuas inducias* THUCYDIDES commemorat lib. IV. c. 117. ipſiusque foederis formulam, in qua initium induciarum in diem decimum quartum menſis *Elaphebolionis* ponitur, exhibet ibid. cap. 118. Earumdemque *annuarum induciarum* Diodorus meminit lib. XII. cap. 72. Id unum inter hos & Athenaeum differt, quod, quas inducias auctor noſter cum Olympiadum notatore Anonymo ad *Iſarchi* praetu- ram Olymp. LXXXIX. 1. retulit, easdem Thucydides in *Aminiae* praeturam, qui illi ſucceſſit, reiicere videatur, ad quam diſerte eas retulit Diodorus. Sed iſtud μνημονικὸν Caſauboni σφάλμα iam notatum video a PALMERIO, in Exercit. in Auct. Graec. p. 501. Confer VINCENTII CANTARENI Variar. Lection. cap. 15. (ed. Traiect. ad Rhen. 1754. pag. 74 ſq.) quod cap. inſcribitur: *Plato in Protagora ab Athenaei calumnia vindicatus.*

Ὁ δὲ τὸν διάλογον ὑφίστασθαι γινόμενον περὶ τοὺς καιροὺς τούτους. Cum ſic olim legeretur; monuit idem CASAUBONUS: » Quid igitur peccavit Plato, ſi *ſub ipſum* » *principium induciarum* Hippiam in urbem introducit? Nu- » gae! Non hoc voluit Athenaeus, ſed eius contrarium » potius. Idem nempe commiſſus hîc error, atque ante in » diſputatione de Periclis morte & regno Archelai. De- » ſunt, inquam, etiam hîc nonnulla. Lego: Ὁ δὲ τὸν

» διάλογον ὑφίσταται γενόμενον οὐ περὶ τοὺς καιροὺς καθ' d
» οὓς προσφάτως ἐγεγόνεσαν, ἀλλὰ πολὺ ὕστερον·
» λέγει γοῦν &c. *Plato*, inquit, *facit intereſſe ſermoni in*
» *urbe habito Hippiam: qui cum eſſet Eleus & Peloponne-*
» *ſius, belli tempore tutò Athenas ingredi non potuit; niſi*
» *forte praetore Iſarcho, quando factae ſunt brevis tempo-*
» *ris induciae. Sed Plato tempus, quo fuit in urbe Hippias,*
» *aliud longe denotat; annum videlicet proximum illi quo Phe-*
» *recrates fabulam* Ἀγρίους *docuit; unde efficitur, archon-*
» *te Astyphilo Hippiam Athenis fuiſſe; nam Pherecratis*
» *drama priore anno fuit editum, praetore Ariſtione; por-*
» *ro Aſtyphilus quintus eſt ab Iſarcho, ſub quo inducias conve-*
» *niſſe dicebamus.* Haec ſumma disputationis iſtius. Appa-
» ret vero, Athenaeum alios hiſtoricos illorum tempo-
» rum habuiſſe quam Thucydidem & Diodorum, qui ſo-
» li ad nos pervenerunt. Illi *induciarum* hîc memoratarum
» nullam faciunt mentionem: ſed earum loco *foedus* ini-
» tum narrant praetore Alcaeo *in annos quinquaginta. Al-*
» *caeus* autem medium locum obtinet in illo quinquen-
» nio, quod *Iſarchus* inchoat, claudit *Aſtyphilus*. Pluribus
» haec nobis expoſita neceſſario, propter interpretum τὸ
» ἀταλαίπωρον, ne aliud dicam. « — Foederis illius, (pau-
cos quidem dies duraturi) quod in quinquaginta annos *Alcaeo* praetore concluſum eſt, meminit Thucydides lib. V. cap. 18 ſq. & Diodorus lib. XII. cap. 74. Sed de illo utique hîc non agitur. De *annuis induciis*, quas commemorat Athenaeus, paulo ante docuimus, memoria falſum eſſe doctiſſimum Animadverſorem, cum nullam earum mentionem nec apud Thucydidem nec apud Diodorum occurrere contendit. Ad verba Athenaei quod ſpectat, quum nihil horum habeat Epitome, nonniſi membranarum *A.* ſubſidio uti potuimus; quarum auctoritate duo verba αἱ σπονδαὶ, quae deerant in editis, adiecimus. Caeterum, ubi eodem in errore cum editis verſabantur membranae, probabiles ſecuti ſumus Caſauboni coniecturas.

ἄνθρωποι ἄγριοι, οἵους πέρυσι Φερεκράτης ὁ ποιητὴς ἐδίδαξεν ἐπὶ Ληναίῳ. (vulgo, ἐπὶ Λήναια, apud Noſtrum.) Dalec. *Nam ſi feri homines eſſent, quales in Agreſtibus fabula dudum Pherecrates deſignavit, edita Bacchi feſtis ludis.* Rectius Casaubonus: » *Quales erant in fabula,*
» *quam ſuperiore anno docuit Pherecrates in certamine Lenaico.*

d » Scribe, ut apud Platonem, ἐπὶ Ληναίῳ. Agones diverſi » Athenis celebrabantur in honorem Bacchi, Aſtycus, & » *Lenaeus* ſive *Lenaicus*. *Lenaeum* fuit Bacchi templum ex» tra urbem in ea parte agri Attici, ubi erant *vineta* & » *torcularia*: vel, ut tradunt alii, ubi credebatur *torcular* » *omnium primum* fuiſſe viſum. Inde dicti agones ἐπὶ Λη» ναίῳ, vel Ληναῖται: interdum etiam ἐπιλήναιοι. Verte» runt πέρυσι, *dudum*: inde illae Cimmeriae tenebrae. « — *Platonis* verba in Protag. leguntur pag. 121. T. III. ed. Bip. Quam ſcripturam ex illo loco hîc reſtituendam commendavit Caſaubonus, ea haud cunctanter accipi a nobis debuit. Confer Suidam & Heſych. in Ἐπὶ Ληναίῳ.

ἄρχων Ἀστύφιλος. » Diodorus vocat Ἀριστόφιλον: » aut certe illius codices. Et qui mox ſcribitur hîc Ἀμεί» νίας, apud Diodorum aliosque Ἀμυνίας: quae ſcriptu» ra placet. « CASAUBONUS. — Athenaei ſcripturam, Ἀστύφιλος, firmat Marmor Arundel. ut monuit Weſſe» ling. ad Diodor. XII. 77. Alterius Archontis nomini, Ἀμει» νίας, etiam apud Diodorum XII. 72. meliores codices fa» vent; quare id ipſum ibi adoptatum a Weſſelingio.

AD CAP. LX.

e Κἂν ἄλλοις δ' ὁ Πλάτων φησί. &c. » *Socratem* ab Apol» line *mortalium omnium* pronuntiatum eſſe *ſapientiſſimum*, » Graeci Latinique ſcriptores multi, atque etiam e Patri» bus nonnulli, memoriae prodiderunt. Sed auctores pri» mi eius hiſtoriae, unde ſumſerunt omnes alii, ſine du» bio fuerunt Plato & Xenophon: quorum uterque *ſor» tem Chaerephonti in eam ſententiam datam* refert, in ſua » uterque pro Socrate Apologia. Non defuere iam olim, » qui non ſolum fidem habendam negarent ſummis viris » in hac narratione, verum etiam ultro illos accuſatum » irent, quod rem fabuloſam & commentitiam in literas » retuliſſent. Hoc ipſum etiam auctor noſter facit iſto loco, » inſtituta ea de re cum *Platone* & *Xenophonte* non inepta » disputatione. Primum autem ipſos inter ſe committit: » negans, de eadem re eadem ſcripta eſſe ab ambobus: » deinde adverſus Platonem ſeparatim; mox adverſus » utrumque in commune argumenta quaedam profert. Ait » igitur, Κἂν ἄλλοις δ' ὁ Πλάτων φησί. Tranſit a praece» dentibus criminationibus Platonis & Xenophontis, in

»queis de temporibus agebatur, ad alias generis diverſi. e »ἐν ἄλλοις, id eſt, in Apologia Socratis, ut iam diximus.« CASAUBONUS. — ἐν ἄλλοις, ſonat, *in alia parte ſuorum operum, alibi.* Vide IV. 155. a. & ibi not. conf. VI. 228. d. & 254. b. Habes autem verba *Platonis*, in Apol. Socr. cap. 5. p. 48. ed. Fiſcher. Conf. Laërt. II. 37.

Κἀν τούτοις δὲ μὴ συμφωνῶν Ξενοφῶν, τί φησί; Χαιρεφῶντος γάρ ποτε &c. — »Sequitur poſt allatum Platonis »locum, κἀν τούτοις δὲ μὴ συμφωνῶν Ξενοφῶντι φησί. »Legendum, μὴ συμφ. Ξενοφῶντι, ὅς φησι: *ne in his »quidem congruens Xenophonti, qui ait.* Subiicitur ſtatim »ecloga Xenophontis, ex illius itidem Apologia pro So»crate. [ſect. 14. pag. 338. edit. Memorab. Socr. Oxon. »1741.] Vir doctus [Dalec.] tamen vertit: *qua in re »diſſidet a Xenophonte. Platonis verba ſunt: Nam cum in »Delphis &c.* Non poſſum quin exclamem, ἠλίκον ἔστι »τὸ τύμμα, καὶ ἠλίκον ἄνδρα δαμάσδει; Nam quot ab»ſurditates hic commiſſae, ob voculae ὅς omiſſionem? O »Critica, Critica! quam aſpernanda ſaepe proferunt, qui »te aſpernantur!« CASAUBONUS. — Equidem, in eamdem cum docto Animadverſore ſententiam, leniorem laborantibus vulgo verbis adferre medicinam tentavi; nullam literam vel mutans vel demens vel adiiciens, modo Ξενοφῶντι in duas voces, Ξενοφῶν τί, dirimens. κἀν, pro καὶ ἐν poſitum, *absque accentu* ſcribere malui, quam κἄν, quod pro καὶ ἐὰν poſitum intelligi ſolet. Pro ξυμφωνῶν, quod erat editum, συμφωνῶν ſcripſi cum noſtris membranis, Athenaei ſtilo convenientius. *Etiam in his*, inquit, *a Platone diſſentiens Xenophon*: nempe *in his etiam*, quemadmodum de ſuffragiis non rogatis in ſenatu; de quo diſſenſu paulo ante dictum. *Ne in his quidem*, quod Caſaubonus voluit, Graece ſic ſonaret, μηδ' ἐν τούτοις.

»Sed pergamus. 'Ανεῖλεν, ait, ὁ 'Απόλλων πολλῶν παρόν»των, μηδένα εἶναι ἀνθρώτων ἐμοῦ μήτε δικαιότερον μήτε »σωφρονέστερον. Dalecampius ſic: *Oraculo Deus pronun»ciavit, ex hominibus qui viverent nullum eſſe me iuſtiorem, »ac magis temperantem.* Legit τῶν ὄντων μηδένα. Vera »eſt ſententia; ſed emendatio falſa: quod non potuit ab »eo obſervari qui ad ipſum non adiſſet fontem. Lege »ἀνεῖλεν ὁ 'Απόλλων πολλῶν παρόντων, μηδένα εἶναι »ἀνθρώπων &c. *reſpondit Apollo praeſentibus multis, nemi»nem eſſe* &c. Xenophontis verba ſunt: Χαιρεφῶντος γάρ

» ποτε ἐπερωτῶντος ἐν Δελφοῖς περὶ ἐμοῦ, πολλῶν παρόν-
» των, ἀνεῖλεν ὁ Ἀπόλλων, μηδένα εἶναι ἀνθρώπων ἐμοῦ μή-
» τε ἐλευθεριώτερον, μήτε δικαιότερον, μήτε σωφρονέστερον. «
CASAUBONUS. — Confer omnino Menagium ad Laërt. II. 37. ubi quod acute ille obſervavit, apud Scholiaſten Ariſtophanis de eodem oraculo diſſerentem ad Nub. vs. 144. vocem ὁμολογῶν ex ὁ Δημοχάρης corruptam videri, mire convenit id cum eo quod ſupra (ad p. 215. c.) profeſſi ſumus nobis probabile fieri, hasce philoſophorum reprehenſiones ex Democharis κατηγορίᾳ κατὰ φιλοσόφων maxime deſumſiſſe Athenaeum. Cuius oratoris declamatorio ſtilo haud male etiam congruit illa loquendi formula interrogativa, quam paulo ante Noſtro reſtituimus, Ξενοφῶν τί φησί; *Xenophon quid ait?*

f Πῶς οὖν εὔλογον, ἢ πιθανὸν, &c. » Probabilius viſum
» Athenaeo, ſi quid omnino de praeſtantia *Socratis* Apol-
» lo pronuntiavit, *viri iuſti & temperantis teſtimonium* ei fuiſ-
» ſe exhibitum, ut ſcribit Xenophon; quam *ſapientis*, ut
» tradit Plato. Etſi enim excellentiſſimae virtutes ſunt
» iuſtitia & temperantia; longe tamen auguſtius eſt *ſapien-*
» *tiae* nomen: *quae nullo modo in eum videtur poſſe cadere,*
» *qui ſe nihil ſcire profiteatur.* Nam e contrario vere ſa-
» pientem illum demum accipimus, qui rerum omnium
» cauſas norit, neque eorum quicquam ignoret, quae
» humanis ingeniis ſunt ἐφικτά. Propter haec Athenaeus
» Platonem privatim hìc aggreditur, ut abſurda & parum
» probabilia locutum. Sic autem disputat. *Non eſt ſimile*
» *veri, Deum omniſcium pronuntiaſſe hominem ſapientis-*
» *simum, qui nihil ſciret.* εἰ γὰρ, inquit, τοῦτό ἐστι σο-
» φία τὸ μηδὲν εἰδέναι, τὸ πάντα εἰδέναι φαυλότης ἂν εἴη.
» *Si nihil ſcire ſapientia eſt, omnia ſcire vitium eſt.* Hinc ne-
» ceſſaria elicitur concluſio: Si Socrates, qui nihil ſcit,
» omnium eſt ſapientiſſimus; Apollo, qui omnia ſcit,
» omnium inſipientiſſimus. Apollinis enim peculiaris glo-
» riatio eſt, quod nihil neſciat. Οἶδα δ' ἐγὼ, ait, ψαμ-
» μου τ' ἀριθμὸν, καὶ μέτρα θαλάσσης· καὶ κωφοῦ ξυνίημι,
» καὶ οὐ λαλέοντος ἀκούω. Reſpondeat fortaſſe Plato: So-
» cratem iudicatum σοφώτατον, non quod nihil ſciret:
» ſed cum ob caeteram virtutem ſuam, tum quia pluri-
» marum rerum cognitione praeditus, ſcire tamen ſuum
» putavit eſſe τὸ μηδὲν, & inſcitiam meram, comparatio-
» ne verae ſapientiae. « CASAUBONUS.

βλὰξ γάρ τις ἦν τοιαῦτ' ἐρωτῶν τὸν θεὸν, &c. » Dein- a
» ceps Athenaeus utrique horum philoſophorum (Platoni
» Xenophontique) fidem elevare conatur; hanc ipſorum
» narrationem ut fictitiam & ridiculam exagitans. Scribe,
» τῶν Ἀττικῶν ἑρίων εἰ ἄλλ' ἐστι μαλακώτερα; ἢ τῶν ἐν
» Βάκτροις καὶ Μήδων εἰ εἰσί τινες δυνατώτεροι; reſtitutâ
» utroque loco particula εἰ, ut in ſequentibus exemplis. «
CASAUBONUS. — Nonniſi unum ſequitur exemplum, in quo εἰ particulam interrogativam adiectam habebant libri; nempe illud, ἢ εἰ Σωκράτους ἐστί τις σιμότερος. In duobus praecedentibus exemplis, ignorant eam particulam cum editis ambo noſtri mssti: nam & Epitoma hanc partem disputationis exhibet. Nos utrobique adiecimus, Caſaubono morem gerentes: in quo ſi quis nimis promtos fuiſſe & intempeſtive obſequioſos iudicaverit, nil magnopere habeo quo diluam culpam: quippe intelligo, utramque ῥῆσιν etiam absque εἰ particula potuiſſe interrogative accipi, & tamen percommode in tertia ῥήσει adiici eam potuiſſe. Ne σιμώτερος per ω cum codicibus noſtris ſcriberem, vetuit prima ſyllaba σι conſtanter longa, ut apud Theocr. III. 8. & Ariſtoph. in Concion. vs. 705. ed. Br. & vs. 617. ubi recte σιμότεραι ſcribitur, neque aliter ſcribi patiebatur metri ratio. Pro τῶν ἐν Βάκτροις καὶ Μήδων ſi quis καὶ Μήδοις ex ms. *Ep.* praeferendum iudicaverit, non valde repugnem: quamquam, ſi Μήδοις hic ſcripſit auctor, paulo ante ἐν Βακτριανοῖς potius, vel ἐν Βακτρίοις, quam ἐν Βάκτροις, dicturus fuiſſe videtur. Caeterum Μήδων ſi teneamus, utique repetitum ante hanc vocem *articulum* malebam, ſic, τῶν ἐν Βάκτροις καὶ τῶν Μήδων.

Τοὺς γὰρ τὰ τοιαῦτα πυνθ. εὖστ. ἐπιῤῥαπίζει ὁ θεός. De uſu verbi ἐπιῤῥαπίζειν vid. Animadv. ad IV. 168. f.

» Cave male capias proxime ſequentia: ὡς καὶ τὸν πυ-
» θόμενον, (ἤτοι Αἴσωπός ἐστιν ὁ λογοποιὸς, ἢ ἄλλος τις)
» Πῶς ἂν πλουτήσαιμι Διὸς παῖς καὶ Λητοῦς υἱός; χλευά-
» ζων ἀπεκρίνατο, Εἰ τὸ μέσον κτήσαιο Κορίνθου καὶ Σικυῶ-
» νος. Praetermiſſae parentheſeos notae fecerunt, ut fal-
» ſiſſimam ſententiam animo conciperet eruditus interpres.
» Verte igitur: *Sicut ei qui quaeſierat, (ſive is eſt Aeſopus*
» *fabularum ſcriptor, ſive alius) Qui fiam dives, fili Iovis &*
» *Latonae? reſpondit* Apollo *hominem irridens, Si tuum erit*
» *totum quâ itur Sicyone Corinthum.* Aeſopo editam hanc

a » fortem fuiſſe vulgo ſcribunt *paroemiographi:* quibus ac- » cedit Comici Scholiaſtes ad Aves, [vs. 969.] Αἰσώπῳ » τῷ μυθογράφῳ, χρωμένῳ περὶ πλούτου, ὁ Ζεὺς εἶπεν· Εἰ » τὸ μέσον κτήσαιο Κορίνθου καὶ Σικυῶνος. « CASAUBONUS. — Pro ἤτοι Αἴσ. & ἢ ἄλλος, quae agnoſcit noſter ms. *A.* cum editis, εἴ τ' Αἴσ. & εἴ τ' ἄλλος, quae haud dubie praeſtabant, recepi ex ms. *Ep.* Eamdem ſcripturam ex coniectura etiam commendaverat CORAY, in *Notis msstis.* » Melius forſan conſtabit, inquit, Helleniſmi ratio, ſi ſcri- » pſeris εἴ τ' Αἴσωπος - - εἴ τ' ἄλλος τις. « — Pro πλουτήσαιμι quum operarum errore πλουτήσαιμοι in ed. Baſ. legeretur, propagatum id mendum in ed. Caſaub. Et quamquam recte idem Caſaubonus in Animadv. πλουτήσαιμι ſcripſerit, tamen eadem illa menda non modo in ed. Caſ. 2. & 3. in contextu non correcta eſt, ſed & in Anim- adv. (certe in ed. Caſ. 3.) pariter πλουτήσαιμοι ſcriptum. Quod eo notatum volui, ne quis forte ſuſpicetur, πλου- τῆσαί μοι (ſcil. γένοιτο) ſcriptum oportuiſſe: quam qui- dem ſcripturam etiam metrum reprobaturum erat. Dein, quod Διὸς παῖς καὶ Λητοῦς υἱὲ ſcripſit Caſaubonus in Animadv. id non conſulto fecit, ſed imprudenti excidit docto viro: voci παῖς nullum enim hic fuiſſe locum ad- paret; nec eam liber ullus agnoſcit: fideliter tamen eam- dem repetierunt qui editiones Caſaub. 2. & 3. curarunt. Apud Scholiaſten Ariſtoph. loco citato, bis Εἰς τὸ μέσον κτίσαι vulgo corrupte ſcribitur: ſed veram ſcripturam Suidas tenuit in Εἰ τὸ μεσ. qui, quae ibi habet, ex eis- dem vetuſtis in Ariſtophanem Scholiis deſcripſit. Rationem reſponſi adiecit cum eodem Comici Enarratore Suidas: εὔφορος γὰρ αὕτη ἡ χώρα. *Fertilis enim haec eſt regio.* Quod quidem ita verum fuit, aut certe vulgo creditum, ut hoc ipſum etiam verbum in proverbium abierit, Εἴη μοι τὰ μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος. *Sit mihi quod Sicyonem in- teriacet & Corinthum!* ut docet Zenobius Proverb. Centur. III. 59. & Euſtath. in Iliad. β. p. 220, 37.

AD CAP. LXI.

Ἀλλὰ μὴν οὐδὲν, ὧν ὁ Πλάτων εἴρηκε &c. οὐδὲν ὤν, non οὐδ' ὤν ſcriptum oportuiſſe, res ipſa clamabat. Quare ſic quoque ex coniectura corrigendum iam olim TOU- PIUS monuerat, ad Longin. pag. 198. Nec vero aliter in

ſuo exemplari legiſſe Epitomator videtur; qui quidem in hunc modum locum iſtum expreſſit: Ὅτι οὐδ' ἐν ὧν ὁ Πλάτων εἶπε περὶ Σωκράτους, οὐδὲ κωμικός τις εἴρηκε.

οὐθ' ὅτι μαίας βλοσυρᾶς υἱὸς ἦν. » Locus de *matre Socra-* b
» *tis* eſt in Theaeteto, [pag. 62. T. II. ed. Bip.] ubi de
» ſe ait ipſe: ὡς ἐγὼ εἰμι υἱὸς μάλα γενναίας καὶ
» βλοσυρᾶς Φαιναρέτης. *Mihi*, inquit, *mater eſt obſtetrix ge-*
» *neroſa valde, & animi ferox Phaenareta.* Sic vertimus hîc
» elegantem dictionem βλοσυρά: convenienter, ut puto,
» tam menti Socratis, quam latinitati. Proprie βλοσυρό-
» της eſt *torvitas*: ſed alio ſenſu pius filius Socrates ma-
» trem ſuam appellat generoſam & βλοσυράν; ut ſi ver-
» naculo ſermone dicas, *c'eſt une maitreſſe femme.* Latini
» *ferocem animum* appellant: de quo apte dixeris, quod
» Ariſtides vere & eleganter, ἡ μεγαλοφροσύνη ἔμφυτον
» κτῆμα τοῖς κρείττοσι. Videtur Athenaeus in deteriorem
» partem accepiſſe hoc verbum: qui *Platoni vertat vitio*,
» *quod fecerit Socratem matrem ſuam appellantem* βλοσυράν. «
CASAUBONUS. — Docuerunt etiam veteres Grammatici, non ſemper in deteriorem partem accipi illam vocem. Apud Heſychium quidem nil aliud reperias, niſi Βλοσυρόν· φοβερὸν, καταπληκτικόν. Sed apud Suidam habes: Βλοσυρός· ἀξιωματικὸς, καταπληκτικὸς, φοβερὸς, σεμνός. Et ſic commodiſſime βλοσυρὸν apud Platonem pro σεμνὸν accipiemus. Scholiaſtes Apollonii ad Argon. II. 742. βλοσυρὰν etiam pro λαμπρὰν apud poëtam illum accipi poſſe exiſtimaverat. In Timaei Lexico Platonico fruſtra quaeras id vocabulum.

οὐθ' ὅτι Ξανθίππη χαλεπὴ ἦν γυνὴ, ἥτις καὶ νιπτῆρας αὐτοῦ κατέχει τῆς κεφαλῆς. » Non memini apud Plato-
» nem iſta legere. In Xenophontis Convivio dicitur So-
» crates χρῆσθαι γυναικὶ, τῶν οὐσῶν, οἶμαι δὲ καὶ τῶν γε-
» γεννημένων καὶ τῶν ἐσομένων χαλεπωτάτῃ. « CASAUBO-
NUS. — Hiſtoriolas, quae de *Xanthippe* circumferebantur, collectas habes a Menagio ad Diogenem Laërt. II. 37 ſq. Neque apud illum quidquam ex Platone in hanc partem enotatum reperias, neque ex Xenophonte alium locum, quam qui ex Convivio a Caſaubono etiam laudatus eſt: ſed totum Xenophontis locum ſive apud ipſum, ſive apud Menagium perlegiſſe iuvabit.

οὔθ' ὡς Ἀλκιβιάδης συνεκοιμήθη (Σωκράτει) ὑπὸ τὴν αὐτὴν γενόμενος χλαῖναν. Vide Platonis Convivium p. 265.

b T. X. ubi pro vocabulo χλαῖνα, quo hîc utitur Noſter, τρίβων ponitur. ὑπὸ μιᾷ χλαμύδι Lucianus dixit. conf. Iacobs Animadv. in Anthol. Vol. I. Part. II. pag. 39. *Ibid.* καί τοι ἀναγκαῖον ἦν τοῦτο ἐκκωδωνισθῆναι ὑπὸ Ἀριστοφάνους. Hunc locum laudans Toup ad Longin. ſect. 23. pag. 198. verbum ἐκκωδωνίζειν nude *divulgare* interpretatur: in quo tamen maior quaedam vis ineſſe videtur; quam vim non male, tametſi pluribus quam opus erat ambagibus, Dalecampius his verbis expreſſit: *quae omnia neceſſum fuit ab Ariſtophane, veluti quodam tintinnabulo perſonari & divulgari.* Gallice diceres, *Ariſtophane l'auroit ſans doute fait ſonner bien haut.*

Ἀσπασία μέν τοι ἡ σοφὴ τοῦ Σωκράτους διδάσκαλος τῶν ῥητορικῶν λόγων. »De *Aſpaſia* in promtu ſunt »Platonis aliorumque veterum teſtimonia.« Casaub. — Speciem utique habet emendatio, quam loco huic adferendam eruditiſſimus Iacobs, in *Notis msstis*, cenſuit, διδάσκαλος τῶν ἐρωτικῶν legens, provocansque ad Syneſii Dionem pag. 59. (edit. Petav.) ubi haec leguntur: ἧ (ſcil. Ἀσπασίᾳ) προσεφοίτα (ὁ Σωκράτης) κατὰ χάριν τοῦ τὰ ἐρωτικὰ παιδευθῆναι. Quo accedit, quod paulo poſt (lit. d.) apud ipſum etiam auctorem noſtrum eadem Aſpaſia ἐρωτοδιδάσκαλος *Socratis* adpellatur: quemadmodum & apud Syneſium l. c. continuo recte iſta verba ſequuntur: Εἰ δέ τινα κατὰ τὴν Ἀσπασίαν τε καὶ Σωκράτην ἐρωτικὰ ἐννενόηκας, &c. At Platonem ſi inſpicias in Menexeno, p. 277. T. V. perſpicue ibi profitetur Platonicus Socrates, *fuiſſe ſibi Aſpaſiam* διδάσκαλον περὶ ῥητορικῆς: & disputationis nexus ac conſecutio ſatis declarant, ſic ibi, nec aliter, ſcribi debuiſſe. De eademque *Aſpaſia* loquens Enarrator Ariſtophanis ad Acharn. 526. ἦν σοφίστρια, inquit, καὶ διδάσκαλος λόγων ῥητορικῶν. Quae verba indidem repetiit Suidas in Ἀσπασίαι. Quare apud Syneſium potius in prioribus verbis τὰ ῥητορικὰ pro ἐρωτικὰ fuerit corrigendum, quam apud Noſtrum ἐρωτικῶν legendum pro ῥητορικῶν. Denique ex eis ipſis quae ibi apud Syneſium praeceſſerunt, ſatis intelligi videtur, non aliter eum, niſi τὰ ῥητορικὰ, ſcriptum voluiſſe. Vulgatam apud Noſtrum ſcripturam tuetur ms. *Ep.* cum ms. *A.*

c ἅπερ Ἡρόδικος ὁ Κρατήτιος παρέθετο. Κρατήτιος nunc dabant edd. nec aliud ex ms. *A.* enotatum. conf. ſupra ad pag. 216. In Epit. haec non leguntur. παρέθετο, *publica-*

vit interpretatus erat Dalec. quum *protulit*, *adposuit*, *citavit*, aut simile quid debuisset: de quo monuit Hemsterh. ad Aristoph. Plut. p. 244. c

Aspasiae qui perhibentur *versus in Socratem*, exhibuit Io. Christian. Wolfius in Mulierum Graecarum Fragmentis pag. 26. In his, *Vers.* 5 *sq.* » Indicium *magni gaudii* & » *repentini* ponitur *sudor*:

» Κἀγὼ ὅπως ἤκουσα, χαρᾶς ὑπὸ σῶμα λιπαίνω
» ἱδρῶτι. —

» Simillime apud Persium: [Sat. II. vs. 54.]

» *Si tibi crateras argenti, incusaque pingui*
» *auro dona feram, sudes; & pectore laevo*
» *excutias guttas: laetari praetrepidum cor.*

» Verbum λιπαίνειν exponitur ab Hesychio, κλαίειν ποιεῖν: » quae interpretatio non aliena est ab hoc loco, ubi usurpatur pro *rigare* vel τήκειν. Interdum de rebus fusilibus » dicitur, quae conflantur in unum liquefactae, ut observabamus ad Strabonem. [ad Strab. lib. V. pag. 223.] » Etiam lacrymae saepe subitam laetitiam comitantur: » quod & Sophocles & poëtae alii saepe expressérunt. Itaque in istis,

— βλεφάρων δὲ γόος πέσεν οὐκ ἀθελήτως, d

» accipiam γόος pro *lacrymis*; quia utplurimum lacrymae » indicia sunt & comites γόου, id est *luctus*. « Casaubonus. — Merito suspectam nobis esse debere glossam illam Hesychianam, λιπαίνει· - - κλαίειν ποιεῖ, docuit Küsterus in Nota ad eum locum. Quidni vero, notione e proximo petita, verbum λιπαίνω hic intelligamus *nitere facio?* Λιπαρὸς certe, sicut *unctum* & *oleo delibutum* denotat, sic & de eo *quod quovis modo nitet* haud raro usurpatur. Et Λιπαρὸν, inter alia, στίλβον interpretatus est Hesychius; recte sane: quod quamplurimis, si opus esset, veterum auctorum testimoniis firmari posset. Apud Suidam eadem interpretatio per librariorum incuriam intercidisse videtur. Cum enim ait: Λιπαρός· ἀνθηρός· παρὰ τὸ λίπα. στίλβει γὰρ καὶ τὸ ἔλαιον, id est, *nitet enim etiam oleum*: vix videtur dubitari posse, ante verba στίλβει γὰρ positam fuisse interpretationem στίλβων, *nitidus*. Atqui, quid quaeso incommodi habet dicere, *corpus sudore nitens?* Aut cur, quod ante pedes est, procul quaerendo frustra laboremus?

Vers. 7 *sq.* Στέλλου, πλησάμενος θυμὸν Μούσης κατόχοιο,
ἣ τόνδ' αἱρήσεις ᾠδῶν δεινοῖσι πόθοισι.

d » *Socrati* amore faucio & anxio ita praecipit *Aſpaſia. Col-* » *lige te*, inquit, *& luctum iſtum cohibe, animum tuum appli-* » *cans ſtudiis Muſicae; quae vim habet conciliandi amicitias &* » *firmandi: hac illum capies, acri deſiderio cantilenarum illectum.* » Muſa κάτοχος active dicitur, ἡ δυναμένη κατέχειν, » *quae poteſt iunctos continere animos amantium.* Explicat ipſa » poëtria, cum ſubiicit, [*Verſ.* 9 *ſq.*] τῇδε καθέξεις αὐ- » τὸν, προσβαλλων ἀκοαῖς ὀπτήρια θυμοῦ. *Hac ratione* (id » eſt, muſicâ) *illum retinebis, inſinuans illi per aures expreſ-* » *ſam imaginem animi tui.* Elegantiſſimam ſententiam in » longe alium ſenſum detorſerunt interpretes, quia videre » quiti non ſunt, qua notione uſurpetur hîc vox ὀπτή- » ρια: quam non nego alibi ſignificare id quod illi expreſ- » ferunt. Hîc vero aliud nihil eſt, quam quod ipſi dixi- » mus. « CASAUBONUS. — Vocabulum κάτοχος *verſ.* 7. cum Caſaubono *activa* notione accipiens, Μούσαν κάταχον Latine uno verbo redditurus *Muſam captricem* interpretatus ſum; ſcil. *quae animos capiat captosque teneat:* cui ſententiae favere illud inprimis videbatur, quod proxime ſequitur, veluti dictionem iſtam quae in aliam partem accipi poterat explicans, ἢ τόνδ' αἱρήσεις: rurſusque paulo poſt, τῇδε καθέξεις αὐτόν. Sed perraro atque etiam rariſſime *active* uſurpari eam vocem intelligo; cuius uſus non aliud exemplum reperire mihi licuit, praeter illud quod a Budaeo e Plutarcho adnotatum retulit H. Steph. in Theſ. I. 1347. d. ubi κάτοχον Plutarchus vocat τὸν μνημονικὸν, id eſt, ut ait ille, *eorum quae apprehendit tenacem:* locum vero Plutarchi, ubi legitur illa dictio, ne indicavit quidem Budaeus, qui illius meminit in Comment. Ling. Graec. pag. 867. neque vero in Indicibus ad Plutarchi editionem Reiskianam quidquam tale enotatum reperio. Quare non male fortaſſe fecerint qui apud poëtriam noſtram vocabulum, de quo quaerimus, ſenſu perquam uſitato acceperunt, quem Heſychius adnotavit, ubi Κάτοχοι, ἐνθουσιῶντες ἢ ἔνθεοι interpretatur. Quam in partem DALECAMPIUS commode verba iſta, πλησάμενος θυμὸν Μούσης κατόχοιο, ſic reddidit, *Muſaeque divino afflatu mentem imple.* Et VILLEBRUNE: *remplis-toi l'eſprit de l'enthouſiasme de la poëſie.* Vellem placuiſſet eidem Villebrunio expromere nobis, quo pacto verſus iſte cum ſequenti exaratus ſit in duobus codicibus Pariſ. *B.* & *C.* quibus ille uſus eſt. Nam, cum totum hunc luſum, qui Aſpaſiae tribuitur,

ignoret Epitoma, e qua haud raro mendoſam codicis ſui d
ſcripturam correxit Venetus Editor, ſcire velim ſuo-ne
ex ingenio verſus iſtos ille correxerit, an ab aliquo libra-
rio noſtris membranis iuniore iam correctos in ſuo codice
repererit. Quales enim a nobis ſunt editi, ſatis ut vide-
tur emendati, tales etiam in ſuperioribus editionibus le-
guntur, niſi quod pro δεινοῖσι perperam in edit. Ven. Baſ.
& Caſ. 1. δεῖν οἷσι expreſſum ſit. At in vetuſtiſſimo msto
A. aliorum omnium qui hodie ſuperſunt parente, poſtre-
mum verbum *ſeptimi verſus* cum his quae ſequenti verſu
continentur, in hunc modum exarata leguntur, κατόχοιμι-
τον δερητεις ωσι δεινη πόθοισιν. Ubi, ſicut alia bene curata
ab eo, qui iſta monſtra procuravit, ſic illud commode
factum videtur, quod ᾠδῶν pro ωσι poſuerit. Sed cum
tribus iſtis literis vox ὠσὶ (id eſt, *auribus*) contineatur,
videndum tamen ne poſterius hemiſtichium illius verſus
alio neſcio quo modo fuerit conſtituendum: niſi forte
pro voce ᾠδῶν, cum revera recteque olim hic ſcripta fuiſ-
ſet, per male ſedulam librarii alicuius induſtriam vox ὠσὶ
e margine fuit invecta, ubi adnotata illa erat pro inter-
pretatione vocis ἀκοαῖς, quae ſecundo abhinc verſu in
contextu legitur. In *poſtremi Verſus* interpretatione pa-
lam atque rectà in diverſum a Caſaubono discedendum
mihi putavi: qui, quo eam eliceret ſententiam, quae ipſi
elegantiſſima, mihi (ut dicam quod ſentio) frigidiuscula
viſa erat, vocabulum ὀπτήρια ita accepiſſe videtur, quaſi
idem ac κάτοπτρον, id eſt *ſpeculum*, valeret; cuius uſus
vocabuli illius nullum, quod ſciam, apud quemquam
Graecum ſcriptorem exemplum occurrit. Vocabulum τὰ
ὀπτήρια nonnumquam generatim accipitur de *dono quod*
alicui (*quisquis ille fuerit*) *datur, quando primum in conſpe-*
ctum eius admittimur. Sic apud Callimachum in Hymn. in
Dian. vs. 74. ὀπτήρια (quemadmodum ibi Scholiaſtes ad-
notavit) generatim intelliguntur τὰ ὑπὲρ τοῦ ἰδεῖν δῶρα.
Sed ſigillatim eo nomine (ut docet Heſychius hac voce,
& Pollux II. 59. & III. 36.) adpellabantur apud Grae-
cos *ea munera, quae ſponſus ſponſae dabat, quando primum*
illam ſpectare velo nudatam ei licebat. Quo ipſo ex uſu vo-
cabulum illud huc translatum eſſe, nemo (ſemel quidem
admonitus) non videt. Quo magis miror, quum DALE-
CAMPIUS in eamdem partem accepiſſet id nomen, *ſponſalia*
munera vertens, aſpernatum eſſe eam ſententiam Caſau-

d bonum; & poſt hunc ab Ezech. Spanhemio, de uſu vocabuli ὀπτήρια copioſe ad Callimachi locum citatum disputante, & multa huc ſpectantia ex variorum ſcriptorum monumentis depromente, hunc Athenaei ſilentio fuiſſe praetermiſſum. Nempe adiectum vocabulum θυμοῦ moleſtiam creaſſe Caſaubono videtur, quippe quod quo pacto cum illa vocis ὀπτήρια acceptione congrueret, haud ſatis adparebat. Me quidem, fateor, diu in ſuſpenſo tenuit illud ipſum vocabulum θυμοῦ, quod etiamnunc (ſi modo ſanum ſit) incertus ſum quam in partem potiſſimum ſit accipiendum. In verſione Graecis ſubiecta, quia aliquid fuit ponendum, eam ſententiam expreſſi, quae maxime probabilis mihi viſa erat. Integros duos poſteriores verſus latine ſic reddidit DALECAMPIUS: *Muſicâ eum retinebis, ſi, muſica cum audierit, ob benevolum erga te animum ſponſalia munera tu addas.* VILLEBRUNIUS, contra morem, Caſauboni fere ſecutus ſententiam, eosdem verſus ſuo ſermone in hunc modum expreſſit: *C'eſt par la muſique que tu le captiveras, en portant juſqu'à ſon ame, par la voie des oreilles, l'image entière de ta paſſion.*

ἐρωτοδιδάσκαλον ἔχων τὴν Μιλησίαν. Parum recte Villebrune, *ayant une Miléſienne pour maitreſſe en amour.* Debebat, *la Miléſienne:* nempe ipſam Aſpaſiam. *Ibid.* ἀλλ' οὐκ αὐτὸς θηρεύεται, ὡς ὁ Πλάτων ἔφη, λινοστατούμενος ὑπὸ Ἀλκιβιάδου. Reſpicit ea quae dicentem ipſum Alcibiadem fecit Plato in Convivio, p. 261. T. X. ed. Bip. ubi quidem verbo λινοστατεῖν non utitur Alcibiades, ſed aliis in eamdem ſententiam: ἐπιθέσθαι ſe dicens *Socrati*, & ἐπιβεβουλευκέναι: pro quibus, ridiculi cauſſa, verbo λινοστατούμενος uſus eſt Athenaeus, aut, a quo is haec mutuatus eſt, Demochares. Athenaei iſta verba ex Epitoma citavit Euſtath. ad Iliad. σ'. p. 1223, 23. *Ibid.* οὐ διαλείπει γε κλαίων. Repoſui hoc κλαίων, quod haud dubie in corrupto καλλίων latebat: pro quo δακρύων ex ingenio ſive ſuo, ſive neſcio cuius docti viri, poſuerat editor Venetus, quem alii ſecuti ſunt. Legitime vero *cum participio verbi* conſtruitur verbum διαλείπω, non cum *genitivo nominis.* *Ibid.* δυσημερῶν. »δυσημερεῖν de eo dici»tur, qui *non ſit in amore ſuo felix:* non, ut putarunt in»terpretes, de eo, qui *ſuam defleat calamitatem.* « CASAUB. — δυσημερεῖν generatim dicitur, *cui inceptum, qualecumque id fuerit, minus ex voto ſuccedit; qui rem ſuam male ge-*

rit: quemadmodum εὐημερεῖν generatim de *re bene gesta*, & de quovis genere *felicitatis* usurpatur. Quare, quamquam hic utique *infelicitas in amore* intelligitur, tamen non male Dalecampius sententiam auctoris verbis illis expressit: *Socrates lacrymari non cessat, ut equidem arbitror, infoelicitatem suam deflens.* Neque vero opus esse arbitror, ut, adiectâ copulativâ particulâ, καὶ δυσημερεῖν scribamus, quemadmodum IACOBS vir doctus censuit, in *Notis mstis.* Sed vel *delendum comma post* οἶμαι, quod ex ed. Cas. in nostrum exemplum transiit, vel *ante & post* οἶμαι *comma* ponendum, quo *in parenthesi* positum intelligatur hoc verbum: nam participium δυσημερῶν ab ὡς ἂν pendet; hoc modo: οὐ διαλείπει γε κλαίων, ὡς ἂν (οἶμαι) δυσημερῶν.

Τίττε δεδάκρυσαι. δὲ δάκρυσαι duabus vocibus edidit e Wolf in Poëtriis Graecis l. c. Male. Nam δεδακρυμένον Graeci dicunt *qui lacrymas profundit.* *Ibid.* σκηπτὸς πόθος ὄμμασι θραυσθείς. σκηπτὸς πόθου corrigit IACOBS in *Notis mstis.* Equidem duo substantiva σκηπτὸς & πόθος per *adpositionem*, quam vocant Grammatici, absque copulativa particula haud incommode iungi potuisse putaveram; & naturalem verborum structuram talem conceperam: πόθος ἐνναίων στέρνοις, θραυσθεὶς ὄμμασιν (id est, ἐξ ὀμμάτων) παιδὸς ἀνικήτου, σκηπτός; id est, ὥσπερ σκηπτός. Eamdem fere in sententiam, uno verbo, ἔρως ἐνέσκηψε εἰς αὐτὸν, dixit Alciphron lib. I. Epist. 13. cui loco hunc nostrum admovit Berglerus, pag. 54. Conferre vero etiam iuvabit id quod lib. XII. pag. 524. e. legitur, cum iam dux copiarum esset Alcibiades, etiam tum adhuc pulcrum voluisse eum videri, & scuto usum esse, in quo pro insigni fuisset ἔρως κεραυνὸν ἠγκυλημένος, id est, *amor fulmen vibrans.* Sed hoc loco, in quo versamur, negotium mihi facessit verbum θραυσθείς: quod nusquam ea notione, quam hic connexio orationis suadebat, usurpatum reperio. Nam, sive genuinum sit illud verbum, (quod uterque quidem codex mstus cum editis tuetur) sive nescio qua ratione corruptum, *vibratus, excussus, irruens*, aut tale aliquid sonare debet. Conferre utcumque possis Aristophanis verba, in Nub. vs. 997. ed. Br. ubi sicut verbum ἀποθραυσθῆς, ἐκπέσῃς exponitur apud Suidam, aut ἀποπέσῃς in Glossa a Brunckio laudata, sic h. l. θραυσθεὶς pro ἐμπίπτων poni potuerit. — Mox, quod ait, τὸν ἐγὼ τιθασόν σοι &c. recte sic legitur in ed.

Ven. Baſ. & Caſ. 1. ut in mstis: mendoſe vero τὸ ἐγὼ τιθ. in ed. Caſ. 2. & 3.

f Πόθεν, ὦ Σώκρατες, φαίνῃ; Tacite ex *Platone* (initio *Protagorae*, p. 84. T. III. ed. Bip.) correxit Caſaubonus. Perperam βαίνει ed. Ven. & Baſ. Id vero ex φαίνει corruptum; quod eſt in msto *A.* neſcio utrum ex vocalium ῃ & ει confuſione, an ex Attico idiotiſmo. Sic certe in eodem codice pag. 217. c. in loco pariter ex ἀττικωτάτῳ Platone prolato, ἤγει pro ἤγῃ ſcriptum obſervavimus. Viderint quibus codicum msstorum theſauri patent, an probati Platonis libri mssti iſtâ formâ in ſecundis verborum paſſivorum vel mediorum perſonis (quemadmodum fere probatiſſimi quique Ariſtophanis codices) utantur. Conſule interim Maittairium, DE Dialectis, pag. 63. & quem is laudat Suidam in Ἄπτει. Pariter VI. 225. a. eſt ὠνεῖ, pro ὠνῇ.

ἢ δηλαδὴ &c. ἢ particula, hoc loco, ſicut in Athenaei editionibus, ſic & apud Platonem *gravi accentu* vulgo notatur, & tamen *interrogative* ab interpretibus accipi ſolet. Rectius vero ea particula, ubi mere interrogativa eſt, nec ſimul notionem coniunctionis *aut, vel*, includit, in probatis codicibus, ut apud Homerum, ſic apud alios auctores, ἦ ſcribitur circumflexo accentu. Quare & hoc loco non male fecerit, qui ἦ δηλαδὴ ſcripſerit. Sed eſt alia etiam ratio, quâ eadem ἢ particula, gravi licet accentu notata, tamen ut interrogativa quodammodo accipi poteſt; ſcilicet ubi refertur ad praecedens aliquod pronomen vel adverbium interrogativum: quo de uſu iſtius particulae vide Indicem noſtrum Graecitatis Epicteteae p. 347. & loca ibi citata. Sic hoc loco ἢ ad praecedens Πόθεν refertur, & perinde intelligenda eſt, ac ſi proxime ante eam repetita eſſet vox Πόθεν. *Unde, Socrates, ades? unde, niſi videlicet à venatione?*

Ibid. ἐφαίνετο ὁ ἀνὴρ ἔτι. Apud Platonem vulgo abeſt
a ὁ articulus. *Ibid.* σὺ μέντοι &c. Potuit apud Athenaeum per librariorum incuriam ante σὺ intercidere οὐ particula negativa: potuit vero etiam in eamdem ſententiam σὺ μέντοι Athenaeus dicere, quâ Plato οὐ σὺ μέντοι cum interrogatione ſcripſit. HOMERI locus ad quem reſpicitur, exſtat in Odyſſ. κ'. vs. 279.

AD CAP. LXII.

Αἰσχίνης ὁ Σωκρατικὸς, ἐν μὲν τῷ Τηλαύγει, Κρι- a
τόβουλον τὸν Κρίτωνος ἐπ' ἀμαθίᾳ καὶ ὑπαρότητι βίου κωμῳδεῖ. &c. »*Veterum Philoſophorum plerique etiam Comi-*»*cos maledicentiâ vicerunt.* Hoc & dicit philologus, & co-»natur demonſtrare. Profert in medium AESCHINIS *Socra-*»*tici* dialogum, cuius erat titulus *Telauges:* ſimili de cauſ-»ſa inditus, ac ſi Comici *Nebulas* appelles *Socratem.* Prae-»cipuus enim auctoris ſcopus in illo dialogo fuit, *Telau-*»*gem* neſcio quem traducere venuſte, & vitia illius ri-»denda omnibus propinare. Demetrius Phalereus, vel »quicunque eſt alius auctor libelli illius eruditiſſimi: Εἰ »ψόγους εἰκαιοψόγους εἶναί τις, παράδειγμα τὸ τοῦ »Αἰσχίνου ἐπὶ τοῦ Τηλαυγοῦς· πᾶσα γὰρ σχεδὸν ἡ περὶ »τὸν Τηλαυγῆ διήγησις ἀπορίαν παράσχοι ἂν, εἴτε θαυ-»μασμὸς, εἴτε χλευασμός ἐστι. Ex iſtis, non ſolum ar-»gumentum *Telaugis* cognoſcimus; verum etiam genus »ipſum ſcriptionis & modum. Erat enim ſimile ſcriptum »Satyris Latinorum poëtarum, demto metro. Ridens »quippe, & laudanti ſimilis, verum de Telauge dicebat: »nec de illo tantum, ſed etiam de aliis. *Nam*, ait No-»ſter, *Critobulum Critonis filium* ἐπ' ἀμαθίᾳ καὶ ὑπαρότητι »*βίου* ab Aeſchine fuiſſe ibidem *licentiâ comicâ exagitatum.* »Graeci appellant ἀμαθῆ, non illum tantum *qui eſt indoctus &* »*literas neſcit;* ſed eum etiam *qui eſt moribus impolitis & ſcae-*»*vis atque inhumanis.* Literae enim, niſi (ut eſt vetus di-»ctum) diſcantur ἐπ' ἀριστερὰ, humanitatem nos docent, »& *mores* non ſinunt eſſe *feros.* Sic accipiendum hîc no-»men ἀμαθίᾳ. « CASAUBONUS. — Τηλαύγει, Τηλαύγην, penacute ſcribunt apud Noſtrum edd. & mssti; recte: non, ut paſſim alibi reperitur, Τηλαυγὴς, Τηλαυγεῖ, Τη-λαυγῆ. Nam accentu diſtinguitur proprium nomen, ab appellativo. Nullum autem alium *Telaugem* novit antiqui-tas, praeter Pythagorae filium: quare, quis fuerit ille, quem Aeſchines traduxerit, cum Caſaubono ignoramus; niſi ab eodem Pythagorae filio nomen huic dialogo im-poſitum eſt; quae videtur fuiſſe Menagii ſententia, cuius vide Notas ad Laërt. II. 61. At id ſi vel maxime ſtatua-mus, tamen intelligi par eſt, alium quemdam ſuae aetatis hominem in animo habuiſſe Aeſchinem, quem ſub *Te-laugis* nomine in eo dialogo exagitaverit. Demetrii ver-

a ba, quae a Casaubono prolata sunt, leguntur in libello περὶ Ἑρμηνείας, sect. 291. edit. Schneid. In *Critobuli* nomine menda ex ed. Cas. 1. in nostrum exemplum irrepsit. Κριτόβουλον oportebat, ut habent aliae omnes editt. cum msstis; non Κριθόβουλον.

τὸν δὲ Τηλαύγην αὐτὸν, ἱματίου μὲν φορήσεως καθ' ἡμέραν ἡμιωβόλιον κναφεῖ τελοῦντα μισθόν. — »Obiicit Telaugi »sordidam vitam & animum illiberalem. Notam illibera»litatis affert, quod *forensi veste carens, a fullone utendam* »*sumere solitus sit, pactus cum illo de diurna mercede quam de»beat pendere.* Saepe fullones hac fraude usi, ut traditis »sibi ad poliendum vestimentis, in quaestum suum abu»terentur. Simillima ἀνελευθερίας nota apud Theophra»stum in Characteribus, de eo qui uxori suae in publi»cum prodituraе famulas ad actum conducit. Simillima »etiam quae scribit idem venustissimus philosophus in de»scriptione hominis parci. Si quis verba Aeschinis in»terpretari malit de *veste honestiore ad festorum celebrationem*, »quam de forensi quotidiana, per me licet. Minus tamen »probabile est, *quotidie a fullone vestem conduxisse Telau»gem.* « Casaubonus. — Scilicet in eam sententiam, quam postremo tetigit vir doctus, Athenaei verba accepisse videri poterat *Dalecampius*, sic vertens: *ipsum vero Telaugen, quod ob vestem spurcam, quam gestabat, quotidie fulloni dimidium obolum pro mercede solveret.* Nec tamen satis adparet, quo pacto haec acceperit hic interpres: nam ad verba, *ob vestem spurcam*, in ora adnotavit: »*Inquinamen»tis & sordibus purgandam.* «

κωδίῳ δὲ ἐζωσμένον, καὶ τὰ ὑποδήματα σπαρτίοις ἐννημένον σαπροῖς. »Sic scribendum. Describit adhuc »sordidum *Telaugis* cultum. Ait, *solitum praecingi pellibus* »*lanatis.* κώδιον Graecis est δέρμα σὺν τοῖς ἐρίοις. Pauperes »& mendici ita amiciebantur, nec non operae rusticae, »ut alibi dicebamus: [ad Theophr. Charact. p. 146 sq.] »utebantur his etiam pro veste stragula. In Equitibus »Aristophanes traducit τὸ τοῦ Κρατίνου κώδιον. Affinia »sunt κώδιον & ζύλακος: nam & ζύλακος scorteum vel »pelliceum saccum significat, aut aliud sacco simile. »Comicus ζυλάκους appellavit Persarum braccas e pelli»bus. *Aeschines* igitur, ut κώδια, sic & ζυλάκους *Telaugi* »attribuebat: quod cognoscimus ex alio Demetrii Phale»rei loco, [sect. 170.] quem ascribam ut illustrem. Χρή-

» σονται ποτε καὶ οἱ φρόνιμοι γελοίοις πρός τε τοὺς καιρούς. a
» οἷον ἐν ἑορταῖς, καὶ ἐν συμποσίοις· καὶ ἐν ἐπιπλήξεσι δὲ πρὸς
» τοὺς τρυφερωτέρους, ὡς ὁ Τηλαυγὴς ϑύλακος, καὶ ἡ Κρά-
» τητος ποιητική, καὶ φακῆς ἐγκώμιον ἂν ἀναγνῷ τις ἐν
» τοῖς ἀσώτοις. Lego, ὁ Τηλαυγοῦς ϑύλακος. Non dubium
» est, intelligi hunc Aeschinis dialogum, de quo etiam
» sub libri finem ea scribit Demetrius quae paulo ante
» protulimus. Verbo unico ϑύλακος obscure indicavit to-
» tius libri argumentum: quia, ut videtur, multus fuerat
» Aeschines in reprehendendo Telaugis amictu. Eodem per-
» tinet calceaminis quo utebatur descriptio: καὶ τὰ ὑποδή-
» ματα σπαρτίοις ἐνημμένον σαπροῖς· & *calceamenta gestantem*
» *contexta e funiculis corruptis ac nihili.* Alibi exponimus hunc
» locum ubertim. « CASAUBONUS. — Videtur in scriniis
habuisse Casaubonus (cum plurimis aliis scriptis, ad quae
saepius remittit lectorem, quae tamen lucem publicam num-
quam viderunt) adumbratum opus de Vestimentis veterum:
quo in opere hunc Athenaei locum copiose pertractare
constituerat. Verba κωδίῳ δὲ ἐζωσμένον, cum corrupta
essent in vetustis codicibus, omisit pro more suo Epito-
mator. Scilicet nomen κωδίῳ a vetere aliquo librario,
cui verbum paulo ante positum κωμῳδεῖ adhuc in mente
versabatur, in κωμῳδίᾳ erat detortum, quod etiam vete-
res nostrae membr. *A.* hoc loco habent. Id editor Ven.
in κωδίᾳ mutavit, quod servatum in aliis omnibus editio-
nibus. At ἡ κωδία longe aliud est, nempe *caput papaveris:*
rectequc Casaubonus monuit, κωδίῳ scriptum oportuis-
se, quod a nobis auctori tandem restitutum. Porro ἐνημ-
μένον, a verbo ἐνάπτω, correximus, praeeuntibus mss.tis.
ἐνῆφθαι δὲ τὰ ὑποδημ. σπαρτ. σαπροῖς scripsit Epitomator. Apud Demetrium l. c. emendationem Casauboni, ut-
pote certissimam, merito in contextum recepit Schneiderus.

καὶ τὸν Λυσίαν δὲ, τὸν ῥήτορα, οὐ μετρίως διαγελᾷ. b
Etiam haec verba, olim corruptissima, praetermisit Epi-
tomator. Cum sic vulgo consentientibus nostris membra-
nis, ederetur, σαπροῖς, καὶ τελέσαντα τὸν ῥήτορα &c.
locum hunc sic reddidit DALECAMPIUS: *eumdem autem*
haud mediocriter irridet, quod rhetorem quemdam initiasset phi-
losophiae mysteriis. CASAUBONUS vero in *Animadvers.* haec
adnotavit: »Pone τελείαν στιγμὴν post vocem σατροῖς:
» & sequentia sic scribe, καὶ Τελέσαντα τὸν ῥήτορα οὐ
» μετρίως διαγελᾷ. Qui non animadverterunt, vocabu-

b »lum Τελέσαντα aliter hic accipi debere quam vulgo uſur-
»petur, mentem auctoris videre non poterant. Eſt vero
»*Teleſas* proprium nomen alicuius oratoris vel rhetoris
»inepti, cuius imperitiam caſtigaverat ridendo Aeſchines.
»Sic autem Graeci multa participia, modo praeſentis,
»modo indefiniti temporis, in propria nomina verterunt:
»cuiusmodi ſunt iſta, ut de multis pauca referamus: *Ara-*
»*ros*, (ἀραρὼς enim,) *Alexamenus*, *Dexamenus*, *Tiſamenus*,
»*Caſſamenus*, (reperies apud Parthenium hoc nomen) *So-*
»*ſomenus*, *Epamynon*, *Paraballon*, & *Parabrycon*. *Teleſanti*
»affinia nomina ſunt *Teleſis* & *Teleſles*. « — Nec erat ve-
ro per ſe utique abſurdum ſtatuere, fuiſſe Aeſchinis ae-
tate imperitum aliquem rhetorem, cui *Teleſanti* nomen
fuiſſet, irriſum exagitatumque ab Aeſchine; quamvis ne-
mo ſit hodie, qui illud rhetoris nomen vel ullibi extra
hunc Athenaei locum legerit, vel fando audiverit. Sed ſi
de obſcuro aliquo & ignoto homine locutus eſſet Athe-
naeus, nude Τελέσαντα ῥήτορα, non τὸν ῥήτορα dicturus
erat. Adiectum τὸν *articulum* indicio eſſe, de *viro* quo-
dam *ſatis noto* agi, intelliget puto quisquis cum Graeci
ſermonis genio familiaritatem aliquam contraxerit. Quare
quum ſatis conſtet, & inimicitias exercuiſſe & inter ſe
obtrectaſſe Aeſchinem Socraticum & *Lyſiam* oratorem;
(vide Laërt. II. 63. ibique Menagium, & ipſum Athe-
naeum noſtrum, lib. XIII. p. 611 ſq.) non dubitavi quin
Toupio adſentirem, in Epiſt. Crit. pag. 147. contendenti,
ſub voce Τελέσαντα hoc loco τὸν Λυσίαν latere.
Et quoniam in Τελέσαντα ſupererat terminatio τα, quae
ex ſeparatâ quadam voculâ detorta videri debebat, quae
vocem Λυσίαν olim excepiſſet; ſuſpicatus ſum, τὸν Λυ-
σίαν δὲ ſcriptum reliquiſſe Athenaeum.

Ἱππόνικον μὲν, τὸν Καλλίου, κοάλεμον προσαγορεύει. τὸν
Καλλίου cum Dalecampio *Calliae filium* interpretatus ſum;
rectius fortaſſe facturus, ſi *Calliae patrem* reddidiſſem. Sa-
tis quippe notum eſt, non magis a patribus filios, quam
ab illuſtribus aut famoſis filiis patres ſubinde apud Grae-
cos fuiſſe cognominatos. *Hipponicus* autem ille, de quo
hîc agitur, famoſi *Calliae* pater; (de quorum utroque
paulo ſuperius dictum, p. 218. b.) quamquam & ipſe Cal-
liam patrem habuit, ut ad Aeliani Var. Hiſt. XIV. 16.
docuit Perizonius, tamen ea aetate, qua iſta ſcripſit Ae-
ſchines, a filio potius (cuius & continuo deinde ipſe Athe-

naeus diſerte meminit) quam a patre cognominari ſoli- b
tus videtur. Nec enim hic de filio quodam eiusdem famoſi Calliae cogitari debet; hic enim, dilapidato immenſo patrimonio, pauper & miſer, nullo quod ſciam filio relicto, obiit. conf. Athen. XII. 537. b. c. & Aelian. Var. Hiſt. IV. 23. Κοάλεμος· ἠλίθιος, ἀνόητος: Heſych. & Suidas. Vox Ariſtophanica, ex Equit. 198. & 221.

λέγει γὰρ, ὡς ὁ μὲν Πρόδικος Θηραμένην μαθητὴν ἀπετέλεσεν· ὁ δ' ἕτερος Φιλόξενον τὸν Ἐρύξιδος, καὶ Ἀριφράδην &c. »Poſtquam dixit auctor, *Aeſchinis dialogum, cui in-*»*dex erat Callias, vituperationem & irriſum continuiſſe duo-*»*rum* celeberrimorum *ſophiſtarum, Prodici & Anaxagorae;* »*quorum priore Theramenes erat uſus magiſtro, poſteriore Phi-*»*loxenus & Ariphrades Arignoti frater*, ſubiungit: ἥλων c
»ἀπὸ τῆς τῶν δηλωθέντων μοχθηρίας καὶ περὶ τὰ φαῦ-»λα λιχνείας ἐμφανίσαι τὴν τῶν παιδευσάντων δίδα-»σκαλίαν. Novum & inſolens auribus meis loquendi ge-»nus, ἢ περὶ τὰ φαῦλα λιχνεία: ſed puto aliter ſcriptum »prius fuiſſe. Imo vero legendum eſt omnino, ἀπὸ τῆς »τῶν δηλ. μοχθ. καὶ περὶ τὰ φαῦλα σπουδῆς, καὶ λιχ-»νείας ἐμφαν. Prodici & Anaxagorae tres diſcipulos no-»minarat & exagitarat Aeſchines, Theramenem, Philo-»xenum, Ariphradem: *ea fine*, inquit Athenaeus, *ut ex* »*diſcipulorum moribus de praeceptorum doctrina fieret iudicium.* »In quo feciſſe Aeſchinem improbe, negare non poſſu-»mus. Neque enim aequum aut fas eſt, ut τὰ τῶν ὁμιλη-»τῶν ἁμαρτήματα, τῶν προεστώτων ſint κατηγορήματα: »ſicut praeclare adverſus Platonem diſputat ſophiſta Ari-»ſtides in ea quam vocavit Κοινὴν Ἀπολογίαν. [Conf. »Xenoph. Memorab. I. 2, 12 ſqq.] Caeterum ex Comi-»cis & aliis ſcriptoribus Graecis nota ſunt eruditis trium »iſtorum diverſi generis vitia. *Theramenes*, cognomento »Cothurnus, varius, inconſtans, & verſipellis.« [vide Ariſtophanis Plut. 546. & ibi Schol. rurſusque ibid. vs. 998 ſqq. Plutarch. in Nicia, pag. 524. a. & Suidam in Θηραμ. ibique Küſt.] »*Philoxenus*, non guloſus, ſed gula mera & ingluvies. [vide Noſtrum I. 6. b. & ibi notata.] »*Ariphrades*, teſtimonio Ariſtophanis in Equitibus [vs. »1278 ſqq. conf. Veſp. 1271 ſq. & ibi Schol.] nequam, »impurus, & infando Lesbiorum morbo infamis. Omnia »haec verbo indicavit Athenaeus: μοχθηρίαν refer ad The-»ramenem; τὴν περὶ τὰ φαῦλα σπουδὴν, ad Ariphradem:

c »λιχνείαν ad Philoxenum. Ita nobis ſemper Muſae fa-
»veant, ut haec emendatio eſt vera, certa, & neceſſaria! «
CASAUBONUS. — In Epitoma totus locus *de Aeſchinis Callia* deſideratur : membranae *A.* vero in vulgatâ ſcripturâ, καὶ περὶ τὰ φαῦλα λιχνείας, nihil mutant. Quam ſcripturam ut ſanam integramque defendens VILLEBRUNIUS, praecedentibus verbis, in quibus nihil deſiderabatur, eam adferendam mutationem cenſuit, quam, ſi vel maxime medicinâ egerent illa verba, nemo Graece doctus admiſſurus erat. Nempe ſic legi vult mirus hic artifex, Ξέλων ὑπὸ τῆς τούτων δυλωθείσης μοχθηρίας καὶ περὶ τὰ φαῦλα λιχνείας &c. Mihi & laborare illa verba, quae Caſaubonum offenderant, viſa ſunt; & tam inſigni veri ſpecie ſeſe commendavit emendatio ab illo prolata, ut in contextum recipienda (nec tamen absque aliqua dubitationis ſignificatione) videretur.

Ἀλκιβιάδου κατατρέχει, ὡς οἰνόφλυγος, καὶ περὶ τὰς ἀλλοτρίας γυναῖκας σπουδάζοντος. Cum in ed. Baſ. per operarum errorem σπουδάσοντος eſſet expreſſum, isque error in editionem Caſaub. eſſet propagatus; in Animadverſionibus deinde haec adnotavit idem CASAUBONUS: »Scribe, καὶ περὶ τὰς ἀλλοτρίας γυναῖκας σπουδάσαν-
»τα. De Alcibiade loquitur; quem teſtantur hiſtorici & »poëtae omnium mulierum fuiſſe virum. « — Eademque adnotatio (mendo in contextu relicto) eodem modo repetita eſt in Animadverſionum editione ſecunda & tertia. Atqui manifeſtum erat, imprudenti excidiſſe Caſaubono illud verbum σπουδάσαντα, voluiſſe autem σπουδάσαντος ſcribere. Nempe ſic ex coniecturâ emendatam voluerat mendoſam editionis ſuae lectionem: qui ſi Venetam inſpexiſſet editionem, veriſſimam ſcripturam σπουδάζοντος erat in ea reperturus, quam eamdem mssti etiam libri omnes tenent. In Excerptis e Codicibus Italicis, quae praeſto erant Caſaubono, non adnotata erat haec ſcriptura; quia collati illi codices fuerant cum exemplo editionis Venetae, quae editio ipſam veram ſcripturam tenebat. Is (ut iam ſaepe obſervavimus) multorum errorum fons fuit, a doctiſſimo Caſaubono partim non animadverſorum, partim etiam commiſſorum.

AD CAP. LXIII.

καὶ παράνομον εἶναι λέγει. Omnino verbum finitum c in ista ῥήσει desiderabatur: quare utique vulgatum λέγων in λέγει mutandum iudicavi. Id ipsum etiam ms. *Ep.* dabat: qui quidem per se in hoc genere, ubi nonnisi de structura orationis quaeritur, non magnam habet auctoritatem; quoniam suo arbitratu saepe, sicut multa omittit, sic in aliis constructionem mutat verborum. Expressus autem in Epit. hic locus in hunc modum: Ἀντισθένης δὲ τὸν αὐτὸν Ἀλκιβιάδην παράνομον εἶναι λέγει καὶ εἰς γυναῖκας &c. Rectius vero haud dubie idem *ms. Ep.* paulo post ὡς τοὺς Πέρσας dedit, quam ὡς Πέρσας, quod erat editum consentiente ms. *A.*

ἢ δ' Ἀσπασία. *Antisthenes* non minus quam Aeschines d (cuius *Aspasia* paulo ante, lit. *b.* memorata est) dialogum, cui *Aspasia* titulus erat, edidit. Vide Diog. Laërt. VI. 17. Perperam Villebrunius haec & quae sequuntur, inde a verbis Ὁ δὲ Πολιτικὸς, rursus ad *Aeschinem* retulit. Πολιτικὸς, qui nominatur a Nostro, haud dubie idem est dialogus, quem Laërtius IV. 16. περὶ Νόμου ἢ περὶ Πολιτείας inscriptum facit.

Ἀρχεστράτου φησὶν εἶναι συμβιώτην, τοῦ παραπλήσια ταῖς ἐπὶ τῶν μιαρῶν οἰκημάτων ἐργαζομένου. *Archestratus*, qui hic commemoratur, fuerit-ne Gelous ille poëta, Γαστρονομίας auctor, cuius frequentissima apud Nostrum mentio, merito dubites cum PERIZONIO ad Aeliani Var. Hist. XI. 7. Nec tamen male convenit quae hîc notatur *Archestrati spurcities* cum ea, a qua se non alienum lurco ille poëta ipse profitetur apud Athenaeum, VII. 310. b. Nam fere ex altero impuritatis genere in alterum provolvi solitos id genus hominum legimus. Vocabulum συμβιώτην, ut edidimus, sic penacute scriptum erat in superioribus editionibus; nescio an & in ms. *A.* In Epitoma haec desunt. Rectius vero acute συμβιωτὴν scripseris. Ad articulum ταῖς, Casaubonus in exemplo editionis Basileensis, quod olim ipsius fuerat, sua manu supplendum nomen πόρναις in ora adnotaverat: quod tamen nomen nec in contextum suae editionis recepit, nec de eo in Animadversionibus monuit. Et satis quidem commode subintelligi potuit vel id ipsum nomen, vel γυναιξὶ, παιδίσκαις, aut tale aliquod; nec opus erat adiecto.

d Vide Suid. in Οἰκήματα. Uſurpaſſe autem Atticos οἴκημα pro πορνείῳ vel χαμαιτυπείῳ ſatis notum: cui ſignificationi mire convenit adiectivum nomen μιαρόν. Nec tamen illa ſcriptura, ἐπὶ μιαρῶν οἰκημάτων, ex vetere quodam libro ducta eſt; ſed tacite a CASAUBONO, ipſius ex coniecturâ, pro ἐπὶ τῶν μικρῶν οἰκ. quod dabant libri, recepta. Sic etiam, multo ante quam Athenaeum ederet, ad oram eiusdem libri, quem modo dixi, ſua manu notaverat idem vir doctus: »Lego μιαρῶν.

καὶ Πλάτωνα δὲ μετονομάσας Σάθωνα ἀσύρως καὶ φορτικῶς &c. Eadem fere repetit Noſter lib. XI. pag. 507. a. conf. Laërt. III. 35. & VI. 16. Unde ductum illud nomen, adnotavit ad Laërtium MENAGIUS; nempe ab ἡ σάθη, *mentula*, *membrum virile*: unde ὁ Σάθων, quaſi *mentulatus*, ſeu *cui ſupellex illa largior*. conf. Schol. ad Theocr. IV. 62. & Heſych. in Σάθει & Σάθων, ibique Interpretes. Quare merito dicit Athenaeus, φορτικῶς, id eſt, *odioſe & inſolenter*, Platonis nomen in eum modum detortum fuiſſe ab Antiſthene. Sed quod adiiciebatur in editis, ἀκύρως, id ſane quovis modo ἄκυρον erat, & ab hoc loco alienum. Peropportune ἀσύρως dedere membr. *A*. niſi quod ἀσυρβῶς, cum accentu in ultima, debuiſſe videtur: id vero eſt, *foede*, *ſpurce*; vel *proterve*, *flagitioſe*; ab adiectivo ἀσυρὸς, quo bis uſum Polybium obſervavimus. Heſychius: Ἀσυρῇ· ἀκάθαρτα: & Ἀσυρές· βδελυρόν· προπετὲς, βλοσυρόν, θρασύ.

e Τούτοις γὰρ τοῖς ἀνδράσιν οὐδεὶς ἀγαθὸς σύμβουλος εἶναι δοκεῖ, οὐ στρατηγὸς νόμιμος, οὐ σοφιστὴς ἀξιόλογος, οὐ δῆμος εὐλόγιστος. Cum, οὐ στρατηγὸς, αὐ μῖμος, vulgo legeretur; adnotavit CASAUBONUS: »Ut hîc men»dum ſuſpectaremus, duo nos admonuêre: nam &, epi»theton ſuum deeſſe voci στρατηγὸς, praecedentia & ſe»quentia demonſtrant apertiſſime; &, *mimos* recenſeri in»ter graviſſimas perſonas, quis ferat aequo animo? Ne »dubita, ineſſe mendum huic loco. Scribo, οὐ στρατηγὸς »νόμιμος, *nemo iſtis videtur dux legitimus*: vel, οὐ στρα»τηγὸς φρόνιμος, *dux prudens*. Sed malo νόμιμος: ne»que aliter ſcriptum auctori. Sic eam vocem Auguſtus »uſurpat in epiſtola ad Tiberium: *Iucundiſſime, & ita ſim »foelix, vir fortiſſime, & dux νομιμώτατε.*« — Vide Sueton. in Tiber. c. 21. ubi monuit Erneſti, νόμιμον dici etiam pro *perito*, *idoneo ad aliquod*, ut de hiſtoricis, philo-

sophis, &c. laudans in eam partem Wesselingium ad Dio- e
dor. lib. I. c. 6. quem utique consuluisse de illius voca-
buli usu iuvabit. Aliàs satis notum est, idem ac δίκαιον
sonare νόμιμον, *iustum & probum virum*; verbi caussa, apud
Xenoph. IV. 6, 5. coll. vs. 6. & apud eumdem in Cyro-
paed. I. 6, 27. ubi δικαιότατός τε καὶ νομιμώτατος ἀνὴρ
etiam de bellico duce dicitur. Utrovis modo accipiendum
hoc loco id vocabulum, non est dubitandum quin re-
stituendum illud hîc fuerit auctori. Mendosum οὐ μῖμος
ex *Epit.* adoptaverat primus editor: paulo propius ad ve-
rum accedebat ὁ μῖμος, quod est in membr. *A.* Ville-
brunius, cum *Casauboni emendationem* non posset non pro-
bare, rursus *Aegio eam subreptam* affirmat: cui ego rursus
eumdem librum, quo Aegianae continentur lectiones, *in-
nocentiae Casauboni* testem oppono.

ἀλλὰ Σωκράτης, ὁ μετὰ τῶν Ἀσπασίας &c. Haec *Da-
lecampius* sic vertit, *& tamen Socrates frequens est cum Aspa-
siae tibicinis, &c.* ut, quo pacto cum superioribus cohae-
reant, prorsus non adpareat. Similiter *Villebrune*, quasi
novi sermonis initio facto: *Quant à Socrate, il est toujours
avec la joueuse de flute*, &c. Equidem, nisi molestiam fa-
cesseret id quod proxime praecessit, οὐ δῆμος εὐλόγιστος,
istud ἀλλὰ Σωκράτης cum superioribus οὐδεὶς ἀγαθὸς σύμ-
βουλος &c. percommode sic cohaerere dicerem, ut ἀλλὰ
idem valeret ac ἀλλ' ἢ vel πλὴν: *Hos homines si audias,
nemo est bonus consiliarius*, &c. *praeterquam Socrates*: atque
etiam tenendo consuetam particulae ἀλλὰ vim, eadem fu-
tura erat sententia, intelligendo ἀλλὰ Σωκράτης μόνος ἐστὶν
αὐτοῖς πάντα ταῦτα: *sed unus Socrates illis est haec omnia*,
nempe *bonus consiliarius* & reliqua. Cui sententiae quum
parum apta viderentur illa verba interserta, οὐ δῆμος εὐ-
λόγιστος: videndum duxeram, ne ex alio quodam nomine
vox δῆμος sit corrupta. Sed de hoc utcumque statuatur,
persuasum habeo, id ipsum fere quod in latina versione
expressi, dixisse hoc loco Athenaeum, aut (rectius ut di-
cam) Democharem, sive quisquis sit auctor e quo hanc
in philosophos invectivam Deipnosophista depromsit.

ὁ μετὰ τῶν Ἀσπασίας αὐλητρίδων ἐπὶ τῶν ἐργαστηρίων
συνδιατρίβων. Invidiose, ac prorsus calumniose dictum.
Sunt enim τὰ ἐργαστήρια (quae in latina versione silen-
tio praeteriit Dalecampius) hîc non, quas Villebrunius
intellexit, *opificum officinae*; sed *officinae Veneris, domus me-*

e *ritoriae;* verbo, *lupanaria:* prorſus ut οἰκήματα. Sic, pro eo quod meretrix vulgo dicitur ἐπ' οἰκήματος ἑστάναι, προεστάναι vel καθῆσθαι, Demoſthenes contra Neaeram, pag. 1367. edit. Reiskii dixit, ὁπόσαι ἂν ἐπ' ἐργαστηρίου κάθωνται.

καὶ Πίστωνι τῷ Θωρακοποιῷ διαλεγόμενος, καὶ Θεοδότην διδάσκων τὴν ἑταίραν, ὡς δεῖ τοὺς ἐραστὰς ἀπολαύειν, ὡς Ξενοφῶν παρίστησιν ἐν δευτέρῳ Ἀπομνημονευμάτων. »*Socratis cum Piſtone thoracopoeo colloquium*, »relatum eſt in literas a *Xenophonte*, *Commentariorum libro* »*tertio*. Sed ille Πιστίαν vocat, [Memorab. III. 10, 9.] »non Πίστωνα. Eodem libro [cap. XI.] habentur & *ſer*»*mones cum Theodota habiti*. Et errat Dipnoſophiſta, ſi, ut »habent omnia exemplaria, ſcripſit ἐν δευτέρῳ Ἀπομν. Sed »eſt fortaſſe exſcriptoris culpa, qui β poſuit pro γ.« CASAUB. — Πίστωνι apud Athenaeum cum editis habent membr. *A*. In *Epit.* haec deſunt: & quae proxime ſequuntur, ſic contracta ſunt, ὁ Θεοδότην τὴν ἑταίραν διδάσκων ἃ οὔτε Νικὼ ἡ Σαμία &c. Pro ἀπολαύειν *Paulus* LEOPARDUS Emendat. lib. VI. cap. 3. ex Xenophonte ἀπελαύνειν vel ἀποκλείειν corrigendum cenſuerat, illa nempe verba reſpiciens ex Memor. III. 11, 10. ὅτι δεῖ τὸν μὲν ἐπιμελόμενον ἀσμένως ὑποδέχεσθαι, τὸν δὲ τρυφῶντα ἀποκλείειν. Cui nemo facile adſentietur: nec enim tam *abigendorum*, quam *venandorum & retinendorum* iuvenum artem edoctam a Socrate Theodotam & Xenophon narrat, & Deipnoſophiſta exprobat Socrati. Inſolens utique videri illa dictio poterat, ὡς δεῖ τοὺς ἐραστὰς ἀπολαύειν. Nam huiusmodi quidem conſtructione verbi, ἀπολαύειν τι (vel ἀγαθόν τι) τινὸς, nihil frequentius; hâc ſententia, *fructum e re quapiam, ſive ex homine, capere:* at cum *accuſativo perſonae*, ἀπολαύειν τινὰ, vix usquam reperias. Si Xenophonteum requireres verbum, τοὺς ἐραστὰς θηρᾶν oportebat: nam in eo tota fere disputatio apud Xenophontem verſatur. vide ibi vs. 6 & ſqq. Sed iſtud quidem nimium quantum a librorum ſcriptura recedit. In promtu foret, τῶν ἐραστῶν ἀπολαύειν corrigere: (conf. Memorab. I. 2, 29.) at id nunc non videtur dicere voluiſſe auctor. Minoribus etiam ambagibus (quandoquidem perſaepe υ & β literas inter ſe permutatas a librariis novimus) ſuſpicari licebat ἀπολαύειν ex ἀπολαβεῖν eſſe detortum; ea notione accepto hoc verbo, qua *intercipere*

aliquem ne effugere poſſit ſignificat. Sed ne hoc quidem te- e
mere accipiendum putem: ac fortaſſe ne ſolicitari quidem
vulgatum debebat. ἀπολαύειν interdum idem ſignificat ac
χρῆσθαι: qua notione manifeſte Xenophon uſurpavit in
Cyropaed. IV. 3, 19. Et ibi quidem cum genitivo caſu
conſtruitur: quod ſi eadem notione cum accuſativo et-
iam conſtruere licuerit, iſta dictio ὡς δεῖ τοὺς ἐραστὰς ἀπο-
λαύειν idem valebit, ac ὡς δεῖ τοῖς ἐρασταῖς χρῆσθαι,
quae ſententia perapte convenit huic loco: *quo pacto oporteat amatoribus uti*, vel, *cum amatoribus agere:* quam in
ſententiam verbo προσφέρεσθαι, eamdem vim habente, uſus
eſt Xenophon in eodem Socratis cum Theodota colloquio,
Memor. III. 11, 9. Ac verbum ἀπολαύειν in eamdem
prorſus ſententiam cum accuſativo caſu conſtructum nus-
quam quidem me reperire memini: ſed tamen pariter pro
χρῆσθαι uſurpatum ſimulque accuſativo caſui iunctum
habemus apud ipſum Athenaeum noſtrum, VI. 237. f.
ubi ἀπολαύειν τὸν βίον, ſonat, *ſuis uti facultatibus.* Alium
locum ex Theophraſto citavit H. Stephanus, ubi pariter
cum ſolo accuſativo (absque genitivo caſu) conſtructum
idem verbum reperitur. Is locus eſt libro III. de Cauſſis
Plantar. cap. 3. ubi haec verba leguntur, ἵνα ἀπολαύῃ
(ſcil. τὰ δένδρα) τὴν προσαύξησιν καὶ τὴν τροφήν. Sed ibi
quidem videndum, ne plane ἀπολάβῃ ſcriptum oportue-
rit, quod idem fere ac ſimplex λάβῃ valeat: *ut incrementum & nutrimentum capiant arbores.*

Νικὼ, ἡ Σαμία. Haec ἡ Ἀτιβόητος Νικὼ vocatur in f
Aſclepiadis Epigr. 14. T. I. Analector. Brunckii pag. 214.
Sit-ne eadem, quae Αἴξ, id eſt *Capra*, cognominata in-
fra memoratur, XIII. 582. e. f. 583. c. neſcio: ſed non
videtur eſſe alia. conf. XIII. 587. a. *Ibid.* Καλλιστράτη,
ἡ Λεσβία. Bellarum iſtarum matronarum recenſum per-
currens, quem Noſter libro XIII. exhibet, huius nomen
non obſervavi. *Ibid.* Φιλαινὶς, ἡ Λευκαδία. De hac vide
VIII. 335. c. d. *Ibid.* ὁ Ἀθηναῖος Πυθόνικος. Hunc *Pythonicum* in numero Scriptorum Eroticorum deperditorum
recenſuit FABRICIUS, Bibl. Graec. T. VI. pag. 830. nulla
alia niſi huius loci uſus auctoritate. *Ibid.* περιττῶς ſcri-
pſi cum membr. *A.* περισσῶς edd.

κατὰ γὰρ αὐτὸν δὴ τὸν Πλάτωνα ἐπιῤῥεῖ δὴ ὄχλος
μοι τοιούτων Γοργόνων καὶ Πηγάσων καὶ ἄλλων ἀμηχάνων a
πλήθει τε καὶ ἀτοπίᾳ τερατολογιῶν τινων φύσεως. —

a »Scribe τερατολόγων τινῶν φύσεων. « CASAUBONUS. — Specioſa videri poterat emendatio: *prodigioſarum quarumdam naturarum.* At τερατολόγος dicitur homo *qui prodigia crepat, qui monſtra narrat:* an de *re monſtroſa* vel *prodigioſa natura* pariter dici potuerit, etiam atque etiam dubito. Contra, ſubſtantivum nomen τερατολογίαι, licet proprie *narrationes prodigioſas & de rebus mirabilibus inſtitutas* ſignificet, tamen nullo incommodo per metonymiam pro eo quod eſt proprie τὰ τερατολογούμενα videtur accipi poſſe. Sic τερατολογίαι φύσεως fuerint *prodigia, monſtra, quae in rerum natura eſſe perhibentur; naturae monſtra quae narrantur.* Quare tenendam putavi ſcripturam, quam cum editis uterque noſter codex mstus tuetur. Quid ſit vero quod iſta verba veluti *ex Platone dućta* adfert auctor; id quidem diu ſtudioſeque quaerens, nihil aliud reperi, niſi quod ERASMUS ad Adagium, Ἐπιῤῥεῖ τὸ ἐξαντλούμενον, p. m. 329. adnotavit, ſpectaſſe Athenaeum illum Platonis locum, qui exſtat libro VII. de Legibus ſub initium: [p. 321. T. VIII. ed. Bip.] ubi tamen nec *Gorgonum*, nec *Pegaſi*, nec ullius alterius *monſtri* fit mentio; unum verbum ἐπιῤῥεῖν occurrit, quod utcumque huc referri poſſit. Ait quidem HENR. STEPHANUS, in Indice Theſauri Graec. Ling. ſub voce Πήγασος, *Platonem apud Athenaeum* τὰς γοργόνας καὶ τοὺς πηγάσους *numerare inter* τὰς τῆς φύσεως τερατολογίας: ſed Platonis locum, ubi tale quid legatur, nullum indicavit. Pro ἀμηχάνων, perperam ἀμηχανῶν ſcribitur in ed. Baſ. & Caſ.

AD CAP. LXIV.

PARMENONIS *verſus*, quibus reliquos convivas obiurgat Ulpianus, quod eorum nemo, poſtquam loqui Maſurius deſiit, verbum ullum faciat, iambi ſunt ſcazontes. — »In eorum *ſecundo*, Σκυθιστὶ φωνεῖ, οὐδὲ κόπτα (vel, »quod eſt idem, κάπτα) γινώσκων, exprimitur homi»nis ebrii ſtupor, qui & rationis & linguae uſum amiſit. »Itaque, licet Graece doctus aut Graecus, *Scythice*, id »eſt, *barbare loquetur*: licet callens literarum, neſciet le»gere, ac ne literas quidem noſcet. « CASAUBONUS. — κόπτα cum editis tenent membr. *A.* κάπτα habet ms. *Ep.* quae videtur Caſaubonus pro *eiusdem literae* diverſis nominibus accepiſſe: quam in ſententiam etiam Euſtathius

in Iliad. κ'. pag. 697, 3. ait, τὸ κάππα στοιχεῖον, κόππα κατὰ γλῶσσαν ἐλέγετο. Quod quidem ſecus eſſe, oſtendunt ea quae Scaliger ad Euſebium & Salmaſius in Exercit. Plin. pag. 626 ſq. docuere. Eſt enim κόππα, ea litera quae latinorum *q* reſpondet, quae in Orientalium idiomatibus *kuph*, *koph*, vel *quoph* vocatur. Confer Heſych. in Κάππα, & in Κοππατίας, ibique Interpretes, tum Solanum ad Lucian. adv. Indoctum, cap. 5. T. VIII. Opp. pag. 364 ſq. & Buherium, in Diſſert. de Priſcis Graecor. & Latinor. Literis, ad calcem Palaeogr. Montf. pag. 568 ſqq. Iam ad id quidem, quod hîc agitur, perinde eſſe poterat utram teneremus ſcripturam: ſed conſultius tamen debuit videri, veterum membranarum fidem ſequi; cum praeſertim vix umquam in eisdem α vocalis cum ο permutata reperiatur, Epitomator autem ſuo arbitratu κάππα (ut notius vulgatiusque nomen) pro κόππα ſcribere potuerit. Unum tamen occurrit, quod ſcripturae κάππα hoc loco prae altera videri poſſit patrocinari: id nempe, quod apud Heſychium legitur: Κάππα· τινὲς δὲ τὸ ἐλάχιστον. Ubi tam docte quidem, quam ingenioſe, τὸ κάκιστον corrigendum cenſuit Buherius l. c. pag. 569 ſq. ſed videndum, ne gloſſa illa ad ipſum hunc *Parmenonis* poëtae locum, quem prae manibus habemus, ſpectet; nam illud οὐδὲ κόππα (vel κάππα) γινώσκων haud adeo abſurde interpretari aliquis potuerit οὐδὲ τὸ ἐλάχιστον γινώσκων. a

Verſ. 3. κεῖται δ' ἀναυδος, ἐν πίθῳ κολυμβήσας. »Scribit Abbreviator ἀναυλος, non invenuſte: imo, ut ego »quidem cenſeo, venuſtiſſime. Ineſt enim alluſio ad utricularios & *pithaulas*: quos neceſſe eſt manere mutos, ſi in »eorum organis ſoni inſtrumenta fuerint corrupta.« Casaubonus. — At noſter ms. *Ep.* cum *A.* & editis ἄναυδος tenet; rectiſſime. De tibiis certe aut de *pithaulis*, quos dicit Caſaubonus, non cogitaverat poëta. ἐν πίθῳ κολυμβήσας, iocoſe dicitur *qui ſe mero ingurgitavit*, quaſi *qui ipſi dolio ſeſe immerſiſſet.*

Verſ. 4. κἀθυπνος, ὡς μήκωνα φάρμακον πίνων. Cum φαρμάκων eſſet editum, adnotavit Casaubonus in *Animadv.* »Corrige operarum errorem φαρμάκων, »pro φάρμακον.« — Non fuerat autem φαρμάκων operarum erratum: ſed id ipſum cum editionibus Ven. Baſ. & Caſ. 1. tenet codex noſter mstus uterque. Recte tamen b

b feciſſe mihi viſi ſunt qui editionem Caſ. 2. & 3. curarunt, quod morem gerentes monito docti viri, φάρμακον ediderint: quod & nos recepimus. Per adpoſitionem iuncta ſunt duo nomina, μήκωνα φάρμακον. Caſaubono praeiverat etiam DALECAMPIUS, latine vertens, *tanquam papaver medicamentum biberit.*

Περὶ ὧν, ὡς ὄντως γεγόνασι. Bene a primo editore adiecta illa ὡς particula, quam ignorant veteres membranae. Epitomator, omiſſis proxime praecedentibus & ſequentibus, nude ſic ſcripſit: Περὶ Γοργόνος Ἀλέξανδρος ὁ Μύνδιος τάδε ἱστορεῖ. *Ibid.* κάτω βλέπον. — »De animali, quod κάτω βλέπον vocatum eſt, cum alii, tum »Aelianus, libro VII. cap. 5. in Hiſtoria Animalium.« CASAUB. — Apud Plinium lib. VIII. cap. 21. ſect. 32. *catoblepas* vocatur: ſic & apud Solinum, & apud Melam lib. III. cap. 3. Mireris vero, apud neminem ex Romanis iſtis ſcriptoribus, hiſtoriae illius, quam de *Marii militibus* ex Alexandro Myndio narrat Noſter, veſtigium ullum reperiri.

c Φέρειν δὲ χαίτην ἀπὸ τοῦ μετώπου καθειμένην. Sic recte codex uterque: qua ratione, βαθὺν πώγωνα καθειμένος, ſaepe apud Lucianum & apud alios.

d τὸ αὐτὸ ποιησάντων ἑτέρων καὶ νεκρῶν γενηθέντων, ἀεὶ τῶν προσφερομένων ἀπολλυμένων. Si ita ſcripſit, e quo haec Athenaeus hauſit, Alexander Myndius, inficete ſcripſit. Ut brevius, ſic haud paulo commodius Epitomator, homo ſane haud abſurdus: πάλιν δὲ καὶ πάλιν τὸ αὐτὸ ποιησάντων ἑτέρων, καὶ τὰ αὐτὰ τοῖς προτέροις παθόντων. Tum continuo idem: ἱστορήσαντές τινες παρὰ τῶν ἐπιχωρίων τὴν τοῦ ζώου φύσιν, μακρόθεν ἐνεδρεύσαντες κατηκόντισαν: omiſſis iſtis, ἱππεῖς τινες Νομάδες, quae ſane parum concinne vulgo poſita ſunt, poſtquam *nullâ interpoſitâ coniunctione* modo dixerat ἱστορήσαντές τινες.

e Ἐκεῖνο — — οὐκέτι πιστὸν, ὡς εἰσί τινες κατὰ τὴν Λιβύην ὀπισθονόμοι καλούμενοι βοῦς. &c. — »Quantum memoriae »Athenaei fidere debeamus, docent quae ſcribit de *bobus* »*retropaſcentibus*: *quorum* ait *nullum hiſtoricum praeter Alexan*»*drum Myndium feciſſe mentionem.* τοῦτο, inquit, ἀπιστόν »ἐστι, οὐδενὸς ἑτέρου ἐπιμαρτυροῦντος ἱστορικοῦ. Id vero »falſiſſimum. Omnium auctorum, qui boum ὀπισθονόμων, »&, ut loquitur Ariſtoteles, ἀναχωρούντων πάλιν πυγη»δὸν, meminerunt, antiquiſſimus (quod ſciri poſſit hodie)

» Herodotus eſt. [IV. 123.] Illius fidem ſecuti ſunt Ari- e
» ſtoteles, DE Partibus Animalium lib. II. cap. 17. Pom-
» ponius Mela, [I. 8. ubi vide quae adnotavit Iſ. Voſ-
» ſius, pag. 595 ſqq.] Plinius, libro VIII. cap. 45. [ſect.
» 70.] &, opinor, quicunque alii de iis aliquid ſcripſe-
» runt.« CASAUBONUS. — Nec praeteriit rem Aelianus, de Nat. Anim. XVI. 33. de quo etiam Abbreviator Athenaei monuit: nam poſtquam quae pluribus verbis Athenaeus expoſuit, in brevia haec contraxit: Ὅτι τὰ περὶ τῶν ὀπισθονόμων βοῶν ἱστορούμενα, οὐκ ἀληθῆ: continuo adiicit: Τί δὲ περὶ τούτων ἱστόρηται, ζήτει εἰς τὸ (ſic notum eſt loqui ſolitos medii aevi Graecos, pro ἐν τῷ) περὶ ζώων ἰδιότητος Αἰλιανοῦ.

AD CAP. LXV.

ἀνατεθεῖσθαί τε τὰς δορὰς ταύτας ἐν τῷ τοῦ Ἡρακλέους f
ἱερῷ, ἐν ᾧ οἱ τοὺς θριάμβους κατάγοντες στρατηγοὶ ἑστιῶσι τοὺς πολίτας. Pro ἀνατεθ. δ' ἐ, quod erat editum, τε dedere membr. *A.* In *Epit.* haec deſunt. De re, quae hîc agitur, miratus ſum quae in ROSINI Antiquit. Roman. lib. I. cap. 5 extr. leguntur: » Peracto triumpho, *in Iovis* » *Capitolini templo* inſtaurabatur convivium: Poſidonius » lib. II. Hiſtoriarum, & ex eo Athen. lib. V. cap. ult. » Licet alii non in ipſo Capitolio, ſed in Capitolii porti- » cibus epulas iſtas apparari ſolitas docuerunt. – – Nec » deſunt qui *in templo Herculis* exhibitum epulum trium- » phale velint, *quod is totum orbem terrarum victor peragraſ-* » *ſet.* P. Crinitus lib. XXIV. de honeſta Diſcipl. c. 5.« — Apud Dionyſium quidem Halic. Antiq. Rom. V. 17. apud Valerium Max. II. 8. 6. & apud Plutarch. in Quaeſt. Roman. num. 80. T. II. Opp. pag. 283. ubi epuli triumphalis fit mentio, locus non deſignatur quo celebrari ſolitum illud epulum. *Templi Herculis* in Capitolio conſecrati nusquam mentionem factam reperio. De *magno Herculis ſimulacro* Romae in Capitolio poſito dedicatoque, vide Livium IX. 44 extr. ibique Drakenb. & Harduinum ad Plin. lib. XXXIV. cap. 7. ſect. 18.

κατὰ τὸν Βαβυλώνιον Ἡρόδικον. HERODICUS *Babylonius*, a incertum an idem cum Grammatico illo, quem *Crateteum* vel *Cratetium* paulo ante nominatum vidimus, p. 219. b. Eumdem vero eſſe, perquam probabile fit ex eo, quod

a ſicuti hîc in ſubiecto *Epigrammate* ridet *Ariſtarcheos*, ſic & Cratetem, a quo ille cognominatus eſt, acrem Ariſtarchi aemulum adverſariumque fuiſſe conſtat. Vide WOLFII Prolegom. ad Homer. pag. 276 ſq. *Epigramma* huius HERODICI, ex hoc loco olim ab Henr. Stephano in Adpendicem Anthologiae pag. 524. relatum, repetiit Brunck, Analector. T. II. p. 65.

Verſ. 1. Φεύγετ' Ἀριστ. ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάττης. Ductum ex Iliad. β'. 159. adnotavit IACOBS ad Anthol. Vol. II. P. I. pag. 194. *Verſ.* 2. τῆς ξουθῆς δειλότεροι κεμάδος. BOCHARTUS in Hieroz. I. 3, 22. pag. 912. verſum iſtum citans, κεμάδα, ait, videri eſſe Plinii *rupicapram*, Germanorum *Gems*, Gallorum *chamois*. De eo animali confer Aelianum DE Nat. Anim. XIV. 14. ubi colore πυῤῥόθριξ eſſe κέμας traditur, ut hoc loco ξουθός. Valet enim ξουθὸς idem ac πυῤῥὸς, Heſychio interprete. Intelligendam videri *antilopen reduncam*, quam Pallas vir doctus deſcripſit, monuit SCHNEIDERUS ad Aelian. l. c.

Verſ. 3. γωνιοβόμβυκες. »*qui in angulorum tenebris & ſordibus verſantur.*« IACOBS l. c. p. 195. *Ibid.* μονοσύλλαβοι. »*qui vocularum minutias tractant:*« ERASMUS, Adag. pag. 153. Similiter Germani dicunt, *Wortklauber und Sylbenſtecher*. Longe vero alia notione idem vocabulum accipitur in proverbio illo, Πᾶς δεσπότης δούλῳ μονοσύλλαβος· τὸ δ' ἱκετεύειν μακρόν: apud Eraſmum l. c.

Verſ. 4. τὸ σφὶν, καὶ σφῶϊν. »Lege, τὸ σφὶν καὶ τὸ σφῷν.« PIERSON ad Moerin pag. 340. Vulgatum καὶ σφῶϊν perſpicue tenet codex mstus uterque. *Verſ.* 5. δυσπέμφελοι. Idem valet ac δυσάρεστοι, δύσκολοι, id eſt, *difficiles*, *moroſi*. Vide Heſych. in δυσπέμφελος, & Euſtath. ad Iliad. π'. pag. 1111, 41 ſqq. Recepit autem iſtam ſcripturam primus editor ex Epitoma, quae id in contextu habet; fortaſſe ex Abbreviatoris ingenio. In vetuſtis quidem membranis *A.* δυσπέμφελον ſcribitur, quod & in codd. Pariſ. *B.* & *C.* reperit Villebrune, & in noſtro ms. *Ep.* inter lineas a prima manu adnotatum: quod ipſum vide ne verum ſit, ex Iliad. π'. 748. interpretandum, ubi πόντος dicitur δυσπέμφελος, id eſt, δυσχείμερος, τραχὺς καὶ ταραχώδης, *mare aſperum*, *tempeſtuoſum*, *non facile transmittendum*.

Κατὰ γὰρ τὸν κωμῳδιοποιὸν Ἄναξ. Rurſus, ut conſtanter alibi, κωμῳδιοποιὸν dedere membr. *A.* ubi κωμῳ-

δοποιὸν edd. & κωμικὸν *Epit.* ANAXANDRIDAE iambos in Excerpta ſua retulit *Grotius* pag. 644 ſq. unde Latinam verſionem mutuati ſumus. *Verſ.* 3. οἱ δέ γ' αὐτοῖσιν σοφοί. οἱ δ' αὐτοῖσι σοφοὶ ms. noſter uterque. γε particulam opportune inſeruit primus editor. αὐτοῖσιν, adiectâ *ν* literâ, quam ignorabant editi cum msstis, flagitabat metri ratio. b

ἀναχωροῦντες οἱ πολλοὶ λελῃθότως, διέλυσαν τὴν συνουσίαν. Poſtrema verba Dalecampius reddidit, *convivium ſolutum eſt.* Id Graece ſonaret, διελύθη ἡ συνουσία. At hoc non dicere voluit Athenaeus: certe non modo continuatur coenae narratio per totum opus, verum etiam initium demum capit Coena proprie nominata, & legitima, ab eis quae libro VII. exponuntur: tribus continuis autem libris, quarto, quinto & ſexto, nihil aliud continetur niſi ſermones per id temporis ſpatium habiti, quod inter *Guſtationem*, quae dicitur, & *Coenam ipſam* interponebatur. Vide Caſauboni Animadv. ad initium libri quarti rurſusque ad initium ſexti libri. Quapropter hoc loco dicere non potuit auctor, *ſolutum eſſe nunc convivium;* ſed hoc dicit, *complures e convivis*, guſtando puta ſatiatos, non exſpectata coena, e conſeſſu exceſſiſſe. Mireris tamen quid ſit quod οἱ πολλοὶ dicat, quod non tam, *multos* aut *complures*, ſignificat, quam, *plerosque:* cum tamen eosdem fere e convivis, qui adhuc verba fecerunt, deinde etiam ſequentibus libris differentes inducat auctor. Malebam πολλοὶ, pro οἱ πολλοί: ſed nihil discrepantiae e membranis *A.* adnotatum: in Epitoma vero deeſt poſtrema ῥῆσις huius libri.

Mihi, exitum huius Libri cum ſequentis exordio conferenti, viſum nonnumquam erat, ſimiliter feciſſe Athenaeum atque noſtra aetate nonnulli faciunt auctores, qui opus exorſi per plura quaedam volumina continuandum, in parte operis reſiſtentes, finem ſe facere velle totius ſimulant, patientiae parcituros Lectorum; mox vero deinde initio ſequentis voluminis profitentur, crebris multorum poſtulationibus exorari ſe paſſos eſſe, ut denuo manus operi admoverent, atque inſtitutum ad finem perducere conarentur.

ANIMADVERSIONES IN ATHENAEUM.

AD LIBRI SEXTI

CAP. I.

p. 122 a Ἐπειδὴ ἀπαιτεῖς, συνεχῶς ἁπάντων, ἑταῖρε Τιμόκρατες, τὰ παρὰ τοῖς δειπνοσοφισταῖς λεγόμενα, &c. — » Etiam » hic liber sermones refert habitos inter Gustationem & » legitimam Coenam, sicut diximus quarti initio. Appa- » ret moris fuisse, ut satis longa interponeretur mora in- » ter utrumque cibum. Nam hoc intervallo temporis fa- » cit auctor pronunciata esse, quae ipse libris quarto, » quinto, & sexto est complexus. Sed iam Coena inci- » piebat apponi, cum ea dicerentur quae liber iste [liber » hic] continet. Ait enim non longe a principio, [pag. » 224. b.] Ἐπεισῆλθον ἡμῖν παῖδες, πλῆθος ὅσον ἰχθύων » φέροντες: & sub finem iterum, [pag. 262. b.] παρεφά- » νη πλῆθος οἰκετῶν τὰ πρὸς τὴν ἑδωδὴν εἰσκομίζοντες. [conf. » pag. 270. e.] Ordo in his sermonibus, qui quidem e » rerum natura pendeat de quibus agitur, nullus est: in- » est tamen aliquis, ab auctoris ingenio & dispositione » profectus. Elegantissimo enim artificio variae de variis » rebus dissertationes ita invicem nectuntur, ut anuli ca- » tenarum. Prior semper sermo posteriori ansam praebet: » posterior, ex priore ortus, non ante desinit, quam » novae alicui disputationi occasionem produxerit. Prae- » cipua libri huius capita adnotata sunt ab auctore non » longe a principio: [pag. 228. c. d.] item a nobis cum » cura, in *Operis totius Synopsi*. Initio producuntur *Eclo-* » *gae* aliquot *veterum Poëtarum, quibus comparantur inter se*

» *Comoedia & Tragoedia.* Nam, cum primis libri huius ver- a
» bis dixisset auctor, *Timocratem sodalem suum novos a se*
» *subinde sermones exigere;* nata inde est occasio recitandi
» *versiculos Antiphanis*, qui *Comoediam contendens cum Tragoe-*
» *dia*, dixerat, *omnia in illa nova & inaudita esse afferenda :*
» *in hac, omnia vulgata & omnibus nota.* Similiter & cae-
» terae partes invicem connectuntur : quod facile obser-
» vabunt lectores, semel a nobis admoniti. « CASAUBO-
NUS. — Quam *Operis totius Synopsin* dicit doctus Com-
mentator, ea cum aliis ad Athenaeum *Prolegomenis*, in
Praefatione Animadversionum promissis, lucem publicam
numquam viderunt; ut alibi iam a nobis observatum.
Tragoediae & Comoediae collatio, quam initio huius libri
complurium Poëtarum verbis instituit, eo spectat, ut,
cum Timocrates videatur suspicari, (id quod res erat)
omnes has Deipnosophistarum Disputationes fictas esse,
& totam operis descriptionem universumque institutum
nonnisi ingenio Athenaei deberi, Athenaeus contra con-
tendat, (non serio utique, sed quo universi instituti ra-
tionem tenoremque servaret) non, ut in Comoediae com-
positione, omnia suo ex ingenio esse ducta; sed, perinde
atque in Tragoedia, cum universi argumenti summam tum
personarum partes iam ante ipso facto definitas descri-
ptasque, &, (ut ipsius verbo utar, ex pag. 223. d. &
224. b.) *datas* fuisse: ita quidem, ut iam ipse non tam
dare has Deipnosophistarum disputationes Timocrati, quam
reddere, possit. Possis quidem istud *reddere*, non *dare*, in
eam etiam partem accipere, quod totum opus revera
nihil fere, quod Athenaeo proprium & ex eius ingenio
ductum sit, contineat, sed omnia ex aliis auctoribus ex-
cerpta atque congesta. At visus est mihi id ipsum magis,
quod modo dicebam, Deipnosophista noster spectasse.

τὰ παρ' Ἀντιφάνει λεγόμενα ἐν Ποιήσει. »No-
» lim temere fidem librorum damnare, qui in *ANTIPHA-*
» *NIS* nomine hic consentiunt: puto tamen, *Poësin*, quae
» hic nominatur, eam esse fabulam, quam pars veterum
» Criticorum *Aristophani* adscribebat, pars *Archippo.* Au-
» ctor vitae Aristophanis: [pag. XIV. ed. Küsteri.] Ἔγρα-
» φε δὲ δράματα μδ'. (Suidae codd. νδ'.) ὧν ἀντιλέγε-
» ται τέτταρα, ὡς οὐκ ὄντα αὐτοῦ. ἔστι δὲ ταῦτα, Ποίη-
» σις, Ναυαγὸς, Νῆσοι, Νιόβη· ἃ τινες ἔφασαν εἶναι τοῦ
» Ἀρχίππου. Qui *Antiphani* attribuat, novi praeterea ne-

a » minem. Neque vero dubium eſt, ſocordiâ exſcriptorum » *Antiphanis & Ariſtophanis* nomina multis locis fuiſſe cor- » rupta, altero alterius loco poſito.« CASAUBONUS. — Cum vetuſtae membr. *A.* tum ms. *Ep.* hoc loco *ANTIPHANIS* nomen tenent. Confer notata ad VI. 261. f. Latinam verſionem eclogae ex huius poëtae fabula, *Poëſi*, a GROTIO mutuari ſumus, qui eam eclogam exhibuit in Excerptis ex Tragoediis & Comoediis Graecis p. 622 ſq.

Verſ. 2. εἴ γε πρῶτον οἱ λόγοι. Sic percommode codex ms. uterque cum editis. εἴ γε, *ſiquidem, quandoquidem, nam:* quam particulam Grotius, neſcio quid ſpe-
b ctans, in εὖ γε mutavit. *Verſ.* 5. Οἰδίπουν γὰρ ἄν γε φῶ. Voculas ἄν γε opportune ex ingenio inſeruit primus Editor: quibus carere verſus non poteſt, niſi aliud neſcio quid intercidiſſe ſtatuas. *Verſ.* 10. εἴρηχ' ὅτι pro εἴρηκεν ὅτι ſcripſit Grotius: quem ſecuti ſunt Bentlei, in Epiſt. ad Millium pag. 17. & Hermann, DE Metris, p. 155. Potuit tamen, ſalvis legibus iambici metri, vulgatum teneri, quod & diſerte uterque codex mstus tuetur. Tertius pes dactylus eſt; quartus, anapaeſtus.

Verſ. 11 *ſqq.* ἀγανακτῶν δ' Ἄδραστος εὐθέως ἵξει, πάλιν τ' ἄπεισι. *&c.* » *Verſus XII.* eſt hypermeter: ἵξει » πάλιν τί πείσεθ' ὅταν μηθὲν δύνωντ' εἰπεῖν ἔτι. Duo » nempe in unum conflati: ſed quorum priorem etiam » membranae exhibent imperfectum. Sic illae:

» ἵξει, πάλιν τ' ἄπεισι . . . . . .
» Ἔπειθ' ὅταν μηδὲν δύνωντ' εἰπεῖν ἔτι,
» κομιδῇ δ' ἀπειρήκασιν ἐν τοῖς δράμασιν,
» αἴρουσιν ὥσπερ δάκτυλον τὴν μηχανὴν,
» καὶ τοῖς θεωμένοισιν ἀποχρώντως ἔχει.

» Aſcripſimus plusculos verſus, quia eos interpres acci- » pit contra mentem poëtae, qui hoc potius voluit: *Tra-* » *gicos, quando ipſis haeret aqua, ut neſciant quid dicant,*
c » *ſed plane in textura fabularum ſuarum ſunt ita impediti, ut* » *victos ſeſe fateri neceſſe habeant, machinam attollere loco* » *digiti aut manus, atque ita ſpectatoribus ſuis abunde ſatis-* » *facere.* Ineſt in his, quod non attendunt docti, tacita » comparatio tragicorum poëtarum cum athletis: quod » declarant voces ἀπειρήκασιν & αἴρειν δάκτυλον. Athle- » tae cum antagoniſtis palmam de ſe coguntur concede- » re, ἀπαγορεύειν dicuntur: ſolitique iidem, in teſtimo- » nium ἵπτας, manum attollere, ut ex Plutarcho atque

» aliis notum. Poëtae huic, *αἴρειν δάκτυλον*, quod Plu- c
» tarcho *τὴν χεῖρα ἀναπείνειν*. Ergo, *ut athletae victi ma-*
» *num tollunt: sic Tragici, cum expedire se non possunt, ma-*
» *chinam*, id est, *Deum e machina repente faciunt prodire.*
» Sed melior longe conditio Tragicorum: illi enim, cum
» manum tollunt victoriam amittunt: hi, machinam tol-
» lentes vincunt, & spectatoribus suis alunde satisfaciunt.« CASAUBONUS. — Vide Plutarchum in Lycurg. T. I. Opp. pag. 52. a. & ibi Xylandri Adnot. eumdemque Plutarch. in Apophthegm. Lacon. T. II. Opp. pag. 228. d. Adde Ciceron. de Consolat. apud Lactant. III. 28. & Virgil. Aeneid. XII. 936. quibus cunctis quidem locis formula ista usurpatur, *manum tollere*, *palmas tendere*; non, *digitum tollere*. Apud Persium vero, Satyr. III. 119. ubi poëta ait, *digitum exsere*, *peccas*; adnotavit vetus Scholiastes: *Digito sublato ostendere, victum se esse a vitiis; tractum a gladiatoribus, qui victi, ostensione digiti, veniam a populo postulabant.* At ibi recte alii monuere interpretes, in longe diversam partem accipiendum illud, *digitum exsere*; ex Stoicorum praecepto interpretandum, quod *ne digitum quidem temere exserendum* monet, id est, *ne minimam quidem rem temere agendam*: de quo vide Epicteti Differt. II. 11, 17. & ibi notata. Et in eam fere partem GROTIUS hoc loco verba poëtae accepisse videtur, cum latine sic redderet, *tam facile, quam digitulum*, (id est, minimo motu, levissimâ operâ) *tollunt machinam.* Reperiuntur tamen alia loca, apud Latinos quidem scriptores, ubi formula illa, *digitum tollere*, haud dubie a *pugilibus victos se professis* ducta est. Vide Petri Fabri Agonistic. lib. I. cap. 8. & Basil. Fabri Thes. Erud. Scholast. ex recensione Matth. Gesneri, voce *Digitus*, num. 3. Quare haud invitus equidem Casauboni amplectar interpretationem. Iam, ut ad superiora paulisper redeamus: ad verba illa, *Vers.* 11 *sq.* *ἀγαναντῶν δ' Ἄδραστος εὐθέως ἴξει*, opportune adnotavit GROTIUS: »In
» *Alcmaeone* tragoedia erat colloquium Alcmaeonis cum
» *Adrasto*. Vide Plutarchum de Legendis Poëtis.« Exstat Plutarchi locus haud procul a fine illius libelli, T. II. Opp. pag. 35. d. Eamdemque rem repetit idem auctor, in libello DE Capienda ex Inimicis Utilitate pag. 88 extr. & seq. Deinde *Vers.* 12 *sq.* idem GROTIUS censuerat: »Ma-
» le ex superiori versu (in vulgata olim scriptura) repe-
» titum fuisse *τί πείσεθ'*.« Et, vulgatum *ὅταν μηδὲν δύ-*

c νωντ', *a se ob connexionem in* ὅτε δὲ μηδὲν δύναντ' *mutatum esse*, ait. Quod si mireris, vocabuli πάλιν nullam prorsus rationem ab eodem Grotio fuisse habitam, sciendum est, in editione Ven. & Bas. (quarum lectionibus saepe plus ille tribuit, quam lectionibus Casaubonianis) sic scriptum fuisse *versum duodecimum*,

ἥξει τί πείσεθ' ὅταν μηδὲν δύνωντ' εἰπεῖν ἔτι:

tum deinde demum sic edidisse Casaubonum,

ἥξει πάλιν τί πείσεθ' ὅταν μηθὲν δύνωντ' εἰπεῖν ἔτι:

insertâ particulâ πάλιν, quae, ut inserenda isto loco, adnotata erat in lectionibus Aegianis. Iam, si vetustae membranae ita scriptum hunc locum exhiberent, quemadmodum Casaubonus in Animadvers. dixit:

ἥξει πάλιν τ' ἄπεισι. . . . . .
Ἔπειθ' ὅταν μηδὲν δύνωντ' εἰπεῖν ἔτι:

nulla prorsus ratio fuerat, cur vel minimum dubitaremus eamdem adoptare scripturam. At totus locus, inde a verbis ἀγανακτῶν δ' Ἄδραστος, usque ἀποχρώντως ἔχει, deest Epitomae; in vetustissimis vero membranis *A.* sic scribitur: ἥξει πάλιν ταπεισιθ' ὅταν μηθὲν &c. Verum vel sic, quamquam non quovis modo certissima, tamen perquam probabilis erat coniectura Casauboni, (sive illius librarii e cuius codice is eam, quam dixit, lectionem excerpram reperit) cum statueret, veterem illam scripturam, πάλιν ταπεισιθ' ὅταν, ex ista corruptam decurtatamque esse, πάλιν τ' ἄπεισι. ἔπειθ' ὅταν &c. Quare, certius nihil habens, hoc amplexus sum. Caeterum scripturam μηθὲν, satis quippe probatam, tenui: quae praeter necessitatem in μηδὲν mutata est in ed. Cas. 2. & 3. postquam ipse Casaub. in Animadv. ita scripserat. Villebrunius, poëtae verbis Gallice sic conversis: *Adraste paroitra en colere, mais il s'en retournera* * . . . . *Lorsque les poëtes tragiques n'ont plus rien à dire, &c.* hanc subiecit adnotationem: »*Je suis le manuscrit A, auquel se* »*rapporte l'abrégé; c'est une allusion à ce que fit Adraste: il* »*alla assiéger Thèbes, & s'en retourna sans succès.*« Ubi, recte-ne, an secus, verbum ἄπεισι acceperit de *reditu Adrasti ab urbe Thebanorum*, non definire ausim. Illud mihi videor intelligere, *in codice misto Hermolai Barbari* (quem ille nota *A.* nos notâ *B.* insignire consuevimus) eodem fere modo atque in membr. *A.* scriptum esse istum poëtae locum. Verbis illis, *au quel se rapporte l'abrégé*, quidnam si-

gnificaverit Vir doctus, me nescire profiteor. Illud scio, de *Epitome* haec accipi non posse: cum, quod totus locus (ut modo dictum) in Epitoma desideratur, tum quod Epitomâ numquam usus est Villebrunius; quamquam, si modo uti voluisset, ad manus ei fuerat idem ille optimus codex, cuius usura nobis est concessa. *Versu* 14. pro ἀπειρήκασιν, perperam ἀπειρηκόσιν scribitur in membr. *A.*

Vers. 18. Cum sic olim ederetur, a

εὑρεῖν ὀνόματα καινὰ, κἄπειτα τὰ διωκημένα,

recte monuit CASAUBONUS: »Tolle vocabulum superfluum κἄπειτα: versum enim vitiat, nec multum sententiam adiuvat.« — Pariter GROTIUS, abiectâ illâ voce, adnotavit: »Quod hic ante τὰ praecedebat κἄπειτα, »extrusimus, ut sensui abundans, versui noxium.« — Quibus obsequi non dubitavi, licet importunam vocem teneant cum editis ambo codices msti.

Vers. 20. παραλίπῃ. Perperam παραλείπῃ ms. *A.* *Vers.* 21. Χρέμης τις ἢ Φείδων τις ἐκσυρίττεται. »Senum comicorum nomina sunt *Chremes* & *Phidon*. Probabam »scribi, Χρέμης τίς, ἢ Φείδων τίς ἐκσυρ. mutato accentu »in vocula τίς, commodiore aliquanto sententiâ. Sed »vulgatam lectionem firmat ultimus versus.« CASAUBONUS. — Quid lucraremur, si τίς acuto accentu scriptum esset, exputare equidem non potui. Temere Φίδων, pro Φείδων, est in ms. *A.* perpetuâ vocalium ι & ει permutatione. *Vers.* 22. ταῦτ' ἔξεστι ποιεῖν. *Haec licet facere*: nempe παραλείπειν, id est, *praetermittere* nonnulla quae vel ad signandam personam, vel ad ipsam rem, quae agitur, planiorem faciendam videri possint pertinere: horum igitur nonnulla, immo etiam multa praetermittere licet in Tragoedia, quia & res & personae iam aliunde notae sunt spectatoribus.

Δίφιλος δ' ἐν Ἑλενηφοροῦσιν. Cum mendose scriptus esset fabulae index, monuit CASAUBONUS: »Scribe »Ἑλενηφοροῦσι. Festi nuncupati Ἑλενηφόρια Pollux memi»nit extremo opere. Codex Huraldinus, ἐν Ἐλεωνηφορου»ροῦσι: quasi fuisset huius Diphileae fabulae index, οἱ »Ἐλεώνην φερουῦντες: *Praesidium Eleonae.* Non placet; »non una de causa.« — Vide Polluc. X. 191. ibique Hemsterh. Nomen invenit festum a vase quodam, *Helena* dicto, in quo arcana sacra gestabantur. Pro Ἑλενηφόρια apud Pollucem codex mstus Ἑλενοφόρια habet, quod

a magis placet. Mendoſa noſtrarum membranarum ſcriptura Ελαιωνηφορουσιν, praeterquam quod ε cum αι ſuo more permutavit librarius, fortaſſe ex duplici lectione orta eſt, cum ſuper ελενηφορ. notata eſſet vocalis ο, ſcripturam ἐλενοφορ. indicans: quae vocalis deinde temere intra ipſam vocem recepta, atque etiam in ω mutata eſt.

Ὦ τόνδ' ἐποπτεύουσα &c. Verſus dramatis comici factos ad imitationem Tragicorum, exhibet GROTIUS in Excerpt. p. 784 ſq. unde verſionem Latinam Graecis noſtris ſubiectam depromſimus. *Verſ.* 2. Βραυρῶνος ἱεροῦ &c. *Brauron*, locus Atticae prope Marathonem, in quo Dionyſia celebrabantur, ut docet Suidas ex Ariſtophanis Schol. ad Pac. 874. Ibidem erat vetus Dianae ſignum, teſte Pauſania, lib. I. cap. 23. & celebrabatur feſtum Dianae Brauroniae, ut Heſychius adnotavit. Plura dabit Iungerm. ad Polluc. VIII. 107. & Meurſ. de Populis Atticae, & in Reliquis Atticis cap. 3.

AD CAP. II.

b Τιμοκλῆς δ' ὁ κωμῳδιοποιὸς &c. »Sequitur *TIMOCLIS* »elegantiſſimus locus, qui ita incipit:

»Ὦ τὰν ἄκουσον ἤν τι σοι μέλλω λέγειν:

»ubi malim, ὅ τι σοι μέλλω (aut, ut ſcribitur alibi, δο»κῶ) λέγειν.« CASAUBONUS. — *Alibi*, quod ait vir doctus, id eſt, apud Stobaeum, Serm. CXXIII. ed. Geſn. ubi pariter ac hic apud Noſtrum ἤν τι ſcribitur. Exhibuit hos verſus graece latineque GROTIUS in Florilegio, pag. 508 ſqq. unde verſionem Latinam huc transtulimus.

c *Verſ.* 3. πολλὰ λυπῆρ' ὁ βίος. Sic edd. apud Noſtrum. Apud Stobaeum λυπήρ' ſcribitur. λυπηρὰ ὁ βίος exſerte noſtri mssti *A.* & *Ep.* In *verſu* 5. duo verba γὰρ νοῦς, quae cum Stobaeo agnoſcunt apud Noſtrum membr. *A.* & editi, deſunt in ms. *Ep.* ſed vacuo nonnullo ſpatio relicto.

Verſ. 9. Paulo concinnior videri poterat verborum ſcriptura, quam exhibebant editi, ὁ μὲν γὰρ ὢν πένης. Sed ſequi debui codicum noſtrorum fidem, quorum uterque ὁ μὲν ὢν γὰρ dabat. Et ms. *Ep.* quidem ſic habet, ὁ μὲν, ὢν γὰρ πένης, commate poſt μὲν interpoſito. Non placet quod ex Stobaeo Grotius tenuit, ὢν μὲν γὰρ: nam

adiecto opus erat articulo. *Verſ.* 10. Praetuli πτωχ. c
αὐτοῦ, quod cum Stobaeo dabant veteres noſtrae membranae. αὐτοῦ edd. cum ms. *Ep.* Conf. vs. 19. *Ibid.* τὸν Τήλεφον. De *Telephi paupertate* confer (quem ad Apollodori Biblioth. III. 9, 1. Heynius laudavit) Ariſtophanem Nub. 918. & Ran. 866. ibique Spanhemium. Notum Horatianum, ex Arte Poët. *Dolet ſermone pedeſtri Telephus & Peleus, cum pauper & exſul uterque* &c. Adde Noſtrum, pag. 223. e.

Verſ. 12. Vulgatam ſcripturam, ὁ νοσῶν δὲ μανικῶς, tenet codex noſter uterque: haud dubie vero praeſtabat ὁ νοσῶν τι μανικὸν, quod eſt apud Stobaeum.

Verſ. 13. Ὀφθαλμιᾷ τις; εἰσὶ Φινεῖδαι τυφλοί. »Verſum hunc ſic edidimus, fidem ſecuti Abbreviato»ris, in cuius Excerptis ita ſcriptum diſerte. Quod ſi »haec lectio vera eſt, de *Phineo* aliter quam alii ſenſit »Timocles. Non enim *Phinei liberos*, ſed *ipſum* oculis ca»ptum narrant poëtae. In Stobaeo editum, ἴσιφον ἴδε τυ»φλόν: nec multo aliter veteres Athenaei membranae, »οἵσι φινίδε τυφλόν. Docti emendant ex coniectura, Οἱ»δίπουν εἰσίδε τυφλόν: nos legebamus, Φίνε' εἴσιδεν τυ»φλόν: quam γραφὴν & Turnebus in ſuo codice ad»notarat. Teſtificati ſunt quidam, reperiſſe [ſe] in ve»teribus, εἰσὶν Ἀρνίδαι τυφλοί: de quo docti cogitent. »Nos vero conſenſus omnium msstorum, de quibus ali»quid exploratum habemus, impellit, ut Diphilum a »caeteris diverſum poëtis, ita ſcripſiſſe ut editum eſt, »cenſeamus: nam etiam in magni Meſſaei codice, ita li»quido ſcriptum.« CASAUBONUS. — Quas *Athenaei membranas* Caſaubonus ait foedam illam ſcripturam habere, οἵσι φινίδε τυφλόν, eae (quod ſciam) nullae ſunt; niſi forte depravatiſſimus codex, e quo iſtud monſtrum in editionem Ven. tranſiit, indeque in editionem Baſ. propagatum eſt. Veriſſimam ſcripturam, εἰσὶ Φινεῖδαι τυφλοὶ, quam ex ſuo codice Epitomae primus HOESCHELIUS depromſerat, communi conſenſu & noſter codex *Epit.* & membranae *A.* & Romanus codex Aegii, & Huraldi Meſſaei liber, denique (ut ad extremum ipſe Caſaubonus profiteri videtur) libri omnes mssti tuentur. Eamdemque merito in Florileg. recepit GROTIUS, ſubiectâ hac Adnotatione: »Ἴσιφον εἶδεν τυφλὸν (apud Stobaeum) libri ha»bent etiam mssti. At, quam repoſuimus, lectionem apud

» Athenaeum exſtare, Salmaſius monuit. Fabulae memi» nit Apollonii Scholiaſtes, & citantur tragoedíae eius ar» gumenti.« — Utique *Phineum* ipſum, ut ait Caſaubonus, oculis captum fuiſſe narrant poëtae; in his Apollonius Rhodius, Argonaut. II. 184. ſed cauſſa poenae fuit, (ut docent alii; in quibus fuit Sophocles, teſte Schol. Apollon. ad II. 178.) quod *ipſe duos filios* ſuos e priori matrimonio ſuſceptos, novercae calumniis incitatus, *excaecaverat*. Confer Apollodori Biblioth. III. 15, 3. ibique Heynii notata.

d *Verſ.* 19. τὰς αὐτὸς αὐτοῦ συμφ. Sic ms. *Epit.* (puto & membr. *A.*) cum Stobaeo. αὐτὸς αὐτοῦ edd. Vide ad verſ. 10.

AD CAP. III.

ἀποδίδομέν σοι τὰ τῶν δειπν. λείψανα, καὶ οὐ δίδομεν. *Non damus tibi;* (id eſt, *non donamus, tamquam de noſtro:*) *ſed reddimus*, & *tradimus, prouti accepimus*. Vide quae ad initium huius libri adnotavimus. *Ibid.* ὡς ὁ Κοθωκίδης φησὶ ῥήτωρ &c. » *Orator Cothocides, qui Demoſthenem irriſit* propter ſubtilem diſtinctionem inter δοῦναι & » ἀποδοῦναι, eſt *Aeſchines*. Utriusque loci extant hodie, » noti vel iis qui nondum aere lavantur.« CASAUBONUS. *Cothocidem* Aeſchinem adpellavit ipſe Demoſthenes, pro Corona, pag. 288. ed. Reisk. Nempe, τὸν δῆμον Κοθωκίδης erat Aeſchines, ut docet auctor vitae eius, in Reiskii Orat. Graec. Vol. III. pag. 12. Ipſius *Aeſchinis verba* huc ſpectantia, leguntur in Orat. contra Cteſiphont. pag. 475 ſq. ed. Reisk. ubi vide quae a Brodaeo & Tayloro adnotata ſunt. *Demoſthenis* locus, quem ſpectaverat Aeſchines, extat in Orat. De Haloneſo, pag. 77 ſq. Ἁλόννησον, ſimplici litera *ν* in media voce, dedere ambo noſtri mssti, quemadmodum editur apud Demoſthenem & Aeſchinem & apud Stephanum Byzant.

c Ὅπερ Ἀντιφάνης -- ἐρεσχελεῖ. Rectam verbi ſcripturam tenet ms. *Ep.* cum editis. Partem verborum *ANTIPHANIS*, quae adponit Noſter, citavit etiam Plutarchus in Demoſth. pag. 850. b. c. Quam vero in ſententiam dictum ſit apud poëtam illud, ἀπέλαβεν ὥσπερ ἔλαβεν, haud ſatis adparet. Prima ſpecie videatur hoc dici,

paterna bona recepit, recuperavit, ſicut acceperat. At cum in e tali dicto nullum inſit acumen, quod tamen quaerendum videtur in eius ſermone, qui iſta apud Antiphanem loquitur; ſuſpicatus ſum, in alium nescio quem ſenſum ab illo detortum eſſe verbum ἀπέλαβεν. Fortaſſe, anſam capiens ab illo verbi ἀπολαμβάνειν uſu, quo *ſeorſim ducere* ſignificat, (de quo uſu vide quae collegit Wetſtenius ad Marc. VII. 33.) iocoſe ἀπέλαβε dixit, pro ἀπέβαλε, *perdidit, diſſipavit.*

In *ALEXIDIS verſu* 1. nullâ interpoſitâ diſtinctione in ed. Ven. & Baſ. legebatur, Ἀπέλαβες τουτὶ δ' ἔστι τί ὃ παρ' ἡμῶν &c. Tum ſic edidit Caſaubonus, Ἀπέλαβες. Τουτὶ δ' ἔστι τί; &c. Commodiſſime vero membr. *A.* dedere id quod nos repraeſentavimus: Ἀπόλαβε. Τουτὶ δ' ἔστι τί; In ms. *Ep.* tota iſta deſideratur Alexidis ecloga. *Perſonarum partes* adiectis notis *A.* & *B.* diſtinximus, praeeunte Dalecampio; a cuius tamen ratione in nonnullis discesſimus. In *verſu ult.* pro vulgato ἀποδεδώκαμεν, ſcribendum ἀπεδώκαμεν monuerat CASAUBONUS. Nempe hoc flagitabat metri ratio. Pariterque in altera ecloga, ex eiusdem *ALEXIDIS Adelphis*, quum *verſ.* 2. ſic legeretur in editis: f

Οὐκ, ἀλλ' ἀποδέδωκας, ἐνέχυρόν που λαβών:

monuerat idem CASAUBONUS: »Concinna metrum:

»Οὐκ· ἀλλ' ἀπέδωκας, ἐνέχυρον δήπου λαβών.«

Ibi mendoſum quidem ἀποδέδωκας tenent manuſcripti libri: ſed δήπου recte ſcriptum in utroque noſtro codice.

Ἀναξίλας δὲ, ἐν Εὐανδρείᾳ. &c. — »*ANAXILAE* Εὐαν- a
»δρείαν alibi nominatam non reperio. Ea vox *fortium* »*virorum proventum* ſignificat. Inde ſunt hi verſus:

»Καὶ τὰς παλαίστρας σοι μὰ τὴν γῆν μὴ σύ γε δῷς,
»ἀλλ' ἀπόδος. καὶ δὴ φέρουσ' ἐξέρχομαι.

»Emendo, libris melioribus deficientibus:

»Καὶ τὰς παλάθας ἐμοὶ, μὰ Γῆν, μὴ σύ γε δῷς,
»ἀλλὰ ἀπόδος.

»Dalecampius aliter coniiciebat, Καὶ τὰς παλευτρίας μὰ »Γῆν.« CASAUBONUS. — In *Epit.* deſiderantur iſti verſus. Membranae *A.* vero vulgatam olim ſcripturam tenent. Caſauboni emendationem in *verſ.* 1. adoptans TAYLOR (in Notis ad Aeſchinis Orat. contra Cteſiph. p. 477. ed. Reisk.) *alterum verſum* ſic concinnavit:

ἀλλ' ἀπόδος. καὶ δὴ τὰς φέρουσ' ἐξέρχομαι.

a Nempe hiatus illè, quem admiſerat Caſaubonus, ἀλλὰ ἀπόδος, merito non placebat Tayloro: at nobis non magis placere potuit ille articulus τὰς, pro αὐτὰς, haud ſane feliciter inſertus. Verbo δῶς a fine prioris verſus ad poſteriorem translato, nihil erat quod in hoc altero verſu vel ad metrum vel ad ſententiam deſiderares: nam pronomen quidem αὐτὰς per ſe ſubintelligebatur. Ac ne poterat quidem prior verſus, ob σὺ brevem ſyllabam, in verba μὴ σύ γε δῶς deſinere. In eodem vero *priore verſu*, cum ferri utique non poſſit παλαίστρας, ſatis placet παλάθας, quod eſt a Caſaubono propoſitum: cuius ſi reliqua verſus concinnatio ſtare poſſet, pro μὰ Γῆν, (ut in ſcholio ſub contextu dixi) ellipticam formulam μὰ τὴν malueram; ſed quoniam, ut modo monuimus, verbum δῶς ad ſequentem verſum eſt referendum, in poſteriore hemiſtichio prioris verſus nihil mutandum, totus vero verſus in hunc modum fuerit concinnandus:

Καὶ τὰς παλάθας ἐμοὶ, μὰ τὴν Γῆν, μὴ σύ γε.

At cum ne ſic quidem ſatis certa ſit coniectura, maneatque ſuſpicio, ſub verbis παλαίστρας σοι aliud quid fortaſſe latere; conſultius duxi, ad latus poſitâ ſcripturâ corruptâ, vacuum in contextu ſpatium certiori (ſi qua reperietur) emendationi relinquere. Quod vero de μὰ τὴν pro μὰ Γῆν ponendo in ſcholio dixeram, indictum velim.

Timoclis verſum primum prorſus alteratum corruptumque exhibebant editi libri, in hunc modum:

Οὐκοῦν κέλευε νῦν τὰ πάντων μᾶλλον ἢ.

Nos ad verbum & ad literam eum edidimus, prout ſcriptus eſt in optimis noſtris membranis:

Οὐκοῦν κελεύεις νῦν με τὰ πάντα μᾶλλον ἢ.

Epitomator duos priores verſus huius eclogae omiſit.

Verſ. 2. τὰ προσόντα. *Supervacanea* vertit Dalecamp. quaſi περιόντα vel περισσὰ legiſſet. Nobis nil opus viſum erat a ſcripta lectione discedere. τὰ προσόντα intellexi, *quae rei inſunt*, id eſt, *quae ad rem proxime pertinent.* Heſychius: Προσόν· ἐνυπάρχον. Et videtur idem fere eſſe, ac id quod aliâs dicunt τὰ πρὸς λόγον vel πρὸς ἔπος ὄντα. *Ibid.* Pro πάνυ γε temere πᾶν γε habent ed. Caſ. 2. & 3.

Verſ. 3. Verba, καὶ πρῶτα - - ὀργιζόμενος, quae *alteri perſonae* tribuimus, rectius fortaſſe *eidem perſonae* tribuentur, quae loqui coeperat. Itaque deinde *Verſ.* 4. ſic di-

ſtinguendae fuerint partes. *B.* Ὁποῖος; *A.* Ὁ Βριάρεως a *&c.* Recte vero poſt Ὁποῖος *diſtincta* eſt *oratio* in ms. *Ep.* Et manifeſtum videtur, interrogative accipiendam eſſe illam vocem: neque minus manifeſtum, *Briareum* illum, quem dicit poëta, nullum alium eſſe intelligendum, niſi ipſum *Demoſthenem*: cuius & *iactantia*, & *oratoriae artis lenocinia*, & *militiae* turpis *fuga*, *cum tamen cives ſuos continuo ad bellum ſtrenue capeſſendum excitaret*, ſalſâ ironiâ his ipſis verſibus ridentur. Mire vero CASAUBONUS, cum continuo tenore verba iſta legeret, ὁποῖος ὁ Βριάρεως *&c.* ad eadem verba, & quae ſequuntur, in hunc modum commentatus eſt: »*Briareus* ille, de quo Timocles ait, ὁ τοὺς »καταπέλτας τάς τε λόγχας ἐσθίων, vel *praeſtigiator* fuit »de genere eorum, qui *enſes fingebant ſe vorare*, quorum »mentio apud Plutarchum & alios; vel, quod potius »putem, *Thraſo aliquis & glorioſus miles*, qui de robore »ſuo & pugnis ſolitus inverecunde ſe iactare. De huius»modi hominibus vulgo dicere ſolemus, *il mange les cha»rettes ferrées.* Cui ſimillimum Graeci poëtae dictum, *qui »catapultas & lanceas comedit.* In quo etſi alluſio eſt ad »praeſtigiatores, de quibus locuti ſumus; de iis tamen »non recte haec dicantur. Soliti enim thaumatopoei illi, »quo facilius fidem invenirent, parvos enſes vorandos »ſuscipere. Ideo Plutarchus: τὰ Λακωνικὰ ξίφη διὰ μικρό»τητα καταπίνουσιν οἱ θαυματοποιοί. Similiter & Grego»rius Palamas, Theſſalonicae archiepiſcopus, ſcribit, »praeſtigiatores ſolitos λιθίδια καὶ σιδήρια καταβρογχίζειν. a — Homo λόγχας ἐσθίων, Germanis *ein Eiſenfreſſer.*

AD CAP. IV.

Prioribus capitis huius verbis ſcite Athenaeus materiam b ſibi praeparat, quae ipſi ſuppeditaret Argumenta omnium disputationum, quae non ſolum toto libro ſexto, verum etiam ſeptimo & octavo libro continentur. Quo de artificio etiam ipſe paulo poſt (pag. 228. c. d.) admonere lectores ſuos non praetermiſit. Scilicet ex eo quod hic dicit, Ἐπεισῆλθον ἡμῖν παῖδες, *Ingreſſi ſunt nobis pueri*, vel *ſervi*, naſcitur quaeſtio de *Servis* & *de varia ſervorum conditione*, quae deinde agitatur pag. 262 & ſqq. cap. 81 ſqq. noſtrae editionis; rurſusque de *ſervorum multitudine*, pag. 271 ſqq. cap. 101 ſeqq. Quod ait, πλῆθος ὅσον ἰχθύων ἁ-

b λασσίων λιμναίων τε: (ubi quidem adiecta desideres verba καὶ ποταμίων: nisi nunc *fluviatiles pisces* sub communi τῶν λιμναίων denominatione comprehendit, quoniam *fluviatiles* etiam pisces non tam in medio fluminum gurgite, quam in locis sinuosis prope terram aut in alveis lateralibus solent capi, ubi magis *stagnantes* sunt aquae:) ista igitur *piscium multitudo*, quae hîc commemoratur, argumentum praebet, in quo totus Liber septimus & octavus versantur. Tum, quod ait ἐπὶ πινάκων ἀργυρῶν, inde nascuntur quaestiones, primo, de *usu vocabuli* πίναξ *aliorumque vicini significatus*, pag. 228. cap. 13 sq. dein, de *argenteis vasis*, & omnino de *argento & auro*, p. 229 sqq. cap. 15 seqq. Rursus, simul a piscium commemoratione, simul a verbo ὀψωνήκει, quo hîc utitur auctor, occasionem mox capit de *piscariis Athenien*sibus differendi, pag. 224. c. & seqq. cap. 4 sqq. Denique istis verbis, καί τις τῶν παρασίτων καὶ κολάκων ἔφη, praeparat animum lectoris ad disputationem, primum, *de Parasitis*, quae pag. 234 sqq. cap. 26 & seqq. instituitur, tum *de Adulatoribus*, p. 248 sqq. cap. 53 & seqq.

μονονουχὶ γὰρ καὶ τὰς Νηρηΐδας ὀψωνήκει. »Comicae »licentiae est loquendi genus, quo utitur Athenaeus, ut »illatorum mensae piscium copiam significet: *ipsas prope-*»*modum Nereidas erat opsonatus.* Quid *Nereidibus* commu»ne est cum *piscibus qui prostant in foro?* Eustathius Iliad. »ρ'. φαύλη δὲ σύνθεσις ὄψου, οὐ μόνον τὸ ἀσυμμέτρως ὀψω»νεῖν, κατὰ τὸν κωμῳδούμενον ὀψωνεῖν τὰς Νηρηΐδας, διὰ »τὸ πολυτελὲς τῆς τῶν ἰχθύων ἐξωνήσεως.« Casaubonus. — At nescio quem nodum in scirpo quaesisse videtur vir doctissimus. *Nereides Deae* habitant regnantque *in mari*, in quo pisces capiuntur. Nec vero *pisces* istos eo *cum Nereidibus* confert auctor, ut eorum *copiam* (de qua cogitavit Casaubonus) sed ut *exquisitam pulcritudinem raramque magnificentiam* significet: quod ipse etiam Eustathius eis verbis, quae ab eodem Casaubono prolata sunt, observavit.

καί τις τῶν παρασίτων καὶ κολάκων ἔφη, τὸν Ποσειδῶ
c πέμπειν τῷ Νεπτουνίῳ ἡμῶν τοὺς ἰχθῦς· οὐ διὰ τῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ ἴσον ἴσῳ τὸν ἰχθῦν πωλούντων· ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐξ Ἀντίου κεκομίσθαι &c. Ista quum latine minus commode reddidisset Dalecampius, monuit Casaubonus: »Haec »sic erant vertenda: *Parasitorum & adulatorum dixit ali-*

» *quis*, *Posidonem pisces misisse Neptuno nostro*, *non per eos* c
» *qui Romae pisces argentum contra vendunt*, *sed eorum alios*
» *Antio fuisse advectos*: *alios* &c. Aliud longe est διὰ τῶν,
» quam διὰ τούς: quod non observant interpretes. Quid
» sit, *vendere ἴσον ἰσῳ*, declarant Diphili versus, [apud Nostrum, p. 226. f.]

» Γόγγρον μὲν, ὥσπερ ὁ Πρίαμος τὸν Ἕκτορα,
» ὅσον εἵλκυσεν, τοσοῦτο καταθεὶς ἐπριάμην.

» Laurentium vocant isti parasiti *Neptunum*, vel *Neptu-*
» *nium*, quasi *Neptuni filium*: non aliam ob caussam, nisi
» ob ingentem illam piscium copiam. « — Desunt ista verba Epitomae. In ms. *A.* vero non Νεπτουνίῳ scribitur, sed Νιττουνίῳ, quod ex Νιπτουνίῳ corruptum est; quae vera videtur fuisse scriptura, restituenda auctori. Licet enim a *nando* nomen *Neptuni* derivarit Cicero de Nat. Deor. II. 26. & a *nubendo* vel *nuptu* Varro de Ling. Lat. IV. 10. tamen probabile est, Graecum scriptorem eam formam huic nomini dedisse, quasi a Graeco verbo νίπτειν esset derivatum. Vide Lexica Latina in voce *Neptunus*.

ἐκ Ταρακίνων. ἐκ Ταρακινῶν vel potius Ταῤῥακινῶν videtur oportuisse; sive τὰ Ταῤῥακηνὰ (aut Ταῤῥακινὰ) statuas nominativum casum cum Stephano Byz. sive αἱ Ταῤῥακίναι cum Ptolemaeo. Strabo quidem in sing. num. τὴν Ταῤῥακίναν dixit, lib. V. p. 231. d. Ταῤῥακείνων scribitur in membr. *A.* solenni confusione vocalis ι longae cum ει diphthongo. *Ibid.* νήσων Πουτίων. Vide Cellar. Geogr. Antiq. T. I. pag. 950.

οὐκ ὀλίγον ἀποδέουσι τῶν &c. Idem valet οὐκ ὀλίγον, ac si οὐδὲ ὀλίγον dixisset, *ne minimum quidem*, *non tantillum*. Simillimo modo locutus est Arrianus in Epist. ad L. Gellium, Epicteti Dissertationibus praemissa, Ἐπικτήτῳ δ' οὐκ ὀλίγος, nempe λόγος ἐστί: ubi videsis quae notavimus, in Epicteteae philosophiae Monum. Tom. II. Part. I. pag. 8.

In *ANTIPHANIS*, ex *Adolescentibus*, *vers.* 1. vulgatum ᾤμην tenebat codex noster uterque; sed ᾠόμην utique desiderabat metri ratio: de quo iam monuerat TOUP in Curis Noviss. in Suidam p. 223. ed. Lipsi. & KOPPIERS in Observatis Philolog. pag. 48. ante quos iam eodem modo correxerat GROTIUS in Excerpt. pag. 619. Maiore ausu IACOBS, in Animadv. ad Anthol. Vol. I. Part. I. p. 331.

ſic ſcribendum conjectaverat, Τέως μὲν ὤμην τὰς κόρας
d τὰς Γοργόνας. *Verſus tertius* in ed. Baſ. & Caſ. in haec verba exibat, ἐμβλέπων γὰρ αὐτοῖς, tum *quartus* incipiebat a voce Ἰχθυοπώλαις. In *ed. Ven.* vero, diviſa voce αὐτοῖς ſic ſcribitur:

ἔλθω, πεπίστευκ' εὐθύς. ἐμβλέπων γὰρ αὐ-
τοῖς ἰχθυοπώλαις, &c.

quam rationem tenuit GROTIUS, probavitque TOUP. Mihi diremtum iſto modo vocabulum in comici poëtae iambis vix ferendum viſum erat: probavique rationem, quam IACOBS l. c. inierat,

— — — ἐμβλέπων γὰρ ἂν
τοῖς ἰχθυοπώλαις, — —

Neque opus videtur novatione ab eodem Viro docto in *Notis msstis* propoſita, ubi ſic ille malebat:

ἔλθω, πεπίστευκ' εὐθύ· μόνον γὰρ ἐμβλέπων
τοῖς ἰχθυοπώλαις &c.

Epitomator, metri nullam habens rationem, nude ἐμβλέπων γὰρ τοῖς ἰχθυοπώλαις ſcripſit. Idem Abbreviator, certe ſcriba noſtri codicis, *Verſu* 5. pro ἀποστραφέντι, perperam ἀποστρέφοντι poſuit. *Verſionem Latinam*, quam verſibus iſtis ſubiecimus, a GROTIO mutuo ſumtam eſſe, etiam nobis non monentibus intelligent lectores. Quid ſit vero, quod idem GROTIUS dramati iſti Antiphanis titulum fecerit Νεανίσκος, *Adoleſcens*, in ſingulari, non video. Provocat ille quidem ad Stobaei Florileg. (ex ipſius edit.) p. 391. at ibi ipſe Grotius, *Antiphanes Adoleſcentibus*, ſcripſit; & Geſnerus, (Serm. XCV.) *Antiphanis in Neaniſcis*. Quare imprudenti excidiſſe Grotio ſuſpicor, ut in Excerptis l. c. titulum dramatis in ſingulari numero ſcripſerit.

AD CAP. V.

AMPHIDIS eclogam, ex *Impoſtore*, Excerptis ſuis inſeruit *Grotius* pag. 521. *Verſ.* 1 & *ſeq.* ῥᾷόν ἐστι μυρίαις μοίραις. »Rara nimis locutio. Pro eo quod dixiſſet alius, »ῥᾷόν ἐστι μυριάκις, dixit μυρίαις μοίραις: quod genus »dicendi idiotiſmus noſter uſurpat.« CASAUBONUS. — Gallico idiomate *mille fois* dicunt: propius vero etiam ad Graecam iſtam formulam accedit quod Latine dicimus, *ſexcentis*, aut *infinitis partibus*.

Verſ. 3. ἄν τι ἐπερωτᾷ τις. Recte pronomen τι inſetuit GROTIUS (in Excerpt. pag. 521.) quod & metrum & ſententia flagitabat. Epitomator, omiſſa maiore parte huius verſus, totam eclogam finit in verbis ἢ πρὸς τοὺς - - ἐν ἀγορᾷ. *Verſ.* 5. Οὓς ἐὰν dedit ms. *A.* Οὓς e ἂν edd.

Verſ. 9. ὥσεὶ προσέχων ὅδ' οὐδὲν &c. Sic recte, ut mihi videbatur, ſcriptum in ed. Ven. & Baſ. ὅδ' pro ὅδε, idem valens ac οὗτος; cui dein *verſ.* 10. reſpondet ὁ δὲ, id eſt, *ille vero*, vel *alius vero*. In ms. *A.* ſic ſcribitur, ὡσεὶ προσέχων δ' οὐδὲν: quod & metrum & ſententia mendoſum eſſe clamabat. In ed. Caſaub. ſic habes, ὡσεὶ προσέχων· ὁ δ' οὐδὲν &c. In Animadverſionibus vero, in hunc modum ſcribendum idem CASAUBONUS cenſuit, ὡσεὶ προσέχων δ' ὅδ' οὐδὲν &c. Is nempe ſuperiora verba in diverſam ſententiam accipiens, totum locum inde a *Verſu* 5. hoc modo interpretatus eſt: »*Iſtos ſi rogaveris*, (quanti?) »*alius ſumens in manus aliquid eorum quae forte aderunt, ca-*»*put demittet ut Telephus, ac primo tacebit*; (*quanquam iure* »*hoc quidem: omnes enim uno verbo piſcarii ſcelerati ſunt:*) »*alius, tanquam non advertat animum, & quaſi nihil audi-*»*verit, polypum aliquem percutiet: alius incandeſcet, ac verbis* »*integris loqui aſpernans, tuor*, inquit, *obolis emas licet: at* »*ſudis haec octo bolis. Haec audienda ſunt, ſi quid obſonari* »*velis.*« — Inde ſic pergit CASAUBONUS: »Numeri enal-»lage tenebras magnas offudit his verſiculis, alioqui pa-»rum obſcuris: etſi quid apud poëtas frequentius? Sic »igitur *AMPHIS*, cum dixiſſet οὗς, ſubdit λαβών: quod ex-»ponendum ut expreſſimus. Nam omnino *de piſcario* capi »debent iſta, [*verſ.* 5 *ſq.*] ἢ λαβών τι τῶν παρακειμένων: »item illa ſequentia, ἔκρουσε πόλυπόν τινα: quibus mire »exprimuntur geſtus piſcariorum, emtores faſtidientium, »ac ne reſponſione quidem dignantium. τὶ τῶν παρακει-»μένων, intellige cultrum, aut ſimile quid aliud, tabulae »vel menſae illi impoſitum, ſuper qua proſtant piſces. »Vox πρῶτον [*verſu* 7.] alterius fortaſſe locum occupa-»vit; etſi ferri poteſt. ἀνδροφόνους Graeci vocant omnes »*inſigniter improbos*. Libro nono coquus praecipit diſci-»pulo, ut ſit ἀνδροφόνος; id eſt, ut in aedibus divitum »omni fraudum genere utatur: in eodem, Gnathaena »meretrix appellatur ἀνδροφόνος. Athenaeus mox, [pag. »228. c.] διδάσκων αὐτὸν, τίνα δεῖ λέγοντα πρὸς τοὺς ἀν-

e »δροφόνους ἰχθυοπώλας ὠνεῖσθαι ἃ βούλεται.« — Pariter GROTIUS, *verſu* 9. ὥσει προσέχων δ' ὁ δ' οὐδὲν &c. ſcribens, latine ſic vertit: *At alius tanquam ſurdus aut aliud agens:* & in brevi Adnotatione ait: »Illud δ' nectendo »ſenſui adiecimus.« — Scilicet & ipſe, perinde ac Caſaubonus, iſta verba *verſ.* 5 *ſq.* ἢ λαβών τι τῶν παρακειμένων &c. latine ſic reddidit: *illorum alius quidem de menſa tollens aliquid, tanquam Telephus, ſtat capite prono tacitus.* Quorum rationem merito improbans doctiſſimus DUTHEIL in *Notis mſstis*, ſuperiora illa verba ad emtorem refert, & totum locum inde a *Verſu* 5. perſpecte in hunc modum Gallico ſermone reddidit: »*Si quelque ache-*»*teur les interroge, & en maniant quelqu'une des pièces étalées,* »*ſe courbe humblement, comme Téléphe, gardant d'abord le ſi-*»*lence; (ce qui eſt bien naturel, car ces gens-là ſont tout au-*»*tant d'aſſaſſins à faire peur;) l'un, comme s'il ne vous ap-*»*percevoit pas, ou ne vous avoit point entendu, &c.*« Quae interpretatio ita unice vera nobis viſa eſt, ut mirari ſubiret quo pacto ab ea aberrare Caſaubonus & Grotius potuerint. Nam, ut alia omittam, manifeſtum videri debebat, non potuiſſe piſcarios illos, quos ut hominum arrogantiſſimos depingit poëta, atque etiam ἀνδροφόνους adpellat, ab eodem poëta eisdem in verſibus cum *Telepho* conferri; quem & aliâs in ſcena ut *pauperem & exſulem* proponi ſolitum paulo ante (pag. 223. c.) vidimus, & eumdem nunc idem poëta noſter ut σιωπῇ κύπτοντα depingit, id eſt, *ſubmiſſe ſtantem, ac ne hiſcere quidem audentem.*

Verſ. 10. ἔκρουσε πόλυπόν τιν'. Sic edidit Caſaub. Sed πώλυπον per ω longum ſcribitur in ed. Ven. & Baſ. praeeunte ms. *A.* quod vide ne aut ipſum verum ſit, (nam eodem modo πώλυπον ſcribitur III. 108. c. & πώλυ↓, VIII. 356. e. rurſusque πώλυποι in Archeſtrati verſu apud Noſtrum VII. 318. f.) aut, quoniam illa Dorica magis forma eſt, vide ne πούλυπουν ſcripſerit auctor, quae eſt veriſſima Attica forma. Conf. I. 7. d. II. 64. a. IV. 169. d. ibique notata. Sic vero delenda fuerit vocula τιν', quae vereor ne ex parum commoda interpretatione irrepſerit: nam *polypus*, quem piſcarius, nihil ſe audiſſe ſimulans, concutit, videtur ex mente poëtae idem piſcis eſſe, cuius pretium pauper emtor timidiuscule percunctatus erat; cui is ob id ipſum nil reſpondet, quoniam perſuaſus eſt, pauperem hominem tanti non emturum,

quanti is polypum vendere cupit. *Ibid.* Quum ὁ δ' ἐτρήσθη καί τ' οὐ λαβὼν esset editum, κ' οὐ λαλῶν corrigendum monuit CASAUBONUS; non declarans, ex ingenio, an e scriptis libris ducta sit emendatio. Ex membranis vero nostris, ad mendosam scripturam καί τ' οὐ nihil discrepantiae adfertur; sed pro λαβὼν recte illa λαλῶν dabant. Illud καί τ', originem si quaeris, κἄτ' scribi debebat, id est, κἆτα, pro καὶ εἶτα: quod ad sententiam per se probum fuerat, sed metro non conveniebat. Tum *versu* 11. pro ὅλα τὰ ῥήματ', quod invito metro erat editum, (pro quo etiam exserte ὅλα τὰ ῥήματα scribitur in membr. *A.*) recte idem CASAUBONUS ὅλα ῥήματ' absque articulo scribi iussit: cuius emendationes Grotius adoptavit. In fine eiusdem *vers.* 11. mendosum esse τεττάρων, quod est in membranis, cum metri ratio arguebat, tum id ipsum quod proxime ante dicitur, συλλαβὴν ἀφελών. Quare recte iam primus editor decurtatum τάρων pro τεττάρων posuit. Eâdem vero de caussâ etiam initio *Versus* 12. pro vulgato ὀβολῶν, quod ibi editi cum membr. tenebant, βολῶν scribendum iudicavi; cum praesertim multo etiam magis in promtu esset, primâ syllabâ, quae per se brevissima erat, hoc vocabulum truncare, quam praecedens τεττάρων. Et sic, in fine eiusdem versus, perspicue ὀκτὼ βολῶν scribitur in membranis, non ὀκτ' ὠβολῶν, ut ut erat editum. *Ibidem*, pro ἥ δὲ κέστρ', suo more exserte ἥ δὲ κέστρα eaedem exhibent membranae. Ubi quum *mugilem* intellexisset Dalecampius, monuit CASAUBONUS: »Κέστρα non est *mugil:* (κεστρεὺς enim is dicitur:) sed »quam alii Graeci σφύραιναν vocabant. Latinis, *Sudis*. Prae»ter Varronem & Plinium, Glossae: *Sudis*, σφύραινα ἰχ»θὺς, καὶ σκόλοψ.« — Vide Athenaeum lib. VII. p. 323. & Rondelet apud Gesnerum de Aquatil. pag. 883. ipsumque Gesnerum pag. 884. e

Ἄλεξις, Ἀπεγλαυκωμένῳ. De titulo huius *fabulae* ALEXIDIS nonnihil dictum est ad III. 117. c. Eclogam habet GROTIUS in Excerpt. pag. 559. cuius Latina versione, nonnullis tamen (quemadmodum & in superiori Ecloga ex Amphide) mutatis, rursus usi sumus. *Vers.* 2. Pro ποιεῖν, est ποεῖν in ms. *Ep.* Bene: sed & istud probum, nam & in ποιεῖν diphthongus in prima syllaba ob sequentem vocalem corripi potest. In eodem ms. *Ep.* post οὐ πάνυ τι (*vers.* 3.) statim sequitur Τοὺς δὲ ἰχθυοπώλας f

&c. omiſſis mediis. *Verſus* 4. in editt. Ven. & Baſ. itemque in membr. *A.* ſic ſcriptus erat:

ὑπὸ τῆς πόλεως μείζω τῶν ἄλλων φρονεῖν.

Ubi quum claudicaret metrum, tacite medicinam adhibuit CASAUBONUS, μείζω τι ſcribens. Poterat μεῖζόν τι corrigere: ſed nil neceſſe erat μείζω mutare: & poteſt commode τὶ pro κατά τι, *nonnihil*, accipi. Caſauboni emendationem tenuit Grotius: ſed in ed. Caſ. 2. & 3. corrupte μείζοτι, pro μείζω τι, expreſſum eſt.

Verſ. 6. ἐπὰν ἴδω. Sic mssti cum edd. Id ſi verum eſt, oportet poſtrema ſyllaba in ἐπὰν longa ſit: quae tamen brevis uſurpari ſolet. *Eodem verſ. & ſq.* τὰς δ' ὀφρῦς ἔχοντας ἐπάνω τῆς κορυφῆς. Mire Grotius: *ſupercilioſos cum oculis demiſſitiis noſtro imminere vertici.* Rectius Dalecampius: *ſupercilliis vertice capitis altioribus.* Hyperbolice dictum: quod imitatus Lucianus, Dial. Mort. X. c. 9. T. II. Opp. p. 162. ed. Bip. ὑπὲρ τὸ μέτωπον τὰς ὀφρῦς ἐπῆρκεν dixit: ubi ὑπερῆρκεν fortaſſe ſcribi debuerat, quod in ὑπῆρκε mutatum in ms. Oxon. Sic quidem apud eumdem Lucianum (ſive quis eſt alius libelli auctor) DE Amoribus, cap. 54. T. V. Opp. pag. 319. ſcribitur, τὴν ὀφρῦν ὑπὲρ αὐτοὺς τοὺς κροτάφους ὑπερήρκασι. Sed tamen verbo ἐπαίρειν in eadem dictione & alii uſi ſunt, & Alciphron lib. I. Epiſt. 34. τὰς ὀφρῦς ὑπὲρ τοὺς κροτάφους ἐπῆρας: ubi ſimiles variorum auctorum in hoc genere hyperbolicos luſus collegit Bergleri diligentia.

Verſ. 8. Poſt ἐὰν, recte ἐρωτήσῃς dedit ms. *Ep.* quemadmodum ſcribendum adnotaverat BRUNCK in ora ſui libri. Pro ἐάν τ', ἐὰν δ' ſcripſere Grotius, & Valckenaer ad Theocr. pag. 241. ſed τ' non incommode tuentur mssti a cum edd. *Verſ.* 10. εἴπερ ὠνεῖ dedit codex uterque: recte, ex Atticorum uſu; ſicut ἤγει pro ἤγῃ, V. 217. b. ubi vide not.

Ad *Verſ.* 10 & *ſeq.* haec adnotavit CASAUBONUS: »Male accipiunt haec:

»Ὀκτὼ λάβοις ἄν; εἴπερ ὠνῇ τὸν ἕτερον.

»ὦ 'τὰν λάβε καὶ μὴ παῖζε τοὺς οὐ δεῖ. παράτρεχε.

»Perſonas ita diſtingue. Qui emturit piſces, ait, *Vin' tu* »*octo obolos?* pro duobus videlicet mugilibus, de quibus »dixit, πόσου τοὺς κεστρέας πωλεῖς δύ' ὄντας; Igitur pe»tenti decem, offert octo. Reſpondet piſcarius, εἴπερ ὠνῇ »τὸν ἕτερον: *accepturum ſe octo obolos, ſed pro altero tantum*

»*mugile*. Ait deinde emtor: *Sume, o bone*, octo obolos, a
»& ambo da pisces, *neque nos puta dignos quos illudas*.
» At piscarius: *Auser te hinc curriculo!* « — Pro τοὺς οὐ δεῖ, magis corrupte τοῦ σοι δεῖ habet ms. *Ep.*, sed vulgatum cum editis tenent membr. *A*. Ubi cum τοὺς, pro οὓς positum, non ferendum esse in Attici comici iambis praeclare vidisset GROTIUS, οὓς οὐ δεῖ correxit, & quo utcumque mederetur laboranti metro, μὴ παῖζ' cum apostropho scripsit:

»ὦ 'τᾶν, λάβε καὶ μὴ παῖζ' οὓς οὐ δεῖ. παράτρεχε.

Quo quidem restitutus Atticismus; at metro nondum satis erat consultum, spondeo in quartam iambi sedem admisso. Id vitium quo persanaretur, VALCKENARIUS l. c. sic scribendum iudicavit:

ὦ τᾶν λάβε, καὶ μὴ παῖζέ γ' οὓς οὐ δεῖ· τρέχε.

Ac sane perfacile ΓΟΥΣ in ΤΟΥΣ mutari a librariis potuit: sed illud audacius factum merito videatur, pro composito verbo παράτρεχε, quod tuentur ambo nostri codices mssti, simplex τρέχε substituere; quandoquidem non tam in hanc partem peccare consueverunt librarii, ut composita verba pro simplicibus ponant, quam in contrariam, ut, ubi composita debebant, neglectâ praepositione simplicia subinde verba ponant. Et hic quidem percommode etiam stare ipsum illud compositum παράτρεχε videtur, in quo παρὰ praepositio eamdem vim habet ac in verbo παρέρχεσθαι, cum *praeterire* significat, & in similibus: ut hoc sonet παράτρεχε, *ocius praeteri*, scil. *praeter meam tabernam; noli hîc consistere, sed ocius viam qua venisti persequere*. Quo magis probanda mihi visa est ingeniosa CORAYI coniectura, in *Notis mssstis* leviss imâ mutatione sic corrigentis, quemadmodum edidimus, Τόσου δεῖ· παράτρεχε. id est, *Tanto mihi opus est; non vendo minoris: propripe te ocius!*

AD CAP. VI.

In DIPHILI *Curioso*, *verf.* 2. pro Ἀθήνησι, quod ibi habent edd. & mssti, Ἀθήνησιν corrige, metri caussa. *Verf.* 3. In vulgato olim τὸ δ', ὡς ἔοικε, τὸ γένος, nil mutant mssti nostri; tenuitque eamdem scripturam GROTIUS in Excerpt. pag. 793. At mihi omnino τόδε δὲ (i. e. τοῦτο δὲ) τὸ γένος corrigendum videbatur. *Verf.* 6.

κόμην - - ἱερὰν τοῦ Θεοῦ. » Morem veteres Graeci ha» bebant, *comam alicui Deo consecrandi*, a temporibus us» que Homeri: quod Homerus ostendit Iliad. XXIII. 142.« *Petr.* VICTORIUS, *Var. Lect.* VI. 22.

b *Vers.* 10. οὐχὶ προσθεὶς ὁ ποδαπῶν. Cum ob metrum ferri non posset vulgatum προσθείς σοι ποταπῶν, GROTIUS προσθεὶς δὲ ποταπῶν scripsit. Multo vero commodius TOUP in Epist. Crit. pag. 107. ὁποταπῶν correxit; quod equidem ita amplexus sum, ut ὁποδαπῶν per δ literam scriberem, quemadmodum ποδαπῶ scriptum in vetustis membranis: quae scriptura certior probatiorque quam altera. Eodem modo νόμισμα ὁποδαπὸν habes apud Demosth. contra Polyclem, pag. 1217. ed. Reisk. *Vers.* 11. ἔπειτα δ' ἂν τ' ἀργ. Si ex msstis libris ducta esset γ' particula, quam post ἔπειτα insertam habent editi, teneri ea utcumque potuisset; quemadmodum & Grotius & Toupius l. c. eam tenuerunt. Sed tamen haud satis commode hoc loco posita videri debuit: quare, cum nonnisi ex primi editoris ingenio adiectam intellexissem, cum δ' permutare eam placuit.

Vers. 12. ἐπράξατ' Αἰγιναῖον. De *Aeginaeis obolis*, crassioribus & maioris pretii, quam sunt *Attici*, vide Polluc. IX. 76. & Bentlei Dissert. ad Phalar. Epist. pag. 347 sq. laudatos a Toupio l. c. *Ibid.* & *vs. sq.* ἂν δ' αὐτὸν δέῃ κέρματ' ἀποδοῦναι, προταπέδωκεν Ἀττικάς. Κέρματα dicuntur *minoris pretii nummi*: unde τὸ καταλλάττειν νόμισμα, (*nummum maioris pretii nummis minoris pretii permutare*,) Graeci κερματίζειν dicunt. Vide Polluc. VII. 170. & IX. 87 sqq. & quae collegit Wetstenius ad Evang. Iohann. 2, 15. Ac nonnisi fere de *aeneis nummis*, praesertim *minutioribus*, usurpatum id nomen videtur. Sin verum est quod hic scribitur, Ἀττικὰς, nihil aliud subintelligi poterit nisi δραχμάς; adeoque & δραχμαὶ in κερμάτων numero fuerint relatae, accipiendaque ista verba fuerint de *auri cum argento permutatione*: quod mihi minus fit probabile. Quare suspicor, Ἀττικοὺς (scil. ὀβολοὺς) scriptum oportuisse. Ex ms. *A.* nihil quidem discrepantiae ab editâ scripturâ adfertur: sed, quam facile α & ου permutari a librario potuerint, iam plus semel observavimus. Epitomator in testimonium hic vocari non potest, nam finem eclogae ille fecit in voce Αἰγιναῖον. *Vers.* 14. καὶ' ἀμφότερα τὴν καταλλαγὴν ἔχει. καταλλαγὴ, aliâs, *permutatio*

pecuniae: hoc loco (ut apud Demoſth. contra Polyclem, p. 1216, 18. ed. Reisk.) *lucrum quod quis facit ex permutanda pecunia.*

Ξέναρχος, Πορφύρᾳ. Quae fabula hic ſine exceptione c XENARCHO tribuitur, de eâdem alibi dubitat Noſter, ſitne *Xenarchi*, an *Timoclis.* Vide IX. 431. a. & Suidam in Τιμοκλῆς. Eclogam ex Athenaeo repetiit GROTIUS in Excerpt. pag. 697. qui cum in *Latina verſione* duos verſus (ſextum ſeptimumque) omiſerit, fuerunt nobis illi verſus noſtro Marte, utcumque potuimus, (minus utique, quam cupiebamus, faventibus Latinis Muſis) ſupplendi: etiamque in ſequentibus nonnihil a Grotiana verſione diſcedendum nobis putavimus, quo auctoris ſenſum preſſius exprimeremus.

Verſ. 1. Οἱ μὲν ποιηταὶ (φησὶ) λῆρός εἰσιν. Cum metrum non ferret, Οἱ δὲ, quod erat editum, GROTIUS Οἱ δ' ἢ correxit. Nobis vero percommode Οἱ μὲν dedere membr. *A.* In ms. *Ep.* abeſt coniunctio. Verbum φησὶ, quod ſequitur, adparet extra metrum eſſe poſitum, ad nominativum Ξέναρχος relatum. In fine verſus, οὐδὲεὲν ſcripſit Grotius: qui tenere potuerat οὐδὲ ἓν, quod habet ed. Caſ. conſentientibus msstis. Corrupte οὐδὲν ἓν ed. Ven. & Baſ. *Verſ.* 3. ταῦτ' recte ed. Baſ. & Caſ. cum msstis, quod valet τὰ αὐτά. Minus commode ταῦτ' Grot. cum ed. Ven. *Verſ.* 6 *ſq.* Cur *lege vetitum fuerit rigare piſces* in foro, ex ſequentibus intelligitur: ſcilicet, ne recentes adhuc eſſe viderentur, cum aridi eſſent & intus fortaſſe putridi.

Verſ. 8 *ſq.* εἶθ' εἷς θεοῖσιν ἐχθρὸς &c. Si id quod *verſ.* 9. in editis legebatur, εἰσεῖδε, ex msstorum librorum fide eſſet editum, nihil magnopere in εἴ τις, quod ibidem *verſ.* 8. legitur, deſiderares. Sed pro εἰσεῖδε *vs.* 9. ὡς ἴδε habent membr. *A.* & codex Rom. ab Aegio collatus; &, rectius ad metrum, ὡς εἶδε ms. *Ep.* Ex quo intelligitur, iſtud εἶτ' εἰς, quod initio *verſus* 8. habent veteres membranae, non ex εἴ τις, ut ſtatuit princeps Athenaei editor, ſed ex ΕΙΘ' εἷς fuiſſe corruptum. Litera τ, loco τοῦ θ, ex vetuſto more adhaeſit negligendi eliſionem vocalium, & (verbi cauſſa) εἶτα εἷς ſcribendi. Ad ſententiam quod ſpectat: GROTIUS, Graeca ſic vertens,

Nam ſi quis hominum natus iratis Deis
piſces inſpexit aridos, piſcarius

pugnam continuo de compoſito conſerit:
alium ſtatuit, *videntem piſces aridos;* alium, *piſcarium rixas excitantem:* quare etiam *verſu* 10. ἐποίησεν αὐτῷ ſua auctoritate ſcripſit, cum tamen in αὐτοῖς libri omnes conſentiant. Mihi haud dubie idem piſcarius intelligendus videbatur, qui piſces ſuos nimis aridos videret, & qui rixas excitaret. Quam in ſententiam DALECAMPIUS interpretatus illos verſus erat:

Si quis ex illis maxime Diis inviſus
exareſcentes piſces viderit, pugnare
ſtatim ſe cum alio ſimulat de induſtria.

In eamdemque ſententiam manifeſte verſus illos acceperat Epitomator, ſic ſcribens, neglecto (ut ſaepe aliâs) metro: Θεοῖς τις ἐχθρὸς ἄνθρωπος πάνυ ξηραινομένους ὡς εἶδε τοὺς ἰχθῦς, μάχην ἐποίησεν αὐτοῖς &c. Sed pro eâdem ſententiâ perincommodum utique pronomen αὐτοῖς erat, & vel in αὐτὸς erat mutandum, vel minimâ ac fere nullâ mutatione pro ἐποίησεν αὐτοῖς, diviſis vocibus, ἐποίησ' ἐν αὐτοῖς ſcribendum: quod nobis praeferendum viſum erat. ἐν αὐτοῖς, *inter ipſos*, ſcil. *piſcarios.*

d In *Verſibus* 13 & 14. quum vulgo ſic editi legerentur, prout etiam a nobis editi ſunt,

ἔκειτο νεκρὸς οἷα μετὰ τῶν ἰχθύων.
βοᾷ τις ὕδωρ. ὁ δ' εὐθὺς ἐξάρας πρόχουν
τῶν ὁμοτέχνων τις, &c.

nihil deſiderabas: & percommode ſicut alia, ſic iſta ἔκειτο νεκρὸς οἷα, & βοᾷ τις ὕδωρ, & ἐξάρας πρόχουν, poſita videri debebant. Iam, poſtquam cognoveris duas illas voces, νεκρὸς οἷα, non comparere in msstis libris, (deſunt ea certe tam vetuſtis noſtris membr. *A.* quam codici *Epit.*) ingenium admirari ſubeat eius viri, (ſive is *Muſurus* fuerit, qui principem editionem curavit, ſive doctus aliquis ante eum librarius) qui male mulctatum verſum perapte inſertis illis verbis in integrum reſtituiſſet: niſi forte adeo ſuſpicio etiam exoriatur, gratuito atque falſo nos ſtatuiſſe, membranas noſtras *A.* eſſe unicum fontem, e quo omnes alii, qui hodie (praeter Epitomen) ſuperſunt Athenaei codices, ſint derivati; quandoquidem ipſa illa verba νεκρὸς οἷα ex codice aliquo msto, qui ex alio quam noſtro cod. *A.* derivatus eſſet, ducta utique videri poſſint. Sed ubi cogitaveris, in eisdem ambobus noſtris codicibus deinde βοᾷ δέ τις ſcribi; intelliges, iuſtum perfe-

ctumque ſenarium, neſcio cuius viri ingenio praeter ne-d ceſſitatem alteratum, olim ſic ſonaſſe,

ἔκειτο μετὰ τῶν ἰχθύων. βοᾷ δέ τις.

Nempe, quod ulcus Emendator ille in priori verſu cenſuerat ineſſe, id poſteriorem occupaverat: qui, quoniam pro eo nonniſi haec verba ſupererant,

ὕδωρ. ὁ δ' εὐθὺς ἐξάρας πρόχουν,

utique mutilus aut alio modo corruptus erat. Et huic quidem parum vel nihil medentur membranae *A.* Nam quod illae pro ἐξάρας (quod Caſaubonus edidit) ἐξαίρας habent, id pro illarum more videri debuit nihil aliud valere niſi ἐξάρας, cum iota ſubſcripto, quemadmodum a nobis eſt editum. Mendoſum manifeſte eſt, quod in ed. Ven. & Baſ. ſcribitur, ἐξαίρας: ſed ſuſpicionem hoc ipſum movere poterat, ἐξαείρας fortaſſe oportuiſſe, quod (Homerico more) idem ac ἐξάρας valeret. Ac ſane ἐξαίρας illud in noſtris membranis, quae tantum non conſtanter ι *longum* cum ει permutant, perinde ἐξαείρας atque ἐξάρας valere poterat. Iſto igitur ſumto, & ſuppleto ad nomen πρόχουν *articulo* (quem facile omittere potuerat librarius aliquis, membranas noſtras & Epitomatorem aetate antecedens) talem habueris verſum,

ὕδωρ. ὁ δ' εὐθὺς ἐξαείρας τὸν πρόχουν:

in quo nihil fere deſideres, niſi quod Comici iambis parum convenire videatur *Ionicum* ἐξαείρας pro ἐξάρας. Et revera loco illius verbi aliud olim in vetuſtiſſimis libris fuiſſe poſitum, ex Epitomae ſcriptura colligas, quae ἐξαράξας habet: parum quidem hoc ipſum commode, quandoquidem idem valens ac συντρίψας vel καταβαλὼν, ita quidem ut τὰς θύρας ἐξαράσσειν dicatur *qui portas effringit:* (vide Suid. in Ἐξαράξειν.) niſi ἐξαράξας hoc loco intelligere liceat *cum impetu expromens;* quam in partem Epitomator fortaſſe verbum illud accepit. At hoc quidem urgere minime auſim: quin potius videndum arbitror, ne & ἐξαράξας, quod habet ms. *Ep.* & ἐξαιρας, quod eſt in membranis *A.* (& quod in his ipſis, ni fallunt lectiones noſtrae ex eisdem excerptae, ſic absque accentu ἐξαιρας ſcribitur) ex ἐξεράσας ſit corruptum. Sic, cum in eisdem membr. *A.* ſexcentries & millies αι pro ε ponatur, librarius porro nonniſi in eo erraverit, quod terminationem ας omiſerit, deceptus eisdem literis ας proxi-

d me praecedentibus. Valet autem ἐξεράσας, *evacuans, profundens, in terram effundens.* Sic non modo ἐξερᾶν τοὺς λίθους & τὰς ψήφους dixit Ariſtophanes Acharn. 340. & Veſp. 987. ubi vide Schol. ſed & ἐξέρα τὸ ὕδωρ, *effunde aquam*, Demoſthenes ait, in fine Orat. pro Phormione, & contra Nauſimachum; & παρὰ πόδας τῶν ἱεροφαντῶν ἐξερᾶσαι (ex optima ſcriptura codicis Vat.) τὸ ὕδωρ, Dionyſ. Halic. Antiq. II. 79. ubi vide quae Hudſonus adnotavit. Quod autem idem Hudſonus ibi ἐξεράσαι plus ſemel penacute ſcripſit, (ut quidem in ed. Reisk. T. I. pag. 384. expreſſum) in eo falſus eſt doctus Britannus: nam *penultimam* in eo verbo *longam* poſtulat cum Grammaticorum lex de verbis in ραω deſinentibus, tum Ariſtophanis auctoritas, qui & in ἐξεράσω & in ἐξεράσατε (locis modo citatis) ſyllabam ρα haud dubie longam uſurpavit: quare etiam apud Diog. Laërt. IX. 4. ἐξερᾶσαι veram eſſe ſcripturam, recte monuit Menagius. Itaque, niſi nos fallit noſtra coniectura, in *Xenarchi* Ecloga, quam prae manibus habemus, duo verſus, de quibus quaerebamus, in hunc maxime modum fuerint refingendi:

ἔκειτο μετὰ τῶν ἰχθύων. βοᾷ δέ τις
ὕδωρ. ὁ δ' εὐθὺς ἐξεράσας τὸν πρόχουν.

Verſ. 15. ἀκαρῆ παντελῶς. Non ἀκαρεῖ, ut mendoſe expreſſum in ſcholio noſtro ſub contextu, ſed ἀκαρεὶ acute ſcriptum in ms. *Ep.* quemadmodum apud Harpocratem h. v. editur, & paſſim alibi. Utrum praeferas, idem valebit ac βραχὺ vel μικρὸν, *parum, paululum*: ſed praeſtare videtur ἀκαρῆ, quod cum editis tenent membr. *A.* Vide Schol. Ariſtoph. ad Veſp. 669. tum Ammonium & Moerin h. v. & quae ibi notarunt viri docti, & quae ad Ariſtoph. Plut. 244. notavit Ez. Spanhem. Illud nobis adiicere liceat: quod apud Etymologum pag. 78, 42. vulgo ἀκαρεί ſcribitur, id manifeſte vitioſum eſſe, & omnino ἀκαρῆ ibi ſcriptum oportuiſſe; quoniam ex profeſſo ibi non niſi de eis adverbiis diſputat auctor, quae in η terminantur, ſive nudum illud, ſive iota habens ſubſcriptum.

Verſ. 16. » Penultimus verſus manifeſtus eſt vitii,
» κατέχεε, κατὰ δὲ τῶν ἰχθύων ἄπαξ ἐπάνω.
» Lege:
» κατέχει· κατὰ δὲ τῶν ἰχθύων ἅπαξ ἅπαν. « Casaubonus. — Quae mihi emendandi ratio multo prae-

ſtabilior eâ, quam *Grotius* iniit, atque etiam unice vera, viſa eſt. Mirabar vero, utrumque noſtrum codicem vulgatam ſcripturam κατέχεε, & ἄπαξ ἑπάνω, communi conſenſu tenere. *Verſ.* 17. εἰποις γ' ἂν, pro εἰποις τ' ἂν, percommode dedit ms. *Ep.* Eodemque modo corrigi iuſſerat CASAUB.

AD CAP. VII.

ANTIPHANIS eclogam ex *Moechis*, habes apud GROTIUM in Excerpt. pag. 617. *Verſ.* 2 *ſq.* τὸ γὰρ μὴ ἀποχρῆν ἐ ἀποθανεῖν αὐτοῖς ἀλοῦσιν. Vulgatam olim ſcripturam, quam cum editis tenet codex noſter uterque, τῷ γὰρ μὴ ἀποχρῆν, nec Caſaubonus, nec Grotius ſolicitaverat. Erat ea tamen perincommoda: nam ſententiam continebat hanc: *eo enim quod illis non ſufficit captis mori, - - traditi piſcariis - - putreſcunt.* Quaſi haec *cauſſa* eſſet, *cur traditi piſcariis putreſcant, quia* ſcilicet *non ſufficit illis mori poſtquam capti ſunt.* Nam ſic in illa ſcriptura verba cohaerent: ubi poſt ταφῆναι in ed. Ven. quidem *interpungitur* oratio, at in ms. *Ep.* non niſi *comma* ponitur, in ed. Baſ. & Caſ. vero plane omiſſa diſtinctio, atque ita etiam (ni fallor) in ms. *A.* Cui incommodo remedium adlaturus KOPPIERS, in Obſervatis Philolog. p. 44. totum locum ſic refingendum ſuſpicatus eſt:

» Οὐκ ἔστιν οὐδὲν θηρίον τῶν ἰχθύων
» ἀτυχέστερόν τοι. οὐ γὰρ ἀπόχρη γ' ἀποθανεῖν &c.

» Saepius (inquit) vocula οὐκ, aliis interiectis, a τοι di» vellitur.« Itaque conſtructionem naturalem verborum talem ſtatuebat, Οὔ τοι ἐστιν οὐδὲν ἀτυχέστερον &c. — At paene praeſtabat, me iudice, vulgatum tenere, quam tantis ambagibus tamque multiplici novatione medicinam tentare. Poterat utcumque illud τῷ γὰρ μὴ ἀποχρῆν &c. ad ſuperiora ita referri, ut intelligeretur: *Eo enim* (ſunt omnibus aliis animantibus infeliciores) *quod non ſufficit illis* &c. Sed in eamdem fere ſententiam, quam haud dubie in animo habuerat poëta, ut minori molitione, ſic multo doctiore ratione, locum iſtum curavit vir omni doctrina politiſſimus CORAY; qui in *Notis mſstis*, nobiscum communicatis, ad hunc locum ſic breviter eſt commentatus: » Diſtinguo atque emendo ANTIPHANIS *verſus* » hoc modo:

» Οὐκ ἔστιν οὐδὲν θηρίον τῶν ἰχθύων

e » ἀτυχέστερον. Τὸ (non τῷ) γὰρ μὴ ἀποχρῆν ἀποθανεῖν
» αὐτοῖς ἁλοῦσιν, εἶτα κατεδηδεσμένοις
» εὐθὺς ταφῆναι! Παραδοθέντες ἄθλιοι κ. τ. λ.
» Illud τὸ γὰρ μὴ ἀποχρῆν - - - ταφῆναι! est ellipsis per-
» elegans latisque nota ex Grammaticorum obſervatis in
» Ariſtophanem. Conf. huius Comici Plut. 593. τὸ γὰρ ἀν-
» τιλεγειν τολμᾷν ὑμᾶς κ. τ. λ. nec non Nub. 268. τὸ δὲ
» μὴ κυνῆν οἰκοθεν ἐλθεῖν - - ἔχοντα.« — Scilicet ex elli-
ptico iſto ſermonis uſu ſubintelligendum hoc loco, Ἀτυ-
χέστατον γὰρ τὸ μὴ ἀποχρῆν &c. aut interrogative, Οὐ
γὰρ τοῦτο πάντων ἀτυχέστατον; τὸ μὴ &c. *Nonne enim
hoc omnium eſt infeliciſſimum, quod* &c. Confer quae Küſterus notavit ad Nub. 268. &, qui ab eo laudatur, Euſtathius ad Odyſſ. ε'. pag. 233 extr. & ſeq.

Verſ. 7. μόλις δ' ἑγ' ἂν ποτ'. Sic iam inde a prima editione bene correctum, cum ex mſstorum lectione (μόλις δ' ἂν ποτ') claudicaret verſus.

In verss. 8 & 9. nonnihil mendoſa & perperam diſtincta oratio erat, cum ſic legeretur in editis:

— ἔδωκαν τῶν νεκρῶν ἀναίρεσιν·
τούτῳ κομίσας ὁ δὲ ἐξέβαλεν οἴκαδε.

Ibi haec adnotavit CASAUBONUS: »In Antiphanis teſti-
» monio diſtingue:

» — ἔδωκαν τῶν νεκρῶν ἀναίρεσιν
» τούτῳ· κομίσας ὁ δ' ἐξέβαλ' εὐθὺς οἴκαδε.

» Iunge τὸ οἴκαδε cum remotiore verbo κομίσας: nam ſi
» referas ad ἐξέβαλεν, legendum eſſet οἴκοθεν.« — Sic ille non modo diſtinctionem orationis correxit, verum etiam poſteriori verſui inſerta voce εὐθὺς medendum cenſuit. Equidem multo expeditiorem rationem probavi, qua labans metrum GROTIUS ſuſtentavit, ἐξέβαλλεν ſcribens pro vulgato ἐξέβαλεν. Quod autem apud eumdem Grotium (Excerp. p. 617.) verſus iſte, omiſſâ voculâ ὁ, ſic ſcriptus eſt,

τούτῳ· κομίσας δ' ἐξέβαλλεν οἴκοθεν:

id quidem operarum errore, non editoris conſilio factum eſſe, cum per ſe intelligebatur, tum ex ipſius Grotii adnotatione (ibid. pag. 977.) adparet. At ipſa quidem illa vocula nonniſi emendationi primi editoris debetur; nam uterque noſter codex mſtus, eâ omiſſâ, ſic habet, κομίσας δ' ἐξέβαλεν οἴκαδε. Quare etiam ſic corrigendum ſtatuere poteras verſum,

τούτῳ. κομίσας δ' ὅδ' ἐξέβαλλεν &c.

quod & metro perinde conveniebat, & ad uſum loquendi paulo commodius videtur. Pro οἰκαδε, aptius utique οἴκοθεν videri debebat, quod Grotius recepit: ſed iſtud quum teneant ambo codices mssti, mutare non ſum auſus. Debebant igitur iſta verba, κομίσας ἐξεβαλλεν οικαδε, ſic accipi, quaſi dixiſſet, κομίσας οικαδε, ἐβαλλεν ἐξ οἴκου.

In eiusdem ANTIPHANIS ecloga ex *Philothebano*, *Verſu* f 2. pro συνάγοντα, quod reclamante metro in editis ſcriptisque legebatur, συναγαγόντα correxi, praeeunte GROTIO in Excerptis pag. 631. Sed, quod idem Grotius verba iſta συναγαγόντα τὰς ὀφρῦς his latinis reddidit, *reducta fronte in verticem*, in eo ſequi doctiſſimum virum non debueram. Id enim graece ſonabat, ἀνάγειν, ἀναστᾶν, & ἐπαίρειν vel ὑπεραίρειν ἐπάνω τῆς κορυφῆς, &c. quae ſunt hominis fidentis & arrogantis: vide ſupra, pag. 224. f. & ibi notata: cuius contrarium eſt, συνάγειν τὰς ὀφρῦς, *contrahere ſupercilia*, quod eſt hominis vel timentis, ut apud Lucian. in Demoſthenis Encom. cap. 16. vel *triſtis & moroſi*, qualem hic dicit poëta. conf. Ariſtoph. Plut. 756. & Nub. 582. ibique Schol. & Noſtrum, I. 30. c.

Quartus verſus, ſic ſonans,

ἐὰν σαπροὺς δὲ, κομιδῇ παίζειν καὶ γελᾶν,

peccat contra ſenariorum leges, ſpondeum habens in quarta ſede. Quem verſum eo nomine notavit HERMANNUS, de Metris, pag. 166. ſimul obſervans, vix eum videri mutationem admittere. Tenent quidem eumdem verborum ordinem libri omnes: ſed in ms. *Ep. inciſam orationem poſt* κομιδῇ video, non poſt δὲ, ut in edd. Quo admoneor, (quod obſervationem meam olim praeterierat) adverbium κομιδῇ (ſive κομιδῆ malueris) commodius ad σαπροὺς referri: unde ſimul via ſternitur emendationi, quae vel ita inſtitui poterit,

ἐὰν σαπροὺς κομιδῇ δὲ, παίζειν καὶ γελᾶν:

ſive in hunc modum malueris,

ἐὰν κομιδῇ σαπροὺς δὲ, παίζειν καὶ γελᾶν.

Poſtremo verſu, recte οἰμώζειν μακρὰ habent membr. *A.* cum edd. Perperam μακρὰν ms. *Ep.*

Ἄλεξις ἐν Πυλαίαις. Adnotavit DALECAMPIUS: »Quidam legunt ἐν Πυλαίοις, in *Circulatoribus*, ſive *Circumforaneis*.« — Ubi quinam ſint illi *quidam*, quos dixit vir doctus, neſcio: illud ſcio, non eſſe codices mssstos; quos nullos viderat, nec excerpta ex ullo habuerat Da-

lecampius. Membranae noſtrae vulgatum tenent: Epitomator vero ſuo more indicem fabulae omiſit. Πυλαία (quod ipſum etiam Dalecampius adnotavit) Graecis dicebatur *concilium Amphictyonum Pylis congregatum.* Vide Suid. h. v. Quo ſenſu autem *Alexis* dramati illi titulum Πυλαῖαι fecerit, non liquet. In eclogâ ex illo dramate prolatâ, quum *Verſus quartus* vulgo ſic ſcriberetur,

a φόρους. μονονουχὶ δεκατεύουσι γάρ:

monuit CASAUBONUS: »Pede uno decurtatus verſus: ita »absque dubio replendus:

»φόρους· ἡμῶν μονονουχὶ δεκατεύουσι γάρ.«

GROTIUS (Exc. p. 587.) in hunc modum refinxit ſenarium:

φόρους· οὐχὶ μόνον ἀποδεκατεύουσι γάρ.

Monens in Notis: »οὐχὶ μόνον ſe correxiſſe ob ſequentia; »ἀποδεκατ. vero, ob verſum.« Nempe μονονουχὶ valet *tantum non, propemodum:* ex *verſ.* 6. autem adparet, *non modo* dicere voluiſſe poëtam. Itaque bene quidem ad ſententiam habet verſus Grotianus, quem in contextum recepi. At ſicut Caſauboni ſenarius peccabat ſpondeo in ſecundam ſedem admiſſo: ſic ne in Grotiano quidem (ſive ultimam ſyllabam vocis οὐχὶ longam, ſive brevem ſtatuas,) ſatis cautum eſſe metro intelligo. Vide igitur, ne, ut metro, ſic & ſententiae conſultum fuerit, ſi ſic legamus:

φόρους· μόνον ἡμῶν οὐχὶ δεκατεύουσι γάρ.

Particulae iſtae μόνον & οὐχὶ, interſerta voce ἡμῶν ſeparatae, videntur haud incommode pro οὐχὶ μόνον accipi poſſe.

AD CAP. VIII.

In *ALEXIDIS* ecloga ex *Lebete, verſ.* 1. *ſq.* τοῦ πλουσίου Ἀριστονίκου. *Ariſtonicus dives*, eſt pater famoſi illius Calliae, de quo ſupra V. 218. b. & 220. b. filius Calliae τοῦ λακκοπλούτου, de quo vide Noſtrum XII. 537. b. & Perizon. ad Aelian. XIV. 16.

Verſus 2. ſic conceptus vulgo legebatur:

Ἀριστονίκου. τίθησι γὰρ νυνὶ νόμον.

Ubi verbum τίθησι non magis ad uſum ſermonis erat aptum, quam ad metri rationem. Quo lubentius amplexus ſum τίθεται, quod eius loco GROTIUS poſuit, Excerpt. p. 575. Nec vero idcirco ſatis conſultum metro eſſe, pulcre video. At nec, quid lucraremur, ſi cum eodem Grotio, transpoſitis verbis γὰρ & νυνὶ, ſic ſcriberemus,

Ἀριστονίκου. τίθεται νυνὶ γὰρ νόμον,

exputare potui. Sanandi metri variae quidem atque variae excogitari rationes poſſunt, ſed nulla ſatis certa nobis occurrebat. Expediriſſima fere illa fuerit, ſi legamus:

'Αριστονίκου· καὶ τίθεται γὰρ νῦν νόμον.

ſive in hunc modum malueris:

'Αριστονίκου. ἐτίθετο γὰρ νυνὶ νόμον.

Verſ. 3. πωλῶν γε. Vocula γε fulciendo metro recte inſerta iam a primo editore. *Verſ.* 4. ἰχθῦν ὑποτιμήσας, ἀποδῶτ' ἐλάττονος. — »Lego ἐπιτιμήσας: ut »legitur pag. 228. b. τὸν ξενικὸν οἶνον ἐπιτετίμηκας πολύ. »Hoc ultimum eſt quod Galli dicunt *renchérir*, in ſenſu »transitivo: illud Alexidis ἐπιτιμήσας, exprimunt per »*ſurfaire*.« CORAY in *Notis msstis*. — Tam ſpecioſa utique, quam docta emendatio. Prioris acceptionis verbi ἐπιτιμᾶν exempla nonnulla apud Demoſthenem habemus, ubi τὸν σῖτον ἐπιτιμηθῆναι ait, *auctum eſſe pretium tritici*, pag. 918, 22. & 1208, 2. ed. Reisk. Exemplum poſterioris ſignificatus, cui percommodus hic locus foret, Suidas adnotavit, in 'Επιτιμῶσα, quam vocem interpretatur, βαρύνουσα τὴν τιμήν. At hoc quidem loco non neceſſario deſiderari videtur verbum, quod ſignificet *augere pretium*, *nimium ſtatuere pretium*; ſatis erat, *aeſtimare*, *indicare* vel *ſtatuere pretium aliquod quodcumque*: quae notio cum ineſſe videretur verbo ὑποτιμήσας, mutare conſentientem codicum noſtrorum cum editis ſcripturam non ſum auſus. Nam ſicut apud Xenoph. in Apolog. Socr. ὑποτιμᾶσθαι eſt *ſtatuere praemium vel poenam, quam commeruiſſe nos aeſtimamus*: (conf. Epicteti Differt. III. 24, 61. & ibi not.) ſic ὑποτιμᾶν percommode valebit *pretium ſtatuere* vel *indicare merci*. Similiter ὑποτιμήσασθαι apud Ariſtotelem Oeconom. lib. II. ſect. 35. (T. II. Opp. p. 510. d. edit. Duval.) eſt *facultates ſuas aeſtimare*, vel *aeſtimare quantum tributi aequum ſit ut pendamus pro ratione noſtrarum facultatum*: & ibidem, pro ὑποτιμήσαντο, mox ponitur αὐτοὶ ἔταξαν. Rurſus apud eumdem, ibid. ſect. 5. (p. 502. e.) haec verba habes ἵνα οἱ πένητες δύνωνται ὑποτιμᾶσθαι, id eſt, *quo etiam pauperes poſſent aeſtimari, cenſeri*, & *tributum quod quisque penderet definiri poſſet*.

Verſ. 7. τῆς ἀξίας ἀγαπῶσιν. »Conciſe dictum, pro τῆς »ἀξίας τιμῆς πωλεῖν ἀγαπῶσιν. Alioquin eſſet ſcribendum »τὴν ἀξίαν.« CASAUB. — ἡ ἀξία, pro ἀξία τιμή, vulgatiſſima dictio. Verbum vero πωλεῖν e ſuperioribus fa-

b cile hîc intelligebatur. Porro in verbo ἀγαπῶσιν eſt alia vulgatiſſima ellipſis adverbii μᾶλλον, ad quod refertur dein ἢ particula: de qua loquendi formula non cogitaſſe videtur Epitomator, cum εἰτ' εἰς ἐσπέραν ſcripſit, contra auctoris mentem. ἢ τῆς ἑσπέρας cum editis recte tenent membr. *A.* *Verſ.* 8. σαπροὺς ἅπαντας. Sic non dubitavi cum GROTIO corrigere: licet vulgatum ἅπαντες teneat codex noſter uterque.

Verſ. 9 *ſq.* »Cum ait,

»Κἀνταῦθα καὶ γραῦς, καὶ γέρων, καὶ παιδίον
»πεμφεῖς ἅπαντες ἀγοράσουσι κατὰ τρόπον.

»hoc ſignificat: Legem modo recitatam Ariſtonici, adeo »vendendi cupidos piſcarios reddidiſſe, ut *iam vel anus* »*aliqua, aut ſenex quivis, aut puer denique, poſſit ab illis* »*mercari ſe fraude ſua*, ut erat in XII. tabulis. [vide Cic. »de Leg. II. 24.] Πεμφεῖς eſt, πνοὴν ἔχοντας: *viventes* »*adhuc & ſpirantes.* Piſces non ſpirant quomodo caetera »animalia, (etſi Hippocrates in libro DE FLATIBUS πάντας »ἰχθύας ἀναπνεῖν ſcribit, & ita placet etiam Plinio:) »ſpirant tamen naturae ſuae lege, & ἀναλόγως, ea re- »ſpiratione quam philoſophi non ἀναπνοὴν, ſed διαπνοὴν »vocant: ſunt qui ἐμπνοὴν proprie dici velint. Clemens »Alexandr. Strom. lib. VII. Τί οὖν φασι περὶ τοῦ Θεοῦ; »πότερον διαπνεῖται, ὡς τὸ τῶν δαιμόνων γένος; ἢ ἐμ- »πνεῖται μόνον, ὡς τὰ ἔνυδρα, κατὰ τὴν τῶν βραγχίων »διαστολήν; ἢ περιπνεῖται καθάπερ τὰ ἔντομα κατὰ τὴν »τῶν πτερύγων ἐπίθλιψιν τῆς ἐντομῆς. Πέμφυξ, ſive πεμ- »φὶς, eſt *flatus*, *anima.* Heſychius interpretatur, ψυχὴν »ὀρνίθων. Lycophroni πεμφίδες ſunt *animae defunctorum*, »iſto verſu de Ulyſſis in orcum deſcenſu, ἀκούσει κεῖθι »πεμφίδων ὄπα. Inde πεμφὴς, *habens flatum*, ſive *animam.* »In antiquis & Athenaei & Epitomes, πεμφθεὶς exara- »tum erat: quod etiam defendi poteſt. « CASAUBONUS. — At, cur ſolummodo *defendi?* quidni *unice teneri debuerat* iſta veterum librorum ſcriptura? Nempe, error primum in ed. Ven. operarum incuriâ commiſſus, πεμφεὶς pro πεμφθεὶς ponentium, deinde auctus in ed. Baſ. ubi πεμφεῖς excudebatur; is (inquam) error occaſionem dederat eruditae diſputationi, qua effici debebat, vocabulum πεμφὴς (quod nullum in univerſa Graeci ſermonis copia usquam reperitur) *animatum*, *vivum* ſignificare: ea diſputatio, ſero animadverſo errore, ut in ſpongiam in-

cumberet, aegre patiebatur doctissimus Animadversor. Merito vero h. l. adnotavit CORAY: »Praefero alteram lectionem πεμφθείς. conf. Theophrasti Charact. περὶ Ἀπιστίας: ἀποστείλας τὸν παῖδα ὀψωνήσοντα, ἕτερον παῖδα »πέμπειν, πευσόμενον πόσου ἐπρίατο.« — Illudque ipsum, πεμφθεὶς, iam olim unice recepit Grotius, ne mentione quidem facta alterius mendosae scripturae.

In *altera ecloga* ex eâdem *ALEXIDIS* fabulâ, ubi ait c τά τ' ἄλλα γὰρ νενομοτέθηκε πολλὰ, aut subintelligendum καλῶς, quod adverbium ex vocabulo κρείττων repetendum: aut ex eo, quod continuo deinde ait νόμον χρυσοῦν, hîc intellige τά τ' ἄλλα χρυσᾶ νενομοτέθηκε, *alias aureas tulit leges.* Mox qui sequitur versus,

χρυσοῦν· τὸ μὴ πωλεῖν ἔτι καθημένους,

eum eodem modo scriptum exhibet codex noster uterque, nec in eo quidquam *Grotius*, metricarum legum alioquin & peritissimus & observantissimus, mutavit. Nec vero, quo pacto metrum expedirem, cum *pyrrhichius in quarta senarii sede* sit, reperire equidem potui. Nescio, an πωλεῖν γὰρ ἔτι oportuerit, ut esset tribrachys.

Septimus versus nihil difficultatis habebat,

εἶτ' εἰς νέωτά φησι γράψειν κρεμαμένους.

Quoniam tamen perperam eum Dalecampius sic reddiderat, *Deinde ut appensis tabulis pretium scribant in posterum*; monuit CASAUBONUS: »Observa sermonis compendium, »quod interpretes decepit, pro πωλεῖν τοὺς ἰχθῦας τοὺς »ἰχθυοπώλας κρεμαμένους. Expositio pendet ex praecedentibus. Dixit enim, *lege nova cautum esse ne quis piscarius pisces vendat nisi stans.* Nunc addit, *auctorem* huius »legis *edictum sequente anno aliud esse promulgaturum* in hanc »sententiam: *Ne quis piscarius pisces vendat nisi pendens.* »Legis utriusque ratio est eadem: sed haec posterior efficacissima erat futura.« CASAUBONUS. — Callida ambiguitas, quae in verbo κρεμαμένους inest, vel nobis non monentibus, in oculos incurrit lectoris.

Vers. 8. Quod ἧττον ἀποπέμπουσι habent edd. cum ms. *A.* id *male* positum GROTIUS iudicans, ἀποπέμψουσι correxit. Pariterque CORAY, in *Notis msstis*: »Lego, inquit, ἀποπέμψουσι. *Citius dimittent emptores: quemadmodum Dei, e machina apparentes*, finem fabulis imponendo spectatores dimittunt. conf. p. 222 extr.

»Αἴρουσι, ὥσπερ δάκτυλον, τὴν μηχανήν;

c » καὶ τοῖς θεωμένοισιν ἀποχρώντως ἔχει.
» Plato in Cratylo, pag. 316. T. III. edit. Bipont. allu-
» dit ad hanc ἀποπομπὴν ſpectatorum poſt machinae ad-
» paritionem, his verbis: εἰ μὴ ἄρα δὴ, ὥσπερ οἱ τραγῳ-
» δοποιοὶ, ἐπειδάν τι ἀπορῶσιν, ἐπὶ τὰς μηχανὰς κατα-
» φεύγουσι, θεοὺς αἴροντες, καὶ ἡμεῖς οὕτως εἰπόντες ἀπαλ-
» λαγῶμεν. « — Eamdem ipſam vero ſcripturam, ἀποπέμψουσι, dedit nobis etiam noſter codex *Epit.*

AD CAP. IX.

Ἀντιφάνης ἐν Μισοπονήρῳ. Perperam Ἀριστοφάνης
d ms. *Ep.* *Verſ.* 2. οἳ γενομένοισιν. οἳ γεννωμένοισιν idem ms. *Ep.* invito metro.

Verſ. 3. Mireris utrumque codicem cum editis in compoſitum verbum διαδιδόασιν conſentire, in quo nec ullam vim hoc loco habere praepoſitio διὰ poteſt, & metro manifeſte officit. Nude δίδόασιν ſcripſi cum GROTIO, in Excerpt. pag. 615. quae formatio verborum in μι non ſolis Ionibus propria fuiſſe videtur, ſed & Atticis uſitata. vide Maittaire DE Dialect. pag. 130. Quod ni ita eſſet, διδοῦσι corrigendum erat cum IACOBS in *Notis msstis.* Videtur primus Editor metro, copiâ laboranti, ſuccurrere voluiſſe omiſſo verbo πίνειν, quod utique ſalvâ ſententiâ poterat abeſſe. At non viderat ille, alia parte laborans metrum ea ratione eſſe invectum, nempe ſpondeo in quarta ſenarii ſede, cum ſic (in ed. Ven. & Baſ.) ſcriberetur:

διαδιδόασιν ἵππων καὶ βοῶν γάλα.

Verbum vero πίνειν, quod poſt βοῶν tacite inſeruit Caſaubonus, & Codices Italici ei obtulerant, & noſter codex uterque agnoſcit.

Verſ. 4. Οὐχὶ μὰ Δία τιτθὰς &c. HERMANNUS, aegerrime ferens quatuor brevium ſyllabarum concurſum, Οὐ μὰ Δία reſcriptum malebat, DE Metris pag. 154. At praeclare ipſe intellexit Vir doctiſſimus, quantus ſit numerus exemplorum, in optimis quibusque Graecorum poëtarum codicibus occurrentium, quae praecepto ipſius refragentur.

Verſ. 5 & 6. Cum *quintus verſus* vulgo in hunc modum ſcriptus legeretur,

καὶ παιδαγωγοὺς αὖθις, ὧν μείζω γε * μαίας νὴ Δία:

fic ad hunc locum commentatus eſt CASAUBONUS: » Ver. d
» ſus ille ex membranis ſanari nequit: omnes enim ſimi-
» liter depravatae. Conſtat, verſus duos in unum eſſe
» conflatos, deperditis non paucis dictionibus. Lego:

» καὶ παιδαγωγοὺς αὖθις ἐξωλεστάτους·
» ὧν μεῖζον οὐδὲν ἔστι κακὸν, νὴ τὸν Δία.

» *Scythae*, ait, *non introducunt in aedes ſuas neque nutrices* » *infantibus ſuis, neque pueris paedagogos, quae duo ſunt ma-* » *la peſſima.* Deinde auctor in *nutrices* acrius invehitur: » quas ait *deterius malum eſſe quam ſint paedagogi, aut etiam* » *impoſtores & plani.* Non falſo ea poëtam praedicare de » nutricibus, norunt qui earum moroſitatem, arrogan- » tiam, ἀπληστίαν, & malignitatem domi ſuae quotidie » experiuntur. « — Veteres noſtrae membranae nihil a vulgata ſcriptura discedunt: Epitomator vero, cum in ſuo etiam exemplari mutilatum locum reperiſſet, & ea ipſa verba, quae membranae *A.* habent & proxime ſequentia praetermiſit; ab illis, καὶ παιδαγωγοὺς αὖθις, ſtatim ad iſta transiens, πολὺ γὰρ αὖ γένος μιαρώτατον τοῦτ' ἔστιν. Mihi vero defectum, quo laborat hic locus in quo verſamur, GROTIUS, nonnulla a Caſaubono accipiens, multo quam ille felicius, &, quod ad ſententiam quidem ſpectat, certiſſima ratione expleſſe viſus eſt, ita ſcribens ut a nobis editum eſt:

καὶ παιδαγωγοὺς αὖθις, ὧν μεῖζον κακὸν
οὐκ ἔστιν οὐδὲν, μετά γε μαίας, νή Δια.

Verſus 8 & 9. in hunc modum editi legebantur:

τοὺς μετραπατῶντας τούς τ' ἀγυρτοῦντας· πολὺ γὰρ
γένος μιαρώτατον τῶν τ' ἐστὶν, εἰ μὴ νὴ Δία
τοὺς ἰχθυοπώλας &c.

Ad quae monſtra nihil prorſus animadverſionis a Caſaubono tentatum exſtat, nedum quidquam ad ea procuranda collatum. GROTIUS, non poſſe iſta ita ferri praeclare videns, emendandi rationem iam inde a praecedenti verſu iniit: qui quum conſentientibus membranis ſic eſſet editus,

αὗται δ' ὑπερβάλλουσι· μετά γε, νὴ Δία,

ille tres continuos verſus (*ſeptimum*, *octavum* & *nonum*) in hunc modum refinxit:

αὗται δ' ὑπερβάλλουσι τούς τε μετραπατῶν-
τας, τοὺς ἀγυρτοῦντάς τε πολύ· καὶ γὰρ γένος
μιαρώτατον τῶνδ' ἐστὶν, εἰ μὴ, νὴ Δία,

d τοὺς ἰχθυαπ. ——

Quae, licet ad metri rationem exacta, tamen alioqui quam ſint ſcabroſa & parum congrua reliquo iſtorum verſuum colori, nemo non videt. Nobis, ut ad verum propius accedere, ac ipſam fortaſſe auctoris veriſſimam repraeſentare ſcripturam poſſemus, viam ſtravere optimi noſtri libri mssti: quos vellem paululo etiam preſſius, quam a me factum nunc demum intelligo, ſecutus eſſem. Nam *verſum* 8. ad membranarum *A.* praeſcriptum ſic reſcriptum velim,

τοὺς μητραγυρτοῦντάς γε. πολὺ γὰρ αὖ γένος &c.

Iam, *ſeptimum* quidem *verſum*,

αὗται δ' ὑπερβάλλουσι· μετά γε, νὴ Δία,

in quem ad verbum cum editis conſentiunt veteres noſtrae membranae, bene ſic habere, neque quidquam in eo mutare debuiſſe Grotium, color atque tenor totius eclogae oſtendere videtur. Nam & connexio orationis percommoda eſt; & formulam νὴ Δία eodem modo ſaepius in his verſibus de induſtria repetitam videmus; & formula μετά γε cum ad ſenſum neceſſaria eſt, tum eodem modo vers 11. repetitur. Deinde iſta verba, (*vers.* 9.)

e μιαρώτατον τοῦτ' ἐστίν· εἰ μὴ, νὴ Δία,

perfectiſſimum complent ſenarium, quem eodem quo ſcripſi modo & ms. *Ep.* & membranae *A.* exhibent; ubi pro mendoſo τῶν τ' ἐστὶν, quod erat editum, percommode uterque codex τοῦτ' ἐστὶν dabat. Reſtabat concinnandus *verſus* 8. medius inter illos duos interiectus. Illius igitur verſus hemiſtichium poſterius, communi conſenſu membranae *A.* & ms. *Ep.* tale offerebant,

— — — πολὺ γὰρ αὖ γένος,

quae verba cum ſequentibus verbis, μιαρώτατον τοῦτ' ἐστὶν, perapte connectuntur. Praecedentia in Epitome, ut ſupra dictum, omiſſa ſunt. Membranae *A.* vero, pro *primo verſus* 8. *hemiſtichio*, haec monſtroſa utique verba dabant

τοὺς μητραρπατῶντας γυργοῦντάς γε.

Ubi illud ſtatim adparebat, quod & praeclare viderunt editores, in μητραρπατ. ρ literam ante π temere irrepſiſſe, & deinde perperam γυργ. pro γυρτ. eſſe ſcriptum. Sed iſtud praeterierat doctorum virorum obſervationem, quod in eisdem vetuſtis membranis frequenter uſu veniſſe iam ſaepius a nobis obſervatum; ſcilicet, perperam

iunctas esse duas scripturas, quarum altera ex vetere contextu, altera (quae alterius interpretationem aliquam continebat) e margine aut e scholio interlineari ducta esset. Simillimus igitur error, cuius tam multa iam exempla adnotavimus, quin hic quoque fuerit commissus, perspicuum esse videtur. Nempe,

τοὺς μητραγυρτοῦντάς γε

vetus veraque fuerat scriptura; cuius posteriori parti, pro interpretamento, superscripserat aliquis vocem ἀπατῶντας, quemadmodum apud Suidam nomen ἀγύρτης per ἀπατεὼν exponitur. Istud scholion perperam accipiens indoctus aliquis librarius, monstrosam inde scripturam

τοὺς μητραπατῶντας γυρτοῦντάς γε

confuit. Quae scriptura deinde sive a recentioribus librariis, sive a primo editore, magis etiam deformata est, cum μητραπατ. in μετραπατ. mutarent, (quasi de *mensurarum adulteris*, quos vocat Grotius, ageretur) & τούς τ' ἀγυρτοῦντας scriberent. Atqui ἀγυρτέω non est graecum verbum: sed μητραγυρτεῖν habes apud ipsum Nostrum, XII. 541. e. de quo confer Perizonium ad Aelian. Var. Hist. IX. 8. & quem is laudat Dionys. Halic. II. 19. T. I. pag. 275 sq. ed. Reisk. Adde Eustath. ad Odyss. ρ'. pag. 636, 36 sqq. Quum γε particulam, post ista verba in membranis nostris positam, aut non animadvertissem olim, aut parum commode in eadem ῥήσει, (quoniam modo praecedebat μετά γε) bis positam iudicassem; omissâ illâ, quo iustam mensuram haberet senarius, continuo deinde πολύ ταί γὰρ, ex coniecturâ, pro πολὺ γὰρ scripseram. Sed nil magnopere obstare videtur, quin credamus, loquacem illum hominem, quem ista dicentem fecit poëta, bis etiam in uno commate eâdem uti potuisse particulâ, quâ tantopere delectatum & ante & post hunc versum videmus. In istorum versuum interpretatione Latina, a Grotii versione, quam alioqui tenuimus, fuit nobis discedendum.

Versus 11. decurtatus sic legebatur in edd. & msstis:

μετά γε τοὺς τραπεζίτας ἔθνος.

Commode tamen in ms. *Ep.* post τραπεζίτας *incidebatur* oratio. Ibi CASAUBONUS: »Scribo, inquit, & expleo:

»καὶ μετά γε τοὺς τραπεζίτας, ἔθνος ἕτερον.«

Quem in ista quidem emendatione non habuisse quod de Musarum favore sibi gratularetur, satis adparet. Commo-

e dius multo GROTIUS sic correxit:

καὶ τούσδε μετά γε τοὺς τραπεζίτας· γένος &c.

Mihi vero simillima eis, quae iam toties repetita sunt, verba omissa a librariis visa erant: quare sic fere scripsisse poëtam, mihi persuaseram:

μετὰ τούς γε, νὴ Δία, τραπεζίτας· ἔθνος &c.

Cur ἔθνος in γένος cum Grotio mutarem, nullam causam vidi.

AD CAP. X.

Δίφιλος ἐν Ἐμπόρῳ. Cum ἐν Ἐμπορίῳ h. l. legeretur in editt. vett. & in membranis, adnotavit CASAUBONUS: »Malim Ἐμπόρῳ: ut paullo post, [pag. 227. e.] »& libro septimo [pag. 316. f.] legitur. Sic nominabatur »& Philemonis fabularum una. Plautus: *Graece haec vo-*»*catur Emporos Philemonis; eadem Latine Mercator M. Ac-*»*cii.* Laudatur Varroni & Pacuvius in *Mercatore*. Corri»ge Harpocrationem in Ναύκληρος, ubi citatur Diphilus »ἐν Πόρῳ. Scribe, Δίφιλος Ἐμπόρῳ.« — In ed. Cas. 1. & 2. ἐν Ἐμπόριῳ scribitur, perperam posito accentu. In ed. Cas. 3. ἐν Ἐμπορίᾳ, temere prorsus.

In *DIPHILI*, ex *Mercatore*, *Vers.* 2. Vocandi casum Πόσειδον tenent mssti cum editis; quem nil opus erat ut in rectum Ποσειδῶν mutaret GROTIUS in Excerpt. pag. 787. Recte vero idem GROTIUS, quum vulgo *secundus versus* in haec verba desineret, αὐτῶν ἐλάμβανες, tertius autem in ista, ἡμέρας πολὺ, vocem αὐτῶν in tertii initium reiecit, πολὺ autem initio quarti posuit. Eodem modo HERf MANNUS, De Metris pag. 165. *Vers.* 5. εἴ με προσγελάσειέ τις recte emendarunt iidem docti viri. Ferri potuerat εἴ μοι, si per metrum licuisset. Nam προσγελῶν perinde cum dativo casu construitur, ut apud Lucian. in Deorum Dial. VII. cap. 1. & cum accusativo, ut apud Euripid. in Med. 1162.

Postremus versus, in editis sic scribebatur:

ὅσον εἵλκυσε, τοσοῦτον καταθεὶς ἐπριάμην.

Et sic quoque in ms. *Ep.* Quo fiebat syllaba πρι in ἐπριάμην longa, quam brevem tamen usurpant Graeci. Quare GROTII rationem secutus sum,

ὅσον εἵλκυσεν, τοσοῦτο καταθεὶς ἐπριάμην.

Habent vero εἵλκυσεν etiam veteres nostrae membranae.

Metro autem non valde repugnabat τοσοῦτον, quod f magis Atticum esse videtur: adeoque teneri hoc potuerat.

In *Alexidis* ecloga ex *Hellenide*, *Vers.* 3. Ἂν ἀνατραπῇ percommode dedit uterque noster codex. Male vero, in fine eiusdem versus, ὡς γένηται habet ms. *Ep.* pro ὡς γίνεται.

Vers. 4. »Corruptus est hic versus,

πληφθῇ νέων τις, καταπεπτώκασ' εὐθέως.

»Etsi ita mssti, omnino tamen legendum καταπεπώκα»σιν, *devorant*: & ita recte Dalecampius. Sensus lectio»nis huius est: *Si versa navi iuniorum aliquem cete pre»hendant, illum statim devorant.* Sed enim cete non solum »*pueros iuvenes*, verum & parectatos, & viros τελείους, »& senes absorbent, omnesque obvios cuiuscumque ae»tatis aut staturae. Lego πληφθῇ νεώς τις, hoc sensu: »si navem, aut e navi tabulam, aliquis naufragus, viam »ad salutem quaerens, prehenderit, saepe tamen nihil »agit miser: cum enim aquarum periculum evasisse vi»debitur, in feras marinas incidet, a quibus perdetur. »Ita legendum esse docent illa in superiore versu, εἶθ' ὡς »γίνεται, *ut fieri solet.* Nam in naufragio nunquam non »fit, ut lacerae navis tabulae prehendantur.« Casaubonus. — At quanto expeditius, aut quid magis in promtu erat, quam νέων pro participio verbi νέω accipere? *si quis nans, nando salutem petens, deprehenditur.* Sic rectissime Grotius. ναίων suo more habent membranae *A.* νέων recte tenet ms. *Ep.* καταπεπώκασ' vero (non καταπεπτ.) habet codex uterque.

Vers. 5. αὐτοί τ'. Et hoc dedit uterque cod. mstus, mul- a to commodius quam αὐτοί γ', quod erat editum.

Ἄρχιππος ἐν Ἰχθύσιν. Ad vulgatum Ἱππεῦσιν, monuerat Casaubonus: »Corrigendum Ἰχθύσιν: & »*Equites* in *Pisces* vertendi. Primum, poëtae huius *Equi»tes*, nusquam [nempe, nusquam alibi] in libris vete»rum: deinde, libro VII. [pag. 311. e.] ubi iterum hi »versus descripti, veram lectionem invenias. Hic est *Ar»chippus* comicus, quem ut poëtarum omnium φορτι»κώτατον, ab aequalibus irrisum scribit Aristophanis Scho»liastes ad Vesp. [vs. 479.] *Pisces Archippi* & noster sae»pius laudat, & Pollux lib. X. c. 5. Idem lib. VI. c. 3. »ait, παντοπωλίαν verbum esse Archippi in Piscibus. »Meminit & Harpocration in Πάλιν αἱρετός. Versus in-

a » de hìc deſcripti ſententiam hanc continent: *Hermaeum*, » *piſcariorum impuriſſimum*, *piſces vendere non integros*, *ſed* » *aliqua parte imminutos*, *ad maius compendium*: *puta*, *ſqua-* » *tinam & muſtelam degluptos*: *lupos exenteratos*. Longe ali- » ter Dalecampius: ſed non animadvertebat, pro ἐντέρων, » quod hic legitur, ſcribendum eſſe ex libro ſeptimo ἐντε- » ρεύων aut ἐξεντερεύων. « CASAUBONUS. — Dalecamp. ſic interpretatus erat: *Is vi nos deglubit*: *ſquatinas enim*, *ſqualos & lupos nobis*, *ut aiunt paſſim*, *vendit ipſis viſceribus*. Recte vero Caſaubonus: *ſquatinam & muſtelam degluptos vendit*: ſcilicet cute detracta, quam ſeorſim venderet cupidus homo. Inſervit enim cutis ſquatinae (τῆς ῥίνης) fabrilibus uſibus, ut ſupra notatum, IV. 135. f. ubi vide notata: eiusdemque generis eſt galei ſive muſteli ſtellati cutis, quae in eosdem uſus deglubi ſolet, ut adnotavit Geſner de Aquatil. pag. 613. e. Etiamque in medicatos quosdam uſus adhiberi ſolitam *ſquatinae cutem*, Plinius auctor eſt, XXXII. 9, 34. Quod vero *lupum piſcem* ait poëta *exenteratum* vendi ab eodem homine, poteſt id ad *lactes* referri *luporum*; quas cum muraenarum lactibus in deliciis habitas eſſe, Lampridius indicat in Heliogab. cap. 23. citatus a Geſnero pag. 513. Fortaſſe etiam *cerebrum* ex *luporum* capite ſubdole extrahere noverat idem cupidus piſcarius, quod ſeparatim venderet, ut cibum inprimis expetitum lurconibus. conf. Noſtrum, VII. 311. d. Sic igitur ſententia huius eclogae ſatis in ſalvo: non item verba. Quidquid enim facias, niſi maiorem quamdam novationem tentare volueris, claudicabit metrum. Tres poſteriores verſus h. l. ſic editi legebantur:

κάπηλος Ἑρμαιός ἐστιν, ὃς βίᾳ δέρων
ῥίνας γαλεούς τε πωλεῖ καὶ λάβρακας
ἐντέρων ὡς λέγουσιν ἡμῖν.

Et conſentiunt membranae *A.* niſi quod in primo verſu verbum ἐστὶν ignorent. Idem verbum ἐστὶν deeſt lib. VII. pag. 311. e. ubi iidem verſus & in edd. & in membr. *A.* in hunc modum ſcripti:

κάπηλος Ἕρμαιος ὃς βίᾳ δέρων ῥίνας
γαλεούς τε πωλεῖ καὶ τοὺς λάβρακας
ἐντερεύων.

Ms. *Ep.* hoc loco nil aliud habet, niſi: Αἰγύπτιος μιαρώτατος τῶν ἰχθύων κάπηλος Ἑρμαιος. Libro VII. autem conſentit ms. *Ep.* cum edd. & ms. *A.* niſi quod perperam

ῥίνου pro ῥίνας habeat. Ego hoc loco in illo *verſu*, κάπη- a
λος Ερμ. &c. ſcripturam membranarum noſtrarum ſecutus, quam eamdem libro VII. libri omnes agnoſcunt, pulcre intelligo, parum conſultum eſſe metro: nam, ut taceam ſcabroſum in medio eſſe verſum, in fine *ſpondeum* habet; quippe in ῥίνας primam longam eſſe vel duo illa exempla docent, quae libro IV. 131. e. & 135. f. leguntur: quare & h l. & 131. e. per diphthongum ῥείνη ſcribitur in membranis. Tum vero in ſequenti verſu,

γαλεούς τε πωλεῖ καὶ λάβρακας, ...

expediri metrum non poſſe, niſi in fine *defectum verſum* ſtatuas, ipſe profeſſus ſum *lacunâ* punctis nonnullis indicatâ. Nunc propemodum malim *primum verſum* ita reſtitutum, ut ab editoribus concinnatus erat, verbo ἐστὶν inſerto. Sic enim ſatis commode decurrit metrum,

κάπηλος Ἑρμαιός ἐστιν, ὃς βίᾳ δέρων.

Nam in Ἑρμαιος ſyllaba μαι ob ſequentem vocalem corripi poſſe videtur, ut ſit tertius pes anapaeſtus - μαιος ἐστ -: & reliqua haud dubie bene habent. Tum vero in *ſequente verſu*, commodiſſimus utique videtur articulus τοὺς, qui pag. 311. ad λάβρακας adiicitur: at, qui inde naſcitur ſenarius,

ῥίνας γαλεούς τε πωλεῖ καὶ τοὺς λάβρακας,

parum fuerit legitimus, ob ſpondeum -λεῖ καὶ - in quarta ſede. Initium *poſtremi verſus* in hunc modum olim fuiſſe conceptum,

ἐξεντερεύων, ὡς λέγουσιν ἡμῖν. —

paene habeo perſuaſum.

Ἄλεξις δ' ἐν Ἐπικλήρῳ. Ipſa *Alexidis* verba, quae huc b
ſpectant, paulo poſt adponuntur, lit. d. e. Epitomator autem illos verſus hoc loco ſtatim adpoſuit.

AD CAP. XI.

In *ANAXANDRIDAE* ecloga ex *Ulyſſe*, *Verſ.* 3. αὐτὴ, quod erat editum, tenet codex uterque noſter. At ſicut ſaepe, ubi αὕτη dabant libri, in αὐτὴ illud fuit mutandum; ſic hic pro αὐτὴ omnino αὕτη corrigendum iudicavi; nempe αὕτη ἡ χειρουργία ἡμῶν, τῶν ἁλιέων. Sic deinde verſ. 15. ἥδε ait. Quod ἐκ λοπάδος, & dein ἀπὸ τοῦ ταγήνου ait poëta, iſtud ad *elixa* pertinere, hoc ad *frixa*, iam ſaepius obſervavimus.

c *Verſ.* 5. & 6. Duo iſti verſus quum deeſſent editioni Ven. & Baſ. ex msstis eos adiecit Caſaubonus. Ac video illos ex Aegianis Lectionibus adnotatos in ora libri qui olim Caſauboni fuerat: eosdemque ei offerebat Epitoma Hoeſcheliana. Leguntur quidem pariter & in noſtro ms. *Ep.* & in vetuſtis membr. *A.* ſed ubique *quintus verſus* ſic ſcriptus erat,

Ἐπὶ τίνα δ' ἄλλην τέχνην, ὦ χριστὲ σὺ,

manifeſte claudicante metro: quod non commodiore certioreque ratione fulciri poſſe nobis videbatur, quam interſertâ γὰρ particulâ inter voces ἄλλην & τέχνην. Ad exponendam ſententiam haec ſpectat animadverſio CASAUBONI: »*Age* (inquit piſcator) *dic mihi, o bone, quae* »*ars eſt alia, cuius gratia iuvenes ora ſibi comburant?* Ut »integra ſit ſententia, ſupplendum, *quemadmodum propter* »*noſtram artem* (hoc eſt, piſces quos capimus) *fieri ſolet.* »Memineris *quam ferventiſſimos cibos* adamaſſe veteres po»pinones: qua de re dictum eſt libro primo.«

Verſ. 7 & *ſeqq.* »Addit poëta, ut quidem nos ſcribimus:

»Ἡ ὠθισμός ἐστι δακτύλων τοιοῦτος, ἢ
»καὶ πνιγμὸς, ἐὰν ταχὺ μὴ δύνηται καταπιεῖν,
»ἀλλ' οὐ μόνη γὰρ τὰς συνουσίας ποιεῖ
»εὔοψος ἀγορά;

»Ita prorſus eſt ſcribendum. Nam in hisce omnibus ope»ram & oleum docti viri perdiderunt. Offendit iam olim »exſcriptores principium huius verſus, ἢ ὠθισμός. Itaque »omnium ſuffragiis recepta eſt inepta vox ἠθισμὸς, quae »& Dalecampio placita. Illa vero iſto loco ridicula eſt »ἀπαξαπλῶς. [*Per digitos colatur cibus*, reddiderat Da»lec.] Synizeſis initio verſus, exemplo Homeri, ἢ οὐχ »ἅλις, & ἢ οὐχ ὁράᾳς. Senſus eſt: *Artem eſſe nullam niſi* »*piſcatorum, propter quam ſic digiti collidantur, atque* »*adeo homines ſeſe ipſi ſtrangulent, ſi deglutire ſtatim non* »*queant quod in os iniecerint: ſolam eſſe denique piſcium co*»*piam, quae convivantium menſas inſtruat.* Studioſi confe»rant aliorum interpretationes: veſtigium verae ſententiae vix reperient. ὠθισμὸς proprie de *conferta turba* di»citur, *ubi alius alium impellit.* Theocritus, [XV. 72 ſq. »Ἀθρόος ὄχλος·] ὠθεῦνθ' ὥσπερ ὗες. Elegantiſſime hîc uſur»patur de *digitis plurium manuum, quae omnes eandem ſimul* »*petant patinam.* Elegantiſſime etiam πνιγμὸν adiicit, ut »*ſummam aviditatem* oſtendat eorum qui piſces amant. εὔο-

» ὄψος ἀγορὰ, *forum ubi piſces abundant*: [*& vili pretio ven-* c
» *duntur.*] ὄψον, *piſcis.* [immo, *piſces.*] Sic & accipe in
» Timoclis verſibus de Corydo paraſito: [pag. 241. a.]
» Ἀγορὰν ἰδεῖν εὔοψον, εὐπορουῦντι μὲν ἥδιστον. Lege ſe-
» quentes ibi verſus: nihil niſi *piſces* nominat. Significat,
» *tunc maxime agitari convivia, cum piſcium magna copia in*
» *foro.*« CASAUBONUS. — Recte ἡ ὠθισμὸς dedit noſter ms. *Ep. Feſtinationem* interpretatus ſum: intelligenda autem utique *feſtinatio plurium ſimul eodem tendentium, & ſeſe mutuo pellentium trudentiumque*: poſſes haud incommode uno latino verbo *conflictum* reddere. Recte etiam (*eod. verſ.* 7.) τοιοῦτος dedit idem ms. *Ep.* pro τοιούτων, quod erat in ed. Ven. & Baſ. & in ms. *A.* *Verſu* 8. cum vocabulum πνιγμὸς latine *pruritum* redderem, Graecum κνισμὸς in animo habueram. Debebam vulgatam ſignificationem, *ſuffocatio*, tenere. Pariter apud Polybium, IV. 58, 9. ὠθισμὸς & πνιγμὸς iunguntur: ὁ δ' Ἀρχίδαμος ἐν τῷ περὶ τὰς πύλας ὠθισμῷ καὶ πνιγμῷ διεφθάρη. Sed lepide hoc loco poëta πνιγμὸν (quod perſpecte Caſaubonus obſervavit) *ſtrangulationem faucium* dixit. Ad verbum δύνηται, ut ſaepius alibi, τις *pronomen* erat ſubintelligendum. Ad verſuum conſtitutionem quod ſpectat, perperam in editionibus omnibus vox πνιγμὸς *verſui ſeptimo* erat adiecta: *octavus* autem in ed. Ven. ſic ſcriptus erat,

ἐὰν ταχὺ μὴ δύνηται καταπιεῖν ἀλοὺς μόνον

absque diſtinctione in fine. Eamdem ſcripturam tenens editor Baſileenſis, *punctum* poſt μόνον poſuit. In ed. Caſ. ſic ſcribitur idem verſus,

ἐὰν ταχὺ μὴ δύνηται καταπιεῖν ἄλλου μόνον;

Sequebatur dein rurſus in omnibus editionibus verſus breviſſimus, in hunc modum ſcriptus:

ἡ γὰρ τὰς συνουσίας ποιεῖ
εὔοψος ἀγορά. *&c.*

Iam equidem, praeeunte Caſaubono in Animadverſionibus, vocem πνιγμὸς ad *octavum verſum* reiiciens, probe videram ad metrum adhuc ibidem deſiderari aliquid: nec vero ſatis certus eram, eſſet-ne cum eodem Caſaub. καὶ πνιγμὸς ſcribendum, an ſatis foret πνιγμός γ' ἐὰν ſcribere, an alia denique neſcio qua ratione metro laboranti eſſet ſuccurrendum. *Eodem verſ.* 8. pro ταχὺ μὴ, quod erat editum, transpoſitis verbis μὴ ταχὺ dabat codex noſter uterque: quod, ut commodius, a nobis re-

c ceptum est. Epitomator in verbo καταπιεῖν finem fecit totius Eclogae. In ms. *A.* vero sequitur (*vers.* 9.) ἀλλου (sic) μόνονη γὰρ &c. quod & e codicibus Italicis adnotatum reperisse videtur Casaubonus: qui perspecte primum illud vidit, vocem ἄλλου in duas ἀλλ' οὐ esse dirimendam; tum & istud percommode, quod, pro μόνονη vel μόνον ἤ, nude μόνη scribendum censuit. Nam licet utramque vocem μόνον & ἤ in contextu tenuerim, tamen prope absum ut credam, rursus hoc loco, ut toties alibi, duas diversas lectiones (μόνον, & μόνη) in unam fuisse a vetere librario contractas. Tenendo utramque vocem, μόνον & ἤ, duplici modo accipere ista verba possis: uno modo, ut intelligas, Ἀλλ' οὐ μόνον (τοῦτο·) ἢ γὰρ εὔοψος ἀγορὰ τὰς συνουσίας ποιεῖ: id est, *at non hoc solum*, nempe non solum gulae singulorum grati sunt pisces; *nam piscibus abundans forum convivia etiam conciliat*: altero modo, quasi sic esset scriptum cum interrogatione, Ἀλλὰ γὰρ οὐχὶ μόνον ἢ εὔοψ. ἀγ. &c. *at enim, nonne solummodo piscibus abundans forum* &c.

Vers. 10 *sq.* »Sequitur,

»— — τίς δὲ συνδειπνεῖ βροτῶν
»φρυκτοὺς καταλαβὼν ἢ κορακίνους ὠνίους;
»ἢ μηδέν;

»Frustra haec conati sunt interpretari. Corrigenda prius »erant. Scribe,

»φρύκτ' οὐ καταλαβὼν, ἢ κορακίνους ὠνίους,
»ἢ μαινίδ';

»*Quis est mortalium*, ait poëta, *qui convivium instituere ve-* »*lit, aut possit etiam satis laute, si nulli reperiantur venales* »*pisces, aut saltem pisciculi?* φρυκτὰ vel φρυκτοὺς, omissis »vocibus ἰχθύδια vel ἰχθῦς, vocabant *pisces minutos qui* »*& edebantur & vaenum exponebantur fricti.* Hesychius, »φρυκτά· ξηρὰ ἰχθύδια εὐτελῆ. Simillime ἑψητοὺς appel- »labant *pisciculos qui cocti vendebantur.* Meminit autem »poëta *phryctorum, coracinorum*, & *maenidum*, hoc signi- »ficans: si meliores & laudatiores pisces nequeant repe- »riri, κατὰ δεύτερον πλοῦν etiam istos expeti. Alioqui »magna istorum erat vilitas: quos quidem Alexis comi- »cus libertinis relinqui vult, indignos qui a proceribus »gulae edantur. Ἀπελευθέρων, inquit, ὀψάρια ζηρεύουσί »μοι· τριχίδια, καὶ σπρίδια, καὶ φρυκτοὺς τινάς. Loco »vulgatae scripturae, ἢ μηδὲν, quae ferri nequit, emen-

» davimus ἢ μαινίδα, volentibus (opinor) omnibus eru-» ditis. « CASAUBONUS. — Equidem quin iſtas adoptarem emendationes nullus dubitavi.

Verſ. 15. Eſſe iuſto breviorem iſtum verſum, d

τῶν ἁλιέων; ἥδε γὰρ δαμάζεται,

ſatis adparet. Quid ſit vero potiſſimum, quod deſit, definire non auſim. Forſan αὐτὸν δαμάζεται: nam licet praecedat μειρακύλλιον in neutro genere, poterat tamen eo referri pronomen in maſculino; habito reſpectu ad ſenſum, non ad literam, ut aiunt Grammatici. Verbum δαμάζεται activa notione accipiendum, ſicut ſubinde apud Homerum.

Ad Verss. 16. & 17. haec eſt CASAUBONI Animadverſio: » Verſu penultimo, pro ἀρίστου πύλας, ſcribendum » videtur εἰς ᾅδου πύλας. Sed in eo verſu ſatisfacere no-» bis nondum quiti ſumus. Etiam in ſuperiore, quid ap-» pellentur ἐφθὰ πρόσωπα *piſcium*, neſcio. Fortaſſe ἐφθοῖς » πατανίοις: *patinis iurulentorum piſcium.* « — At ἐφθοῖς προσώποις ἰχθύων, ut perſpecte CORAY in *Notis mſstis* monuit, idem valet ac κεφαλαῖς vel κεφαλαίοις ἰχθύων. Sic pro eo quod apud Noſtrum VII. 293. b. γλαύκου κεφάλαια, & pag. 295. c. γλαύκου κεφαλὴ dicitur, idem Anaxandrides comicus, cuius haec eſt ecloga, γλαύκου πρόσωπον dixit p. 295. e. Quod dein ait,

ἄγουσ' ὑπ' αὐτὰ τὰ σώματ' ἀρίστου πύλας,

ad ea verba idem vir doctus CORAY haec adnotavit: » Legendum forſan στόματ', quae comice appellat πύ-» λας ἀρίστου, *oſtia per quae tranſit prandium.* « — Mihi, quaenam poſtremis verſibus huius eclogae potiſſimum inſit ſententia, non liquere profiteor: &, ſi liqueret, non eſſet animus eam exponere. Sub verbis, a convivio petitis, latere Graecam obſcoenitatem, PALMERIUS monuit: cuius exſtat prolixa ad hunc locum adnotatio, in Exercitat. p. 502 ſq. quam ibi quaerat curioſus harum elegantiarum lector; videatque an ei faciant ſatis, quae ad illuſtrandas varias poëtae dictiones a docto viro prolata ſunt. Taceo immanes novationes, quibus ſuo more emendare illuſtrareque hunc locum auſus *Sam.* PETITUS, nihil prorſus promovit: cuius luxuriantis ingenii commenta ſi quis cognoſcere cupit, adeat eius Miſcellan. lib. VI. cap. 1.

AD CAP. XII.

d Ἄλεξις ἐν Ἐπικλήρῳ. »Subiiciuntur verſus *ALEXIDIS*, »quibus pronunciat poëta, *Omnem pauperem qui piſces emat »multos ſaepiusve, neceſſario graſſatorem eſſe nocturnum ac »praemiatorem. Itaque ſi cui veſtis ablata noctu fuerit, mane »veniendum eſſe in forum piſcarium, & emtores ibi obſervan»dum. Nam ſi aliquem viderit robuſtum & valentem pauperem »anguillas a Micione ementem, huic ſtatim manus eſſe inūcien»das, & in carcerem obtorto collo rapiendum.* Omnia in »Graeco planiſſima: niſi quod εἶτα poſitum pro *itaque:* »τηρεῖν & ἀπάγειν, pro τήρει & ἄπαγε, (ut in oracu»lo quod habetur hoc ipſo libro, [pag. 232. f.] καὶ σὺ »φέρειν τιμῆεν ἐμοὶ γέρας,) vel, quod eodem redit, τη»ρεῖν δεῖ & ἀπάγειν δεῖ. Graecanicae elegantiae transla»titium genus, notum omnibus queis noti poëtae. Item »illud Ariſtotelis, πρῶτον εἰπεῖν, id eſt, εἰπεῖν δεῖ.« CASAUBONUS. — Lepidos ex *Epiclero* (ſive *Orba-haerede*) *ALEXIDIS* verſiculos, habes in GROTII Excerptis p. 786 ſq. unde Latinam verſionem mutuati ſumus.

Verſ. 2. In πρὸς τοῦτ' conſentiunt libri: pro quo πρὸς e ταῦτ' poſuit Grotius, praeter neceſſitatem. *Verſ.* 3. Pro ποιεῖ, ποεῖ ſcriptum in ms. *Epit.* ſicut paſſim alibi; ſcilicet, quo penultima ſyllaba brevis fieret, quae tamen etiam in ποιεῖ ob ſequentem vocalem corripi poterat. *Verſ.* 5. Pro τηρεῖν, eſt τηρεῖ in ms. *Ep.* perperam: ſic & deinde ἀπάγει male, pro ἀπάγειν. *Verſ.* 6. ὃν δ' ἂν ἴδῃ tenuit Grotius, ut eſt in edd. & msstis. Attamen fulcro indigebat metrum: quare εἶθ' ὃν ἂν ἴδῃ ſuaſerat IACOBS in *Notis msstis.* Nobis expeditius videbatur, ὃν δ' ἐὰν corrigere. *Verſ.* 7. παρὰ Μικίωνος. Vide ſupra, lit. b. *Ibid.* Pro ἐγχέλυς, quod hîc cum edd. & msto *Ep.* tenuit Grotius, ἐγχέλεις rectę dederunt membr. *A.* Sic & lib. VIII. pag. 331. e. f. ubi in ed. Ven. & Baſ. ἐγχέλυς in accuſ. plur. legebatur, (quod inde citavit H. Steph. in Theſ. T. I. pag. 1931. h.) ſcripti libri ἐγχέλεις habent, quemadmodum ibi Caſaubonus edidit. Caeterum de huius nominis flexione conſule Maittairii Dialectos, pag. 24.

DIPHILI Eclogam, ex *Mercatore*, habet GROTIUS in Excerpt. pag. 786 ſq. unde Latinam verſionem in noſtros lectorumque noſtrorum uſus transtulimus. *Verſ.* 1. Pro

eo quod edebatur, e

Τοιοῦτο νόμιμόν ἐστι, βέλτιστ', ἐνθάδε,

in membr. *A.* ſic ſcribitur, τοιοῦτον νόμιμον τοῦτ' ἐστιν βέλτιστ' ἐνθάδε. Ex quo par erat intelligi, in eum modum, quo a nobis factum, conſtitui debuiſſe primum verſum, vocem τοιοῦτον autem ad νόμον τινὰ fuiſſe referendam.

Verſ. 2. Κορινθίοις, ἵν', ἐάν τιν' &c. »Scribe Κορινθίοισιν, ἐὰν &c. Quo enim τὸ ἵνα? Idem mendum in iſtis Alexidis de cauponum fraudibus, libro X. »[pag. 431. e.] ἐν τοῖς συμποσίοις ἵν' οὐ πίνετε ἄκρατον, »nam ſcribendum συμποσίοισιν οὐ πιν.« CASAUBONUS. — Quod quamvis vere videatur a doctiſſimo viro monitum, ferendum tamen vulgatum putavi. Quemadmodum hoc loco ſequitur infinitivus ἀνακρίνειν, ſic & alibi nonnumquam mihi videor coniunctionem ἵνα cum infinitivo modo conſtructam obſervaſſe, ſive pleonaſtica quadam ratione, aut potius per ἀνακολουθίαν quamdam, (quemadmodum ὅτι haud raro conſtrui ſolet; de qua conſtructione vide Lexic. noſtrum Polyb. in Ὅτι) ſive per imitationem vicinae coniunctionis ὡς, ſive denique per ellipſin verbi δέῃ, ad infinitivum ſubintelligendi. Quidquid ſit, ſuſpicatus eram, non temere factum eſſe ut, quemadmodum in editis, ſic & vetuſtis membranis noſtris ita diſerte ἵν' ἐὰν exaratum eſſet: & ſicut eam particulam tenuit Grotius, ſic & ego mutare veritus ſum; cum praeſertim eamdem particulam hic tenuerit Epitomator, licet caeteroquin alia ſermonis conſtructione uſus ſit. Nempe in noſtro quidem cod. *Ep.* ſic ſcriptum: Ὅτι Κορινθίοις νόμιμον ἦν, φασὶ Δίφιλος, ἵν' ἐάν τιν' ὀφωνοῦντ' ἀεὶ λαμπρῶς ὁρῶμεν, τοῦτον ἀνακρίνωμεν πόθεν ζῇ &c.

Verſ. 6. »Sextus verſus, transpoſitione duarum dictionum factus claudus, reſtituatur earum traiectu, f

»ἐᾶν ἀπολαύειν τοῦτον ἤδη τὸν βίον.« CASAUBONUS. — Nempe, cum ἤδη τοῦτον ſcriberetur, pes ſpondeus erat in quarta ſenarii ſede. Rariorem conſtructionem verbi ἀπολαύειν cum accuſativo caſu, ſupra notavimus, ad V. 220. e. Dictionem autem illam, ἀπολαύειν τὸν βίον, non tam cum Dalecampio intellexeram *frui vitae luxu*, quemadmodum vernaculo ſermone dicimus, *jouir de la vie; das Leben genieſſen:* ſed, *ſuis facultatibus uti prout ipſi viſum fuerit;* quam ſententiam com-

mode illis verbis GROTIUS expreſſit, *ſuo arbitratu facere impendia.*

Verſ. 9. ὃς ἂν δὲ μὴ πείθητ'. Sic ed. Caſaub. non male. πείθηται ed. Ven. & Baſ. cum ms. *Ep.* Sed πίθηται ms. *A.* unde commodius πίθητ' formari poſſit.

Verſ. 11. Pro τῷ δημίῳ, id eſt, *lictori*, vel *carnifici*, ſuo arbitratu τῷ δικαίῳ poſuit Epitomator; quaſi *iuſtitiae* diceret, quemadmodum Gallice dicimus, *livrer un malfaiteur à la juſtice.*

a *Verſ.* 13. τοῦτον· συνιεῖς; Sic recte ms. *A.* more Attico, tamquam a verbo συνιέω. Obſervabit lector proſodiae ſtudioſus, vocalem *iota* in verbo ἵημι & eius compoſitis naturâ longam eſſe: vide Brunck ad Lyſiſtr. 157. quamvis ob vocalem ante vocalem etiam corripiatur nonnumquam, ut monuit Clark ad Iliad. ο'. 24. Perperam, nullâ interpoſitâ diſtinctione, in ed. Ven. & Baſ. ſcribitur τοῦτον συνίης. Poſt τοῦτον interpunxit Caſaub. & poſt συνίης ſignum interrogandi poſuit. In *Epit.* verbum συνίης vel συνιεῖς omiſſum eſt.

Verſ. 14. ἢ λωποδυτεῖν τὰς νύκτας. Nihil cauſſae erat, cur τῆς νυκτὸς corrigendum ſuſpicaretur TAYLOR, in Indice ad Lyſiam, pag. 928. ed. Reisk. Percommode & accuſativus caſus poſitus eſt, & pluralis numerus. *Verſ.* 17. τοιοῦτον, absque τὸ, erat in ed. Ven. Inde τοιούτων ed. Baſ. & Caſ. τὸ τοιοῦτον dedit ms. *A.* ubi prima ſyllaba in τοιοῦτον ob ſequentem vocalem corripitur; ut ſecundus ſenarii pes, anapaeſtus ſit. Epitomator poſt vocem ψευδῆ, omiſſis nonnullis verſibus, ſic pergit: Καὶ ἐπάγει, (ſcilicet Δίφιλος·) περὶ τῶν σελίνων &c.

b *Verſ.* 21. οὐκ ἔστιν ἰχθυηρὸν ὑπὸ σοῦ μεταλαβεῖν. ἰχθυάριον correxit Grotius. At inuſitatum prorſus iſtud vocabulum. ἰχθύδιον Graecis eſt diminutivum τοῦ ἰχθύος. Neque vero ulla novatione erat opus. Subintellige τι, ut ſexcenties apud poëtas praeſertim: eritque perapte dictum οὐκ ἔστιν ἰχθυηρόν τι &c. *nihil ad piſcem pertinens, nihil quod vel piſcem oleat.* Poterat etiam τι adiici, hoc modo: οὐκ ἔστι τι ἰχθυηρὸν &c. Diverſo quodam, nec tamen valde remoto ſenſu, πινακίσκον ἰχθυηρὸν Ariſtophanes dixit, in Plut. vs. 815. & in Telmiſſenſibus apud Polluc. X. 82.

Verſ. 22. συνῆχας ἡμῶν εἰς τὰ λάχανα τὴν πόλιν. Deeſſe iſtum verſum Epitomae, paulo ante ſignificavi. Quod in membr. *A.* legitur συνῆκάς τι ἡμῶν, id nec

ad ſententiam ullius frugis erat, nec ad metrum. Ac ſu- b ſpicor propemodum, illud τι imperite in contextum eſſe adſcitum, cum ad verbum συνῆκας aliquis, dubitans quae ei vis ineſſet, in ora adſcripſiſſet, τί; id eſt, *quid hoc? quid hoc ſignificat?* Editores, importunam voculam τι abiicientes, metro recte conſuluere: at ſic nondum ſatis conſultum eſſe ſententiae mihi viſum erat, quam ſententiam GROTIUS perapte verbis illis expreſſiſſet, *ita civitas compulsa ad vitam olitoriam eſt;* de qua eàdem iam olim quoque percommode *Pet.* VICTORIUS monuiſſet, Variar. Lect. VII. 16. cum ait, *queri eum qui loquitur, ſumtibus & voracitate iſtius hominis fieri, ut & ipſe & univerſa civitas necessario ad olera redigatur.* Id vero Graece non συνῆκας ſonare mihi videbatur, a verbo συνίημι, ſed συνῆχας, a συνάγω: quod verbum eo ſenſu, qui huic loco aptiſſimus eſſet, frequentatum Polybio obſervavimus in Lexico Polyb. hac voce, num. 2. & 3. conf. quae ſupra ad Athenaeum diximus, V. 197. d. Et pulcre quidem memor, τὰ λάχανα hic non tam ipſa *olera*, quam *forum olitorium* dici, (de quo cum alii viri docti monuerunt, tum TOUPIUS in Append. Notar. in Theocr. pag. 28.) verba iſta ſic intellexeram: *civitatem noſtram* (i. e. *cives omnes*) *in forum olitorium compuliſti* vel *concluſiſti*, hoc eſt, *eo redegiſti ut nonniſi in olitorio foro victui noſtro proſpicere poſſimus.* At denuo eumdem locum libero animo relegens, intelligo, praeter neceſſitatem a me ſolicitatum & praepropere in oram relegatum eſſe verbum, quod fortaſſe bene habebat. Nempe, quod continuo ſequitur, περὶ τῶν σελίνων μαχόμεθα, id evincere videtur, Homericum ξυνέηκε μάχεσθαι in animo habuiſſe poëtam, cum συνῆκας hoc loco ſcriberet. Caeterum eiusdem fere argumenti verſiculos ex alia eiusdem Alexidis fabula, qui lib. VIII. pag. 338. d. e. leguntur, cum his conferre iuvabit: iſtorum verſuum poſtremus talis eſt, ἐν τοῖς λαχάνοις τὸ λοιπὸν ἡμῖν ἡ μάχη.

Verſ. 25. ἢ κίχλην γε, pro mendoſo ἢ κίχλην καὶ, iam ex ingenio correxerat GROTIUS: id ipſum vero nobis dedit uterque noſter codex mstus. *Verſ.* 27. τὸν ξενικὸν οἶνον ἐπιτετίμηκας. De iſto uſu verbi ἐπιτιμᾶν confer dicta ad pag. 226. b. ſed inprimis conſule Ruhnkenium ad Timaei Λέξεις Πλατ. pag. 115 ſq.

Σώφιλος ἐν Ἀνδροκλεῖ. Vide notata ad II. 67. f. *Ibid.*

ὀψονόμους ἀξιῶν αἱρεῖσθαι. »Non recte ὀψωνόμους »editum. Nam analogia poſtulat vel ὀψωνιονόμους: vel »ὀψονόμους, quomodo & membranae meliores ſcribunt, »& Euſtathius. *Obſonomi* ſunt aediles, quibus cura pi»ſcium venditio; ut videant, ne cuiusquam intemperie »& ingluvie excandefiat forum piſcarium.« CASAUBONUS. — Veram ſcripturam, ὀψονόμους, tenet noſter ms. *Ep.* & ex Epitoma Euſtathius ad Iliad. λ'. 814, 21.

c πρός τινα δυσώνην. »Graeci eos *qui non frugalitatis ſtu»dio, ſed amore pecuniae, parvo obſonarent*, appellabant δυσ»ώνας, quaſi dicas, *difficiles emtores*. Atque eam vocem »abiiſſe in proverbium, auctor Iulius Pollux lib. X. Tali »fuit ingenio amicus ille Lyncei Samii, de quo narrat »auctor, *editam a* LYNCEO *Artem obſonandi*, qua docebat »δυσώνην quendam ſuum amicum, quomodo & gulae & »crumenae ſimul poſſet conſulere. Vide libro ſeptimo, »ubi de mormyro piſce agitur.« CASAUBONUS. — Pollucis locus non libro decimo legitur, ſed lib. III. ſect. 126. ubi, cum ait, *ſe neſcire, an vocabulum δυσώνης apud quemquam reperiatur, excepto proverbio;* proverbium illud dicit, quod apud Suidam in Οὐδεὶς commemoratur his verbis, Οὐδεὶς δυσώνης χοιστὸν ὀψωνεῖ κρέας. Igitur LYNCEI Τέχνην ὀψωνητικὴν, quam citat Noſter, aut non noverat Pollux, aut non recordatus erat. Locus ex Athenaei libro ſeptimo, quem dixit Caſaubonus, eſt VII. 313. f. ubi corrupte Δύσωνι ἢ Ζήνωνι vulgo ſcribitur, tamquam proprium nomen, pro δυσώνῃ. A nomine δυσώνης formatum eſt verbum δυσωνεῖν, quod & ex Platone comico citavit Pollux l. c. & legitur in Nicarchi Epigr. 18. T. II. Analect. Brunckii, pag. 354. Quod paulo poſt ait, ἀλύπως ὠνεῖσθαι, eodem pertinet quo illud ἑδίδουν στενάξας, p. 226. f. Pro ἃ βούλεται, eſt ἃ βούλοιτο in ms. *Ep.*

AD CAP. XIII.

Εἰ ἔχομεν, ἔφη, δεῖξαι ἀργυροῖς σκεύεσιν &c. Εἰ interrogative, ſubintellecto verbo, ζητῶ εἰ, *quaero an;* quod verbum mox exſerte adiicitur, lit. d. Conf. notata ad pag. 217. b. De *Quaeſtionibus* illis, *ab Ulpiano propoſitis*, & unde occaſionem ceperit earum quamque movendi, tum ubi earum quaeque deinde tractetur, vide quae notavimus ad p. 224. b. c.

Duorum *verſuum Homericorum*, prior, Τοῖσι δ' αὖ &c. legitur Odyss. π'. 49. Alter, Odyss. α'. 141. & δ'. 57. De vi atque uſu vocabuli πίναξ, paulo poſt ad initium d capitis ſequentis (lit. e.) dicemus. Mox, μὴ μόνως τάγηνον bene correctum in editis: id enim debuiſſe videtur ſcriba membranarum *A.* cum μόνος ſcripſit. Epitomator breviter haec expedivit: quod autem ad τάγηνον adiecit παρὰ τοῖς ἀρχαίοις, id fortaſſe intercidit in membr. *A.* forſan vero etiam de ſuo hic adiecit Abbreviator, quia ſuperiora iſta verba, ubi τοὺς ἀρχαίους nominaverat auctor, omiſit.

μὴ πάντα πίνωμεν ἢ καὶ ἐσθίωμεν. Deſunt haec in *Ep.* Nil mutat ms. *A.* Valet autem πάντα idem fere ac παντάπασιν. Latine diceres, *ne toti ſimus in bibendo; ne nihil aliud prorſus agamus niſi ut bibamus.* Aut, quemadmodum πολλὰ valet πολλάκις, id eſt, *ſaepe*: ſic πάντα valere potuerit πάντοτε, *ſemper.*

AD CAP. XIV.

Πίνακα μὲν ἔχεις, τὸ σκεῦος, ὠνομασμένον καὶ παρὰ e. Μεταγένει τῷ κωμικῷ. De vi atque uſu vocabuli πίναξ, quae huc ſpectant, percommode ex Oro Grammatico explicavit Etymologici Magni auctor, pag. 672. ubi ſic: Πίναξ, ἡ σανίς· — πίνακάς τε νεῶν· — καταχρηστικῶς δὲ καὶ τὸ σκεῦος λέγεται, ὡς τὸ, κρειῶν πίνακας παρέθηκεν: ἐνταῦθα γὰρ τὰ σκεύη λέγει· ἐπειδὴ πάλαι ἐπὶ σανίδων ἴσως τὰ κρέα ἐτίθεσαν ὀπτῶντες ἢ κατακόπτοντες. οὕτως Ὧρος. Scilicet, vox πίναξ, proprie *tabulam ligneam* ſignificat: abuſive vero, ut apud Homerum, *quadram* vel *lancem ligneam*, ſuper qua olim carnes menſae inferebantur. — Apud Homerum igitur & *lignea* & *plana* (ſicut *tabula*) *quadra* vel *diſcus* intelligi debet πίναξ, ubi de vaſe agitur quod cibo menſae inferendo inſervit. Procedente vero tempore etiam *cava vaſa*, nempe *concavae lances* vel *patinae*, πίνακες dicebantur: unde cognomen κοῖλοι πίνακες apud Polluc. X. 82. quod apud eumdem Polluc. VI. 84. vulgo in κοινοὶ corruptum legitur. Et non modo *lignea* vaſa, ſed & *aenea* & *argentea*, pariter πίνακες dicta ſunt. Sic χαλκοῦς & ἀργυροῦς πίνακας, quibus impoſiti panes & aſſae carnes inferebantur menſae, commemorat Lynceus Samius apud Noſtrum, IV. 128. d. &

e 129. b. c. & ipſe Athenaeus haud multo ante hunc locum in quo verſamur (VI. 224. b.) ait, in Deipnoſophiſtarum convivio illatam eſſe *piſcium* multitudinem ἐπὶ πινάκων ἀργυρῶν. Et hoc quidem maxime ſenſu *Ariſtophanes Grammaticus* (proxime ante) apud Noſtrum monuiſſe videtur, *recentiorem eſſe uſum* τὰ ὄψα (id eſt, *piſces*) ἐπὶ πινάκων *menſis adponendi*; nempe de κοίλοις πίναξι, qui apud Pollucem vocantur, iſtud dicens. Quod vero iſtam *Ulpiani* quaeſtionem, *an Graecum nomen ſit* πίναξ, *de vaſe uſurpatum?* tam breviter hoc loco expediat Athenaeus, ut neminem niſi *Metagenem* comicum nominet, qui illo vocabulo iſta notione uſus ſit; id eo factum, quoniam paulo poſt, ubi de *argenteis vaſis* diſputatur, ad eamdem quaeſtionem ſimul reſpondendi occaſio naſcebatur: cap. 16 ſq. pag. 230. e. f. & 231. c. & e. ubi & Ariſtophanis, & Platonis comici, & Philippidis, & Sopatri teſtimonia citantur, in quibus idem vocabulum eadem notione uſurpatum occurrit. Quo ſpectat hoc ipſo loco, in quo nunc verſamur, adiecta καὶ particula, Πίνακα μὲν ἔχεις -- ὠνομασμένον καὶ παρὰ Μεταγένει: cui particulae in tali connexione orationis ea vis ineſt, ut ante oſtendat lectori, ſubiectum iri deinde, haud ita multo poſt, nonnihil quod ad id, quod nunc commemoratur, referatur, & cum eo ſit coniunctum. Caeterum, in eadem *Ulpiani* quaeſtione, illud mihi parum eſſe perſpicuum profiteor, quonam potiſſimum ſenſu quaeſiverit, εἰ ὁ πίναξ Ἑλληνικὸν ὄνομα; Haud ſatis enim video, utrum, ex Grammaticorum uſu, τὸ Ἑλληνικὸν oppoſuerit τῷ Ἀττικῷ? an τῷ Ἑλληνικῷ oppoſitum intellexerit τὸ ξενικὸν καὶ ἐξωτικόν? an omnino, nihil horum cogitans, id ſolum quaeſiverit, ſitne nomen πίναξ, iſto ſenſu, *uſitatum bene Graece loquentibus?* Illud obiter hoc loco obſervatum velim, vocabuli πίναξ nullam in Graeco ſermone vel originationem vel cognationem reperiri. Nam cum ὁ πίνος, *ſordes*, *ſqualor*, (quod rectius ὁ πῖνος ſcribitur, ut apud Etymologum p. 672, 39. primâ ſyllabâ longâ; conf. Apollon. Rhod. II. 200. & 301.) nihil profecto communionis ὁ πίναξ habet. Quod vero a Grammaticis nonnullis ſive a verbo πίνειν (*bibere*) derivatur id nomen, ut apud Euſtath. ad Odyſſ. π'. pag. 593, 28. ſive a πεινᾶν (*eſurire*) ut apud Etymolog. in Πινάκιον, παρὰ τὸ τῇ πείνῃ ἄκος φέρειν: utramque derivationem & proſodia reprobat, (nam in his ver-

bis prima ſyllaba longa eſt, quae in πίναξ corripitur) e & primaria propriaque nominis vis, cui nihil vel cum edendo vel cum bibendo commune eſt.

Τήγανον. Iam ſaepius hoc vocabulum in ſuperioribus, ſive ſub hac forma, ſive ſub altera τάγηνον, occurrebat. vide I. 5. c. III. 107. c. pag. 108. a. b. c. pag. 115. e. &c. De utràque formâ, τήγανον & τάγηνον, confer Polluc. X. 98. & quae ibi & ad Moerin pag. 362 ſq. a viris doctis monita ſunt.

εἴρηκεν ἐν μὲν Λήροις Φερεκράτης. Ad vulgatam olim ſcript. ἐν Μενδήροις adnotavit CASAUBONUS: »Men»deros, PHERECRATIS fabulam, unde exiſtimabimus no»men inveniſſe? Liquet mihi, ſcribendum eſſe εἴρηκε μὲν »ἐν Λήροις. Poëtae huius Λήρους ſaepius citat Deipno»ſophiſta: illud alterum neque reperies usquam, neque »eſt Graecum vocabulum.« — Recte monitum haud dubie, quod ad titulum fabulae: ſed non opus erat verborum mutare ordinem, & μὲν particulam praepoſitioni ἐν anteponere. *Pherecratis verba*, quae in edd. & msstis, itemque apud Euſtath. ad Od. τ'. pag. 692, 8. ſic vulgo ſcripta leguntur,

Ἀπὸ τηγάνου τ' ἔφασκεν ἀφύας φαγεῖν:

iuſtum effectura erant ſenarium, ſi prima ſyllaba vocis ἀφύας longa eſſet. At eam conſtanter brevem uſurpant Graeci: vide I. 7. e. & f. IV. 135. a. VII. 285. Quare iuſto brevior verſus, aut ita conſtituendus ut a nobis factum,

— — ἀπὸ τηγάνου τ' ἔφασκ' ἀφύας φαγεῖν.

aut in hunc fere modum (coll. III. 108. c.) ſanandus:

ἀπὸ τηγάνου τ' ἔφασκεν ἀφύας καταφαγεῖν.

Alter *Pherecratis* verſus, ex eiusdem *Perſis*, deeſt Epitomae. Quod in eo ſcribitur ὑφάπτειν τοῦ φλέως, fortaſſe φλέω malles, quemadmodum apud Ariſtophanem ſcribitur in Ran. vs. 246. ἠλάμεθα διὰ κυπείρου καὶ φλέω, ubi vide graeca Scholia. Sed apud Theophraſtum genitivus caſus pariter in ως flexus vulgo legitur, quamquam acuta voce, τοῦ φλεώς: Hiſt. Plant. IV. 11. p. 90. med. ed. Heinſ. Eſſe autem plantam aquaticam & paluſtrem, e *ſcirporum* vel *arundinum* genere, ſatis conſtat: e qua veſtes contextas geſtaſſe Indos Herodotus teſtis eſt III. 98. alibi ſportas & ſtoreas texi ſolitas Pollux docet, X. 178. Quod ad formam nominis ſpectat, idem Pollux ibidem ait: Φλοῦς μὲν κατὰ τοὺς Ἴωνας, φλέως δὲ κατὰ τοὺς Ἀττι-

κοῦς. Gloſſae: *Scirpus*, φλοῦς, πάπυρος. Plura dabit Bodaeus a Stapel ad Theophr. pag. 463 ſq. & pag. 429 ſq. Quod vero apud eumdem Theophr. VI. 1. τὸ φλέως ab aliis στοιβὴ dictum perhibetur, ibi & ſequentibus capitibus mendoſe φλέως pro φέως vulgo ſcribi, de planta vero agi longe diverſa, idem Bodaeus docuit: & recte quidem apud Plinium, ubi is locus Theophraſti reſpicitur, *pheos* ſcribitur, XXI. 15, 54. Caeterum, ex *Pherecratis verſiculo* h. l. diſcimus, ſiccatum *phleum* alendo igni & frigendis piſcibus interdum inſerviiſſe. Genitivum vero caſum, partitive (ut aiunt Grammatici) per ellipſin nominis μέρος, vel τὶ pronominis, accipiendum eſſe, perſpicuum eſt.

f Φιλωνίδης δ' ἐν Κοθόρνοις. » Pollux laudat lib. IX. [ſect. »29.] τὸ πεντηκοστολογεῖν ἐν Φιλωνίδου Κοθόρνοις ἐστὶν »εἰρημένον.« CASAUB. — Eiusdem fabulae meminit idem Pollux, X. 115. *Ibid.* ὑποδέχεσθαι καὶ βατίσιν καὶ τηγάνοις. »Videtur eſſe quae dicitur figura ἓν διὰ δυοῖν, »*excipere raiis & ſartagine*: pro, *raiis in ſartagine frixis*, »βατίσι τηγανισταῖς.« CASAUBONUS. — Poſſis & *raias elixas* intelligere, & *alios piſces frixos*. Verba iſta poëtae, quemadmodum & ea quae proxime ſequuntur, continuo tenore ſcripta legebantur; quae a nobis ut partes ſenariorum iambicorum deſcripta ſunt. ὀσφρομένην, pro eo quod editum erat ὀσφραινομένην dedere membr. *A.* recte. Moeris: Ὀσφρόμενος, Ἀττικῶς. ὀσφρησάμενος, Ἑλληνικῶς. Heſychius: Ὄσφρεσθαι, τὸ ὀσφρανθῆναι. In Epitoma deſunt iſta ex Philonide.

Εὔβουλος δ' ἐν Ὀρθάνῃ. Sic pro mendoſo Ὀρθάχνῃ, quod hîc legebatur, corrigendum monuit CASAUB. — Confer III. 108. d. & 105. f. ibique not. Verſiculi qui ex *EUBULI Orthane* citantur, iam ſupra legebantur III. 108. b. Inde Ἑρμῇ -- πνοῇ corrigendum monuit CASAUB. pro mendoſa ſcriptura Ἑρμῆ & πνοὴ, quae hîc obtinebat: ſed veram ſcripturam hoc etiam loco dabat noſter ms. *Ep.* Quod ait, καὶ πάλιν: notandum, id non ſemper ita accipi debere, quaſi ea verba, quibus haec formula praefigitur, *poſt iſta, quae prius adpoſita erant, legerentur* in auctore e quo utrumque teſtimonium depromtum eſt. Nam haec verba, Πᾶσα δ' εὔμορφος γυνὴ &c. apud Eubulum *ante iſta* legebantur, ῥιπὶς δ' ἐγείρει &c. ut ex III. 108. d. diſcimus. Multo autem emendatior hoc loco & editus & in membr. *A.* ſcriptus erat hic verſus,

ἐρῶσα φοιτᾷ τηγάνῳ τε συντρυφᾷ,

quam ſuperiore iſto loco, quem ex hoc corrigi debere ibi monuimus. Epitomator quidem h. l. iſtud καὶ πάλιν, cum ſequentibus verbis, praetermiſit.

Φρύνιχος ἐν Τραγῳδοῖς· Ἡδὺ δ' ἀποτηγανίζειν &c. » *Tra-* a
» *goedi* PHRYNICHI, Athenaeo mox laudati, itemque alibi » ſaepius, nominantur & Harpocrationi in Διάθεσις. Ex » ea fabula extat apud Pollucem extremo libro VII. hic » verſus elegantiſſimus,

» Σὺ δὲ τιμιοπώλης ὡς Ἀχιλλεὺς οὐδὲ εἷς.

» Proverbii ſpeciem habet, *Carius venidis quam ullus Achil-* » *les.* Virgilius:

» *Exanimumque auro corpus vendebat Achilles.*

» De eo genere venditionis dicebamus capite primo ex » Diphilo: [ad pag. 224. c. coll. pag. 226. f.] neque au- » diendi qui vocem τιμιοπώλης aliter interpretantur in » hoc verſiculo. *Verſum* PHRYNICHI ne Euſtathius qui- » dem aliter concipit. Aliquando placebat:

» — — — Ἡδὺ δὲ

» ἀποτηγανίζειν ἐστὶ συμβολῶν ἄνευ. « CASAUBONUS. — Nempe, qualia Phrynichi verba vulgo leguntur,

Ἡδὺ δ' ἀποτηγανίζειν ἄνευ συμβολῶν,

diſiecta utique exhibent poëtae membra, aut quocumque alio modo turbatum certe, non iuſtum ſenarium. Nec vero quidquam discrepant mssti libri, niſi quod Ἁδὺ pro ἡδὺ ſcribitur in noſtro ms. *Ep.* At Doricae illi formae non erat hic locus: & ἥδὺ in ſuo codice Epitomae legiſſe Euſtathius videtur, qui in Comment. ad Od. τ'. p. 692, 10 ſq. non aliter ſcripta citat iſta verba, quam ſic ut apud Athenaeum vulgo leguntur. Verbum ἀποτηγανίζειν (non tam a nudo nomine τήγανον ductum, quam a formula ἀπὸ τήγανου φαγεῖν, p. 228. e. III. 108. c. VIII. 355. e.) proprie intelligendum eſſe e *ſartagine comedere*, non, ut Dalecampius vertit, *in ſartagine parare*, monuit CORAY ad Xenocr. de Alimento ex Aquatil. p. 172 ſq.

Φερεκράτης ἐν Μυρμηκανθρώποις. » *Pherecratis Myr-* » *mecanthropi* adducuntur in teſtimonium a Polluce libro » VII. cap. 3. & cap. 13. item libro X. cap. 23. « CASAUB.

Θεοδωρίδαν. Sic correxi ex VII. 302. c. XI. 475. f. b XV. 699. e. f. quemadmodum deſiderare analogia videbatur. Vulgo h. l. Θεωδωρίδαν ſcribebatur. Epitomator quidem haec ex *Theodorida* praetermiſit. Mox ἔν τινι ποιη-

b ματίῳ ſcripſi praeeuntibus membranis: e quibus quidem ſcripturam enotatam talem video, ποιήματι ᾧ τηγάνω. Sed ᾧ (ſive ᾧ ibi ſcriptum) initio verſus illius hexametri ſtare non potuit: quare aut ſignificat ἔν τινι ποιήματι ᾧ, *in quodam poëmate ſuo*: aut, quod multo probabilius, ποιηματίῳ. Extrema *Theodoridae* verba, ἐν ὀφητῆρι κολύμβῳ, *in obſonario aheno* interpretatus eſt Dalecamp. non male, ut videtur; ſed hariolando magis, quam certa ratione. Vocabuli κόλυμβος nonniſi tres hi ſignificatus innotuerunt Lexicographis, *urinator*, *natatio* vel *urinatio*, *avis* quaedam *urinatrix*. Hoc loco intelligenda videtur *olla* vel *ahenum* adeo *amplum & profundum*, *ut in eo veluti urinari poſſis*. Vocem ὀφητὴρ prorſus ignorant Lexica: poſſit autem ſignificare *vas quo obſonium elixatur*.

Χωρὶς δὲ τοῦ τ στοιχείου Ἴωνες &c. »*Iones*, ait au»ctor, χωρὶς τοῦ τ στοιχείου ἤγανον λέγουσι: & hoc »probat allato *Anacreontis exemplo*. Itaque Euſtathium non »ſequor, qui *Doribus* hoc tribuit. Nam Anacreon, & mo»ribus, & ſcriptione, Ionicus; non Doricus. « Casaubonus. — Scilicet Euſtathius poſtquam paſſim alibi obiter monuiſſet, pro τήγανον per gloſſam vel dialectum ἤγανον etiam dici, ſemel diſerte ait, δωρικῶς ita dici, ad Od. τ'. pag. 961 extr. eodem loco, quo continuo deinceps plura ex Athenaeo, quae hoc capite in quo verſamur leguntur, adfert; in his illa, (pag. 962. init.) χρῆσις δὲ ἠγάνου δίχα τοῦ τ, καὶ παρὰ Ἀνακρέοντι· χειρά τ' ἐν ἠγάνῳ βαλεῖν. Inde Hemſterhuſius, ad Polluc. X. 98. p. 1273. ſtatuit, & *Dores* & *Ione*s ἤγανον dixiſſe. At *Doribus* nemo hoc tribuit praeter unum Euſtathium: is autem, quae de hac vocabuli forma praecipit, ea non aliunde niſi ex Athenaeo (nempe e ſuo codice Epitomae Athenaei) duxiſſe videtur. Iam apud Athenaeum vetuſtae quidem membr. *A.* cum edd. in ſcripturam Ἴωνες conſentiunt; at in noſtro ms. *Ep.* ipſa illa vox miro quodam & monſtroſo modo corrupta eſt, ſimulque intricatius ſcripta, ita quidem ut vix aliud quid niſi κρωες exſculpas; quae nihili vox eſt. Quare ſuſpicari licet, etiam in eo codice, quo Euſtathius uſus eſt, corruptam vocem Ἴωνες fuiſſe, ſed ita ut illius loco δῶρες ibi eſſet ſcriptum; aut (quod facilius credam) ut ſub mendoſa ſcriptura, quam exhibebat codex, vocem δῶρες latere ille ſibi perſuaſerit.

AD CAP. XV.

ὁ ἐμὸς Ἰόβας. *popularis meus Iuba.* De *Iuba*, Mauro, c hoc dicit Aemilianus, quem & ipsum natione Maurum finxerat Athenaeus. *Ibid.* μεταβαλόντων. μεταβαλλόντων edd. cum ms. *A.* Praetuli aoristum, quem dedit ms. *Ep.* *Ibid.* κατὰ μίμησιν ἐκδιαιτηθεῖσα Κλεοπάτρα. Ridiculus propemodum auctor *Iuba*, cum ait, *luxuriam a Romanis didicisse Cleopatram.* Confer cum hoc loco, quae de illa ex alio auctore narravit Noster lib. IV. pag. 147 sq.

ἀργυροῦν καὶ χρυσοῦν ἀπεκάλει κέραμον. »Quae »de vocabulo κέραμος dicuntur, usurpato a nonnullis pro »*argenteis vasis*, rationem habent manifestam: sic alia in»finita nominata sunt ἀπὸ τῆς παλαιᾶς χρήσεως, non ex »sua natura: ut apud Homerum, arma χάλκεα; & vul»go, *pyxis*, δέλτος, *cucurbitulae*, aliaque hoc genus; de »quibus docte Eustathius non uno loco. B. Chrysosto»mus, Homilia septima in Epist. ad Colossenses: Τί γὰρ, »εἰπέ μοι, τῆς χρυσῆς πλατάνου διαφέρουσι κατὰ ἄνοιαν »οἱ κεράμια ποιοῦντες χρυσᾶ, καὶ χύτρας, καὶ ἀλάβα»στρα; « CASAUBONUS.

κέραμά τ' ἀπεδίδοτο τὰ ἀποφόρητα τοῖς δειπνοῦσι, καὶ τοῦτ' ἦν τὸ πολυτελέστατον. Omisit ista Epitomator. Ex ms. *A.* vero nulla discrepantia adfertur, nisi quod τε post κέραμα plene scriptum habeat. Videtur autem κεράμεά τε aut κεράμεια τε scriptum oportuisse: nisi suo more ita locutus Iuba Maurus est. Hesychius: Κεράμεα· ὁ παντοδαπὸς κέραμος. Tum abundat, ni fallor τὰ articulus: nam ἀπεδίδοτο ἀποφόρητα (vel ἀποφορητὰ) τοῖς δειπνοῦσι, absque articulo, hoc sonare poterat, *asportanda, auferenda donavit coenantibus.* Tum vero rursus parum congruit, quod in *singulari numero neutrius generis* loqui pergit, καὶ τοῦτ' ἦν τὸ πολυτελ. Res ipsa perspicue narrabatur supra, IV. 148. a.

τὸν Ῥωσικὸν εὐανθέστατον ὄντα κέραμον. Ῥῶσος, ut scribitur apud Stephanum Byzant. vel Ῥωσσὸς, ut apud Strab. lib. XVI. p. 751. d. & apud Nostrum, XIII. 586. c. & 595. d. oppidum Syriae, inter Issum & Seleuciam: *Rhosos*, Plinio lib. V, 20, 22. Inde possessivum nomen, teste eodem Stephano, Ῥωσικὸς formatur. εὐανθέστατον nescio, utrum *floribus pulcre pictum distinctumque* dicat, an omni-

no *nitidiſſimum*, *pulcerrimum*. Apud Noſtrum, IX. 399. a. τὸ εὐανθὲς τοῦ ὀρνίθος, eſt *pulcritudo avis verſicoloris*. In Cebetis Tabula, cap. 21. nominatur στέφανος εὐανθὴς πάνυ καὶ ποικίλος, *corona ex pulcris admodum variisque floribus nexa*. Apud Lucian. Dial. Deor. XIV. 2. ἄνθος εὐανθέστατον, *flos pulcerrime florens*. Apud Suidam, εὐανθὴς γλῶσσα, *ſermo floridus, nitidus*.

d τάς τε τῶν δευτέρων τραπέζας. Intellige τῶν δευτέρων δείπνων. Aliàs brevius τὰς δευτέρας τραπέζας dicunt. *Ibid.* Quod ait τοῖς Ἰταλικοῖς ἔθισμοῖς, ad incolarum *inferioris Italiae* luxuriam pertinet; unde dictae αἱ Ἰταλικαὶ τράπεζαι, I. 25. e. conf. XII. 527. d. *Ibid.* καινισκια - - χρυσᾶ, γεγονότα πρὸς τὰ πλεκόμενα ταῖς σχοίνοις. πρὸς, id eſt, *ad ſimilitudinem*; ut bene reddidit Dalecampius. Quod τοῖς σχοίνοις ſcripſit Epitomator, id ſua auctoritate feciſſe videtur. Certe non damnandum erat ταῖς σχοίνοις, quod cum editis agnoſcit ms. *A*. Quamquam enim maſculino genere ὁ σχοῖνος Theophraſtus uſurpavit, IV. 13. tamen alii foeminini generis nomen faciunt, velut Dioſcorides, lib. IV. cap. 50.

AD CAP. XVI.

e Ἡλιόδωρος ὁ Ἀθηναῖος. &c. »*HELIODORUS Athenienſis*, »ex quo refert auctor, *Ariſtophanem comicum fuiſſe Nau»cratitam*, is eſt, cuius facit mentionem tot locis in tan»tulo ſcripto Harpocration. Comicum fuiſſe peregrinitatis »ſuſpectum, teſtantur & veteres Grammatici in eius vi»ta: non tamen *Naucratitam*, verum *Aeginetam* a quibus»dam eſſe dictum illi ſcribunt, & cauſam explicant. Sui»das, *Aegyptium* fuiſſe, ex aliis prodidit; quod huic ſen»tentiae *Heliodori* convenit.« CASAUBONUS.

πεντεκαίδεκα δ' ἐστὶ ταῦτα βιβλία. Cum deeſſent iſta verba editionibus Ven. & Baſ., tacite Caſaubonus in ſua edit. e codicum msstorum excerptis haec ſupplevit πεντεκαίδεκά ἐστι ταῦτα τὰ βιβλία. Nos iſtud ſupplementum dedimus, quale legitur in vetuſtiſſimis membr. *A*. Epitomator, ſuo more haec talia omittens, nil aliud hoc loco poſuit, niſi, Ὅτι Ἀριστοφάνη τὸν κωμικὸν Ναυκρατίτην φησὶν ὁ Ἀθηναῖος Ἡλιόδωρος. Tum continuo ſic pergit: Ἔλεος ἐμπέπτωκέ μοι τὶς, φησὶ Φιλιππίδης, ὅταν &c. ex pag. 230. a.

In ARISTOPHANIS, ex *Pluto*, *verſu poſtremo*; qui in integra fabula eſt num. 816. (vs. 815. ed. Brunck.) cum ὁ δεῖπνος ſcriptum ſit in vetuſtis noſtris membranis, manifeſtum eſt ὁ δὲ ἱπνὸς debuiſſe librarium, neglecto ut ei moris erat apoſtropho, pro ὁ δ' ἱπνὸς, quod & apud Noſtrum ubique editum eſt, & apud Ariſtophanem ante Brunckium vulgatum erat. Eamdem ſcripturam δεῖπνος Brunck. ex cod. Pariſ. *B.* cum in ora ſui Athenaei adnotavit, tum in editis ad Ariſtoph. Notis citavit. Non eſt hic locus, ſive de ſcriptura huius vocabuli, ſive de ſubiecta ei notione copioſius disputandi: videndus HEMSTERHUSIUS & BRUNCK, qui ſatis late iſtum locum tractarunt, aliorumque doctorum virorum, cum veterum, tum recentiorum interpretationes expenderunt. Equidem ἱπνὸς hoc loco, non (ut vulgo a multis factum) *caminum* aut *furnum*, nec cum TOUPIO *latrinam* aut *ſellam familiarem*, intelligendum cenſui; ſed *laternam*, cum HEMSTERHUSIO & DAWESIO in Miſcell Crit. pag. 200. ut haec eſſet ſententia: *pro cornea, quae olim fuerat, eburnea facta eſt laterna.* In eamdem partem per φανὸς interpretatus eſt Scholiaſtes, provocans ad alium eiusdem Comici locum, ubi manifeſte eâdem notione idem vocabulum uſurpatur; ſcilicet in Pace, verſ. 841. ubi rurſus vide quae in Scholiis notantur. *Ibid.* γέγονεν ἑξαπίνης ἐλέφαντινος. Quoniam pro γέγονεν apud Ariſtophanem ἡμῖν ſcribitur, ſuſpicatus eſt DAWES l. c. ſcripſiſſe Athenaeum,

ὁ δ' ἱπνὸς γέγον' ἡμῖν ἑξαπίνης ἐλεφάντινος.

At potuit Athenaeus, memoriter citans illum verſum, ita ſcribere, ut ex vetuſtis membranis aliisque codicibus editum eſt.

Πλάτων δ' ἐν Πρέσβεσι· Κατέλαβον Ἐπικράτης τε καὶ Φορμίσιος. »PLATONIS comici *Legatorum*, praeter »Athenaeum meminit Harpocration in Ἀποκηρύττοντες, & »in Ζητητής. De *Epicrate* & *Phormiſio*, qui in producto Pla»tonis loco nominantur, lege Ariſtophanis Scholiaſten »ad Ranas, [verſ. 996.] & Concionantes: [verſ. 71. & »97.] nam de iisdem Plato loquitur. « CASAUBONUS. — De *Epicrate* adde Harpocrationem in ea voce, & Valeſii Notas pag. 113. *Phormiſii* nomen, ſicut hoc loco apud Noſtrum, ſic rurſus XIII. 570. per *u* vulgo ſcribitur: at non eſt ea legitima Graeci nominis forma. Haud cunctanter Φορμίσιος fuit corrigendum; quae conſtans ſcriptu-

ra eſt apud Ariſtophanem & eius Scholiaſten, tum apud Heſychium in Ἀριστόδημος, & apud Suidam in Φορμίσιος & in Ἡλινδημένον.

a In SOPHRONIS verbis, ex *Mimis muliebribus*, vox δοχία nihil aliud (quoad equidem video) valere poteſt, niſi τὰ δοκεῖα: quod dictum fuerit pro δοχεῖα, id eſt, *receptacula*, *repoſitoria*, *abaci*. Sic πανδοκειον, pro πανδοχεῖον.

AD CAP. XVII.

In *PHILIPPIDIS verſ.* 5. pro δυοῖν ὀβολῶν, eſt δυεῖν ὀβ. in ms. *A.* ſicut paſſim alibi, non modo in foem. gen. ſed & in maſc. Sic rurſus pag. 274. f. uterque noſter codex δυεῖν βασιλέων habet. conf. IV. 137. f. & ibi not. *Latinam verſionem* iſtorum verſuum ex GROTII *Excerptis* petivi, pag. 808. Ibi *verſu* 5. pro *ſaepe etiam tribus*, quod poſuerat Grotius, temere *aut etiam tribus* in noſtrum irrepſit exemplum; bene quidem quod ad ſententiam, ſed male quod ad metrum.

b In *ALEXIDIS*, ex *Hippiſco* vel *Equuleo*, *verſ.* 1. pro τοῖς παισὶ, perperam τοῖς πᾶσι ſcriptum in ed. Ven. & Baſ. & in membr. *A.* in quo vocabulo iam ſaepe eodem modo erratum vidimus. Tacite τοῖς παισὶ correxit Caſaub. ex XI. 502. f. ubi iidem verſus repetuntur, nonnihil etiam aucti ab initio. Tota ecloga, certe ſeptem priores verſus deſunt in ms. *Ep.* de quo mox dicetur. *Verſ.* 4.

c ἦγε δύο δραχμάς. Sic edd. non male: ut primus pes ſit dactylus, ſecundus iambus. ἦγεν δύο δρ. ſcribitur in membr. ne ſic quidem incommode; ut ſit primus ſpondeus, alter anapaeſtus. Eodemque modo ſcribitur etiam pag. 502. f. quare eam ſcripturam hîc quoque receptam velim.

Verſus 5. qualis hic, conſentientibus membranis, editur:

ἴσως ἑτέρας· ψυκτηρίδιον, δέκ' ὀβολοὺς,

iuſto brevior eſt, unius ſyllabae detrimentum paſſus in medio. Ex coniectura facile corrigas:

ἴσως ἑτέρας· ψυκτηρίδιον δὲ δέκ' ὀβολοὺς,

ut penultimus pes, qui pyrrhichius erat, fiat tribrachys. Sed alter locus, ubi repetitur hoc Alexidis teſtimonium, aliam offert medicinam. Et ibi quidem deſunt duo priora verſus verba, reliqua vero ſic in editis ſcripta leguntur,

ψυκτήριόν τε δύ' ὀβολούς. Sed in utroque noſtro codice c
mſto in hunc modum, ψυκτηρίδιόν τε δύ' ὀβολούς. Quare ſic corrigendus verſus:

ἴσως ἑτέρας· ψυκτηρίδιόν τε δύ' ὀβολούς.

Nempe hoc dicit: *frigidarium illud*, ſive *parvum pſyctherem; duos pendere obolos*, id eſt, *tertiam partem drachmae*. Quod cum ita leve ſit pondus, ut vix credibile ſit, argenteum pſyctherem confici poſſe tantilli ponderis, adiicit, (*Verſu* 6.) Φιλιππίδου λεπτότερον, id eſt, *tenuius Philippide*. Et de tenuitate mox deinde (lit. d.) docet, fuiſſe artifices, qui *argentum malleo ducere noſſent ad membranae tenuitatem*. PHILIPPIDES autem (incertum, idem-ne Comicus poëta, qui eâdem certe aetate vixit, an a poëtâ diverſus) ita tenui macilentoque corpore fuit, ut macies hominis in proverbium abierit, multisque iocis dederit occaſionem; de quibus vide Noſtrum, XII. 552. d. e. De eodem homine confer quae notavit Valeſius ad Harpocrationis pag. 270, 18. (Notarum pag. 59.) & Perizon. ad Aelian. Var. Hiſt. X. 6.

Quae verba dehinc ſequuntur (eodem *Verſ.* 6. *& ſq.*) ἀλλὰ ταῦθ' ὅλως &c. videntur ea *alteri perſonae* tribuenda: & commode (puto) eram facturus, ſi literâ maiusculâ, Ἀλλὰ ταῦθ' ſcripſiſſem, & notam *B.* praefixiſſem, qua alterius perſonae partes indicarentur. Qui vero *poſt ſeptimum verſum* vulgo ſequebantur, de eis latus fuerit dubitandi locus. Scilicet inde a ſeptimo verſu, veluti continuatâ eâdem *ALEXIDIS* eclogâ, ſic vulgo legebatur:

πρὸς ἀλαζονείαν οὐ κακῶς νενοημένα
ἵν. οἶδα δὲ κἀγὼ τινὰ πολίτην ἡμέτερον
πτωχαλαζόνα, ὃς δραχμῆς ἔχων
τὰ πάντ' ἀργυρώματ', ἐβόα καλῶν τὸν οἰκέτην
ἕνα ὄντα καὶ μόνον, ὀνόμασι δὲ χρώμενον
ψαμμακοσίοις· παῖ Στρομβιχίδη, μὴ τῶν χειμερινῶν d
ἀργυρωμάτων
ἡμῖν παραθῇς, ἀλλὰ τῶν θερινῶν.

Huc igitur ſpectat CASAUBONI animadverſio haec: »*ALEXIDIS* ecloga ex eius *Hippiſco*, ex diverſo genere »verſuum conſtat. Praecedunt ſeptem integri & ἀρτίπο»δες ſenarii iambici: deinde ſequuntur trochaici, ut ap»paret, male diſtincti. Mihi hoc inſolens videtur: quia una »eſt & continua ῥῆσις. Olim conati ſumus in iambicos »verſus omnia redigere. [Vide Caſaub. ad Theophr. Cha-

d »ract. cap. περὶ Ἀλαζονείας, p. 347.] Sed repugnat con-
»tumaciter verborum modulus plerorumque. Nam, prae-
»ter octavum versum, qui nullo negotio potest refingi,
»ut sit prioribus similis,

»ἦν· οἶδα δὲ κἀγὼ ἡμέτερον πολίτην τινὰ,

»ne frustra hîc fuerimus valde vereor. Ac venit nunc
»mihi in mentem, fortasse *Athenaei* ea esse *verba*, *non*
»*poëtae*: quod acuto lectori diiudicandum relinquo. Eclo-
»garius aperte tribuit Alexidi, Οἶδα τινά φησιν Ἄλεξις
»πολίτην ἡμέτερον &c.« — Haec ille. Iam, de versuum
constitutione ex vetustis nostris Membranis non aliter,
nisi ex metri observatione, quod verbis inesse videatur,
iudicari potest: nam singulorum versuum initia aut exitus
nusquam in illis membranis notantur. In verbis autem eis,
de quibus nunc quaerimus, nihil ab editis eaedem diffen-
tiunt, nisi quod τὰ πάντα ἀργυρώματα plene in eis
scriptum, & quod deinde Στρομβιχίδης pro Στρομβιχί-
δη habeant, non male, atque etiam percommode, more
Atticorum, vocativum casum in nominibus praesertim pro-
priis similem facientium nominativo. Epitomator, omissis
septem prioribus versibus, qui haud dubie Alexidis sunt,
post extrema Philippidis verba, (lit. b.) εὐθὺς ἕτερος ἤρ-
ξατο, continuo sic pergit: Οἶδα τινὰ φησὶν Ἄλεξις πο-
λίτην ἡμέτερον, & dehinc eadem verba adponit, quae ex
membranis edita sunt: & in his quidem, τὰ πάντα ἀρ-
γυρώματα absque apostropho, sicut membranae; Στρομ-
βιχίδη vero, sicut editi libri. Is igitur aperte, ut a Ca-
saubono observatum est, verba illa ad *Alexidem* auctorem
retulit. Sed, quod iam alibi passim ab eodem Epitomatore
factum observavimus, ut, cum nimis interdum festinaret,
testimonium alii quod ad alium auctorem retulerit quam ad
quem ab Athenaeo in opere pleniore manifeste relatum
erat: id eo facilius hoc loco accidere ei potuerat, ubi
haud admodum perspicuum erat, utrum Alexidi ea ver-
ba simul cum superioribus tribuisset Athenaeus, an Ae-
milianum suum suo nomine haec dicentem induxisset.
Quare equidem, cum haud secus ac Casaubonus persua-
sum haberem, si istis verbis continuati *Alexidis versus* ex-
hiberentur, pariter illos, atque superiores, debere esse
iambicos senarios, quorum tamen ad modulum non sine
magna molitione redigi illa verba posse videbantur; in
eam concessi sententiam, ut statuerem, quae septimum

Alexidis verſum ſequerentur, ea ſuo nomine loquentem d Aemilianum ab Athenaeo induci. Neque vero diffiteor, poëtico quodam colore tincta eadem verba videri: quae ſi quis *continuationem verſuum Alexidis* eſſe iudicaverit, videat an placeat ratio, qua ad iambici metri leges GROTIUS ea revocavit, in Excerptis pag. 557. ubi ſeptem prioribus verſibus ſeptem hos ſubiecit:

ἦν. οἶδα δ' αὐτὸς κἀγὼ πτωχαλαζόνα
πολίτην τινὰ ἡμέτερον, ὃς δραχμῆς ἔχων
τὰ πάντα τ' ἀργυρώματ', ἐξεβόα καλῶν
τὸν οἰκέτην ἕνα καὶ μόνον ὄντα· χρώμενον
δ' ὀνόμασι ϕαμμακοσίοις· παῖ Στρομβιχίδη,
μὴ τῶν χειμερινῶν ἡμῖν ἀργυρωμάτων
νῦν παραθῇς, ἀλλὰ τῶν θερινῶν.

Quos latine ſic reddidit:

Oſtentatorem novi ego in re paupere
popularem noſtrum, cui cum vaſa argentea
drachmá valerent non plus, Stentoreo ſono
ſervum vocabat, unicum hunc, ſed qui unicus
innumera ferret nomina: Heus Strombichide,
hyberna nobis vaſa nunc menſaria
ne pone, verum aeſtiva.

In *NICOSTRATI* teſtimonio, Λοιπή τις ὀξὶς &c. Λεπτή τις fortaſſe ſcribendum coniectaverat PIERSON ad Moerin pag. 281. & rectà ſic corrigi iuſſit IACOBS ad Anthолog. Vol. I. Part. II. pag. 327. Ac fieri poteſt ut ſic ſcripſerit vel poëta vel ipſe etiam Athenaeus: ſed conſentientem utriusque noſtri codicis cum editis ſcripturam mutare non ſum auſus, cum & ipſa nihil admodum incommodi haberet. *Ibid.* Quod ait τῆς εὐπαρύφου λεπτότερον, intellige εὐπαρύφου ἐσθῆτος: *veſtem* autem *purpura practextam* hoc loco nominavit, cum *tenuiſſimam & ſubtiliſſimam* dicere vellet; ut monuit H. STEPHANUS, in Theſ. T. III. p. 1767. c. Procopius apud Suidam, in Εὐπάρυφα, de εὐπαρύφῳ veſte loquens, notat τὸ ἠραιωμένον τε καὶ κενὸν αὐτῆς, id eſt, *ſubtilitatem tenuitatemque.*

Ἐξήλαυνον γάρ τινες τὸν ἄργυρον καὶ τότε εἰς ὑμένος ἰδέαν. DALECAMPIUS: *Quidam enim argentum malleo ducebant vel usque ad membranarum tenuitatem.* Idemque in ora: »Bracteas illas nos *argenti folia* nuncupamus.« — Inde CASAUBONUS: »Interpres, inquit, omittit praecipua verba καὶ τότε. Nam hoc obſervat obiter Athenaeus, *ar-*

d »*tem ducendi malleo argentum in tenuiſſimas laminas, iam ae-*
»*tate Nicoſtrati*, antiquiſſimi comici, *fuiſſe cognitam.* Hoc
»ille colligit ex iſtis illius verbis, λοιπή τις ὀξὶς ἐστι &c.
»Docti qui putant de bracteis ſentire Athenaeum, quas
»vulgo appellamus *argenti folia* vel *auri*, non recte ſen-
»tiunt. Nam ex illis non fiunt vaſa argentea cuiusmodi
»erant acetabulum illud Nicoſtrati, & poculum pſy-
»cterium.«

AD CAP. XVIII.

Καὶ Ἀντιφάνης δὲ ἐν Λημνίαις. Particulam καὶ, quae poſt δὲ incommode repetebatur in editis, expunxi auctoritate membranarum. Mendoſum Λήμναις tenent illae quidem cum editis: ſed haud dubie Λημνίαις fuit corrigendum, de quo iam & DALECAMPIUS monuerat; & deinde CASAUBONUS: »Recte (inquit) Dalecampius Λημνίαις.
»*Lemnias* etiam e Latinis poëtis Turpilius ediderat.« — Infra, eodem hoc libro, p. 258. c. d. veram ſcripturam tenent
e membr. cum edd. De dictione, ὦ πολυτίμητοι θεοὶ, quae in *Antiphanis* teſtimonio legitur, vide notata ad III. 84. c.

In SOPATRI ecloga, ex fabula cui titulus *Lenticula*, quum duo poſteriores verſus vulgo ſic ſcriberentur,

οἷάν ποτ' ἔσχε καὶ Θίβρων ὁ Ταντάλου
μαλακὸν ταλάντοις ἐκταλαντωθεὶς ἀνήρ:

adnotavit CASAUBONUS: »Scripti Θιάρων: & ſequente
»verſu μαλακὸς, non μαλακήν.« — At in Θίβρων conſentiunt ambo noſtri mssti. Dein μαλακὸν tenet ms. *A.* ſed μαλακὸς habet *Epit.* DALECAMPIUS, duos verſus latine ſic reddens,

Quale habuit quondam Thymbron, Tantali filius,
perquam multis talentis exutus homo:

pro μαλακὸν vel μαλακὸς, μυρίοις cogitaſſe videtur; tum ex Θίβρων, Θύμβρων fecit, huncque ſtatuit *Tantali filium* a poëta dici. Multo rectius haud dubie ERASMUS, (in Adagio, *Tantali talenta*) iſta *SOPATRI* verba citans, genitivum Ταντάλου ad ταλάντοις retulit; Graeca ſic latine reddens,

Qualem olim habebat & Thribon, qui molliter
exutus eſt ipſis talentis Tantali.

Nempe celebratae olim *Tantali divitiae*, hac ipſâ formulâ in proverbium abierant, ut *ingentes Divitiae*, Ταντάλου

τάλαντα vulgo dicerentur: quod liquido Suidas docet in e Ταντάλου, & in Τὰ Ταντάλου. Iam Θρίβων consulto-ne Eraſmus ſcripſerit, an caſu ita apud eum editum ſit, neſcio; noſtri quidem libri (ut paulo ante dixi) in vulgatum Θίβρων conſentiunt: qui quidem *Thibro* quisnam caeteroquin fuerit mortalium, incompertum nobis. *Thimbronem* novimus, Lacedaemonium, poſt bellum Peloponneſiacum Harmoſtam in Aſiam miſſum: de quo Harpocration, & quos ad Harpocrationem auctores Valeſius laudavit. De eo an hîc agatur, equidem non definiam. Vocem μαλακὸν Eraſmus adverbialiter accipiens, *molliter* interpretatus eſt: poteras fortaſſe *ſenſim ſenſimque*, *paulatim*, intelligere; quemadmodum, verbi cauſſa, μαλακὸς λόφος dicitur *clivus qui paulatim in planitiem deſcendit.* Equidem codicis *Epit.* lectionem adoptavi, qua fit ut adiectivum μαλακὸς ad ἀνὴρ pertineat, & *mollis effoeminatusque vir* intelligatur. Quod ait poëta, ἐκταλαντωθεὶς, id reſpectum habet ad proverbium illud, quo in contrariam partem utebantur,

τὰ Ταντάλου τελάντα ταντελίζεται,

id eſt, *Tantali talenta accumulat;* de quo Suidas videndus. Ex quo ſpecies quaedam acceſſura eſſet lectioni, quam h. l. codex *Ep.* exhibet, ἐκτανταλωθεὶς, niſi haec metro repugnaret. At ſicut in *Sopatri verſu* ipſum metrum editam lectionem ἐκταλαντωθεὶς tuetur: ſic in illo proverbio, quod ex Suida adtulimus, (quod & ipſum iambico ſenario comprehenſum eſt) rurſus metrum ταντελίζεται deſiderat, non ταλαντίζεται. In utroque autem verbo perinde ludere proverbio licuit.

Θεόπομπος - - ἐν ταῖς πρὸς Ἀλέξανδρον συμβουλαῖς. f Idem THEOPOMPI ſcriptum infra, lib. XIII. pag. 595. a. hoc titulo citatur, Θεοπ. ἐν τῇ πρὸς Ἀλέξανδρον ἐπιστολῇ. cf. Ruhnkenii Hiſt. crit. Oratorum Graec. in Reiskii Oratorib. Graec. Vol. VIII. pag. 163. *Ibid.* περὶ Θεοκρίτου τοῦ πολίτου τὸν λόγον ποιούμενος. — »Lege συμπο»λίτου: [ſic praecepit TOUP ad Suid. P. II. p. m. 168.] »uterque enim ex Chio.« — Atqui, licet id ipſum dederit ms. *Epit.* tamen recipere invitis vetuſtis membr. *A.* dubitavi. Potuerat enim ſuo arbitratu, interpretamenti cauſſa, eo vocabulo uti Abbreviator. Sane, ſicut Romanorum ſermone *civis*, ſic & apud Graecos πολίτης, idem valebat ac συμπολίτης. Sic paulo ante (lit. c.) πο-

f λίτην τινὰ ἡμέτερον, pro συμπολίτην, dixerat ſive Alexis ſive Athenaeus. Rurſus IX. 381. f. παρά τινι τῶν πολιτῶν ἡμῶν. *Ibid.* Ἐξ ἀργυρωμάτων δὲ καὶ χρυσῶν. χρυσωμάτων exſpectaſſes: ſed nil mutant libri; & poteris haud incommode χρυσῶν ἐκπωμάτων intelligere, quemadmodum mox deinde nude χαλκῶν & κεραμέων dicit, ſubintellecto eodem nomine ſubſtantivo. Mox, quod ait καὶ τούτων ἐνίοτε κολοβῶν: ſic ſcribendum eſſe ex coniectura viderat monueratque TOUPIUS l. c. Id autem ipſum dedit noſter codex *Ep.* & ex Epitoma ſic ſcripſerat Euſtathius ad Od. δ'. pag. 567, 37.

In *DIPHILI* teſtimonio, ex *Pictore*, *verſ.* 1. Ἄριστον ἐπεχόρευσεν ἐκλελεγμένον. *Prandium exhibuit*, vertit Dalecampius. At id Graece ἐχορήγησεν ſonabat: (conf. pag. 229. d.) neque vero locum hîc habere poterat id verbum, quod activam habet vim: intranſitivum verbum deſiderabant ſequentes nominativi. Mendoſe ἐπεχώρευσεν ed. Ven. & Baſ. Sed percommode habere videtur ἐπεχόρευσεν, quod conſentientibus membranis *A.* edidit Caſaubonus. Ac poterit illud vel ita intelligi, ut in verſione poſuimus, *proſiluit*, id eſt, *ſubito & inopinato in menſa adparuit:* vel, rectius fortaſſe, *longo veluti choro proceſſit exquiſitum epulum.* Ex tota Diphili ecloga Epitoma
a tor nihil aliud adpoſuit, niſi verba iſta ex *verſ.* 3. Λοπάδων παρατεταγμένη φάλαγξ, φησί Δίφιλος.

Verſ. 4. ὀπτῶν ἐπῆγε σωρὸς ἀπὸ τοῦ τηγάνου. Nil opus eſſe nobis viſum erat, ut cum doctiſſimo VALCKENARIO (ad Phoeniſſas pag. 66.) ἐπήει corrigeremus. Eamdem vim habere videtur ἐπῆγε. Et cum modo nominata ſit παρατεταγμένη φάλαγξ, percommode hic ſteterit verbum ex tacticis petitum. Verbum ἄγειν cum ſuis compoſitis in re tactica uſurpatur de *agmine progrediente.* Compoſitum verbum ἐπάγειν, pro diverſo ſignificatu praepoſitionis ἐπὶ & pro diverſa conſtructione cum accuſativo caſu aut cum dativo, valet vel *progredi adverſus hoſtes*, vel *progredi poſt alios*, *ſuccedere aliis.* Poſteriori notione hoc loco accipiendum nobis videbatur. Simili ratione in coenae cuiusdam deſcriptione verbo ἐπεισέπλει, pariter e re tactica petito, uſus eſt alius poëta apud Noſtrum, VII. 300. c. *Verſ.* 5. ἐν θυείαις bene edidit Caſaub. Mendoſe ἐν θύειας ed. Ven. & Baſ.

Φιλήμων, Ἰατρῷ· Καὶ γυλίαν τιν' ἀργυρωμάτων. » Scri-

»be γύλιόν τινα ἀργ. id eſt, *vidulum* aut *peram vaſorum* a
»*ex argento*.« CASAUB. — Probavit Caſauboni emendationem BENTLEI, in Emend. in Philem. pag. 113. Sane nusquam alibi ἡ γυλία vel ὁ γυλίας legitur: ſed ὁ γυλιὸς vel γύλιος eſt *pera militaris*, ſaepe apud Ariſtophanem, & apud alios. confer Noſtrum XI. 473. e. & pag. 483. b. Nec tamen adeo certum erat, alteram vocabuli formam, quam cum editis tuentur membranae, numquam fuiſſe in uſu. In *Epit.* quidem deeſt Philemonis teſtimonium.

Λουτρὸν, Ξεραπαίνας, ἀργυρώματα. »Deſumta ſunt ver-
»ba ex *Heautontimorumeno* MENANDRI. Sententiae, opi-
»nor, pars erant, quae integra apud Terentium:

»— — *Hem tot mea*
»*ſolius ſolliciti ſunt cauſſa, ut me unum expleant?*
»*ancillae tot me veſtiant? ſumtus domi*
»*tantos ego ſolus faciam?*« — CASAUBONUS.

Λυσίας δ' ἐν τῷ περὶ τοῦ χρυσοῦ Τριποδος, &c. Vide b
LYSIAE Fragmenta, a TAYLORO collecta, in ed. Reisk. pag. 34.

Οἱ δ' ἑλληνίζοντες λέγειν δεῖν φασιν ἀργυροῦν κόσμον καὶ χρυσοῦν κόσμον. »Eadem obſervatio apud veteres ma-
»giſtros. Ἀργύρωμα, inquiunt illi, aut χρύσωμα pro *va-*
»*ſis* [*vel argenteis vel aureis*] non uſurpant qui loquuntur
»accuratius: ſed ἀργυροῦν vel χρυσοῦν κόσμον. Cui τηρη-
»σειδίῳ quantum ſit tribuendum, diſcant tirones ex Iu-
»lio Polluce lib. X. cap. 44.« CASAUBONUS. — Quos *ve-teres magiſtros* dixit vir doctus, *apud quos eadem legatur ob-ſervatio*; hi, quod ſciam, nulli alii ſunt, niſi unus EUSTATHIUS, qui in Comment. ad Od. ο'. pag. 567, 28. ad verbum ex Athenaei Epitoma haec exſcripſit: Οἱ ἑλληνίζοντες οὐκ ἀργυρώματα καὶ χρυσώματα φασὶ, ἀλλ' ἀργυροῦν καὶ χρυσοῦν κόσμον. Quem *Pollucis* locum laudat Caſaubonus, is legitur ſect. 174. libri decimi, ubi probat vocabulorum uſum ἀργυρώματα & χρυσώματα in vaſorum numero. Ibi vide quae adnotarunt Kühnius & Hemſterhuſius: & confer Menag. ad Laërt. IV. 38. Equidem cogitans, quantus ſit probatiſſimorum auctorum numerus, qui iſtis vocabulis eadem notione uſi ſunt, miratus ſum quinam eſſent illi ἑλληνίζοντες quos Athenaeus improbaſſe dicit iſtum uſum. Sane aegre mihi perſuadeo, illos eſſe intelligendos, quos KÜSTERUS dixit; cum ad Suidam, voce Ἀργυρώματα, ait: »Sic quidem (nempe ἀργυρώ-

b »ματα καὶ χρυσώματα) *aurea & argentea vaſa* apud Grae»cos vulgo appellabantur: ſed *qui accuratius & Ἀττικώτε»ρον loqui volebant*, ἀργυροῦν & χρυσοῦν κόσμον dicebant, »ſi credendum eſt Athenaeo. « — *Henr.* STEPHANUS in Indice Theſ. pag. 851 ſq. nullum alium praeter hunc ipſum Athenaei locum, quem prae manibus habemus, adducit, ut probet »Ἑλληνίζειν dici eos, *qui non tantum Graece lo»quuntur, ſed etiam qui vere ac proprie loquuntur Graece: qui »Graeci ſermonis puritatem vel elegantiam affectant: qui proprie »& eleganter loqui Graece ſtudent.* « Apud Lucianum quidem, in Deorum Concilio, cap. 9. Opp. T. IX. ed. Bip. pag. 186. ἑλληνίζειν nude ſonat *Graece loqui*; in Philopſeude vero cap. 34. T. VII. pag. 287. καθαρῶς ἑλληνίζειν eſt, *pure Graece loqui.* Apud Moerin vero & alios Grammaticos notum eſt opponi inter ſe ea quae Ἀττικῶς, & quae Ἑλληνικῶς dicta perhibentur. Caeterum ἀργυροῦς καὶ χρυσοῦς κόσμος, rectius & magis proprie de *mundo muliebri* dici, quam de *vaſis*, videri debebat: iſta certe notione optimi quique ſcriptores utuntur. Sic & apud Noſtrum, cum alibi paſſim, tum paulo inferius pag. 232. e. f. & pag. 233. vocabulum κόσμος uſurpatur. Ac neſcio an in his, quae hoc loco de illa dictione monentur, turbatum ſit nonnihil per librariorum culpam.

AD CAP. XIX.

Φίλιππον - - φιάλιον χρυσοῦν κεκτημένον &c. Eamdem hiſtoriolam, de *poculo aureo*, ex eodem *DURIDE Samio* iam ſupra, lib. IV. pag. 155. d. tetigerat Noſter: ubi pro eo, quod h. l. φιάλιον dicit, ποτήριον χρυσοῦν dixerat. Eamdem rem ex hoc Athenaei loco retulit Euſtathius ad Iliad. λ'. p. 815, 25. Niſi peculiaris cauſſa fuerit, cur illud aureum poculum tam ſingulari ſtudio curaque proſecutus ſit Philippus; adparet intelligendum eſſe id factum, priusquam e Thraciae metallis eam auri vim coepiſſet extrahere, qua res multo maiores effeciſſe callidus Macedo, quam bellica virtute, traditur.

c τὴν Ἀτρέως δὲ χρυσῆν ἄρνα, &c. »*Thyeſtes* cum *aurei* »*velleris agnum* ſurripuiſſet *Atreo* fratri, uxorem eius ſtu»pri quoque conſuetudine ſibi conciliavit. Hoc facinore »irritatus *Atreus*, primum quidem regno expulit; deinde, »leviorem poenam illam arbitratus, filium ei comedendum

»appoſuit. Cuius ſceleris Sol immanitatem exhorreſcens, »curſum retro convertit. Pauſanias lib. II. [cap. 18.] « DALECAMPIUS.

ἐκ ποτηρίων δὲ χαλκῶν ἔπινον οἱ σφόδρα δοκοῦντες πλουτεῖν. Sic cod. *Epit.* cum edd. & ms. *A.* Euſtathius vero l. c. plurima ex hoc capite ad verbum fere ex Epitoma Athenaei deſcribens, pro οἱ σφόδρα δοκοῦντες πλουτεῖν, ſuo arbitratu οἱ σφόδρα ὄλβιοι ſcripſit: (ad Iliad. λ'. pag. 815, 29.) quod eo obſervatum velim, ne talia ſemper pro varietate lectionis apud Athenaeum habenda ſtatuat ſtudioſus lector. d

Ἡρόδοτός τε φησὶ, &c. Vide Herodot. II. 151. conf. Diodor. I. 66. Multa aliena miſcere Athenaeum, monuit ad Herodotum Weſſelingius: quod memoriae lapſu factum a Noſtro probabile eſt; niſi quid etiam librarii peccarunt, veluti quod φιάλας ἀργυρᾶς apud Athenaeum legitur, moxque rurſus ἀργυραῖς, cum φιάλας χρυσέας dixiſſet Herodotus.

Συληθέντος γοῦν (οὖν ms. *Ep.*) τοῦ Πυθικοῦ ἱεροῦ ὑπὸ τῶν Φωκικῶν τυράννων &c. Verba iſta repetens Euſtathius l. c. pag. 815, 29. poſt τυράννων haec adiicit, ἐν οἷς καὶ Φάϋλος καὶ Φάλαικος δοκοῦσιν εἶναι: quae h. l. nec Athenaeus habet, nec noſter codex Epitomae. Sed deſumſit ea Euſtathius ex loco inferiore, p. 232. e. ubi vide quae notamus.

ἀνέτειλεν ὁ κατὰ Πίνδαρον εὐρυσθενὴς πλοῦτος. Perperam e εὐρυσθένης penacute ſcribitur in ed. Ven. Baſ. & Caſ. 1. (neſcio an & in membr. *A.*) quae nominis proprii forma eſt: atque etiam maiusculâ literâ Εὐρυσθένης ſcriptum in ed. Baſ. Recte εὐρυσθενὴς ms. *Ep.* & ed. Caſ. 2. & 3. PINDARI verba habes initio Pythicae quintae, Ὁ πλοῦτος εὐρυσθενής.

AD CAP. XX.

ὑπὸ πρώτου Γύγου τοῦ Λυδῶν βασιλέως ἀνετέθη. »Herodotus, unde ſumſerunt caeteri ſcriptores, narrat co»pioſe libro primo: [cap. 14.] ubi expoſitis Gygis do»nariis ſubiicit: Οὕτω δὴ ὁ Γύγης, πρῶτος βαρβάρων τῶν »ἡμεῖς ἴδμεν, ἐς Δελφοὺς ἀνέθηκεν ἀναθήματα, μετὰ Μί»δην τὸν Γορδιέω τὸν [Φρυγίης] βασιλέα. « CASAUBONUS. — In cod. *Ep.* ſcribitur ὑπὸ τοῦ πρώτου Γύγου τοῦ Λυδ. βασ. perperam ad πρώτου adiecto *articulo*.

τρίποδα καὶ νίκην χρυσοῦ πεποιημένα. Intellige ἐκ χρυ- f

σοῦ, ut ſuperiore libro ſaepe obſervavimus: ſic mox τρίποσι χαλκοῦ πεποιημένοις. Praepoſitionem adiectam habes pag. 232. a.

a Λακεδαιμόνιοι οὖν χρυσ. Particulam οὖν commode dedit ms. *A*. Coniunctivas particulas ſaepe neglexit Epitomator: praeſertim ubi ſic, quemadmodum hoc loco, ad ſequentia progreditur, ut particula ὅτι utatur. Ὅτι Λακεδαιμόνιοι &c. In eodem *ms. Ep.* mox dein haud incommode ſic ſcriptum: παρὰ Κροίσου τοῦ Λυδοῦ πορευθέντας ὠνεῖσθαι. At in editis & in membr. *A*. quum ſequatur ὠνεῖσθαι παρ' ἐκείνου, perperam praecedebat παρὰ Κροίσου τοῦ Λυδοῦ: utique παρὰ Κροῖσον τὸν Λυδὸν oportebat, ut a nobis correctum eſt. *Ibid.* καὶ οἱ πορευθέντες. Recte οἱ cum accentu ſcriptum in ed. Ven. & in msstis noſtris. Minus commode καὶ οἱ πορ. ed. Baſ. & Caſ. abſque accentu.

Ἱέρων δ' ὁ Συρακόσιος. Sic, non Συρακούσιος, ſcriptum in utroque noſtro codice: de qua ſcriptura dictum ad lib. V. pag. 208. f. *Ibid.* ἐξ ἀπέφθου χρυσοῦ. Ἀπέφθου, τοῦτ' ἔστι τοῦ πολλάκις ἑφθέντος, ὥστε γενέσθαι ὄβρυ-
b ζον. Sic Suidas, ex Schol. Thucyd. ad II. 13. *Ibid.* Cum ſic vulgo legeretur, ἀπέδοτό γ' οὖν τοῖς παρὰ τοῦ Ἱέρωνος, ὃν ἠβούλοντο, monuit CASAUBONUS: »Repete duas »literas a fine vocis Ἱέρωνος, & ſcribe ὅσον ἠβούλοντο.« — Cui non potui quin obtemperarem, licet vulgatum teneat codex noſter uterque. Ex vetuſtiore codice, qui totus uncialibus literis ſcriptus erat, manaverat error.

AD CAP. XXI.

c EPIGRAMMATIS *prioris Verſ.* 3. καὶ μ' Ἀντηνορίδης ἐφόρει κρείων Ἑλικάων. »*Et me geſtabat princeps Helicaon, An-*»*tenoris filius.* Natalis vertit, *rex Helicarum*: quod proba»rem, ſi mihi ex geographis aut poëtis notum eſſet ullum »oppidum eo nomine. At Dalecampius, *inter Graecos il-*»*luſtris princeps.* Non illi veniebat in mentem haec ſcri»benti, cuiâs fuerit Antenor.« CASAUBONUS. — Vide Iliad. γ'. 123. unde ducta iſta verba. Quem ad locum Euſtathius p. 296 extr. & ſeq. interpretationi favens Natalis Comitis, ait: πόλις δὲ, αἱ Ἑλίκαι. – – Ἑλίκαι δὲ αὗται, πόλις Τρωϊκή.

d *Alterius* EPIGRAMMATIS *Verſ.* 4. νικήσας ἵπποισι παρὰ

πλατὺν Ἑλλήσποντον. »Ex Homero desumta est historia d »seu fabula, Iliad. Ψ. [vs. 512 sq.]

»Δῶκε δ' ἄγειν ἑτάροισιν ὑπερθύμοισι γυναῖκα,
»καὶ τρίποδ' ὠτώεντα φέρειν.

» Verte illa, παρὰ πλατὺν Ἑλλήσποντον, non, ut interpretes, »*in Hellesponto spatioso*: (Itane? *in Hellesponto*, tamquam »in circo, certamen curule peregerunt Graecorum pro»ceres?) sed, *ad salsum Hellespontum*. De voce πλατὺς »satis libro primo.« CASAUBONUS. — De mira illa interpretatione vocis πλατὺς dictum lib. II. p. 41. b. Totum Epigramma cum Analectis suis insereret BRUNCKIUS T. III. pag. 179 sq. praeterierat doctissimi Viri observationem hic Athenaei locus. Itaque nonnisi ad Eustathium provocavit, ex quo illud protulerat Clark in Notis ad Iliad. Ψ. 513. Atqui ex Athenaeo nostro illud descripserat Eustathius, pag. 1431, 37. Inde etiam factum, ut *versu* 2. ubi Ἔῆκεν πόδας recte apud Athenaeum (sicut desiderabat metrum) editum est, Ἔῆκε πόδας Brunckius cum Clarkio ediderit; quoniam sic apud Eustathium editum, qui ita in suo codice Epit. scriptum repererat, quemadmodum & habet noster ms. *Ep.* & ipsae etiam membr. *A.* Nempe in illis codicibus, ubi non erant distincti versus, numquam talia curarunt librarii.

AD CAP. XXII.

καὶ Φάϋλος. Aut sic, aut Φάϋλος scribi id nomen debuit. Vide Suidam in Φαῦλος, & quae ibi adnotavit Küsterus. Conf. Harpocrat. in Φαῦλλος, & ibi Notam Valesii. Adde Demosth. adv. Aristocr. pag. 661, 11. ed. Reisk. & Reiskii variet. lect. ad eum locum. Apud Diodor. Sic. lib. XVI. cap. 35 sqq. constanter Φάϋλλος scribitur, sed ibi Pletho Φάϋλος, ut adnotavit Wessel. not. *n.* Apud Polybium, V. 72, 8. ubi alius eiusdem nominis commemoratur, probatissimi libri Φάϋλλον dedere, alii Φάϋλον. Apud Nostrum lib. XIII. pag. 608. a. & b. ubi idem nomen bis recurrit, semel mendose Φύλλον scribunt veteres membranae, deinde Φαυλλος absque accentu. Hoc loco Φάϋλλος habet ed. Ven. Φαῦλλος ed. Bas. Φαϋλλος ed. Casaub. Φαῦλος vero non modo membr. *A.* verum etiam ms. *Ep.* sed, qui sua ex Epitoma sumsit, Eustathius, Φάϋλος scripsit; certe sic apud eum editur ad Iliad. λ'. p.

815, 29. Et Epitomator quidem, praetermisso initio huius capitis, ab his statim verbis incipit: Ὅτι Ἀλκμαίωνι πυνθανομένῳ φησὶν Ἔφορος, πῶς ἂν τῆς μανίας ἀπαλλαγείη &c. Deinde vero postquam utrumque adposuit *oraculum*, *Alcmaeoni & Menelao datum*, post ista verba τίσιν ἐχθίστην ἀποδώσει, (lit. f. extr. pag.) sic pergit: Ἀνέθηκαν οὖν ἄμφω. Ἐπεὶ δὲ Ὀνόμαρχος καὶ Φαῦλος καὶ Φάλαικος ἅπαντα τὰ τοῦ ναοῦ ἐξεκόμισαν, τὸ τελευταῖον αἱ γυναῖκες αὐτῶν τὸν τῆς Ἐριφύλης κόσμον ἔλαβον, καὶ τὸν τῆς Ἑλένης ὅρμον. Καὶ ἔρις δὲ ταῖς γυναιξὶν ἐνέπεσε περὶ τοῦ κόσμου τούτου, &c. quae leguntur pag. 233. a.

De *Eriphyle*, *Alcmaeone*, & *Amphiarao* notae sunt fabulae. Vide Apollodori Biblioth. lib. III. c. 6 sq. & quos ibi auctores Heynius laudavit.

a τὸν τῆς Ἑλένης εἵλκυσε. Verbum, quod desiderabatur, opportune dedit noster codex *Epit.* *Ibid.* ἡ δὲ, τῷ ἀνδρὶ θάνατον ἐβούλευσεν. *Illa vero* (nempe, quae Eriphyles monile nacta erat) *maritum per insidias interficiendum curavit.* Haec Athenaeus ex Ephoro. Aliter ex Phylarcho rem narrat Parthenius, Eroticor. cap. 25. sed ita, ut haud incommode conciliari inter se utriusque narrationes possint.

AD CAP. XXIII.

Πλάτων δὲ ὁ θεῖος, καὶ Λυκοῦργος ὁ Λάκων &c. »PLATONIS lex, qua sancitur *ut privatis pecuniam habere auream vel argenteam fas ne sit*, extat Legum libro quinto. »De antiquo *Lacedaemoniorum* more, capite puniendi eos »penes quos *auri argentive* fuerit repertum aliquid, habes »apud Xenophontem & Plutarchum, in ipsorum de illa »Republica scriptis.« CASAUBONUS.

b Ad vulgatam olim scripturam, τῶν μεταλλευομένων τὸν σίδηρον καὶ τὸν χαλκὸν ἀρκεῖσθαι νομίζοντες, percommode doctissimus CORAY monuit in *Notis msstis:* »Legendum τῷ σιδήρῳ καὶ τῷ χαλκῷ, nisi »malis τὸ ἀρκεῖσθαι in ἀρκεῖν mutare.« — Nempe ἀρκεῖσθαι significat *contentum esse*, & cum dativo casu, non cum accusativo construitur: quam emendationem si adoptaveris, subintelligendum fuerit verbum δεῖν, *statuentes contentos esse debere homines ferro & aere.* Posteriorem

medelam ipſe codex *Epit.* nobis obtulit, ἀρκεῖν exhibens. b

Quae ſequuntur de ZENONE *Stoico*, ea Epitomator (puto, quod corrupta videret) prorſus praetermiſit. Ad illa verba, τὴν μὲν ἀρχὴν αὐτῶν καὶ φυγὴν ἀπειπὼν, adnotavit CASAUBONUS: »Recte & vere *Dalecam-*»*pius*, τὴν μὲν εὐχήν.« — Nempe is, *optare aut fugere*, in verſione poſuerat; recte utique quod ad ſententiam: quare, quo ſenſus aliquis Graecis verbis ineſſet, vocabulum etiam a Caſaubono commendatum adoptavi, quod ipſum quoque unice verum cenſuit LIPSIUS, in Manud. ad Stoicam Philoſ. lib. II. cap. 23. ſub fin. At vereor tamen, ne παραδιόρθωσις magis haec ſit, quam διόρθωσις. Nam in Stoicorum ſermone ſicut τῷ φευκτῷ opponitur τὸ αἱρετὸν, ſic τῇ φυγῇ opponitur ἡ αἵρεσις: vide Laërt. VII. 105. & Suidam in Ἀδιαφορία, Stobaeum Eclog. Ethic. pag. 170. τὸ εὐκτὸν vero, aut τὴν εὐχὴν, nusquam eo ſenſu uſurpata a Stoicis reperire memini. Quare videndum, ne (ut in ſcholio etiam notavi) aut τὴν μὲν αἵρεσιν αὐτῶν oportuerit, aut τὴν μὲν ἀρχὴν τὴν αἵρεσιν αὐτῶν, *ſtatim quidem, primum omnium, adpetere aut fugere illa vetans.* Porro vero, quum ad participia νομίσας, ἀπειπὼν, & προστάσσων, nullum adſit verbum finitum, quo tamen carere non poterat oratio, ſuſpicatus ſum intercidiſſe poſt τὴν χρῆσιν δὲ verba nonnulla in eam ſententiam, quam ibidem indicavi.

In his, quae continuo ſequuntur, τῶν λιτῶν καὶ ἀπερίττων &c. rurſus CASAUBONO morem geſſi, haec monenti: »Poſtea lege, τὴν χρῆσιν δὲ τῶν λιτῶν καὶ ἀπε»ρίττων προηγουμένως ποιεῖσθαι προστάσσων: non, »ut editum eſt vulgo, & in veteribus etiam ſcriptum, »τὴν χρῆσιν δὲ τῶν λιτῶν καὶ περιττῶν προηγο»ρευμένως ποιεῖσθαι προστάσσων. Omnes Graece do»cti ſtatim concedent mihi, utrumque verbum, a nobis »mutatum, neceſſario fuiſſe mutandum: at vim vocis »προηγουμένως, in qua totius ſententiae cardo vertitur, »non intelligent niſi Stoicae philoſophiae periti. Senſus »Athenaei eſt, ut paucis complectar: Zenonem res omnes »dividere in εὐκτὰ, φευκτὰ, & ἀδιάφορα: *optanda, fu»gienda, & indifferentia:* divitias cenſeri ab eo neque inter »optanda, neque inter fugienda, ſed inter indifferentia. »Praecipere ergo illum ſuis diſcipulis, ut *in iis quae ne-*

b » *ceſſaria ad vitam, parabilia & tenuia maxime probent; ad-* » *verſus divitias vero ita ſe comparent, ut neque illas miren-* » *tur ſi non adſint, neque ſi adſint ab iis corrumpi ſe poſſe* » *metuant.* Facere aliquid aut probare προηγουμένως, & » *propter aliud*, ſive, ut loquuntur Stoici, κατὰ περίστα- » σιν, ſunt *oppoſita.* « — De voce προηγουμένως vide Fabricium ad Sextum Empir. IX. 390. & de Stoicorum praeſertim uſu illius vocis conſule loca in Indice noſtro Epicteteo ad voces προηγούμενος & προηγουμένως. Quid ſit autem quod dicat hoc loco auctor, τὴν χρῆσιν τῶν λιτῶν καὶ ἀπερίττων προηγουμένως ποιεῖσθαι, haud ſatis me percipere fateor: &, ut iam ſignificavi, etiam nunc poſt adoptatam Caſauboni emendationem, turbatam nonnihil & haud ſatis integram ſuſpicor eſſe orationem, partim librariorum incuriâ, partim etiam fortaſſe ipſius auctoris culpâ. Quoad coniectare probabili admodum ac paene certa ratione licet, hoc dicere voluit auctor: *Ex his quae ſunt* ἀδιάφορα, *ſeligenda praeſertim ea eſſe quae ſint* λιτὰ & ἀπέριττα: *& his ipſis ſemper utendum* προηγουμένως, ὅπως ἀδεῶ καὶ ἀθαύμαστον &c. Nempe haec poſteriora, ὅπως ἀδεῶ &c. connexa ſunt cum illo προηγουμένως, & ita ad illud referuntur, ut declarent, quid ſit quod dixerit προηγουμένως ποιεῖσθαι τὴν χρῆσιν αὐτῶν: ſcilicet, *in uſu rerum per ſe indifferentium illud ſemper praecipuo & primario loco ſpectandum eſſe, ut eum teneamus* conſervemusque & magis atque magis confirmemus in nobis *animum, quo nihil miremur, niſi quod honeſtum & vere bonum ſit, nihil metuamus niſi quod turpe.* Confer Epicteti Enchirid. cap. 4 extr. noſtrae edit. (cap. 9. ed. Wolf.) & Diſſertat. Epicteti lib. I. cap. 4. ſect. 20. & quae ibi notavimus. Iam, quod ait
c τοῖς μὲν κατὰ φύσιν, ὡς ἐπὶ πολὺ χρῶνται· τῶν δ' ἐναντίων μηδὲν ὅλως δεδοικότες, λόγῳ καὶ μὴ φόβῳ τούτων ἀπέχωνται: id ad illam partem Stoicae diſciplinae pertinet, qua ipſarum rerum indifferentium duo ſtatuunt eſſe genera; alias enim earum eſſe ſecundum naturam, alias contra naturam: iſtas igitur aeſtimatione quidem aliqua prae contrariis dignas, adeo ſeligendas eſſe ſapienti; has nulla aeſtimatione dignas eſſe, adeoque reiiciendas. (Vide Laërt. VII. 105. Cic. de Fin. III. 15.) Igitur τοῖς μὲν κατὰ φύσιν, (nempe τῶν ἀδιαφόρων τοῖς κατὰ φύσιν) inquit, ὅπως ὡς ἐπὶ πολὺ χρῶνται, *ut* ex rerum indifferentium genere *eis maxime utantur, quae ſunt ſecundum natu-*

ram : (*maxime*, ait, ſive *plerumque*, ὡς ἐπὶ πολύ: nempe, c niſi peculiaris ratio ſuadeat, ut haec nunc relinquant, & eis non utantur: conf. Epicteti Diſſ. lib. IV. cap. 13, 21.) *a contrariis vero* (ab eis ex rerum indifferentium genere quae ſunt contra naturam) *abſtineant*, & quidem *ratione, non metu; ut qui nihil horum* (quae, licet contra naturam, tamen per ſe indifferentia ſunt) *metuant.* Notum eſt, ex rerum *indifferentium* genere, *ſecundum naturam* eſſe eas dixiſſe Stoicos, quae aut ad praeſentem ſenſum gratae ſint, aut futuro aliquo commodo ſeſe commendare videantur: *contra naturam* vero has, quae aut per ſe ingratae ſint, aut aliquam moleſtiam videantur adlaturae.

Οὐδὲν γὰρ ἡ φύσις ἐκβέβληκεν ἐκ τοῦ κόσμου τῶν εἰρημένων. »Apud Graecos multifariam accipi vocem κόσμος »nemo ignorat. Ut interpretes accipiunt, κόσμος hic eſt »*vita hominum.* Iidem ἐκβάλλειν interpretantur *eiicere* & »*contemnere.* Acutius exponas, & disputationi huic con»venientius, *educere atque in lucem producere*, ut ſit ſenſus: »*Natura nihil eorum, quae tantopere miraniur homines, ob»vium eſſe voluit: argentum igitur & aurum in terram abdi»dit, unde extrahi & proferri niſi labore plurimo non queant.*« Casaubonus. — Haud incommoda utique ſententia eſt, in quam verba iſta doctus Animadverſor accepit. At dubitavi tamen, ſatis-ne ea & cum ſermonis uſu & cum connexione orationis conveniret; viſusque mihi erat hoc dicere auctor: *Prudentius fecere Stoici & naturae convenientius, quod praedictarum rerum*, (nempe argenti & auri & aliarum rerum pretioſarum, de quibus initio capitis dixerat) *rectum usum concederent, non, ut Plato & Lycurgus, prorsus eas iectas ſublatasque vellent. Neque enim natura illas res e mundo prorſus eiecit*, quemadmodum e ſuis rebuspublicis Plato & Lycurgus: *ſed ſub terra recondidit venas earum*, &c. Mox deinde καὶ οὐχ οἱ μεταλλ. recte dedit codex noſter uterque, pro ἀλλ' οὐχ, quod tam importune, quam temere, editum erat.

»Δείγματος μὲν οὖν χάριν ἐπειπερ ἐπιπόλαιον αὐτῶν d »ἐστι τὸ γένος. Inſtituit probare, multis magnisque dif»ficultatibus auri poſſeſſionem parari. Tam clarum hoc »ex praecedentibus verbis, quam quod maxime. At enim»vero contrariam plane ſententiam verba proxime ſe»quentia continent: facit enim mentionem *auri ramento»rum*, quae colligere aut nullus eſt aut certe non magnus

d » labor; quem tamen ipſum multis modis imminuit, cum » ait *deferri iſta ramenta etiam a parvis fluminibus:* itaque » addit, *colligi illud aurum a mulierculis & viris imbecillis.* » Cedo, *difficilis rei* haeccine eſt probatio, an *facilis?* Ni- » mis certum, corruptum eſſe hunc locum, & aliquot vo- » cibus defectum. Scribe igitur, ut vitium ſaltem appa- » reat: Δείγματος μὲν οὖν χάριν, * * * ἐπείπερ ἐπι- » πόλαιον αὐτῶν ἐστι τὶ γένος. Verba, quae deficiunt, » velle praeſtare, immenſae fuerit temeritatis. Sententia » tale quid poſtulat, Δείγματος μὲν οὖν χάριν αὐτὰ » ἐνιαχοῦ ἐκβέβληκεν. Senſus eſt: *Naturam, quae » in totum procul ab hominum conſpectu aurum & argentum ab- » didit, certis tamen in locis parabilia & inventu facilia ea vo- » luit eſſe, tantum ut ne ignota eſſent mortalibus: ſiquidem,* » ait, *genus eſt quoddam horum, quod in ſumma terrae » ſuperficie inveniatur. Nam in oris & extremitatibus Orbis et- » iam fluvioli qualescumque auri ramenta deferunt; quae radunt » & ſeparant mulieres ac viri invalidi, lotaque in conflatorium » coniiciunt.* Hac oratione nihil planius, nihil clarius. Quid » ſit δείγματος χάριν, aut γεύματος, ſatis alibi oſtendi- » mus. [vide Caſaub. ad I. 28. f. & ad Theophr. Charact. » p. 342.] τὶ γένος omnino ſcribendum, non τὸ γένος. « Casaubonus. — Verba ſupra ſcripta omiſit Epitomator, poſt πολυκτησίαν ſtatim ſic pergens: Ὅτι ἐν ταῖς ἐσχατιαῖς τῆς οἰκουμένης &c. Membranae *A.* nihil a ſcriptura typis olim vulgata discedunt. Eſſe autem corruptam illam ſcripturam, nemo dubitaverit. Caſaubonus, verba nonnulla intercidiſſe ſtatuens, perſpecte (me iudice) viderat quid ad ſententiam deſideraretur. At mihi non tam defectu, quam unius vocabuli aut duorum corruptela laborare locus hic videbatur, levi mutatione ſanandus. Nempe, quod vocabulo ἐνιαχοῦ expreſſum volebat Caſaubonus, id ipſum in voce ἐπείπερ latebat: qua in ἔστιν οὗπερ (unde corrupta erat) mutatâ, nihil amplius deſiderabatur. Valet autem ἔστιν οὗπερ idem ac ἔστιν ὅπου vel ἔσθ' ὅπου, id eſt, *alicubi, nonnullis in locis.* Cur vero τὸ γένος, ut voluit idem vir doctus, in τὶ γένος mutaremus, nullam cauſſam vidi: quin potius percommode habet τὸ γένος, ſcilicet τῶν εἰρημένων, nempe τῶν πολυτελῶν μετάλλων. *Sunt loca,* inquit, *ubi veluti ſpecimi- nis cauſſa, in aperto poſitum eſt, ac paene in ſuperficie terrae invenitur genus horum metallorum:* quibus ſcilicet ſpecimi-

nibus natura videtur notum facere voluiſſe hominibus d utrumque genus, quod in ſinu ſuo terra condit. Simili modo τὸ γένος paulo poſt uſurpatur, pag. 234. c.

εἴ γ' ἐν ταῖς ἐσχατιαῖς τῆς οἰκουμένης καὶ ποτάμια τὰ τυχόντα ψήγματα χρυσοῦ καταφέρει. » Quod ait de *flu-* »*viis extremi Orbis, qui auri ramenta volvunt*, Tagum reſpi- »cit Hiſpaniae, & alios Indiae χρυσορρόας. Et ſententia »& verba ab Herodoto. Nam in Thalia ſcribit hiſtoriae »pater: [III. 106.] αἱ δ' ἐσχατιαί κως τῆς οἰκουμένης τὰ »κάλλιστα ἔλαχον· κατάπερ ἡ Ἑλλὰς τὰς ὥρας πολλόν τι »κεκραμένας ἔλαχε. Et ſtatim de India: χρυσὸς ἄπλετος »αὐτόθι ἐστὶν, ὁ μὲν ὀρυσσόμενος, ὁ δὲ καταφορεύμενος ὑπὸ »τῶν ποταμῶν.« CASAUBONUS.

καὶ ταῦτα γυναῖκες καὶ ἄνδρες ἀσθενεῖς τὰ σώματα, σὺν ταῖς ἄμμοις ὑποψήχοντες διϊστᾶσι, καὶ πλύναντες ἀγουσιν ἐπὶ τὴν χώνην. Cum ὑποψύχοντες, (i. e. *refrigerantes*) mendoſe editum eſſet, mendâ ex ipſis membranis noſtris *A.* derivatâ, monuit idem CASAUBONUS: »ὑποψήχοντες recte Epit. & Dalec. per η, non per υ: »*radentes, verrentes cum pulviſculo*, ut ille ait. Inde ψήγμα- »τα, *ramenta*, de *ſcobe aureo vel argenteo*. De hac ratione »auri parandi lege Strabonem libro tertio.« — Sic ille. Et ὑποψήχοντες dedit etiam noſter cod. *Epit.* ſimiliter atque pag. 257. a. ubi pro mendoſo κατέψυχε recte κατέψηχε idem codex dedit. Strabonis locus, quem dicit Caſaubonus, exſtat pag. 146. ubi *arena*, *quae ramenta auri continet*, ἡ χρυσῖτις ἄμμος vocatur. Quod apud Athenaeum καταψήχειν dicitur, id apud Strabonem σύρειν. Ὁ δὲ χρυσὸς, inquit, οὐ μεταλλεύεται μόνον, ἀλλὰ καὶ σύρεται· καταφέρουσι δ' οἱ ποταμοὶ καὶ οἱ χείμαῤῥοι τὴν χρυσῖτιν ἄμμον. Et deinde ſub finem pag. Ἐν δὲ τοῖς ῥείθροις (ex emend. Caſ. pro Ἐρυθροῖς) σύρεται, καὶ πλύνεται πλησίον ἐν σκάφαις. Ubi verbum σύρειν eo fere ſignificatu accipitur, de quo H. Stephanus in Theſ. T. III. col. 1139. d. praecepit, cum ait: »Σύρειν dicuntur etiam qui *raſtris ſtipulas* aut »foena aut ſimile quid *in unum acervum contrahunt*: item »qui ſcopis ſordes e parietibus detrahunt aut in pavimen- »to *converrunt*.« Et ſicut a σύρω derivatur nomen σύρμα, idem fere valens ac ἀπόψημα, (vide H. Stephan. ibid. lit. f. & g.) ſic a ψήχω eſt ψήγμα, unde ψήγματα χρυσοῦ, *auri ramenta* vel *auri ſcobes*. Diodorus Siculus de eadem re agens, lib. V. cap. 27. pro eo quod Noſter ὑποψήχον-

d τες dixit, vulgatiſſimum verbum συνάγοντες poſuit. Atque ſic ſatis bene curatum hunc locum, ut nihil in eo deſiderares, exiſtimaveram. Nam illud quidem minime me turbaverat, quod ταῖς ἄμμοις in plurali numero poſitum eſt: quo numero in multis nominibus uti amant Graeci, ubi in latino ſermone & in vernaculis linguis ſingularem fere tenemus. Nec tamen poſſum, quin doctiſſimam CORAYI ad hunc locum Adnotationem cum erudito lectore communicem, etiamque atque etiam expendendam commendem. » Helleniſmi ratio, inquit, poſtulat numerum ſingularem, σὺν τῇ ἄμμῳ. Τὸ ὑποψύχοντες interpres maluit exprimere per *ſubradentes*, quod eſt ὑποξύοντες vel ὑποψῶντες. [*ſubradentes ab arena ſeparant*, verterat Dalec.] Genuina lectio olim fuiſſe videtur σὺν ταῖς ἄμαις ὑποτύπτοντες κ. τ. λ. Ariſtophanes Avib. 1145.

» Οἱ χῆνες ὑποτύπτοντες ὥσπερ ταῖς ἄμαις
» εἰς τὰς λεκάνας ἐνέβαλον αὐτὸν τοῖν ποδοῖν.

» Quid ſit ὑποτύπτειν, ſatis liquet ex Herodot. lib. II. » c. 136. lib. III. c. 130. & lib. IV. c. 119. « — Confer omnino Küſterum ad Ariſtoph. l. c. & Valckenar. ad Herodot. III. 130.

ὡς παρὰ τοῖς Ἑλουητίοις φησὶν ὁ ἐμὸς Ποσειδώνιος, καὶ ἄλλοις τισὶ τῶν Κελτῶν. Verba iſta omiſit Epitomator. τοῖς Ἑπακτίοις unde arripuerint editores neſcio; videntur autem hoc dediſſe iuniores codices: nam nec ex Italicis codicibus aliud quid adnotatum repererat Caſaubonus, nec ex Pariſ. *B.* & *C.* diverſam ſcripturam Villebrunius enotavit. Igitur *apud litorales* reddidit Natalis Comes; *apud maris accolas*, Dalecampius: uterque recte, ſi vera iſta ſcriptura. Iam non opponam equidem, vocabulum ἐπάκτιος nonniſi poëtis fuiſſe uſitatum: potuerat enim eodem uti POSIDONIUS; quem in Hiſtoriis ſuis *multa uti ſolitum orationis exornatione, & inſtinctu quaſi poëtico raptum multa etiam exaggeraſſe*, Strabo ſcribit lib. III. pag. 147. At hoccine dixiſſe Poſidonium putabimus, *maris accolas Gallos aurum e rivis & torrentibus traxiſſe?* Cur *maris* potius *accolae, quam fluminum?* Nempe iſtud incommodum ſentiens vel Villebrunius, vel quem is ſecutus eſt Adamus, *populos fluminum accolas* intellexere: *les peuples voiſins des rivières.* At rurſus, vocabulum ἀκτὴ nonniſi de *maris litore*, ad quod franguntur (ἄγνυν-

ται) fluctus, usurpatur: nec ἐπάκτιος alios nisi *maris ac-* d
colas denotare potest. Quid multa? ἐπακτίους populos
hoc loco ignorant veterum nostrae membr. *A.* in quibus
quod παρὰ τοῖς Ἐπουντίοις scribitur, id non dubitan-
dum duxi quin ex Ἐλουντίοις esset corruptum: ut
hoc dixerit Posidonius, *apud Helvetios & alios nonnullos*
Galliae populos auri ramenta e fluviis & torrentibus colligi.
Et quis nescit, in Helvetia (quae Galliae olim accense-
batur) complures esse fluvios torrentesque auri ramenta
vehentes? Quod ait, ὁ ἐμὸς Ποσειδώνιος, id (quemad-
modum ὁ ἐμὸς Ἰόβας, pag. 229. c.) *popularis meus* intel-
ligendum. Qui hoc dicit, *Pontianus* est, (vide p. 231. b.)
quem *Nicomediensem* Bithynum statuit Athenaeus in Prooe-
mio. Iam *Posidonius*, qui a fortunarum suarum & scholae
sede *Rhodius* est cognominatus, origine non quidem Ni-
comediensis erat, sed *Apamensis*, adeoque & ipse *Bithynus*.

καὶ τά τε πάλαι μὲν Ῥίπαια καλούμενα ὄρη, εἶθ' ὕστε-
ρον Ὄλβια προσαγορευθέντα, νῦν δὲ Ἄλπια, (ἔστι δὲ τῆς
Γαλατίας) αὐτομάτως ὕλης ἐμπρησθείσης, ἀργύρῳ διεῤῥύη.
»Manifesto hic scriptor *Rhipaeos* montes confundit cum
»*Alpibus:* qui error multis veterum communis. Quare
»etiam sanctissimus pater Basilius *Rhipaeos montes* appel-
»lat, unde manat fluviorum rex Eridanus. Sed & *Alpes*
»cum *Pyrenaeis* permiscet: nam illa vetus fabula de *for-*
»*tuito montium incendio, quo detecta fuerint auri & argenti*
»*metalla eo casu liquata*, Pyrenaeis convenit, non Alpi-
»bus; vel nomine teste, quod ex eventu illo volunt im-
»positum. Haec erat veterum ἀγεωγραφησία: cuius il-
»lustre exemplum apud Orpheum in Argonauticis, quo
»loco ait, Rhipaeos montes Calpen, qui est mons ad
»Gaditanum fretum, Phlegram & Alpes Cimmeriorum
»terram circumcludere & solis lumine privare.« Casau-
bonus. — Totidem verbis, sine ulla dissensione, exhi-
bent ista cum editis ambo codices mssti. Confusionis illius
Rhipaeorum montium & *Alpium* quis primus fuerit auctor;
aut vetustiorum scriptorum quis tradiderit, *Alpes* primum
Olbes fuisse nominatos, nunc mitto quaerere. Illud unum
obiter moneo, adparitionem argenti in terrae superfi- c
cie ex combustione silvarum ad Hispaniae montes refer-
ri ab Aristotele sive quisquis est auctor libelli de Mira-
bilib. Auscult. cuius vide cap. 88. pag. 180. edit. Beckm.
& quae ibi ab editore adnotatata sunt. Eamdem vero fa-

e bulam diſerte ad *Pyrenaeos* montes retulit Diodorus Sic. V. 35. atque inde originem nominis repetiit, praeeunte (ut videtur) Poſidonio. Confer Caſaub. ad Strab. lib. III. pag. 146 extr. & ſeq. & Weſſeling. ad Diodor. l. c.

κατὰ τὸν Φαληρέα Δημήτριον - - - Πολλάκις καταναλώσαντες τὰ φανερὰ τῶν ἀδήλων ἕνεκα, ἃ μὲν ἔμελλον, οὐκ ἔλαβον· ἃ δ' εἶχον, ἀπέβαλον· ὥσπερ αἰνίγματος τρόπον ἀτυχοῦντες. »Locum ex *Demetrio Phalereo*, ad ter»tium Strabonis olim illuſtravimus: nam eius elegantiam »interpretes non cepere.« CASAUB. — Caſaubonum vide ad Strab. III. pag. 147. & confer Diodorum lib. V. c. 37. & quae ibi notavit Weſſeling. In verbis nihil difficultatis: ad ἃ μὲν ἔμελλον adparet intelligendum λαβεῖν, quod planius etiam Diodorus expreſſit, ſic ſcribens, ἃ μὲν ἤλπισαν λαβεῖν. Quare illud mireris, quid ſit quod *aenigmati* ſimile ineſſe illis verbis aut Demetrius aut Poſidonius voluerit. Nempe (quod ad Strabonem Caſaubonus, ad Diodorum Rhodomannus, ad Athenaeum CORAY in *Notis msstis* adnotavit) aenigma illud Demetrius in animo habuerat, quod in Homeri Vita, quae Herodoto auctori tribuitur, his verbis comprehenſum legitur: (cap. 35. pag. 760. edit. Weſſel.)

Ἀσσ' ἔλομεν, λιπόμεσθα· ἃ δ' οὐχ ἕλομεν φερόμεσθα.

Ubi ſi ſolutionem aenigmatis (de *pediculis* captis, & non captis) cognoveris; facile intelliges, Demetrium, cum verba illa in Athenienſes dicens ſimul aenigmatis praedicti eos admoneret, gravius aliquid, quam quod verba ſonabant, dicere & amarius irridere eos voluiſſe.

AD CAP. XXIV.

Λακεδαιμόνιοι δ' ὑπὸ τῶν ἐθῶν κωλυόμενοι εἰσφέρειν - - - ἄργυρον καὶ χρυσόν. »Oraculum Apollinis, ἃ φιλο»χρηματία Σπάρταν ὀλεῖ. Victorius, cap. I. 25. Variar.« DALECAMP. — Scilicet tractavit hunc locum *Petr.* VICTORIUS Variar. Lect. libro XXV. cap. 1. ubi provocans ad illud oraculum Spartanis datum, (de quo vide Ciceron. Offic. II. 22. Plutarch. Apophthegm. Lacon. pag. 239. Suid. in Διειρωνόξενοι. Clement. Alex. Paedag. lib. IV. p. 353. ed. Heinſ.) ὑπὸ τῶν θεῶν apud Athenaeum legendum cenſuit. Quem ſecutus Dalecamp. ſic vertit, *cum Dii vetuiſſent.* Contra, vulgatam ſcripturam ὑπὸ τῶν ἐθῶν,

quam tenent ambo noſtri mssti, defendit BRODAEUS, Emend. lib. VII. cap. 30. in Gruteri Theſ. Crit. T. IV. p. 25 ſq. Paulo poſt, παρακατετίθεντο recte dedit codex f uterque.

Γύλιππον γ' οὖν - - ἀποθανεῖν ἀποκαρτερήσαντα λόγος, καταγνωσθέντα ὑπὸ τῶν Ἐφόρων νοσφισάμενον ἐκ τοῦ Λυσανδρίου χρήματος &c. » *Gylippum Spartiatam ine-* » *dia vitam finiſſe fama eſt*, ut narrat Deipnoſophiſta, *con-* » *demnatum ſententiâ ephororum, ob averſam praedae Lyſandreae* » *partem.* Hoc poſtremum ita Athenaeus, νοσφισάμενον ἐκ a » τοῦ Λυσανδρίου χρήματος. Periti linguae Graecae mi- » rabuntur mecum uſum huius vocis χρῆμα, & ſcriben- » dum iudicabunt ἐκ τῶν Λυσάνδρου χρημάτων: » non enim χρῆμα vocant Graeci *pecuniam* & *divitias*, ſed » χρήματα. Et Plutarchus in hac hiſtoria, *Lyſander*, in- » quit, τῶν χρημάτων τὰ περιόντα ἀπέστειλεν εἰς Λακε- » δαίμονα. Conſtantiſſime tamen, quod editum eſt, tuen- » tur ſcripti omnes, etiam Epitoma. Fortaſſe hoc levius- » culum videbitur: at illud non leve, quod ſequitur: pul- » cherrimam enim & veriſſimam ſententiam corrumpunt » interpretes ſuis emendationibus. τοῦ δὲ ἀνατιθεμένου θεῷ, » καὶ συγχωρουμένου δήμῳ καθάπερ κοσμήματος καὶ κτή- » ματος, οὐ ῥᾴδιον ἦν τὸν ἄνητὸν ὀλίγωρον γενέσθαι. *Sed* » *cum Deo conſecrarentur* aurum & argentum, *& publica lo-* » *ca iis ornari, publiceque ipſa poſſideri concederentur, difficile* » *erat hominem mortalem illa contemnere.* Deliberatum diu a » Lacedaemoniis quid facerent praedâ Lyſandreâ: decre- » tum tandem, ut *pars Diis conſecraretur*, illorum templis » appendenda, *pars vero in uſus publicos aſſervaretur.* Hoc » ubi ſemel conſtitutum, *difficile erat*, inquit auctor, *pri-* » *vatorum cupiditates inhibere.* Cur enim privatim aſperna- » rentur, quod publice aeſtimari viderent? Plutarchum » lege in Lyſandro, ubi etiam par & gemina huic ſenten- » tia: [pag. 442. e.] Οὐ γὰρ ἦν, ait, δημοσίᾳ τιμώμενον » (τὸ χρυσοῦν καὶ ἀργυροῦν νόμισμα) ὁρῶντας, ἰδίᾳ κατα- » φρονεῖν ὡς ἀχρήστου. Nemo igitur virum doctum au- » diat, qui legit hoc loco, τοῦ δ' οὐκ ἀνατιθεμένου θεῷ. « CASAUBONUS. — Scilicet ſic verterat Dalecamp. *aurum quidem, praeſertim quod Diis conſecratum non eſt.* Idem interpres graeca verba ἀποθανεῖν ἀποκαρτερήσαντα reddiderat *mortem aequo animo tuliſſe*: de quo errore monuit DAVISIUS ad Ciceron. Tuſc. I. 34. Συρακοσίους, ut frequen-

a ter alias, uterque dedit codex msstus. Pariter in ſingularis numeri nomen χρήματος conſentit uterque: quod fortaſſe a ſtylo Poſidonii non omnino abhorrebat; nam multa quidem inſolentius dicta ille amavit. Λυσανδρείου, quod eſt in ms. *Ep.* magis placet, quam Λυσανδρίου, quod habent membr. *A.* cum edd. Quod vero deinde καὶ συγχωρουμένου δήμῳ legitur, id ex recentioris librarii aut ex primi editoris probabili correctione eſt: nam quae poſt vocem χρήματος leguntur, deſunt in Epitoma: ms. *A.* vero (ut ſub contextu adnotatum) δήμου habet; pro quo ſi δημοσίου malles, adiiciendus foret infinitivus εἶναι, hoc modo, καὶ συγχωρουμένου δημοσίου εἶναι καθάπερ κοσμήματος &c. Sed in eo, quod eſt editum, adquieſcendum videtur.

AD CAP. XXV.

Τῶν δὲ Γαλατῶν οἱ Κορδισταὶ καλούμενοι. »*Cor-*»*distae Galli*, ſine dubio ſunt *Scordiſci*, quos Strabo »ex eodem Poſidonio *Gallos* nominat libro VII. [p. 296. »a.] Non tamen aſſentior diligentiſſimo *Abrahamo Ortelio*, »qui reſcribebat hîc οἱ Σκορδίσκοι. Repugnant enim omnia »exemplaria antiqua & Abbreviator: praeterea *binomines* »*fuiſſe Scordiſcos* auctor Strabo; cuius quidem verba [l. c.] »ita ſcribuntur, τοὺς δὲ Σκορδίσκους ἔνιοι Σκορδίσκας κα-»λοῦσι; ſed Geographum cenſemus ſcripſiſſe, ἔνιοι Κορδι-»στὰς καλοῦσι. Sic ſtatim adiicit, *Tauriſcos* a quibusdam »*Tauriſtas* eſſe appellatos.« CASAUBONUS.

b Βαθανάτιος δέ τις ἡγεμὼν &c. »Galli ducis nomen »hîc memorati varie ſcriptum in veteribus offendimus, »'Αθανάτιος, aut Βατάνατος.« IDEM. — Βαθανάτιος habent editiones omnes: quam ſcripturam primus editor, haud improbabili ratione, partim ex ſequente Βαθανάτους, partim ex mendoſa & vacillante ſcriptura quam h. l. veteres membranae habebant, collegit. Videtur utique ſcriba vetuſtarum noſtrarum membranarum rurſus hîc ut ſaepe aliàs, duas aut plures diverſas ſcripturas, quae in exemplari ipſius indicatae erant, imperite coniunxiſſe, cum (ut ſub contextu indicavi) ſic ſcriberet, Γαλατῶν βαδηγαβα. ἀθανάτιος δέ τις &c. Quod ſi tamen veram ſtatuas iſtam ſcripturam ἀφ' ἧς καὶ τὴν ὁδὸν, quam paulo poſt eaedem noſtrae veteres membranae cum editis

tenent, intelligendum fuerit, in illa ſuperiore earumdem membranarum ſcriptura, praeter viri nomen, latere etiam nomen foeminae. In codd. Par. *B.* & *C.* teſte Villebrunio ſic ſcriptum, δη γα βα ἀθανάτιος: ſed in *C.* liturâ inducta ſunt iſta δη & γα. Porro in ed. Ven. & Baſ. omiſſa deinde ſunt ſeptem verba, Βαθανατίαν καλοῦσι, καὶ τοὺς ἀπογόνους τοὺς ἐκείνου, quae ex Italicorum codicum excerptis tacite adiecit Caſaub. in ſua edit. Et habent eadem verba noſtrae membr. *A.* niſi quod in eis Βαθανατ-τίαν, non Βαθανατίαν, ſcriptum: pro quo nomine in Aegianis lectionibus (in ora exempli editionis Baſ. quod olim Caſauboni fuerat) Βαθανίαι ſcribitur. Epitomator, omiſſis aliis, breviter ſic habet: Ἀθανάτιος δέ τις ἡγεμὼν διῴκισεν αὐτοὺς ἐπὶ τοὺς περὶ τὸν Ἴστρον τόπους· οὗ καὶ τοὺς ἀπογόνους Βαθανάτους καλοῦσιν. In ſuperioribus, ubi μετὰ Βρέννου recte ex Epit. editum eſt, perperam μετὰ Βρέννους ſcriptum in membr. *A.*

ἢ περὶ τὸν χαλκὸν &c. Voculam ἢ, in editis omiſſam, commode adiectam dedit codex noſter uterque. Deinde vero adparebat, pro ἢ μηδὲ, quod eſt in Epitoma, ἢ εἰ μηδὲ oportuiſſe; & pro καὶ εἰ μηδὲ, quod erat in membr. *A.* & in editis, pariter aut ἢ εἰ μηδὲ oportuiſſe, aut ἢ καὶ εἰ μηδὲ, ſervata καὶ particula, quae haud incommode adiicitur. Mox pro τοῦτ' ἦν, quod ex ms. *Ep.* editum erat, ταύτην dedere membr. *A.* in quo latebat ταῦτ' ἦν, quod erat verum. Pluralis ταῦτα refertur ad τὸν χαλκὸν καὶ σίδηρον. Caeterum totum hoc caput, quemadmodum obiter etiam Caſaubonus ſignificavit, ſimul cum ſuperioribus ex *Poſidonii* Hiſtoriis excerptum videtur.

AD CAP. XXVI.

τὰς τοῦ Οὐλπιανοῦ ἀπολύσασθαι προτάσεις. Vide pag. 228. c. d. e. *Ibid.* ὧν τὰς ὑπολειπομένας διελόμενοι, ὃ μὲν Πλούταρχος ἔφη. Iſtud διελόμενοι, *discuſſuri* interpretatus ſum: quam in partem verbum διαιρεῖσθαι a probatiſſimis auctoribus nonnumquam uſurpari, poſt Guil. Budaeum Henr. Stephanus docuit in Theſ. Ling. Gr. T. I. col. 193. b. c. d. At in eam ſententiam in futuro tempore διαιρησόμενοι aut διελοῦμενοι ſcriptum oportebat. Et curatius ſi inſpicias verba, ſic vertenda intelliges: *quarum*

quaeſtionum eas, quae ſupererant, inter ſe partiti (ſcilicet, *reliqui* vel *alii ex Deipnoſophiſtis*,) *primus Plutarchus in hunc modum locutus eſt.* Dixerat auctor, οἱ πολλοὶ ἐφιλοτιμήσαντο &c. *plures* vel *plerique certatim contendebant ſolvere quaeſtiones ab Ulpiano propoſitas:* ex iſtis igitur pluribus verba iam fecerat Aemilianus, inde a pag. 228. e. usque ad p. 231. b. Dein *Pontianus*, a pag. 231. b. ad pag. 234. c. Nunc ex reliquis Deipnoſophiſtis *Plutarchus* disputare incipit. Quod modo dixi, Graeca verba ſic vertenda eſſe, *primus Plutarchus;* notio ac vis, quam voce *primus* expreſſam velim, ineſt in Graeca vocula μὲν, cum ait ὁ μὲν Πλούταρχος: quae vocula indicat, ſecuturos alios ex Deipnoſophiſtis, qui alias quaeſtiones aut aliam partem earumdem quaeſtionum ſint diſcuſſuri. Atque ita eſt: nam pag. 248. c. ſuccedit Plutarcho Democritus, poſt ea quae de *Paraſitis* ille dixerat, verba faciens de *Aſſentatoribus;* tum rurſus idem Democritus de *Servis* disputare incipit, pag. 262. b. Denique ſuper eodem argumento nonnulla adiicit *Maſurius* p. 271. b. usque ad libri finem. Confer quae ad pag. 224. b. adnotavimus. Atque huc ſpectat quod hîc ait auctor, διελόμενοι, *partientes inter ſeſe reliquas quaeſtiones.* Sic διελέσθαι, *partiri inter ſe*, cum alii uſurparunt, tum Polybius I. 7, 4. & VII. 4, 2.

d Πολέμων γοῦν &c. »Sequitur longus de *vario Paraſitorum genere* ſermo: quem dum aggreditur auctor, »*Polemonis*, antiquiſſimi ſcriptoris, varia cognomina »obiter πολυμαθίας χάριν nobis indicat. Sic ille: Πολέ»μων γοῦν, (ὁ εἴ τε Σάμιος, ἢ Σικυώνιος, εἴ τ' Ἀθηναῖος »ὀνομαζόμενος χαίρει, ὡς ὁ Μοφεάτης Ἡρακλείδης λέγει, »καταριθμούμενος αὐτὸν καὶ ἀπ' ἄλλων πόλεων· ἐπεκαλεῖ»το δὲ καὶ Στιλοκόπας, ὡς Ἡρώδικος ὁ Κρατήτειος εἴρηκε) »γράψας περὶ Παρασίτων, φησὶν οὕτως. Quia erant do»ctorum de huius viri patria discrepantes ſententiae, ſe»quebantur quisque quod probabiliſſimum videbatur. Ita »*Polemonem* alius *Samium* dixit, alius *Sicyonium*, alius »*Athenienſem*, alii item aliter. Nam, exempli gratia, Sui»das *natum* ait *in Iliaco pago Glycea:* addens, *donatum poſt»ea fuiſſe civitate ab Athenienſibus.* Egregium vero eſt quod »narrat idem, propter hanc cauſſam Polemonem a non»nullis Ἑλλαδικὸν indigetatum fuiſſe, ut ſi latine dicas »*Graecanicum* aut *Graecienſem.* Subiicit Athenaeus cogno»men aliud Polemonis, *Stelocopam* nominans, auctore

» *Herodico*, *Cratetis* antiquiſſimi Critici *diſcipulo*, unde d
» ei *Cratetii* [vel *Cratetei*] cognomen adhaeſit. Olim ſtu-
» dioſos literarum adeo non pudebat profiteri per quos
» profeciſſent, ut multi a praeceptoribus ſuis cognomina-
» ri glorioſum duxerint. Sic Herodicus *Crateteus* cognomi-
» natus: Diodorus & Artemidorus, Ariſtophanis Gram-
» matici diſcipuli, ambo *Ariſtophanei* dicti: ſic Iſter, *Calli-*
» *machius*: ſic Callimachus, *Herophilius*: (quod cogno-
» men aliter extulit Erotianus, cum ait, ὡς ἱστορεῖ Καλ-
» λίμαχος ὁ ἀπὸ τῆς Ἡροφίλου οἰκίας:) ſic Rholus, [hoc
quid ſit nominis, aut mortalium quis fuerit *Rholus*, in-
compertum mihi] » *Democriteus*. Sic alii, quos praeter-
» mitto. Porro, unde *Stelocopas* fuerit *Polemon* ap-
» pellatus, cauſſam non adiicit Athenaeus. Eruditi homi-
» nes στηλοκόπαν, quaſi ἐστηλοκοπημένον aut ἐστηλιτευ-
» μένον putant nominatum: quippe cuius nomen ob de-
» ſertum vadimonium columnae inſcriptum & infamatum
» fuerit, more qui olim Athenis obtinuit. « [Sic fere *Da-
lecampius*, citans Heſychium: cui, ait, στηλοκοπεῖν eſſe
infamia notare. At, verbum στηλοκοπεῖν non legitur apud
Heſychium, ſed Στηλιτεῦσαι· ἐπὶ στήλης γράψαι, θριαμ-
βεῦσαι, δημοσιεῦσαι, παραδειγματίσαι. Docuit autem
Pollux, VIII. 73. ἐστηλοκοπημένος idem valere ac ἐστηλι-
τευμένος: ubi confer quae notarunt Interpretes.] » Quan-
» to eſt humanius, & probabilius etiam, quod nos divi-
» nabamus? dictum *Polemonem* στηλοκόπαν, propter *nava-*
» *tam ei operam in perquirendis, deſcribendis & publicandis ve-*
» *terum monumentorum inſcriptionibus*. Declarant libri ab eo
» editi; quorum titulos ſaltem hodie habemus ſuperſtites.
» Eius generis erat volumen, cui titulum fecerat, Περὶ
» τῶν κατὰ πόλεις Ἐπιγραμμάτων, id eſt, *De Inſcriptio-*
» *nibus quae per urbes* Graeciae *viſuntur*. Meminit auctor
» libro X. [pag. 436. d. & 442. e.] Item opus aliud, cuius
» erat index, Περὶ τῆς Ἀθήνησιν Ἀκροπόλεως; cuius etiam
» fit in his libris mentio non ſemel. [XI. 472. c. & 486.
» d. XIII. 587. c.] Sed titulum explicat Strabo libro IX.
» [pag. 396.] Πολέμων, ait, ὁ περιηγητὴς τέτταρα βιβλία
» συνέγραψε περὶ τῶν ἀναθημάτων τῶν ἐν τῇ Ἀκροπόλει.
» *Polemon periegetes libros quatuor conſcripſit de Donariis quae*
» *erant in Arce*. Huc etiam refer illos eiusdem alibi nomi-
» natos Athenaeo libros, *De Donariis urbis Lacedaemonio-*
» *rum*: *De Tabulis quae Sicyone habentur*: *De Poecile Porti-*

» *cu urbis Sicyonis:* (& De Thesauris qui Delphis asser-
» vantur; quo de libro mentionem faciens Plutarchus,
» scriptoris huius eruditionem honestissimo prosequitur
» elogio. Sic enim scribit in quinto Symposiacorum, pro-
» blemate altero: [pag. 675. b.] τοῖς Πολέμωνος τοῦ Ἀθη-
» ναίου περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς θησαυρῶν οἶμαι ὅτι πολλοῖς
» ὑμῶν ἐντυγχάνειν ἐπιμελές ἐστι, καὶ χρὴ, πολυμαθοῦς
» καὶ οὐ νυστάζοντος ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς πράγμασιν ἀνδρός.
» Lege caetera, atque ibi scribe ἐν τῷ Σικυωνίων θησαυρῷ
» potius, quam Σικυωνίῳ: intelligit enim *Sicyoniorum the-*
» *saurum*, qui Delphis servabatur, ut & multorum alio-
» rum populorum, sicut Strabo quoque testatur.) « —
[Quae istis parentheseos signis inclusa sunt, non legun-
tur in prima editione Animadversionum Casauboni.]
» Eximie vero firmant nostram sententiam sequentia mox
e » verba [apud Nostrum, lit. e.] ex Polemone descripta:
» Ἐν Κυνοσάργει, ait, ἐν τῷ Ἡρακλείῳ, στήλη τίς ἐστιν,
» ἐν ᾗ ψήφισμα Ἀλκιβιάδου: & deinceps alia multa. Qui
» igitur tantâ diligentiâ Graecarum urbium inscriptiones
» de columnis, pilis, statuis, & omne genus donariis de-
» scripsisset, στηλοκόπας, ioculari quidem, sed aptis-
» simo nomine est dictus, παρὰ τὸν κόπον τὸν περὶ τὰς
» στήλας. Sic δοξοκόπους dixerunt, qui industriam & la-
» borem omnem suum ad gloriae aucupium referrent. Sic
» etiam δημοκόπους appellabant, qui in demerendo popu-
» lo assidue occupabantur: ad cuius benevolentiam cum
» malis artibus plerique iter affectarent, ex eo factum,
» ut in malam partem id vocabulum sumeretur. Nae erat
» iniquum & indignum facinus, virtute, studio & prae-
» claris laboribus partum cognomen in probri & dedeco-
» ris argumentum doctissimo viro & de literis optime me-
» rito vertisse.« Casaubonus. — Ex analogia nominum
δοξοκόπος & δημοκόπος suspicari possis, στηλοκόπος scri-
ptum oportuisse, non στηλοκόπας: sed nil mutant membr.
A. nec opus est ut soliciteur ea scriptura. Epitomator,
omissis omnibus quae ad *Polemonem* spectant, sic scripsit:
Τὸ τοῦ παρασίτου ὄνομα, φησὶν Ἡρώδικος, νῦν μὲν ἀδοξόν
ἐστι &c. quasi, quae *de Parasitis* proxime adponuntur,
ea non ex *Polemone* protulisset Athenaeus, sed ex *Herodi-
co*: cum tamen ipsius Polemonis scriptis haud dubie usus
sit auctor noster, Herodicum vero nonnisi hactenus cita-
verit, quod ille tradidisset, *Polemonem* a nonnullis *Stelo-*

copam fuiſſe cognominatum. De eodem Polemone, qui aetate Ptolemaei Epiphanis vixit, confer Voſſium de Hiſtoricis Graec. lib. I. cap. 18. pag. 119 ſqq. *Heraclidem Mopſeaten*, ex Mopſo vel Μόψου ἑστία, Ciliciae oppido, ſtrictim commemoravit Fabric. Bibl. Graec. T. IX. p. 21. ad hunc locum Athenaei provocans, & ad Stephanum Byz. in Μόψου ἑστία, ubi adnotatur, ex illo oppido oriundum fuiſſe *Grammaticum Heraclidem, Mopſeaten.*

Τὸ δὲ ταῦ παρασίτου ὄνομα πάλαι μὲν ἦν σεμνὸν καὶ ἱερόν. » *Olim*, inquit, *paraſiti nomen venerabile erat & ſanctum.* » Quia nimirum Graecis quondam ita appellati, quos Romani in ſuperſtitionum ſuarum ritibus *viros epulones* di» xerunt: puto etiam, *Titios ſodales* non multum ab iſtis » fuiſſe diverſos. Quid quod etiam *Deos epulones* finxit » vaeſana antiquitas, quos *Iovis paraſitos* vocat beatus Au» guſtinus, de Civitate Dei, lib. VI. cap. 7. « Casaubonus. — De voce Παράσιτος confer Grammaticos, Moerin, & Thomam Magiſtrum, eorumque Interpretes. Porro conſuli poteſt Commentatio quae exſtat in *Hiſtoire de l'Académie des Inſcriptions*, Tom. XXXI. pag. 51 ſqq. *Sur les Paraſites des Dieux dans l'Antiquité, avec quelques Obſervations ſur les Paraſites de théatre*: auctore le Beau iuniore.

Στέφανος Θουκυδίδου. *Stephanus, Thucydidis filius.* De illo Thucydide vide Fabric. Bibl. Graec. T. I. pag. 874. *Ibid.* Τὰ δὲ ἐπιμήνια ϑυέτω. Ἐπιμήνια ſunt *ſacra quae fiunt ἐν ταῖς νουμηνίαις.* Vide Heſych. in Ἐπιμήνιοι, ibique Interpretes; & Meurſium in Graecia Feriata, voce Νουμηνία.

Οἱ δὲ παράσιτοι ἕνα τῶν ἐκ τῶν νόθων, &c. » Quae deſcribuntur ex *Alcibiadis Pſephiſmate*, aucta ſunt a nobis » verbis aliquammultis, quae reperta in chirographis libris. » Nondum tamen plena eſt oratio, ſed ſuſpenſa & im» perfecta, hoc fortaſſe modo concinnanda ut integretur: » Οἱ δὲ παράσιτοι ἕνα ἐκ τῶν νόθων καὶ τῶν τούτων παίδων » κατὰ τὰ πάτρια παρασιτεῖν ἀναγκαζόντων. (vel, » εἰς τοὺς παρασίτους εἰσαγόντων.) ὃς δ' ἂν μὴ ϑέλῃ παρασιτεῖν, » εἰσαγέτω ὁ ἱερεὺς καὶ περὶ τούτων εἰς τὸ δικαστήριον. Iubet » lex, *ut Herculani templi*, quod *Cynoſargis* erat, *paraſiti*, » *quotannis unum e ſpuriis aut ſpuriorum liberis in ſuum or*» *dinem cooptent: ſi quis iure vocatus non obtemperet, ut de eo* » *ad concilium iudicum referat ſacerdos.* Paraſitos & epulo» nes *in Herculis templo* habitos, non mirum; cum ipſe » quoque ἀδηφάγος & voraciſſimus crederetur. *Cyno-*

e »*largis* ſacra faciebant ex illegitimo matrimonio nati: »[vide Suidam, in Κυνόσαργες:] quos & lex Moſaica in »re ſacrorum iubet eſſe a caeteris ſegreges ad decimam »usque generationem. Deuteronom. cap. 33. Plutarchus »in Themiſtocle: τῶν νόθων εἰς Κυνόσαργες συντελούντων »(τοῦτο δ' ἔστιν ἔξω πυλῶν γυμνάσιον Ἡρακλέους, ἐπεὶ »κἀκεῖνος οὐκ ἦν γνήσιος ἐν θεοῖς, ἀλλ' ἐνείχετο νοθείᾳ »διὰ τὴν μητέρα νόθην οὖσαν) ἔπειθέ τινας &c. Meminit »& in Ἐρωτικῷ: nec non Demoſthenes contra Ariſtocra»tem. Extat etiam apud Iſaeum [in Reiskii Oratorib. »Graec. Vol. VII. pag. 147.] lex, qua arcentur nothi ab »omnibus ſacris gentilitiis. Sic enim habet: μηδὲ νόθῳ, »μηδὲ νόθῃ, ἀγχιστείαν εἶναι μήθ' ἱερῶν μήθ' ὁσίων ἀπ' »Εὐκλείδου ἄρχοντος. Habes ſuper hoc Solonis veterem »legem, apud Comicum in Avibus.« Casaubonus. — At Solonis lex περὶ τῶν νόθων, quae commemoratur apud Ariſtophanem, Av. 1659 ſqq. ad bonorum participationem, id eſt, ad haereditatem ſpectat, non ad communionem ſacrorum.

Ἐν τοῖς κύρβεσι τοῖς περὶ τῶν Δηλιαστῶν. Heſychius: Κύρβις· στήλη τρίγωνος, ἢ ξύλινος ἄξων, ἐν ᾧ τὸ παλαιὸν οἱ νόμοι ἐγράφοντο. Idem: Δηλιασταί· οἱ εἰς Δῆλον πεμπόμενοι θεωροί.

f Καὶ τὸ κήρυκε ἐκ τοῦ γένους τῶν Κηρύκων τοῦ τῆς μυστηριώτιδος· τούτους δὲ παρασιτεῖν ἐν τῷ Δηλίῳ ἐνιαυτόν. »*Et ut duo ſint ceryces ſacrorum miniſtri de genere Cery»cum, ex ea familia quae myſteriorum ſacris operabitur. Hi »ut in Delio templo annum unum functionem obeant paraſito»rum.* Inter antiquiſſimas gentes populi Athenienſium fuit »*gens* Κηρύκων: qui non erant *caduceatores*, neque *praeco»nes;* ſed *ſacrorum miniſtri.* Diodorus Siculus libro primo »[cap. 29.] *Cerycas Athenienſium*, Aegyptiorum *paſtopho»ris* aſſimilat. Haec ſtirps, ut in familias plures erat di»ſtincta, ita etiam diviſae ſingularum familiarum functio»nes fuerunt: quod obſervandum, ut intelligantur illa »verba τοῦ τῆς μυστηριώτιδος; ubi neceſſario deeſt ali»quid, ex uſu loquendi omiſſum; puta ἐφημερίας, ut »apud Lucam Evangeliſtam, [cap. 1, 5.] vel μερίδος, »aut σπονδῆς; ut cum ait Pollux, [I. 36.] ὀνομάζονται »δὲ καὶ μυστηριώτιδες σπονδαὶ, καὶ μυστικαὶ ἡμέραι.« Casaubonus. — Pollux, de *Cerycibus* agens, lib. VIII. ſect. 103. ab hoc initium facit, ut dicat: Κήρυξ ὁ μέν

τις τῶν μυστικῶν. Ibi vide quae a Kühnio notata sunt. f

Ἐν δὲ Παλληνίδι τοῖς ἀναθήμασιν ἐπιγέγραπται τάδε. »Id est, *Donariis, quae in Pallenide porticu habentur, haec »sunt inscripta.* Errant qui de *Pallene* Achaeorum urbe »putant hîc agi. Primum, aliud est in geographia *Palle»ne*, aliud *Pallenis*. Deinde urbs Achaiae, quam illi di»cunt, non *Pallene* dicebatur, verum *Pellene*. Imposuit »eis depravata apud Strabonem in descriptione Achaiae »scriptura [lib. VIII. pag. 385 extr.] in editionibus quae »nostram praecesserunt. *Pallene* dicebatur in Attica po»pulus sive pagus unus Antiochidis tribus. [Steph. Byz. »in Παλλήνη.] *Pallenis* vero, loci nomen qui proprius »fuit eius δήμου: supplendum enim στοὰ, vel aliud quid. a CASAUBONUS. — Παλλήνην fuisse nomen pagi Attici, Antiochidis tribus, Stephanus Byzantinus docet & Harpocration. Illius pagi civis, Παλληνεύς: ut docent iidem, & Scholiastes Aristoph. ad Acharn. 233. Iam a Παλληνεὺς est foemininum Παλληνὶς, ut ab Ἀλεξανδρεὺς, ἡ Ἀλεξανδρίς; a Σινωπεὺς, ἡ Σινωπίς. Inde *Minerva* quae in eo pago colebatur, Παλληνὶς dicebatur, id est, *Minerva Pallenensis*, apud Euripidem in Heraclidis, vs. 849. Eiusque *templum*, quod ibi erat, Παλληνίδος Ἀθηναίης ἱερὸν, apud Herodot. l. 62. Atque etiam per metonymiam, & brevitatis causa, Παλληνὶς Ἀθήνη, vel nude Παλληνὶς, *ipsum templum Minervae, quod Pallenae erat*, nonnumquam dicebatur; ut apud Euripid. in Heraclid. vs. 1031. apud Polyaenum Strategem. l. 21, 21. & hoc loco apud Nostrum. Parique modo rursus accipiendum id vocabulum paulo post, p. 235. a. ubi qui citatur *Themistonis* liber, Παλληνὶς inscriptus, nihil aliud videtur fuisse, nisi *historia templi Minervae Pallenensis*, & descriptio explicatioque donariorum, quae in eo Deae dedicata erant.

οἱ ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντος. Archontem *Pythodorum*, nescio an eumdem de quo hîc agitur, supra (in tabula synoptica Olympiadum ad lib. V. p. 216. c. descripta) vidimus magistratum gessisse anno primo Olympiadis LXXXVII. Ad ea quae hoc loco sequuntur, aut olim vulgo sequebantur, CASAUBONI est Animadversio haec: »Non in»telligo quod scriptum sic est, ἐπὶ δὲ φυλῆς ἱερείας »παράσιτοι ἐπὶ Λυκοστράτου Γαργήττιος Περι»κλῆς Περικλείτου Πιτθεύς. Vertunt docti, *Sub Lyco»strato e sacra tribu parasiti fuere Pericles Gargettius Pittheus*

f » *Pericliti filius.* Legerunt φυλῆς ἱερᾶς. Ego nullam Athe- » nis *ſacram tribum* novi: imo vero nulla fuit, non di- » cam ἱερὰ, ſed neque ἱερατικὴ, qualis apud Iudaeos Le- » vitica. Erit aliquis ſenſus, ſi, relicto *vacuo ſpatio* ad ca- » piendum *tribus nomen* quod deeſt, ſcribas ἱερατευούσης » vel ἱερευούσης, id eſt, tali *tribu rem divinam faciente, ar-* » *chonte Lycoſtrato.* Quid, ſi aliter accipiendum ſervatâ » voce ἱερείας? Erant enim ſacra, quibus *foemina ſacerdos* » praeerat: unde illa formula apud Thucydidem & alios » hiſtoricos frequens, ἐπὶ ἱερείας τῆς δεῖνα, *ſacerdote hac* » *vel illâ.* Ita fuerit nomen proprium *Phyle*, niſi aliud eius » loco ſubſtituendum, ut ἐπὶ δ' Ἐριφύλης ἱερείας: de quo » ſuum eſto cuiusque arbitrium, ſua exiſtimatio. Illud ve- » ro certiſſimum, ſcribendum eſſe ἐπὶ Λυκοστράτου Γαρ- » γηττίου. *Gargettius* & *Pittheus* ex conſuetudine Attica » τὸν δῆμον indicant: neque debuere pro virorum nomi- » nibus propriis haberi. « — Poſt Caſaubonum varie tentarunt hunc locum MEURSIUS, De Populis Atticis in Πι- θεῖ; tum *Sam.* PETITUS, de Legibus Atticis; contra quem disputavit *Anton. Maria* SALVINUS in Miſcell. Obſerv. Crit. Amſtelodami editis anno 1734. vol. IV. tom. I. pag. 253 ſqq. qui Caſaubono maxime adſentitur. Denique iuculentiſſime eumdem locum tractavit *Adrian.* HERINGA, Obſerv. Criticar. cap. 32. qui in hunc fere modum conceptam fuiſſe inſcriptionem ſtatuit:

Ἄρχοντες καὶ παράσιτοι ἀνέθεσαν, οἱ ἐπὶ
Πυθοδώρου ἄρχοντος στεφανωθέντες χρυσῷ
στεφάνῳ. Ἐριφύλης ἱερείας.
Παράσιτοι·
Ἐπίλυκος Στρατίου Γαργήττιος.
Περικλῆς Περικλείτου Πιθεύς.
Χαρῖνος Δημοχάρους Γαργήττιος.

Cum agatur de Minervae templo, habuit illud antiſtitem ſacerdotem foeminam; cuius nomen (quodcumque illud fuerit, in φυλη terminatum) in illa inſcriptione commemorabatur. Quod pro vulgato ἐπὶ Λυκοστράτου Γαργήττιος, Caſaubonus ἐπὶ Λυκοστράτου Γαργηττίου, neceſſario legendum cenſuerat, Meurſius vero ἐπὶ Λυσιστράτου: multo ſane probabilius, immo paene certum videtur, ſic legendum, minimâ mutatione ac fere nullâ adhibitâ, ut eſt ab *Heringa* propoſitum, Ἐπίλυκος Στρατίου Γαργήττιος. Atticum nomen fuit Στράττιος, & apud

ipsum Athenaeum paulo inferius, pag. 244. d. e. memo- f
ratur aliquis huius nominis in parasitorum numero, sed parasitorum quidem generis diversi. Pro vulgato Πιτθεὺς, oportuisse Πιθεὺς absque τ litera, Meursius aliique monuerunt, & evincebat nominis origo, de qua Stephanus Byzant. Πίθος, ὁμωνύμως τῷ ἀγγείῳ, δῆμος τῆς Κεκροπίδος φυλῆς &c. Eorum quae hac pag. lit. e. & f. leguntur, nihil habet Epitome. Membranae *A.* in omnibus consentiunt cum edd.

Κἀν τοῖς τοῦ βασιλέως δὲ νόμοις γέγραπται. *Et in Regis legibus sic scriptum est.* — »*Regem* intellige *sacrificulum*: »nam de antiquis Athenarum regibus non loquitur. *a* Casaubonus. Hesychius: Βασιλεύς· ἀρχων τις Ἀθήνησιν, [εἷς τῶν Ἀθήνησιν ἐννέα ἀρχόντων, Harpocr. & Suid. in Βασιλικὰ διαδρομή.] μυστηρίων προνοῶν. Varias partes *officii Regis* illius *sacrificuli* describit Pollux VIII. 90. De Romanorum *Rege Sacrificulo*, cuius nominandi eadem fere ratio erat, quae illius ex Archontibus Athenienſium, quem Βασιλέα nominabant, vide Livium lib. II. cap. 2. & quae ibi cum ab aliis viris doctis tum a Drakenborchio notata sunt.

In *Clearchi Solensis* verbis, Ἔτι δὲ παράσιτον, νῦν a μὲν τὸν ἕτοιμον, τότε δὲ τὸν εἰς τὸ συμβιοῦν κατειλεγμένον, Dalecampius τὸν ἕτοιμον intellexit *promptum paratumque hominem*: quem secutus est Potterus in Archaeol. Graec. lib. II. cap. 3. nec aliud quid adnotaverat Casaubonus. Acute vero & probabiliter utique Coray, in *Notis mss.tis*: »Forte τὸν ἄτιμον. Supra pag. »234. d. τὸ τοῦ παρασίτου ὄνομα νῦν μὲν ἄδοξόν ἐστι. »Nec me fugit, τὸν ἄτιμον (cum articulo) postulare am- »plius aliquid ad integritatem sententiae: sed hoc exci- »dit forsan amanuensium culpâ ex Clearchi testimonio. »Porro defendi potest ἄτιμον & ex mox sequentibus, ἔτι »δὲ καὶ τήμερον ταῖς ἐντιμοτάταις ἀρχαῖς συγκα- »ταλέγουσι παράσιτους. *a* — De his quidem proximis verbis mox videbimus: sed eo facilius ἄτιμον in ἕτοιμον mutari potuit, quod penultima in ἄτιμον longa est, & subinde ι longum in vetustis nostris membranis cum η aut cum οι permutatur. At frequentius tamen ι cum η vel ει, οι vero cum υ permutatur: & non modo membranae *A.* sed & ms. *Ep.* τὸν ἕτοιμον hoc loco tenet. Porro vero nimis durum videri poterat τὸν ἄτιμον: quod multo gra-

a vius eſt quam quod ante dicebatur, τὸ παρασίτου ὄνομα νῦν μὲν ἄδοξόν ἐστι: nam ἄδοξος, *ignobilis* eſt; ἄτιμος vero, *infamis*. Quare, quamvis veritatem praeſtare vulgatae ſcripturae minime auſim, tamen eam loco movere non ſum auſus: & quoniam ne ipſum quidem ἄτιμον, nude ſic poſitum, ſatis videbatur futurum, videndum putavi ne τὸν ἕτοιμον fortaſſe intelligere poſſimus ex Pollu-ce VI. 123. τὸν ἕτοιμον πᾶν ἂν εἰπεῖν καὶ πᾶν ἂν παθεῖν, *qui ad omnia dicenda & ad omnia ferenda eſſet paratus*. Vi-deo tamen, eamdem emendationem, ἄτιμον, iam olim a PIERSONO etiam ad Moerin pag. 322. fuiſſe probatam. »Reponendum, (inquit) ni fallor, τὸν ἄτιμον, *inhone-»ſtum*.« Ac fieri utique poſſe intelligo, ut Clearchus ἀτιμον eadem notione dixerit, qua ἄδοξον Herodicus Crateteus dixit loco paulo ante citato, itemque Crates Grammaticus in verbis paulo poſt adlatis, (lit. b.) ὁ παράσιτος νῦν ἐπ' ἀδοξον μὲν κεῖται πρᾶγμα. Quid quod vocabulo non minus gravi, quam eſt ἄτιμος, Phrynichus utitur, pag. 56. cum ait, Παρασίτους οὐκ ἔλεγον οἱ ἀρχαῖοι ἐπ' ὀνείδους, ὡς νῦν: id eſt, Παρασίτους *non uſurpa-runt priſci in contumeliâ, ut nunc.* Pro mendoſo κατ-ηλλαγμένον, quod deinde hic editum erat, monuit CA-SAUBONUS: »Scribe ex libro Hoeſchelii, τότε δὲ τὸν εἰς »τὸ συμβιοῦν κατειλεγμένον: *eum qui ad convivendum eſt »adſcriptus*.« — Cum Hoeſcheliano libro conſentit noſter ms. *Ep.* nec vero procul abeunt membr. *A.* in quibus κατηλεγμένον ſcriptum.

ἐν γοῦν τοῖς παλαιοῖς νόμοις αἱ πλεῖσται τῶν πόλεων, ἔτι δὲ καὶ τήμερον, ταῖς ἐντιμοτάταις ἀρχαῖς συγκατα-λέγουσι παρασίτους. Haec ſic interpretatus erat DALE-CAMP: *Itaque legibus antiquis civitates hodie quoque pluri-mas in maximis honoribus ampliſſimisque magiſtratibus Paraſi-tos reponere.* In eamdem fere ſententiam VILLEBRUNE: *On voit dans les anciennes loix, que la plupart des villes mettoient au rang des prémières dignités celle de Parasites, comme quelques unes le font encore.* Neque nos ab ea ſententia in noſtra verſione Graecis ſubiecta diſceſſimus, cum ſcripſi-mus, *in honoratiſſimis magiſtratibus cenſent Paraſitos.* Ac poſ-ſit fortaſſe haec interpretatio defendi ex eo quod paulo poſt, auctore Cratete, ſubiicitur, πρότερον δ' ἐκαλοῦντο Παράσιτοι οἱ ἐπὶ τὴν τοῦ ἱεροῦ σίτου ἐκλογήν: quam in partem & Pollux VI. 35. ait, ἐπὶ ἱερᾶς ὑπηρεσίας τοῦνο-

μα ἐστὶν, &c. & Hesychius, Παράσιτοι· ἀρχὴ ἐπὶ τὴν τοῦ α ἱεροῦ σίτου ἐκδοχήν. At Clearchi verba si curatius inspicias, videtur tamen aliud ille dixisse. Primum enim, pro eâ quam diximus sententiâ, omnino oportebat (puto) τοὺς παρασίτους, adiecto articulo. Deinde, *in magistratibus censent*, vel *in magistratuum numero ponunt*, Graece sic sonabat ταῖς ἀρχαῖς ἐγκαταλέγουσι, vel potius ἐν ταῖς ἀρχαῖς καταλέγουσι. Contra, quemadmodum οἱ καταλεγόμενοι τῷ Ἡρακλεῖ παράσιτοι, (lit. d.) idem valet ac οἱ αἱρεθέντες τῷ Ἡρακλεῖ παράσιτοι, (continuo deinde, lit. a.) id est, *Herculis convivae*; & quemadmodum in ipsius Clearchi verbis proxime praecedentibus, ὁ εἰς τὸ συμβιοῦν κατειλεγμένος idem valet ac ὁ εἰς τὸ συμβιοῦν αἱρούμενος: sic videndum, ne, ταῖς ἐντιμοτάταις ἀρχαῖς συγκαταλέγουσι παρασίτους, idem valeat, ac αἱροῦνται παρασίτους εἰς τὸ συμβιοῦν ταῖς ἐντιμοτάταις ἀρχαῖς: ut hoc dixerit CLEARCHUS: *Certe vetustis legibus*, id est, ex vetustarum legum praescripto, *pleraeque civitates, ad hunc etiam diem*, (ἔτι καὶ τήμερον: nam delenda δὲ particula post ἔτι, temere & invitis membranis inserta ab editoribus) *honoratissimis magistratibus cooptant parasitos*; id est, *viros legunt qui convictu utantur principum magistratuum.* Cum quo convenit, quod supra (pag. 234. d.) dicebatur, τὸ τοῦ παρασίτου ὄνομα olim fuisse τῷ συνθοίνῳ παρόμοιον: id est, *fere simile nomini convivae.* Quo pacto etiam apud Plutarchum in Solone (p. 92. a.) legimus, τὴν ἐν τῷ δημοσίῳ σίτησιν a Solone παρασιτεῖν fuisse nominatam. Quo item pertinet, quod Moeris & Thomas Mag. docent, παρασίτους ab Atticis dictos fuisse τοὺς δημοσίᾳ σιτουμένους ἐν τῷ Πρυτανείῳ. Nempe in Prytaneo quotidie communia convivia agebant Prytanes, ut lib. V. pag. 186. a. vidimus: iam qui ex reliquis civibus bene de republica meritis lecti erant, *qui illorum convictu uterentur*, hi παράσιτοι dicebantur. *Similemque morem*, Clearchus dicere hic videtur, *in plerisque Graeciae civitatibus obtinuisse, ut honoratissimis magistratibus adlegerentur alii cives, qui eorum convictu publice uterentur.* Cum quo mire convenit Aristotelis testimonium paulo post (lit. e.) citatum. Ad verba, de quibus hoc loco quaerebamus, nihil adnotavit CASAUBONUS, nisi quod cum illis, συγκαταλέγουσι παρασίτους, contulit ista quae habet »*Dionysius Si-*

a »*nopenſis* de electione paraſitorum apud Athenienſes:
» — οὐδὲ παρέλαβεν
» εἰς ταῦτα τοὺς τυχόντας, ἀλλὰ κατέλεγεν
» ἐκ τῶν πολιτῶν δώδεκ' ἄνδρας.«
Leguntur iſta verba infra, pag. 239. d.
καὶ Θεμίσων δ' ἐν Παλληνίδι· &c. »THEMISON videtur »deſcripſiſſe titulos donariorum, & monumenta antiqua »omnia, qui erant in *Pallenide*. [Vide paulo ante, ad p. »234. f.] Ibi inter caetera fuit lex Regibus Sacrorum di»cta, cuius facta mentio paulo ante. Colligo ex collatio»ne verborum Athenaei & Pollucis. Ille ait: Θεμίσων δ' »ἐν τῇ Παλληνίδι· Ἐπιμελεῖσθαι δὲ τὸν βασιλέα τὸν ἀεὶ »βασιλεύοντα, καὶ τοὺς παρασίτους οὓς ἂν ἐκ τῶν δήμων »προαιρῶνται, καὶ τοὺς γέροντας καὶ τὰς γυναῖκας τὰς »πρωτοτόσεις. Pollux libro tertio: [ſect. 39.] Ἡ ἐκ »παρθενίας τινὶ γεγαμημένη, πρωτότοκος ἐκαλεῖτο. γέ»γραπται δὲ τοὔνομα ἐν τῷ τοῦ Βασιλέως νόμῳ. Ex his »colligere eſt, verba quae deſcribit Athenaeus, partem »eſſe Legis regiae: at auctorem, & opus ubi lex illa »extabat, docet Athenaeus. βασιλέα τὸν ἀεὶ βασιλεύον»τα cum dicunt Graeci, non intelligunt, ut vertere hîc »docti, *regem cuius perpetuum erit regnum.* [Sic Dale»camp.] Dicant vero nobis, quis ille rex cuius regnum »dici meruit perpetuum. Mirum ſane, tam abſurdam »ſententiam non pupugiſſe interpretes, ut, quid ſigni»ficaret Graecum iſtud genus loquendi, quaererent dili»gentius.« [Ad verbum, atque adeo ambigue Natalis Comes reddiderat, *Curare regem ſemper regnantem.*] »βασιλεὺς »ὁ ἀεὶ βασιλεύων, vel ſimpliciter ὁ ἀεὶ βασιλεὺς, reges »ſunt qui alius poſt alium regnum obtinent. Latine ex»primi ad verbum phraſis haec non poteſt. Vertas non »male, *quisquis rex erit;* aut ſimpliciter, *rex.* Sic apud »Dionem & alios, οἱ ἀεὶ ὕπατοι: Latini tantum, *Conſu»les.* οἱ ἀεὶ ἄρχοντες, *praetores.* τὸ ἀεὶ in his & ſimilibus »continuam ſucceſſionem aliorum poſt alios denotat. Pla»to libro I. De Republica, οἱ λίχνοι τοῦ ἀεὶ παραφερομέ»νου ἀπογεύονται ἁρπάζοντες, πρὶν τοῦ προτέρου μετρίως »ἀπολαῦσαι. Appellat τὸ ἀεὶ παραφερόμενον, ſingula fer»cula quae inferebantur menſae aliud poſt aliud. Poteſt »etiam legi περιφερόμενον: ita enim mos erat in Athenien»ſium conviviis, ut libro quarto didicimus. Pro ἀεὶ di»cunt Graeci interdum, ἑκάστοτε: ut apud Plutarchum

»in Sertorio, οἱ ἑκάστοτε πεμπόμενοι στρατηγοί· & ita a »paſſim.« CASAUBONUS. — Propius ſi ſpectes, per traiectionem verborum intelligendae ſunt eius generis dictiones. Scilicet ἐπιμελεῖσθαι τὸν βασιλέα τὸν ἀεὶ βασιλεύοντα, idem valet, ac ἀεὶ (vel ἑκάστοτε) ἐπιμελεῖσθαι τὸν βασιλέα τὸν (τότε vel ἑκάστοτε) βασιλεύοντα; *ſemper curam habere debere regem qui tunc temporis* (vel, *qui quovis tempore, quo ea res agitur*) *in officio eſt.* Germanico idiomate diceres, *der jeweilige Kœnig, der Kœnig der jedesmal im Amt ſteht.* Sic, verbi cauſſa, τοῖς ἀεὶ (vel ἑκάστοτε) ὑπάτοις τοῦτο μελήσει, valet ἀεὶ τοῦτο μελησει τοῖς (ἑκάστοτε) ὑπάτοις γενομένοις, *ſemper huius rei curam gerent conſules*, ſcilicet, *hi qui quovis tempore, cum res incidit, conſules erunt:* Gallice, *ce ſera chaque fois aux Conſuls à avoir ſoin de cela:* Germanice, *dieſes ſollen die jeweiligen* (*die jedesmaligen*) *Conſuln beſorgen.*

Haec ad verba. Caeterum ad rem quod ſpectat, quae hac lege praecipitur, minime ea res in liquido eſt. Rurſus quidem paulo poſt (lit. c.) eadem pars *Regiae Legis*, quae hîc ex THEMISONE citatur, ex CRATETE Grammatico adponitur: ſed & ibi obſcura, ac vereor ne non ſatis emendata aut integra, oratio. Utroque loco nihil ab editis discedit membranarum *A.* ſcriptura: utroque vero loco ea ipſa verba, de quibus dubitamus, ſicco pede transſiliit Epitomator: neque Caſaubonus quidquam, quod ad dilucidandum argumentum faciat, adnotavit. Hoc loco, ſi vulgatam teneas ſcripturam, Ἐπιμελεῖσθαι δὲ τὸν βασιλέα - - καὶ τοὺς παρασίτους οὓς ἂν ἑκ τῶν δήμων προαιρῶνται, καὶ τοὺς γέροντας &c. non declaratum fuerit *quid ſit quod curae eſſe debeat regi:* ſed hoc fuerit praeceptum, *Curae eſſe debere* neſcio quid *& regi & paraſitis & ſenioribus* &c. Quam in partem accipiens illa verba DALECAMPIUS, ſic vertit: *Rex, - - paraſiti e tribubus delecti, ſenes, & - - foeminae id curanto.* Eamdem in ſententiam VILLEBRUNE: *Ce ſoin regardera le roi qui eſt en charge, les Paraſites choiſis entre les bourgades, les vieillards & les femmes qui ſont à leur premier mari.* Quae mihi parum probabilis ſententia viſa erat, *eodem loco poni regem, paraſitos, ſeniores & foeminas, communeque aliquod negotium curae horum mandari.* Nec tamen aliter accepit LEBEAU, pag. 56. commentationis ſupra laudatae; qui praeeunte *Sam.* PETITO de Legib. Attic. lib. I. tit. 2. ſtatuit, ad Panathenaeo-

a rum celebrationem praeceptum illud pertinere: quo feſto in ſolenni pompa, οἱ γέροντες, &, ut tradunt nonnulli, etiam αἱ γραῦς ἐθαλλοφόρουν, teſte Scholiaſte Ariſtophanis ad Veſp. vs. 542. Iam ſicut ex collato Pollucis teſtimonio docuit Caſaubonus, eſſe iſta Themiſonis verba *ex Lege Regia* ducta: ſic, eadem verba ſi contuleris cum his quae paulo poſt ex CRATETE adponuntur, quamquam nonnihil discrepant, vix tamen poteris dubitare quin utraque verba *ex eâdem legis parte* ducta ſint. Ibi igitur in hunc modum concepta verba leguntur: Ἐπιμελεῖσθαι δὲ τὸν βασιλεύοντα τῶν τε ἀρχόντων, ὅπως ἂν καθιστῶνται, καὶ τοὺς παρασίτους ἐκ τῶν δήμων αἱρῶνται κατὰ τὰ γεγραμμένα. Quae latine ſic reddidit DALECAMPIUS: *Hoc regi curae ſit, ut magiſtratus creentur, &, quemadmodum legibus cautum eſt, e tribubus deſignentur paraſiti.* Similiter VILLEBRUNE: *Le Roi aura ſoin que les dignitaires ſoient nommés chacun pour leurs fonctions, & que les Paraſites ſoient choiſis des différens peuples (bourgades) ſelon les ſtatuts.* Quo ex loco illud mihi paene certum fieri videbatur, quod iam per ſe perquam erat probabile, in ſuperiori illo loco, de quo modo quaerebamus, pro καὶ τοὺς παρασίτους οὓς ἂν ἐκ τῶν δήμων προαιρῶνται, ſcriptum oportuiſſe ὅπως ἂν, vel minore etiam mutatione ὡς ἂν, eâ ſententiâ quam in verſione expreſſi, *Curare debere Regem, ut e pagis Atticis nominentur paraſiti; tum ut nominentur ſeniores & mulieres quae ſecundas nuptias non contraxiſſent.* Quem in uſum nominari debeant ſenes illi atque mulieres, non declaratur; quia pars tantum legis, quae huc ſpectabat adponitur. Dicet fortaſſe aliquis cum *Sam. Petito*, ut θαλλοφοροῦντες pompam ducerent in Panathenaeo feſto: equidem, ſi compertum haberem, mulieres etiam interdum publico ſumtu fuiſſe ſuſtentatas, crederem hoc praecipi illa lege, *Curare debere Regem, ut ſenes de republica bene meriti, & dignae matronae, quae ſecundas non iniiſſent nuptias*, (viduae puto,) *e diverſis pagis in numerum τῶν παρασίτων legantur.* Rurſus vero altero loco, ubi ſcribitur, Ἐπιμελεῖσθαι δὲ τὸν βασιλέα τῶν τε ἀρχόντων, ὅπως ἂν καθιστῶνται: ſi vera ſcriptura eſt τῶν τε ἀρχόντων, non ſic vertenda erat, puto, *ut magiſtratus creentur*, (id graece ſonabat τῶν τε ἀρχῶν) ſed, *ut archontes creentur.* Sed nec haec cura potiſſimum ad *archontem regem* pertinuiſſe videtur, & ne ſic quidem convenie-

bat verborum ſtructura; nam τούς τε ἄρχοντας, non τῶν a
τε ἀρχόντων, in ea orationis connexione (collato praeſertim ſuperiore loco) dictum oportebat. Quid multa? ſuſpicari ſubit, primum, τῶν ἀρχόντων *absque* τε legendum, & τὸν βασιλεύοντα τῶν ἀρχόντων intelligendum *illum ex archontibus qui regis nomen gerit, & regis* (ſcil. ſacrorum) *munere fungitur*: deinde vero utique ſtatuendum, parum ſana atque integra eſſe quae ſequuntur verba. Scilicet intercidit accuſativus caſus ad verbum καθιστῶνται referendus: is fortaſſe fuerit, τοὺς ἐπιμελητὰς; ut ſic ſcripſerit *Crates*, ubi illius legis mentionem facit: Ἐπιμελεῖσθαι δὲ τὸν βασιλεύοντα τῶν ἀρχόντων τούς τε ἐπιμελητὰς ὅπως καθιστῶνται, καὶ τοὺς παρασίτους ὡς ἐκ τῶν δήμων αἱρῶνται κατὰ τὰ γεγραμμένα. Id eſt: *Curare debere illum ex archontibus qui Rex adpellatur, cum ut Curatores conſtituantur, tum ut Paraſiti e populis* (vel, *e pagis*) *legantur quemadmodum legibus cautum eſt.* Quinam ſint quos dixi Ἐπιμεληταὶ, docet Suidas & Harpocration in Ἐπιμελητὴς τῶν μυστηρίων, & Pollux VIII. 90. nempe collegae Archonti Regi adtributi curandorum myſteriorum cauſſa.

AD CAP. XXVII.

Ἀλλὰ μὴν, περὶ γὰρ τῶν παρασίτων &c. Elliptica lo- b
cutio: plene dicturus erat, *At aliud nunc agimus, nam de paraſitis quaerimus.* Poſſis tamen Latine iſtas tres particulas, ἀλλὰ μὴν cum ſequente γὰρ, ſimillimâ ratione efferre, *at enimvero de paraſitis nunc quaeſtio agitatur.*

Τοῖν δὲ βοοῖν τοῖν ἡγεμόνοιν τοῖν ἐξαιρουμένοιν. *Boves* qui ſint quos ἡγεμόνας dicit, haud ſatis ſcio. *Praecipuos* vertit Dalec. In eamdemque ſententiam Villebr. *lex deux plus beaux boeufs qu'on aura choiſis.* Quibus facile adſentior: nam de *tauris* quidem ἡγεμόσι τῆς ἀγέλης, quos Aelianus de Nat. Anim. VI. 1. dicit, non videtur hic cogitandum.

ἐπ' ἄδοξον μὲν κεῖται πρᾶγμα. *Paraſiti nomen hodie in re ignobili ponitur*, id eſt, *de re ignobili uſurpatur.* ἐπ' ὀδόξου - - πράγματος malles: nam iſto ſenſu praepoſitionem ἐπὶ cum genitivo caſu conſtruere ſolent Grammatici: eodemque modo, generatim apud ſcriptores quoscumque,

DE re quadam loqui vel *dicere*, Graece ſonat ἐπὶ τινὸς, non ἐπὶ τί. *Ibid.* ἐπὶ τὴν τοῦ ἱεροῦ σίτου ἐκλογὴν αἱρ. »*Paraſiti* dicebantur olim Athenis οἱ ἐπὶ τὴν τοῦ ἱεροῦ »σίτου ἐκλογὴν αἱρούμενοι. Ita Noſter ex Cratete. Heſy»chius, quem nullum dubium eſt indidem hauſiſſe, ſcri»bit ἐκδοχήν: quod redit eodem. Pollux cum Athe»naeo ἐκλογὴν, lib. VI. cap. 7. [ſect. 35.] « CASAUBONUS. — Photius, in Lexico msto, laudatus ab Heſychii editore, cum Athenaeo & Polluce in ἐκλογὴν conſentit: quod verum videtur. Sic & mox rurſus in ipſis verbis legis idem vocabulum ἐκλογὴ & verbum ἐκλέγειν occurrit.

c καὶ ἦν ἀρχεῖόν τι παρασίτων. Dalecamp. *paraſitorum collegium ac curia fuit.* Villebrune: *& Paraſite étoit la dénomination d'une eſpèce de magiſtrature.* Et verum eſt quidem, fuiſſe aliquod *munus publicum* paraſitorum, quod Pollux l. c. ἱερὰν ὑπηρεσίαν, & Heſychius ἀρχὴν (*magiſtratum*) vocat: ſed ἀρχεῖον hoc loco intelligendum eſſe *aedificium* quoddam, adeoque latine rectius *curiam* reddi, ex legis verbis intelligitur, quae continuo deinde & mox rurſus paulo inferius ſubiiciuntur.

Ἐπιμελεῖσθαι δὲ τὸν βασιλεύοντα τῶν τε ἀρχόντων &c. De his verbis paulo ante, ad caput ſuperius, dictum eſt. *Ibid.* ἐκ τῆς βουκολίας. »Inuſitata & obſoleta quadam »ſignificatione ſumitur vox βουκολία in antiqua Lege Re»gia, unde iſta proferuntur, Τοὺς δὲ παρασίτους ἐκ τῆς »βουκολίας ἐκλέγειν ἐκ τοῦ μέρους τοῦ ἑαυτῶν ἕκαστον »ἑκτέα κριθῶν, δαίνυσθαι τοὺς ὄντας Ἀθηναίους ἐν τῷ ἱερῷ »κατὰ τὰ πάτρια. Veterum legum Graecarum & Roma»narum verba quam plurima etiam doctiſſimis viris fuiſſe »obſcura iam inde a multis retro ſaeculis, ineptus ſim ſi »probare aggrediar: omnia ignorat qui hoc neſcit. Suſpi»cabar, βουκολίαν hîc dici vel *iugerum* vel *alium agri mo»dum*, ex quo fas fuit paraſito cuique hordei hecteum »exigere. Sed magis ingenua eſt, in talibus ignorantiae »confeſſio. « CASAUBONUS. — Ingenioſa omnino ſpecioſaque eſt *Samuelis* PETITI coniectura, ἐκτὸς βουκολίας corrigentis, Miſcellaneor. lib. VI. c. 2. (neſcio, an & in opere de Legibus Atticis, quod haec ſcribentibus nobis non eſt ad manus) quod interpretatus eſt, *ſine dolo malo*, *bona fide*. Et ipſum quidem vocabulum βουκολία nusquam alibi ita poſitum occurrit: ſed nomen βουκολιτὴς idem valens ac ἀπατεὼν adnotavit Heſychius;

& verbum βουκολῶ interpretatur ἀπατῶ; βουκολοῦντες, ἀπατῶντες, & id genus alia. Mox, poſt verba ἐκτέα κριθῶν commate diſtinguenda oratio; & δαίνυσθαι intelligendum ὥστε δαίνυσθαι.

Εἰς τὴν ἐπισκευὴν τοῦ νεὼ &c. » Scribe ex libris εἰς τὴν d
» ἐπισκευὴν τοῦ νεὼ, τοῦ ἀρχείου, καὶ τοῦ παρασιτίου:
» non cum interpretibus, τοῦ ἀρχαίου: *ad ſarciendum tem-*
» *plum*, *tabularium*, *paraſitium*. ἀρχεῖον non ſolum eſt *tabu-*
» *larium*, ſed *aerarium*, & templi Θησαυροφυλακεῖον: de eo
» Pollux lib. I. cap. 1. Idem Criticus lib. VI. cap. 7. tangit
» hunc locum Legis regiae, ſcribens, Καὶ ἀρχαῖόν τι Ἀθή-
» νησι παρασίτιον καλούμενον, ὡς ἐν τῷ νόμῳ τοῦ βασι-
» λέως ἐστὶν εὑρεῖν. Lege, Καὶ ἀρχεῖόν τι Ἀθ. Verba legis
» apud Athenaeum, ſic legit Pollux: εἰς τὴν κατασκευὴν
» τοῦ νεὼ, τοῦ ἀρχείου τοῦ παρασιτίου, καὶ τῆς &c. « CASAUBONUS. — In ed. Ven. & Baſ. corrupte legebatur τοῦ νεώτου ἀρχαίου: in ed. Caſ. τοῦ νεώτου ἀρχείου. Veram ſcripturam tenet uterque noſter codex mstus. Pro παρασιτίου vero, eſt παρασιτείου in ms. *Ep.* Apud Pollucem VI. 35. ex melioribus mstis iam pridem ſic editum eſt, καὶ ἀρχεῖόν τι Ἀθήνησι παρασίτιον καλούμενον, &c.

Διόδωρος ὁ Σινωπεὺς - - οὗ τὸ μαρτύριον ὀλίγον ὕστε- e
ρον παραθήσομαι. Vide pag. 239. a.

AD CAP. XXVIII.

Τὸν δὲ νῦν λεγόμενον παράσιτον Καρύστιος ὁ Περγαμηνὸς, ἐν τῷ περὶ Διδασκαλιῶν, εὑρεθῆναί φησιν ὑπὸ πρώτου Ἀλέξιδος· ἐκλαθόμενος ὅτι Ἐπίχαρμος &c. » Scripſerat *CA-*
» *RYSTIUS Pergamenus*, criticus antiquiſſimus, *paraſiti no-*
» *men* eâ notione, quae ex Latinis Comicis nota eſt om-
» nibus, *ab Alexide comico eſſe inventum*. Falſam eſſe hanc
» Caryſtii obſervationem, docet Athenaeus allato *Epi-*
» *charmi* loco, ubi *paraſitorum* fit mentio. *EPICHARMUS*
» inter primos antiquae comoediae poëtas fuit, longe an-
» tiquior *ALEXIDE*, mediae comoediae poëtâ, ut diſerte
» ſcribitur libro octavo. [p. 336. d.] Haec animadverſio
» non eſt Athenaei, verum alicuius antiquioris, unde eam
» ſumſerunt & Athenaeus & Iulius Pollux, aequalis eius,
» aut paulo etiam natu maior. Sic ille libro ſexto: [ſect.
» 35.] Ἐπὶ τοῦ παρασιτεῖν κατὰ λιχνείαν ἢ κολακείαν
» πρῶτος Ἐπίχαρμος τὸν παράσιτον ὠνόμασεν, εἶτα Ἀλε-

e » ξις. « CASAUBONUS. — Ad hoc argumentum paulo post regredietur doctus Animadversor post *Excursum de* DIDASCALIIS, quem hic subiecit. Notemus interim, in verbis supra scriptis non id quaerere Athenaeum, quis Comicus primus usus sit *nomine Parasiti* eâ notione quae deinde maxime invaluit? sed, quis Comicus *personam parasiti* ex eo genere primus in scenam produxerit?

Pergit CASAUBONUS: »Librum suum, cuius hoc loco fit mentio, inscripserat *CARYSTIUS*, Περὶ Διδασκαλιῶν. Nulla vox est magis usu trita aut notior istâ candidatis Graecae literaturae: & tamen paucissimos scio esse, qui illam hoc & similibus aliis locis recte sint interpretaturi. Magna sane interpretum hallucinatio, qui vertunt ubique *De Doctrinis*. Non enim de philosophia aut artibus liberalibus tractaverat eo in opere hic Criticus, sed de professionis suae proprio argumento; cuius cognitio & iucundissima, & ad historiae lucem utilissima. Rem hodie non vulgo cognitam, lubet paucis, quando oblata est occasio, explicare. «

»Studiorum ea fuit quondam ratio, ut maxima eruditionis pars in dramaticorum Poëtarum, ac praesertim Comicorum, lectione & intelligentia poneretur. Inde puriorem Hellenismum, inde notitiam eorum quae in Rep. erant gesta, inde vitam & mores primorum civitatis Atheniensium hauriebant. Itaque ad illustranda huius generis veterum scripta certatim viri magni contenderunt, iam inde ab incunabulis Criticae professionis, sive Grammaticae, aut quocumque modo appellare volueris eam disciplinam, quae rectam veterum scriptorum interpretationem profitetur, & divinum Aristotelem, ut docemus alibi, auctorem habet primum. Attici scriptores διδασκάλους peculiari notione appellarunt quos dixi Poëtas. Harpocration, [in Διδάσκαλος:] Ἰδίως διδασκάλους λέγουσι τοὺς ποιητὰς τῶν διθυράμβων, ἢ τῶν κωμῳδιῶν, ἢ τῶν τραγῳδιῶν. Comici Scholiastes ad Plutum: φαίνεται τὸ τοιοῦτον, οὐ διὰ τῶν χορηγῶν γίνεσθαι, ἀλλὰ δι' αὐτῶν τῶν διδασκάλων. Et cum fabulas suas proferebant spectandas, διδάσκειν eos dicebant; sicut etiam Latini, *docere fabulam*. Et qui productis in theatri coronam poëmatis de palma invicem certabant, non ἀνταγωνισταὶ proprie, sed ἀντιδιδάσκαλοι nuncupabantur vel ἀντίτεχνοι. Pindari enarrator ad Nemeonicas: σφόδρα γὰρ τῶν πολεμούντων ἡμᾶς

ἀντιδιδασκάλων καὶ ἀντιτέχνων φανησόμεθα καταβαίνοντες. e

Altera voce Plato utitur in Phaedone, & Comici interpres vetus non semel. Hinc appellatae sunt istae διδασκαλίαι, de quibus scripserat *Caryſtius*, & alii etiam multi, ut mox docebimus.«

»Quid igitur est διδασκαλία? Duobus modis haec vox in hac re solet accipi. Primum, pro *actione ipsa fabulae, & editione*, quae dicitur etiam κάθεσις. Ranarum interpres: Δίδυμος, ὅτι οὐ περιέχουσι θάνατον Δαρείου οἱ Πέρσαι τὸ δρᾶμα· διὸ τινὲς διττὰς θέσεις, τουτέστι διδασκαλίας τῶν Περσῶν φασί. Malim διττὰς καθέσεις: aut, si placet θέσεις, feramus [apud Athenaeum] libro primo vulgatam lectionem, ubi legitur ὅτε τὴν Ναυσικάαν ἔθηκε. Nobis tamen aliter videbatur, ut cap. XVII. eius libri dictum. [vide ad I. pag. 20. f.] Exempla huius significationis passim obvia. Altera significatio vocis διδασκαλία est, cum accipitur pro eo *scripto, quo explicatur, ubi, quando, quomodo, & quo eventu fabula aliqua fuerit acta.* Hae circumstantiae, & similes his, necessariae sunt ad rectam & plenam dramaticorum poëtarum intelligentiam: imo vero, ad capienda recte historiae Graecae tempora. Ideo non leviter in hac parte doctissimi veterum fuêre occupati, qui super hoc libros multos conscripserant; quibus & ipsis nomen e re indiderant, Διδασκαλίαι, aut περὶ Διδασκαλιῶν.«

»Omnium primus scriptionis huius exemplum dedit vir laudatione omni maior, *Aristoteles*. Refert Diogenes Laërtius inter caeteros conscriptorum ab eo librorum indices istum, Διδασκαλίαι α'. *Didascalias* nempe inscripserat Philosophus commentarium, quo Διδασκάλων vetustiorum ac recentiorum ad sua usque tempora historiam texuerat, dramata singulorum recensuerat, & cuiusque illorum tempora indicaverat. Paroemiographi in explicatione proverbii, Ὄνου σκιά. Ἀριστοτέλης, ἐν Διδασκαλίαις, καὶ δράματός τινος φέρει ἐπιγραφὴν, Ὄνου σκιάν. Harpocration: ὅτι ὁ Πενταπλῆς ποιητὴς, δεδήλωκεν Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς Διδασκαλίαις. Aristophanis enarrator ad Aves: [vs. 282.] Εἶτ' ἂν οὖν ὁ Φιλοκλῆς τὸν ἔποπα ἐσκευοποιηκὰς τῇ Παυδιονίδι τετραλογίᾳ, ἣν καὶ Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς Διδασκαλίαις ἀναγράφει. Ibidem: [ad vs. 1379.] Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς Διδασκαλίαις δύο φησὶ γεγονέναι Κινησίας. Idem auctor, ad Ran. [vs. 406.] Ἐπὶ Καλλίου

c τούτου φησὶν Ἀριστοτέλης ὅτι συνδύο ἔδοξε χορηγεῖσθαι τὰ Διονύσια τοῖς τραγῳδοῖς καὶ κωμῳδοῖς. Etsi non nominantur hic *Didascaliae* Aristotelis; tamen non dubium est, inde sumta quae affert verba. Reperio etiam sub titulo Κωμικῶν laudatum id opus: de eo namque locutum sentio Erotianum, qui in Hippocrateo Lexico Aristotelem laudat ἐν τοῖς Κωμικοῖς.«

» Exemplum Aristotelis secutus est, ut videtur, discipulus illius *Dicaearchus*, vir eruditissimus. Suadent hoc nobis testimonia aliquot veterum criticorum; licet operis illius titulum nondum inveni nominatim expressum. In antiqua hypothesi Ranarum scriptum, οὕτω ἐθαυμάσθη τὸ δρᾶμα διὰ τὴν ἐν αὐτῷ παράβασιν, ὥστε καὶ ἀνεδιδάχθη, ὡς φησιν Δικαίαρχος. In argumento Oedipi Tyranni Sophoclei, victum fuisse poëtam in commissione eius fabulae a Philocle, unius Dicaearchi testimonio probatur: ex hypothesi autem Aiacis Lorarii utrumque colligas, & scripsisse aliquid in hoc genere Dicaearchum, & Διδασκαλίας tamen scripto suo nomen non fecisse. Sic enim auctor ille, de vero nomine eius tragoediae loquens: Δικαίαρχος δὲ Αἰαντος θάνατον ἐπιγράφει. ἐν δὲ ταῖς Διδασκαλίαις φιλῶς Αἴας ἀναγέγραπται.«

» Sudavere postea in eodem argumento duo viri πολυμαθέστατοι, *Callimachus*, & *Eratosthenes*. Illius laudatur liber hac inscriptione, Πίναξ τῶν κατὰ χρόνους καὶ ἀπ' ἀρχῆς γενομένων Διδασκαλιῶν: vel, ut scribitur apud Suidam, Διδασκάλων. Eratosthenes operi suo, περὶ Ἀρχαίας Κωμῳδίας titulum dederat: quod quidem multorum librorum fuisse testis Harpocration, qui in Μεταλλεῖς septimum librum laudat. Utrumque passim citant Grammatici in hanc rem. Aristophanis scholia ad Aves: [vs. 1242.] ὁ Καλλίμαχος ταύτης τῆς διδασκαλίας οὐ μέμνηται. In hypothesi Pacis: Φέρεται ἐν ταῖς Διδασκαλίαις, ὅτι καὶ ἑτέραν δεδίδαχεν ὁμοίως Ἀριστοφάνης Εἰρήνην. ἄδηλον οὖν φησιν Ἐρατοσθένης, πότερον τὴν αὐτὴν ἀνεδίδαξεν, ἢ τὴν αὐτὴν καθῆκε.« [immo vero, ἢ ἑτέραν καθῆκεν, ἥτις οὐ σώζεται. Sic in ed. Küsteri, pag. 331.] » Ad Nebulas, [vers. 552.] Ἐρατοσθένης φησὶ, Καλλίμαχον ἐγκαλεῖν ταῖς διδασκαλίαις, ὅτι φέρουσιν ὕστερον τρίτῳ ἔτει τὸν Μαρικᾶν τῶν Νεφελῶν· σαφῶς ἐνταῦθα εἰρημένου ὅτι πρότερον καθεῖται. Huc spectat locus M. Tullii in Epistolis ad Atticum lib. VI. [Epist. 1.] *Quis non dixit*, Εὔπολιν τὸν τῆς

ἀρχαίως ab Alcibiade navigante in Siciliam demersum [dejectum] *esse in mare? Redarguit Eratosthenes: affert enim quas ille post id tempus fabulas docuerit.*«

»Post istos tractarunt idem argumentum *Carystius*, *Aristophanes* Grammaticus, & item alii. De *Carystii Pergameni* DIDASCALIIS perhibet testimonium Athenaeus hoc loco. Meminit eius libri subobscure auctor vitae Sophoclis: Νίκας, inquit, ἔλαβεν εἴκοσιν, ὥς φησι Καρύστιος: *vicit Sophocles vicies, ut scribit Carystius;* nempe in *Didascaliis.* De *Aristophane* testatur idem [Athenaeus] libro octavo: [pag. 336. e.] Ἐγὼ οὖ περιέτυχον Ἀσωτοδιδασκάλῳ· ἀλλ' οὐδ' ἀναγραφῆς ἀξιωθέντι σύνοιδα. οὔτε γὰρ Καλλίμαχος οὔτε Ἀριστοφάνης αὐτὸ ἀνέγραψαν, ἀλλ' οὐδὲ οἱ τὰς ἐν Περγάμῳ ἀναγραφὰς ποιησάμενοι. Praeter omnes hos, industriam suam in isto negotio occuparant nobiles Critici, *Aristarchus*, *Crates*, & alii multi, qui fabulas veterum poëtarum sunt interpretati. De his accipiendum quoties sine nomine laudantur αἱ Διδασκαλίαι. Harpocration: Ἐν ταῖς Διδασκαλίαις εὑρίσκεται ὁ Σθένελος τραγῳδίας ποιητής. Sic apud Sophoclis, Euripidis & Aristophanis interpretes saepissime. Non est autem dubitandum, Latinos Criticos in recensendis poëtarum Latinorum fabulis pari diligentiâ versatos. Extant hodieque Terentianarum Comoediarum διδασκαλίαι, breviter & eleganter scriptae, ac fabulae cuiusque fronti praepositae.«

»Praecipua omnium, qui *Didascalias* ediderant, cura fuit, tempus inquirere & designare, quo fabularum suarum quamque Comici & Tragici docuerant. Itaque ex temporum ratione digesta erant singulorum poëtarum dramata. Aristophanes Grammaticus in Didascalia Antigonae Sophocleae: Λέλεκται δὲ τὸ δρᾶμα τοῦτο τριακοστὸν δεύτερον. Significat, *fabulam illam, inter Sophocleas*, quae fuere olim numero CXX, aut eo plures, ut docemus libro septimo, *locum tricesimum secundum obtinuisse.* Neque tantum singulorum poëtarum separatim, sed etiam omnes omnium quà Tragicorum quà Comicorum fabulas pro ratione temporum, quibus fuerant publicatae, digestas cernere erat in Criticorum *Didascaliis.* Itaque Athenaeus sub finem libri huius [pag. 268. e.] plurium Comicorum eclogas recitaturus, ait, *se* χρήσασθαι τῇ τάξει τῶν δραμάτων ὡς ἐδιδάχθη: *servasse in recitando eum ordinem, quo illas auctores docuerunt.*«

e »Quantum Critici hac diligentiâ veteres *Chronologos* adiuverint, ſoli aeſtimabunt illi, qui norunt quam infirma & tenuia praeſidia habuerint qui ad ineundam fugacis temporis rationem primi animum appulerunt. Ego non dubito, eo potiſſimum ſpectaſſe *Ariſtotelem*, cum Διδασκαλίας ſuas componeret: ſicut etiam conſtat mihi, ſummum virum Chronologiae cuiusdam fundamenta molitum eſſe, cum Pythionicas omnes ſingulari libro recenſuit, cuius index Πυθιονικῶν ἔλεγχος: item, cum Dionyſiacorum ludicrorum victorias alio ſcripto eſt perſecutus. Verum, quod heroica virtute inſtituerat, aut fortaſſe etiam cogitaverat ſolum maximus philoſophus, poſteri praeſtiterunt: eximie vero *Eratoſthenes* Cyrenaeus, cuius Canones Chronologici non deteriorem facem ineundae antiquorum temporum rationi alluxerant, quam libri de Comoedia & fabularum Didascaliis, recte intelligendis antiquiorum omnium Comicorum ſcriptis.«

»Non omnia autem Comicorum & Tragicorum dramata in *Didascaliis* locum habuerunt, ſed illa ſolum quae fuerunt acta & commiſſa: quorum etiam maius fuit ſemper apud doctos pretium, quam illorum quae ſcripta tantum, non etiam producta. Athenaeus hoc ipſo libro: [p. 270. a.] Οἶδα δ' ὅτι καὶ οἱ Θουριοπέρσαι καὶ τὸ τοῦ Νικοφῶντος δρᾶμα ἀδίδακτά ἐστι· διόπερ καὶ τελευταίων αὐτῶν ἐμνήσθην. Idem ſentiendum de iis fabulis, quas poſt editionem minus fauſtam auctores interpolaverant & recentaverant. Nam & hae, niſi illas iterum poëtae docuiſſent, ταῖς Διδασκαλίαις οὐκ ἐνετάττοντο. Ariſtophanis Scholiaſtes: [ad Nub. vs. 552.] Ἐρατοσθένης φησὶ, Καλλίμαχον ἐγκαλεῖν ταῖς Διδασκαλίαις, ὅτι φέρουσιν ὕστερον τρίτῳ ἔτει τὸν Μαρικᾶν τῶν Νεφελῶν, σαφῶς ἐνταῦθα εἰρημένου ὅτι πρότερον καθεῖται. λανθάνει δ' αὐτὸν, φησὶν, ὅτι ἐν μὲν ταῖς διδαχθείσαις οὐδὲν τοιοῦτον εἴρηκεν· ἐν δὲ ταῖς ὕστερον διασκευασθείσαις εἰ λέγεται, οὐδὲν ἄτοπον. αἱ Διδασκαλίαι δὲ δῆλον ὅτι τὰς διδαχθείσας φέρουσι. Quaenam fabulae dictae fuerint διασκευασμέναι, expoſuimus libro tertio, cap. XXVI.« [ad p. 110. b.] — Haec de *Didascaliis* Casaubonus. — Quibus adde quae tam erudite ingenioſeque, quam breviter, nuper monuit *Frid. Aug.* Wolfius, in Prolegom. ad Homer. pag. 103 ſq.

Redeamus ad Athenaei noſtri verba: Τὸν δὲ νῦν λεγόμενον παράσιτον Καρύστιος - - - εὑρεθῆναί φασιν ὑπὸ πρώτου Ἀλέ-

ξιδος· ἐκλαθόμενος ὅτι Ἐπίχαρμος ἐν Ἐλπίδι ἢ Πλούτῳ παρὰ e
πότον αὐτὸν εἰσήγαγεν. Ad quae verba, praeter ea quae iam ſupra (initio huius capitis) adnotata ſunt, haec porro monuit idem CASAUBONUS: »Monendi ſunt lectores »commiſſi in hac quaeſtione erroris aut ab Athenaeo aut a »Polluce. Nam cum uterque illorum ex eodem fonte hau»ſerit hanc obſervationem, ut ſupra dicebamus, diverſe »tamen animo concepta & in literas relata eſt ab utro»que eorum. Quaeſtio eſt haec: *quis primus ex antiquis »poëtis fecerit Parasiti mentionem?* De *nomine* putavit »agi Pollux: Noſter de *re*, non de *nomine*. Porro, di»verſa ſunt, *nomen*, & *res* nomine ſignificata. Ego non »dubito, lapſum Pollucem incogitantiâ & ἀπροσεξίᾳ: »quod ei facillimum fuit, *Epicharmi* & *Alexidis* verſus, »de quibus quaeritur, ob oculos non habenti. Athenaeus »vero quî potuit, cum locum integrum Siculi poëtae »deſcriberet? Falſum igitur eſt quod ait Pollux, πρῶτος »Ἐπίχαρμος τὸν παράσιτον ὠνόμασε. Lege verſiculos Epi»charmi: nusquam in iis nomen παράσιτος; at res eo »nomine ſignificata graphice ibi deſcribitur: hoc voluit »Athenaeus, cum ait de *Epicharmo*, τὸν παράσιτον παρὰ »πότον εἰσήγαγεν. Ipſum quidem nomen [iſta ſignifica»tione, de qua quaeritur] & Epicharmo fuit incognitum, »& iis qui proxime illum ſunt inſecuti. In Ariſtophanis »comoediis quae ſuperſunt, id verbi non reperias, niſi »memoriâ labimur. Quare etiam Athenaeus obſcure in»dicat, *antiquiſſimum poëtam, in cuius ſcriptis id nomen no»tione hac ſibi eſſet inventum, Ararotem eſſe*, Ariſtophanis »filium. Sic interpretor ſequentia verba paulo poſt, [p. »237. a.] Τοῦ δὲ ὀνόματος τοῦ παρασίτου μνημονεύει »Ἀραρὼς διὰ τούτων. «

Ἀλλ' ἄλλος ὅδ' ἔστιν' &c. »Prima *Epicharmi* ſunt f »depravatiſſima, nec poſſunt a nobis corrigi. « CASAUBONUS. — Verba iſta in editione Caſauboni ſoluto metro, continua oratione, ſic ſcripta exhibentur: Ἀλλ' ἄλλος ὅδ' ἔστιν' ὅδε τοῦδε κατὰ πόδας τὸν ῥαδινῶς λαφῦ τὺ (perperam τὸ ed. Caſ. 2.) καὶ τοίνυν καθ' ἡνεύωνον ἀεὶ σῖτον. ἀλλ' ἔμπας ὅδε ἀμυστιν ὥσπερ κύλικα πίνει τὸν βίον. Eodemque modo in ed. Ven. & Baſ. niſi quod pro καθ' ἡνεύωνον in ed. Ven. (ſic) γα θ' ἡνεύωνον ſcribitur. Iſta latine ſic convertit DALECAMPIUS:

At alius hic ſtetit ad eius pedes,

f *facilem ſumturus ac vilis pretii cibum:*
verumtamen hauſtu ille ſemper uno calicem ebibit.

Cuius veſtigiis inſiſtens PURSANUS, Graeca ſic refinxit:

Ἀλλ' ἄλλος ὅδ' ἔστηχ' ὧδε τοῦδε κατὰ πόδας
τὸν ῥᾳδινὸν λίψων καὶ εὔωνον σῖτον·
ἀλλ' ἔμπας ὅδ' ἀμυστιν ἀεὶ κύλικα πίνει.

Samuel PETITUS, Miſcellaneor. VI. 3. in hunc modum concinnandos verſus cenſuit:

Ἀλλ' ἄλλος ὧδ' ἔστηκε τοῦδε κατὰ πόδας·
τὸν δ' ἄρ, ἵν' ὡς λάψῃ τὺ, καὶ τοίνυν μάταν
εὔοινον, ἀείσιτον· ἀλλ' ἔμπας ὅδε
ἀμυστιν ὥσπερ κύλικα πίνει τὸν βίον.

Primum verſum ſic interpretatur: » *Caeterum alius huic* » *compotationi interfuit, qui ad pedes huius* (de quo procul » dubio antea dixerat) *ſedit.* Nempe paraſiti [ſic pergit » idem PETITUS] cum κολακευομένοις in lectis non accum- » bebant, ſed in imis ſubſelliis ad eorum pedes ſedebant.« Quo ſpectat (inquit) illud Plauti, in Sticho, Act. III. Sc. 2.

Haud poſtulo equidem med in lecto accumbere:
ſcis tu, med eſſe imi ſubſellii virum.

Conſtructionem ſecundi verſus cum tertii initio talem ſtatuit: ἵν' ὡς λάψῃ τυ, καὶ τοίνυν μάταν, τὸν δ' ἄρ εὔοινον ἀείσιτον: hâc ſententiâ: *Utcumque autem te plenis proluueris poculis, fruſtra es ad hunc comparatus bibacem paraſitum.* τὸν δ' ἄρ ex Heſychio interpretatur πρὸς τοῦτον δέ. Tum » εὔοινος, inquit, aliàs de *vini ferace* regione; hîc de pa- » raſito *qui multos vini hauſtus poſſit educere.* ἀείσιτος (vide » Heſych.) proprie, *qui quotidie in Prytaneo coenat;* hîc, » de paraſito, *qui ſemper coenis ſine ullâ ſuâ curâ paratis frui-* » *tur.* « — Haec PETITUS: de cuius ratione liberum cuique eſto iudicium. In loco deſperato haud inconſultum fuerit, quid quisque tentaverit, diſpicere. Igitur VILLEBRUNIUS, poſtquam Gallice verba iſta ſic expreſſit: *Mais l'un ſe place ici, l'autre aux pieds de celui-là. Ainſi toi, prends avec plaiſir de ce pain* (ou, *de ce manger*) *qui ne coûte que très-peu, tandis que celui-ci vide d'un trait un broc comme s'il buvoit un verre.* haec deinde adnotavit: » *Je lis* γαθευν, » *dorique ou éolique, pour* γαθην *que je trouve dans mes ma-* » *nuſcrits. Enſuite je lis* τὺ, *toi, pour* τὸ, *avec les mêmes;* » *&* βικον, *pour* βίον, *avec Adam. Mais je ne ſuis ces leçons* » *que pour avoir un ſens, & ne pas laiſſer ce paſſage ſans le*

»traduire. Du reſte, je ne tiens pas au ſens que j'ai pris; f
»le texte eſt trop altéré. Il faut de meilleurs textes pour le
»rétablir. «

Parum opis, aut (rectius ut dicam) nihil nobis codices noſtri hoc loco praeſtiterunt. Epitomator & iſta verba, & proxime ſequentem Epicharmi eclogam totam praetermiſit. Membranae *A.* nihil a vulgata ſcriptura discedunt, niſi in leviusculis quae ſub contextu indicavimus. *Primus verſus*, voce ὅδε poſt ἔστηχ' cum Dalec. & Purſano in ὧδε mutatà, ſic ſatis bene conſtitutus videbatur:

Ἀλλ' ἄλλος ὅδ' ἔστηχ' ὧδε τοῦδε κατὰ πόδας.

In *ſecundo*,

τὸν ῥᾳδινῶς λαφῇ τυ καὶ τοίνυν γα θὴν,

nec verba nec ſententiam me potuiſſe expedire, ultro profiteor: & ſatis iam profeſſus ſum, cum verſionem adiicere non ſim auſus. Nihil promovet ῥᾳδειν ῶς, quod eſt in ms. *A.* & penultimam longam ne patitur quidem metri ratio, quod iambici generis eſſe adparet: nomen vero ῥᾳδινὸς penultimam brevem habet cum apud Homerum, Iliad. Ψ. 583. tum apud Theocr. X. 24. & XI. 45. Nec vero negandum, eisdem in locis primam etiam ſyllabam ῥᾳ pariter brevem uſurpari; quam hîc quidem longam deſiderabat metrum. Sed videtur tamen produci etiam potuiſſe eadem ſyllaba, praeſertim cum a voce ῥεῖα, *facile*, vel ῥᾷον, *facilius*, derivetur, ut docent Scholiaſtes Theocr. ad XI. 45. & auctor Etymologici, p. 702, 15. Quare ei vocalem iota ſubſcriptum. Valet autem ῥᾳδινὸς idem ac λεπτὸς, ἰσχνὸς, ἐπιμήκης, εὐκίνητος, ut docent & ſcholia Homer. & Theocr. & Heſychius. Quarum notionum quaenam potiſſimum hîc habeat locum, cum reliqua non intelligam, definire non auſim. Si *paraſitum* poëta ῥᾳδινὸν diceret, id eſt, *macilentum* & *famelicum*; haud incommodum foret epitheton. Vulgatum λαφῇ, ad quamcumque originem referas, iota ſubſcriptum habere debuiſſe videtur. Poſſis autem ſive ad λάπτειν referre, pro quo etiam in medio genere λάπτεσθαι uſurpatur, (vide Heſych. in Λάφαι, λάφων, λάφοι, & λάφονται) quod & *lambere* & *copioſe bibere* vertitur, unde ἄμυστιν ἐξέλαφα apud Ariſtoph. in Acharn. 1229. ſive ad λαμβάνω, unde λαφῇ dorice, pro vulgato λήψῃ, apud Theocr. I. 4. In *fine eiusdem verſ.* 2. non coniunctim γαθὴν ſcriptum volueram, ſed γα θὴν vel γά θην: eſt enim

f θην, ſicut γα, ſatis nota in Dorum idiomate particula. Fuit cum ſuſpicarer, καὶ τοί νυ γά θην εὔωνον ἀεὶ σῖτον, *& tibi quidem ſemper vili pretio conflat cibus:* ut τὸ σῖτον, in neutro genere poſitum, idem valeret ac τὸ σιτίον, vel τὰ σιτία. Sed in iſtis tenebris quis certi quidquam definiat? In *quarto* quidem *verſu* non dubitandum duxi, quin pro τὸν βίον, quod cum editis tenent membranae, βίκον cum ADAMO corrigerem. Nam ſi vel maxime ſuſpicari ſubiiſſet, πίνειν pro compoſito καταπίνειν eſſe accipiendum, ut πίνειν τὸν βίον valeret *bona ſua devorare, abligurire;* in *paraſitum* id non convenit, qui olim quidem fortaſſe *ſua* bona abligurivit, at nunc *aliena* devorat. Lepide vero & perquam commode in bibacem paraſitum dictum videtur τὸν βίκον πίνει ὥσπερ ἄμυστιν κύλικα, *dolium ebibit veluti calicem qui uno hauſtu evacuatur.*

Αὐτὸν δὲ ποιεῖ τὸν παράσιτον λέγοντα τοιάδε. Percommode ſic editum: ſed invitis (ut ſub contextu etiam adnotavi) vetuſtis membranis. Et, verum ſi quaeris, debetur ea ſcriptura tacitae *Caſauboni* emendationi: nam in ed. Ven. & Baſ. mendoſe ſic ſcriptum, δ' αὐτὸν ποιεῖ τὸν παρ. quod ex eo corruptum eſt, quod dabant membranae, Δι' αὐτὸν ποιεῖ τὸν παρ. λεγ. Ubi recte habet δι' αὐτὸν, *ipſum per ſe, ſuo nomine:* ſed deſiderabatur utique coniunctio, a Caſaubono opportune ſuppleta. Quare ſic reſcriptum velim, Δι' αὐτὸν δὲ ποιεῖ &c. niſi ante iſta verba quidpiam intercidit, v. c. Εἶτα (aut Ἔπειτα) δι' αὐτὸν, aut aliquid ſimile.

Corrigendis ſequentibus *EPICHARMI verſibus*, in quibus ingenium ſuum moresque ipſe deſcribit *paraſitus*, poſt CASAUBONUM operam ſuam certatim contulerunt GROTIUS in Excerp. pag. 471 ſq. *Samuel* PETITUS, Miſcellan. VI. 3. & *Adrian.* HERINGA, Obſervation. Criticar. cap. 32. cuius viri (quem poſtremo nominavi) operam merito laudans HARLESIUS ad Fabric. Bibl. Graec. (Vol. II. pag. 440. edit. noviſſ.) minus diligenter ipſe Athenaeum inſpexerat, cum ait, oculorum errore factum eſſe ut *EPICHARMO* fragmentum hoc tribueret *Heringa*, cum *Alexidis* eſſet. Immo vero, Alexidis teſtimonium de Paraſitis deinde demum pag. 237. b. adfertur: hi autem verſus, haud ſecus ac ſuperiores, *Epicharmi* ſunt.

Verſ. 1. Συνδειπνέω τῷ λῶντι. Sic tacite correxit Caſaubonus; cum & editiones ſuperiores & membranae

Συνδειπνέων darent: quod quamquam defendi fortaſſe ſ utcumque poſſit, lubens tamen iſtud tenui, quod multo commodius eſſe videbatur. *Secundus verſus* in ed. Ven. & Baſ. ſic monſtroſe ſcriptus erat:

καὶ τῷ γαμηλιῶντι τῷ γακωυδενδεν * καλεῖν.

Eodemque modo in membranis ſcribitur, niſi quod abeſt corruptelae ſignum, a primo Editore adiectum, poſt γακω vero interpungitur oratio. Cuius verſus poſtrema verba ex ingenio corrigens CASAUBONUS, ſic edidit:

καὶ τῷ γαμηλιῶντι τῷ γα κ' οὐδὲν δεῖ καλεῖν.

Quem perinde mireris, cum quod manifeſte mendoſas voces τῷ γα in medio verſus reliquerit, tum quod in Animadverſionibus plane nihil ad hunc verſum adnotarit, contentus generatim initio dixiſſe: »Mendas codicum vul»gatorum, immo vero etiam msstorum, omnes abſter»gere nullo dum ſtudio potuimus, partem certe ſuſtuli»mus indubitatis, niſi fallimur, coniecturis.« — At, qui ipſe profitetur ſe codicum mendas ex *coniecturâ* correxiſſe, quae coniectura *fallere poſſit;* is codicum ſcripturam non debebat celare lectorem, ſed in ora aut in Animadverſionibus adponere. Nec vero invitus tenui doctiſſimi viri emendationem poſtremis verbis adlatam, in qua & Grotius & Petitus adquieverunt, κ' οὐδὲν δεῖ καλεῖν: quamquam magis placet, & receptum malim quod HERINGA propoſuit, κοὐδὲ δεῖ καλεῖν: *ac ne opus eſt quidem ut quis me vocet.* Voculas aut vocum fragmenta τῷ γα, ex τῷ γαμηλ. per incogitantiam ſcribae temere reperita, merito abiicienda cenſuere viri docti, qui poſt Caſaubonum hanc eclogam tractarunt. In τῷ γαμηλιῶντι adquievere cum Caſaubono Grotius, cuius latinam eclogae verſionem Graecis verſibus ſubieci, & Heringa. At equidem aegre mihi temperavi, quin, ad ſententiam quidem quod ſpectat, PETITUM ſequerer, ſic corrigentem,

καὶ τῷ γα μὴ λῶντι, &c.

»Nihil enim, ait, hîc de nuptiis ac earum convivio: ſed »*paraſitorum* ingenium deſcribit, qui *vocati*, *invocati*, ſem»per alienum edunt cibum.« — Nihil ſane convenientius videtur, quam ut opponantur τῷ λῶντι & τῷ μὴ λῶντι. Et verbum γαμηλιάω, verum ſi quaeris, non modo ignorat ſermo Graecorum, ſed etiam reſpuit (ni fallor) analogia: vix enim aliquod ſimile in tota Graecae linguae penu reperias. Sed, quo verſui ſenario conſtet ratio, ſic

fuerit ſcribendum, quemadmodum in ſcholio indicavi,
καὶ τῷ γα μηδὲ λῶντι, κοὐδὲ δεῖ καλεῖν.

Verſ. 3. Τηνεὶ δὲ χαρίεις τ' εἰμί. Cum ad metrum, tum ad ſententiam aptum erat Τηνικάδε, quod dabant editi. Sed non videtur ea vox Doribus fuiſſe in uſu. Et aliud dabant membranae, Τηνίδε vel Τηνὶ δὲ: in quo haud dubie latebat Doricum Τηνεὶ δὲ, *Ibi vero.*

a *Verſ.* 5. »Quintum ita exhibent omnes libri,
»καὶ κατισάντιον * ληπήνω λέγει.
»Lege, ſervatis iisdem literis omnibus, ultimâ exceptâ,
»κ' αἴκα τις ἀντίον λῇ τήνῳ λέγεν.
»*Si quis contradicere illi*, cui iſte paraſitatur, *velit.* Egre»gia emendatio. Sed pro λῇ Dorico metrum poſtulat θέλῃ.« CASAUBONUS. — At non placet, commune θέλῃ Dorico λῇ ſubſtitui. Multo probabiliori ratione metro conſuluit GROTIUS, τὶ ante λῇ inſerens: quem ſecutus ſum cum Heringa In fine verſus, λέγειν tenui cum eodem Grotio: nam & iſtâ infinitivi formâ uti licuit (ni fallor) Doribus: caeterum lubens patiar, ſi quis cum Caſaub. & Heringa λέγεν praetulerit. Ne cui de reliqua metri ratione oboriatur aliqua dubitatio, meminerit in Dorica particula κα vocalem α longam eſſe, ut apud Theocr. I. 4 ſq. & ſic conſtanter.

Verſ. 6. »*Sextus:*
»τήνῳ κυδάζομαί τε κάπω νηχθόμεν.
»Sententia & verſus ſtabunt per hanc lectionem,
»κείνῳ κυδάζομαί τε καὶ ποτέχθομαι.
»*Illi ego maledico, & inimicor.*« CASAUBONUS. — Recte vero Doricum τήνῳ tenuit GROTIUS & alii, idem valens ac commune κείνῳ. Sed καὶ ποτέχθομαι (i. e. προσέχθομαι, ἀπέχθομαι, ἀπεχθάνομαι) adoptavit idem GROTIUS: nec nobis certius quidpiam occurrebat. In ms. *A.* tamen non κάπω νεχθόμαν ſcribitur, ut perperam in ſcholio noſtro expreſſum, ſed κάπω νηχθόμαν; in quo videant acutiores an lateat aliud quid. Propius fortaſſe ad verum acceſſit HERINGA, κἀγὼν ἔχθιμον corrigens, ἔχθιμον adverbialiter ſumens, totumque verſum ſic vertens: *illum conviciis inceſſo & ego odioſis.* Dalecampius: *illum inceſſo conviciis, illi oppedo:* quem ſuo more in refingendis Graecis ſecutus PURSANUS, ἀποπέρδομαι correxit.

Verſ. 8. λύχνον δ' οὐχ ὁ παῖς. Temere δ' οὐκ ὁ παῖς ed. Baſ. & Caſ.

Verſ. 9 *ſq.* »Nonus [cum decimo:]
»Ἕρπω δ' ὀλισθάζων τε καὶ κατάσκοτος.
»Ἔραιον αἴκα δ' ἐντύχω τοῖς περιπόλοις.
» Lego, ὀλισθάζων καὶ κατὰ σκότος ἔραμον. Do» ricum eſt ἕρπω pro *ingredior*, ut dictum eſt libro primo. » [ad pag. 28. a.] *Ego*, inquit, *ambulo nutans & labans* »*per tenebras infrequentes ac deſertas*: vel, ἔραμος, *ſolus*.« CASAUB. — De iſto uſu verbi ἕρπειν monuere etiam Portus in Lexic. Dorico, & Maittaire de Dial. pag. 265. provocantes ad Theocr. I. 105 ſq. ἔραμος recte praetulit Grotius: & haud obſcure latebat hoc in ἔρμος, quod eſt in ms. *A.* κατάσκοτος tenui cum eodem Grotio, vocabulum ſimiliter compoſitum atque κατάσκιος & id genus alia. ὀλισθάζων, idem valens ac ὀλισθαίνων, a Caſaubono cum Heringa accepi. Notaverat H. Stephanus in Indice Theſ. »Ὀλισθάζων affertur pro *labens*: ſed ἀμαρτύρως.« Hic puto fons fuerit, unde duxerit aliquis Lexicographus, Stephano ſuperior.

Verſ. 10 *ſqq.* — αἴκα δ' ἐντύχω τοῖς περιπόλοις
τούτοις ἀγαθὸν ἐπιλέγω τοῖς θεοῖς, ὅτι
οὐ λῶντι παίων, ἀλλὰ μαστιγῶν τί με.

» Decimum & ſequentes duos verſus ita legit Dalecampius:

» — αἴκα δ' ἐντύχω τοῖς περιπόλοις
»τούτοις, ἀγαθὸν ἐπιλέγω τοῖς θεοῖς, ὅτι
»οὐ λῶντι παῖεν, ἀλλὰ μαστιγῶντί με.

» Et, ἀγαθὸν ἐπιλέγω τοῖς θεοῖς, ſumit pro, χάριν ὁμο» λογῶ τοῖς θεοῖς: ut dicat paraſitus, *ſe* [*Diis*] *gratias* »*agere, ſi nocturni circitores, contenti flagellatione, gravius ſe* »*non laedant.* Ingenioſa plane interpretatio: nec video » qui poſſit commodius exponi iſta ſcriptura. Sed profe» cto mendae veram ſententiam obtegunt; quae huius» modi potius videtur fuiſſe: *Si in vigiles nocturnos inci*» *dam, his ego* ἀγαθόν τι λέγω, id eſt, *dico dicta quaedam* »*de melioribus; atque ita illos mihi concilio, ut inoffenſus ab* »*iis diſcedam.* Sententiam, opinor, aut corpore toto, aut » ſaltem laciniâ tenemus: verba ipſa prehendere non qui» mus: aliis fortaſſe leporem excitaverimus.« CASAUBONUS. — Nihil medelae offerebant membranae: quae priora verba magis etiam corrupta ſic exhibent, εκκαδεν τύχω. Emendationes HERINGAE, quas in verſione ſecutus ſum, ſub contextu indicavi. GROTIUS ſuos verſus lati-

ne sic reddidit :

— Tum, si forte in vigiles incidam,
bona verba facio tamquam Dis, ut mavelint
me flagris exercere, quam contundere.

b *Verss.* 13 *sqq.* » Reliqui versus sic eduntur :

» Ἐπιδέχεικο * οἴκαδ' εἰς καταφθερεῖ
» ἄτρωτος εὖδω, καὶ τὰ μὲν πρῶτα οὐκοῦ
» ἂς καμῶν * ἄκρατος οἶνος ἀμφέπῃ φρένας.

» Censemus emendandum :

» Ἐπεὶ δὲ χ' ἵκον οἴκαδ', εἰς τὰς διφθέρας
» ἄτρωτος εὖδω· καὶ τὰ [μὲν] πρῶτ' οὐ κοῶ
» ὕκκα μευ ἄκρατος οἶνος ἀμφέπῃ φρένας.

» *Postquam vero salvus domum veni, super stratas pelles dor-*
» *mio : atque ubi primum mentem occupavit merum, nihil au-*
» *dio.* Olim pro *lecto* erant *pelles lanatae* in angulo cubicu-
» li stratae : unde Romanum *dormio*, a δέρμα. Postea, in-
» ventis lectis, culcitis, & vestibus stragulis, pauperibus
» relictae sunt pelles. οὐ κοῶ, valet, *nihil intelligo, omnium*
» *rerum curam pono.* κοεῖν, dorice, pro αἰσθάνεσθαι & νοεῖν. « CASAUBONUS. — Non ἐπιδέχεικο, ut est in ed. Cas. 1. & in Casauboni Animadv. nec ἐπιδέχεικ', ut est in ed. Cas. 2. & 3. sed ἐπιδεχεικω scribitur in ed. Ven. & Bas. & sic etiam in membr. *A*. Quo plane continebatur id quod edidimus, ἐπεὶ δὲ χ' ἵκω. Pro quo GROTIUS, ἐπεὶ δέ γ' ἵκον : TOUPIUS vero (ad Theocr. p. 406.) ἐπεὶ δ' ἵκανον. Tum vero nec οἴκαδ', ut mendose in ed. Cas. 1. 2. 3. & in Casauboni Animadv. scriptum, sed οἴκαδ' habent eaedem editiones veteres cum membranis. Deinde non καταφθερεῖ, ut in Casauboni Animadv. temere scribitur, sed καταφθερεῖς habent editiones omnes cum membranis. Ibi igitur emendationem Casauboni, εἰς τὰς διφθέρας, adoptavit GROTIUS, tresque illos postremos versus sic convertit :

Ita domum ut ventum est nil mutilato corpore
in pelles sternor, initio non dormiens,
donec meri vis omnem sensum extinxerit.

Equidem non dubitandum duxi, quin in corrupta vetere scriptura, οἴκαδ' εἰς καταφθερεῖς, lateret οἴκαδες καταφθαρεὶς, quemadmodum correxit HERINGA, Observ. cap. 32. pag. 300. suffragante Koenio ad Corinthum de Dialect. pag. 106. & Toupio ad Theocr. pag. 406. Nisi fortasse etiam καταφθερεὶς, pro communi καταφθαρεὶς,

dicere licuit Doribus. οἰκαδ'ες pro οἰκαδε dicere solitos b Dores adnotavit Corinthus l. c. *Versu* 14. vocem ἄτρωτος cum Grotio tenens Heringa, per ellipsin particulae ὡς interpretatus est, *tamquam nil passus dormio*. Commodissime vero, &, ut mihi quidem persuaseram, verissime VALCKENARIUS (apud Koenium l. c.) ἄστρωτος correxit; ut suam paupertatem professus miser ille parasitus dicat, *domi sine stragulis humi se cubare*. Eamdemque ipsam scripturam ἀστρωτος, quam Toupius etiam l. c. adoptavit, plane nobis dederunt optimae nostrae membranae. Posteriora eiusdem versus verba nihil difficultatis habent. Pro πρῶτ' οὐ, suo more, plene πρῶτα οὐ scripsit membranarum nostrarum exarator. Vocula μὲν in Casauboni Animadv. ed. 1. temere omissa erat per operarum errorem: in contextu quidem agnoscunt eam editiones omnes cum membranis. Ad verba τὰ μὲν πρῶτ' οὐ κοῶ, *& statim non sentio*, facile ex superioribus subintelligitur ἐμὲ μαστιγωθέντα καὶ καταφθαρέντα, *me verberibus male mulcatum ac paene perditum*: nec opus est ut cum Heringa τά μευ τρῶτ' corrigamus, quod ille latine *mea vulnera* reddidit, quasi esset τά μευ (i. e. ἐμοῦ) τρώματα. Et, τρώματα quidem idem ac τραύματα valere, satis certum est, & diserte adnotavit Hesychius: at est ea vox Ionica magis, quam Dorica: & non video quo pacto statuere possemus τρῶτα pro τρώματα esse positum. Posses utcumque, si opus esset, τά μευ τρῶτ' accipere pro τὰ ἐμοῦ (scil. μέλη) τρωτὰ, *membra mea vulnerata*. At suspicari subit, quod fortasse verissimum fuerit, illud τρῶτ' apud *Heringam* non ipsius docti viri consilio sic scriptum esse, sed operarum errore pro πρῶτ' irrepsisse. *Postremum versum* postquam sic constituit GROTIUS:

ἕως κά μοι ἄκρατος ἀμφέπῃ φρένας.

adnotavit idem: »Puto veram hanc emendationem. Saepe reperies οἶνος ex interpretamento additum versui su»peresse, ubi ἄκρατος praecedit.« — At, quandoquidem κα particula, (ut paulo ante ad vers. 5. monuimus) vocalem α longam habet, μοι vero ob sequentem vocalem corripitur, videtur imprudenti summo Viro excidisse versus ille, in secunda sede pro iambo trochaeum habens, cui pedi in iambico senario locus prorsus nullus erat. HERINGA, sic scribens,

ὄκα μῶν ἄκρατος οἶνος &c.

b metro quidem recte consuluit: at, quam posuit ille particulam μῶν, vereor ne eam Dorismus non agnoscat, Atticis quippe propriam: tum quod eamdem *nempe* interpretatur, (*quamdiu nempe merum praecordia obsidet:*) tribuit ei vim, quam nullibi aliâs ei inesse comperies. Non enim aliam, nisi interrogandi vim habet vocula μῶν: in cuius interpretatione quod cum apud Hesychium, tum apud Suidam, ἄρα acuto accentu scribitur, id, si attendere volueris, librariorum vel editorum errore factum esse intelliges, cum ἆρα circumflexâ penultimâ scriptum oportuisset. Quo magis probavi Koenii Toupiique sententiam, ἆς κα corrigentium. Valet scilicet ἆς idem ac ἕως, μέχρις οὗ, auctore Hesychio. Fuisseque eam particulam ista notione apud Dores in usu, ostendit Pindari versus, Olymp. X. 61. aliaque exempla a doctissimo *Koenio* ad Corinth. pag. 81. prolata. Confer *Toup* ad Theocr. p. 406. & in Appendicula Notar. ad Theocr. p. 2. At, cum καμὼν communi consensu editi libri & membranae exhiberent, de posteriori parte huius vocis quid faciendum esset, dubitari merito poterat. Koenius sic corrigebat:

ἆς κα μεῦ ἄκρατος οἶνος ἀμφέπῃ φρένας:

commode, ut φρένας μευ esset *mentem meam*. Toupio placebat,

ἆς κα μ' ἄκρατος οἶνος &c.

ut οἶνος ἀμφέπῃ με φρένας simili verborum constructione dictum esset, atque illud Homericum, τί δέ σε φρένας ἶκετο πένθος; Iliad. α'. 362. & id genus alia; quae tamen mihi videbantur epico magis carmini convenire, quam comici dramatis orationi. Quare commodissime me facturum putavi, si ἆς κα μοι scriberem. Verumtamen advertere animum critici lectoris debebat ipsa illa vox καμὼν, quam hîc dabant libri. Itaque Heringa, propositis eis emendationibus, quas supra commemoravi, monuit, duos postremos versus etiam in hunc modum posse constitui:

ἄτρυτος εὕδω, καὶ τὰ μὲν πρῶτ' οὐ κρῶ
καμὼν, ἄκρατος δ' οἶνος ἀμφέπει φρένας.

Id est:

Indefesse dormio, nec primo sentio
aegrum me esse, vinum enim praecordia obsidet.

Qua ratione peropportune quidem servata vox καμὼν fuerit: sed, ut alia taceam incommoda, expulsa erit prae-

cedens vocula ὡς, quae non de nihilo hic posita videri debebat. Equidem sic mihi persuaseram: vocem καμὸν olim pro scholio sive marginali sive interlineari fuisse adiectam, tamquam subintelligendam ad verba οὐ κοῶ, eâ sententiâ quam perspecte Heringa expressit; eamdem vero vocem deinde ab imperito librario, cuius iam multa similia errata observavimus, pro voculis κα μοι temere in contextu esse repositam.

AD CAP. XXIX.

Diphili testimonium nihil habet difficultatis: & sine ulla discrepantia exhibetur in libris, excepta ea quam ad *vers.* 5. adnotavi; ubi recte ex vetustis membranis σφο- c δρὸς (adiectivum, non adverbium) editum est, quemadmodum deinde πλάγιος καὶ λεπτός. Quod ait (*vers.* 2 *sq.*) οὐ καταοῶ τὰ τρίγλυφ' &c. id respectum habet ad ea quae lib. V. p. 179. a. b. ex Homero & ex Aristophane prolata vidimus. Graecis versibus subieci Grotii versionem ex Excerpt. pag. 798. excepto versu postremo: quem ille, cum pro vulgato,

ὅτι τοῦτό μοι τὸ δεῖπνον ἀλλ' οὐδ' αἷμ' ἔχει,

sic scripsisset,

ὅτι τοῦτό μοι τὸ δεῖπνον ἀλιδινῶς ἔχει,

latine in hunc modum convertit:

coenam illam nobis nauseae plenam fore.

Quo pertinet eiusdem viri adnotatio, cum ait: »Mihi »videtur is, qui loquitur, *fumum culinae* vento compa- »rare; qui si sit languidus, solet navigantibus signum es- »se futurae *nauseae.*« — Nec vero video, quid induxerit praestantissimum virum, ut a librorum discederet scriptura, quae optime habebat: *Coenam sine sanguine*, tenuem dicit poëta, minimeque lautam; scilicet, ad quam ornandam nullae fuissent victimae caesae: eamdem Plautus *terrestrem* nominavit, in Captiv. I. 2, 80. ubi adnotarunt viri docti, *coenam sine sanguine* imitatione Graeca dixisse Horatium: locum quidem, ubi ea dictione usus sit Venusinus poëta, non indicarunt; nec mihi locus in promtu est. Haud absimilis vero est illa Graeca dictio, ἀκαπνος θυσία, de qua vide ad lib. I. pag. 8. e. Nescio an verborum structura Grotium turbaverit, quae paulo insolentior poterat videri: nempe naturalis verborum series haec

erat, ὅτι, ἀλλὰ τοῦτό μοι τὸ δεῖπν. &c. qua fere ratione dictum est illud in Epicteti Enchirid. cap. 4 extr. πρόχειρον ἔσται, ὅτι, ἀλλ' οὐ τοῦτο ἤθελον μόνον &c. ubi particulam ἀλλὰ plerique editores temere omiserunt. Ad eumdem versum adnotavit idem *Grotius*: »δεῖπνον pro δεινὸν »SCALIGER emendavit.« — At δεῖπνον habent libri omnes. Quare inverse scribere voluisse Grotius videtur, δεινὸν pro δεῖπνον emendasse Scaligerum, nempe in Notis msstis, quibus se usum esse professus est Grotius in praefatione Excerptorum. Sed tali quidem emendatione nihil opus fuisse adparet.

Ἦν δέ τις ἐν Τρώεσσι. Vide Iliad. ρ'. 575 sqq. *Ibid.* διὸ καὶ ποιεῖ αὐτὸν ὑπὸ Μενελάου τιτρωσκόμενον κατὰ τὴν γαστέρα, φησὶν ὁ Σκήψιος Δημήτριος &c. Cum prava distinctione orationis laborasset olim iste locus, de commodiore adhibenda distinctione monuit CASAUBONUS. Pro φησὶ δ' ὁ Σκηψ. quod erat editum, est φησὶν δ' ὁ Σκηψ. in ms. *A*. Verbum φησὶ vel φησὶν compendiose scriptum est in ms. *Ep.* dein vero pariter δ' ὁ Σκήψιος, interserta coniunctione; quam, utpote perincommode hic positam, abieci, praeeunte eodem CASAUBONO in Animadv. ubi simul haec adnotavit: »Observatum est a veteribus, non »temere apud poëtam inferri aut accipi vulnera: sed »convenienter anteactae vitae & meritis. *Podam* igitur, »ait auctor, *quia parasiticam exercuerat, ferit Menelaus in* »*ventre: sicut Pandaro, periurii reo, linguam abscindit Dio*»*medes.* In quinta Iliade habes de *Pandaro*. [Il. ε'. 292.] »De *Poda* sic Ἰλιαδ. ρ'. [578.]

»τὸν ῥα κατὰ ζωστῆρα βάλε ξανθὸς Μενέλαος.«

Quod κατὰ ζωστῆρα dixit poëta, id ipsum κατὰ γαστέρα interpretatur Demetrius. Scripturam Ποδῆς recte tenet ms. *Ep.* Πόδης penacute scribitur in *A*. Ad ὡς καὶ Πάνδαρον, adparet, ex communi referenda esse ista, τιτρωσκόμενον ποιεῖ. Omnia autem illa, ὡς καὶ Πανδαρ. usque γλώττης, intelligenda sunt veluti obiter dicta; ita ut pronomen αὐτὸν, in istis τιτρώσκει δ' αὐτὸν, ad *Poden* referatur. Praeter rationem Barnesius, Athenaei verba citans ad Iliad. ρ'. 577. ἑκάτερον pro αὐτὸν scribendum censuit. Nostri verba ob oculos habuerat Eustathius cum ea scriberet quae leguntur in Comment. ad Iliad. ρ'. p. 1160, 21 sqq.

AD CAP. XXX.

κόλακας ἐκάλουν, ἀφ' ὧν καὶ Εὔπολις τῷ δράματι ἐπιγραφὴν ἐποιήσατο, &c. »*Eupolidis Colaces* noti »ex omnibus antiquis: inter celeberrimas enim ea fabula. »*Verſus* inde allatos digerant in priſtinam metri legem qui »volent. Res non tam difficilis, quam incerta; maxime »propter trochaicorum & anapaeſticorum leges parum »ſeveras.« Casaubonus. — Quae paene ſoluta videbatur eſſe oratio, eam mira facilitate, nullo fere negotio, ad metri leges adſtrinxit divinum Grotii ingenium, in Excerpt. pag. 501. cuius rationem cum in Graecis, tum in Latina verſione, plurima ex parte ſecutus ſum. Eamdem lepidiſſimam eclogam ad idem metri genus redegit Hermannus, de Metris lib. III. pag. 388 ſq. non niſi in ſingulis nonnullis verbis discedens a Grotio, cuius verſus ne ob oculos quidem habuiſſe videtur. *Choriambicum*, ni fallor, hoc genus vocant Artis magiſtri: cuius artis, ubi a vulgatiſſimis verſuum pedumque generibus recedit, prorſus rudem me eſſe iam ſaepius profeſſus ſum. Caeterum rhythmus & harmonia in hisce ultro cuique in aures incidat neceſſe eſt, qui Graeca verba ſecundum ſyllabarum quarumque quantitatem pronunciare adſueverit. Eodem metro quo Graeca continentur, in latina verſione pro ſuo more uſus eſt Grotius; quare etiam in Notis ait: »Quod genus ſit verſuum, ex Latinis noſtris »facile intelliges.« — Nos, ſicut alibi in verſibus paulo longioribus fecimus, ne ob ſpatii anguſtias parum commodo ſubinde loco frangere verſum cogeremur, quemque Graecum verſum in duo iuſta hemiſtichia, e quibus manifeſte conſtat, diviſimus. Quo facto ſimul & oculorum & aurium gratiae conſultum putamus. Prius quodque hemiſtichium ſtatim tribus pedibus integris conſtat; primo, dactylo; duobus ſequentibus, trochaeis; tum vero unâ ſyllabâ abundante, quae ubique longa eſt. Alterum quodque hemiſtichium tres pedes habet, absque ſyllaba abundante: eorum pedum primus, dactylus eſt; alter trochaeus; tertius promiſcue vel ſpondeus vel trochaeus.

Verſ. 1. Pro ἢν ἔχουσιν, quod erat editum, metri cauſſa ἢν ἔχουσ' ſcripſere Grot. & Herm. Eodem vero modo, ἢν ἔχουσ', ſcriptum eſt etiam in utroque noſtro

e codice msto; licet in eisdem codicibus perſaepe aliàs plene ſcribatur vox, cuius extrema vocalis metri cauſſa elidenda erat. In fine eiusdem verſus, πρὸς ἡμᾶς mendoſe ſcribitur in ed. Caſ. Recte vero πρὸς ὑμᾶς in ed. Ven. & Baſ. & in msstis, quemadmodum correxere Grot. & Herm.

Verſ. 2. Tenui librorum ſcripturam,

ἑσμὲν ἅπαντες κομψοὶ:

quae quidem ſcriptura, quum ſecundum pedem poſterioris hemiſtichii pro trochaeo faciat ſpondeum, peccat utique contra legem, quae (ut paulo ante dictum) in hoc verſuum genere obtinere debet. Quare ſic correxit GROTIUS:

κομψοὶ ἅπαντες ἐσμέν.

At neſcio quo modo displicet illa verborum conſecutio, & aegre patiar verbum ἐσμὲν ſua ſede motum. Itaque, ſi conſtans & ſine exceptione rata eſſe lex illa debet, praetulerim HERMANNI rationem, ſic corrigentis,

ἐσμὲν ἅπαντα κομψοί.

Et hoc utique receptum velim. ἅπαντα, adverbialiter, *omnino, omni ex parte, omnibus in rebus.*

Verſ. 3. ἄνδρες· τοῖσι πρῶτα μὲν —

Rurſus, nimis fortaſſe timidus, a librorum ſcriptura non auſus ſum discedere, quae primum pedem ſpondeum pro dactylo facit. Longius quidem quam neceſſe erat, a librorum ſcriptura HERMANNUS receſſit, ἐνθάδε pro ἄνδρες ſcribens. Satis erat ἀνέρες, quod GROTIUS poſuit. Ac praeter neceſſitatem (ut mihi videbatur) idem GROTIUS τοῖσι πρῶτα, in οἷς τὰ πρῶτα mutavit. Scribe igitur,

ἀνέρες· τοῖσι πρῶτα μὲν —

Niſi fortaſſe ſpondeus, quem exhibent libri, pro dactylo valere adeoque teneri potuerit.

Verſ. 4. μικρὸν δέ τι κἀμὸν αὐτοῦ. »Non agnoſcit »iſta Epitomae auctor. Erant videlicet iam tum corru»pta. Quid ſi ſcribas? μικρὸν δέ τι καταλυμάτιόν που. »*Parvam domunculam* ſic vocat, ut ait Syracuſanus poë»ta, εἰλεὸν, οὐκ οἴκησιν.« CASAUBONUS. — Fieri poteſt, ut corrupta iſta putarit Epitomator: quae, ſi ille in exemplari ſuo κάμον (ſic) ſcriptum reperit, ut in edd. & in membr. *A.* ſcribitur, utique eâ parte fuerant corrupta. Quâ ſcripturâ etiam offenſus primus editor, *aſteriſcum* pro corruptelae ſigno ante κάμον poſuit. Nec vero ſem-

per, ubi quidpiam omisit Epitomator, eâ caussâ id fecit, e quod corruptum putaret: multa enim, suo arbitratu, non alia de caussa nisi quod brevitati studeret, praetermisit. GROTIUS, sic corrigens, μικρὸν δέ τι ἱκανὸν αὐτῷ, latine ista his verbis reddidit,

& cui perpusillulum sufficiat cibati.

Mirari vero subit eiusdem GROTII ad hunc locum Notam: »Haec verba postrema, inquit, ex coniectura addi»dimus, quia omnino aliquid ad implendum versum de»siderabatur. Ait, *puerum fortem a se conduci, qui pauxil»lulo victu contentus sit.*« — Sic loquitur, quasi in vetustis editionibus lacunâ laborasset versus; qui tamen ubique integer legebatur. Scilicet, quoniam omissum in Epitoma illud hemistichium dixerat Casaubonus, id ita interpretatus Grotius erat, ac si in nullo vetere codice illud ita, ut editum erat, fuisset repertum, sed ex primi editoris ingenio fuisset suppletum. At eadem prorsus verba in vetustis membranis *A.* eodem modo scripta leguntur: in quibus nihil mihi desiderari videbatur, nisi ut κἀμὸν, pro κἄμον, cum HERMANNO scriberemus. Quo posito, versum Grotianum in latina versione ad illam sententiam, utcumque potuimus, refinximus.

Vers. 6. οὖν μεταλαμβάνων ἀεὶ — f

Et manifeste desiderabatur aliquid initio huius versus, & commodissime lacunam explevit οὖν particula a GROTIO adiecta. Non ἐν (ut mendose sub contextu nostro scriptum) sed ἓν posuit HERMANN, mutatâ dein distinctione orationis sic scribens:

ἓν μεταλαμβάνων ἀεὶ, θάτερον ἐξελαύνω
εἰς ἀγοράν. ———

Quae ratio cum alia habere incommoda mihi visa erat, tum illud quod vix ferri in ista connexione possit verbum ἐξελαύνειν active sumtum: nam activâ notione nil aliud nisi *abigere, expellere* significat: neutraliter vero percommode intelligi poterat, *proripio me*, ac simpliciter etiam, *exeo, progredior.*

Vers. 7. ἐκεῖ δ' ἐπειδὰν κατίδω τιν' ἄνδρα. Sic recte GROT. & HERM. pro τιν' ἄνδρ', quod erat in editis & in ms. *Ep.* Recte quidem ἄνδρα scriptum in membr. *A.* sed pro τιν' ibidem corrupte τι οὖν.

Vers. 8. εὐθὺς περὶ τοῦτον εἰμί. Languidius erat, quod vulgo scribebatur, εἶμι, id est, *eo:* quod ipsum ver-

bum ne conſtrui quidem commode cum praepoſitione περὶ poterat. Perapte vero εἰμὶ ſcripſit GROTIUS: id eſt, *ſtatim hunc adgredior, hunc obſideo.* Germanice diceres: *Sogleich mach ich mich an dieſen.* Gallice, *auſſitôt je m'accroche à celui-là.* Commode etiam VILLEBRUNE: *vite je ſuis à ſes côtés.*

Verſ. 9. πλούταξ penacute ſcribitur in ms. *Ep.* ut in editis. πλοῦταξ vero, penultimâ circumflexâ, habet ms. *A.* ne id quidem male, ac fortaſſe etiam rectius.

Verſ. 11. ἐρχόμεσθ' cum GROT. & HERM. ſcripſi, pro vulgato ἐρχόμεθ'. Longa quippe deſiderabatur ſyllaba. Et in talibus facillime halucinantur librarii. *Ibid.* Pro ἄλλος, perperam ἄλλο ſcribitur in ms. *Ep.* & in eo verbo finem huic eclogae fecit Epitomator.

Verſ. 13. Pro vulgato εὐθὺς, metri cauſſa neceſſario εὐθέως ſcribendum fuit cum GROT. & HERM.

a *Verſ.* 14 *ſqq.* Quae verſibus iſtis continentur verba, ea ſic edita legebantur: οἶδα δ' Ἀκέστορα αὐτὸ τὸν στιγματίαν παθόντα. σκῶμμα γὰρ εἶπας ἔλεγεν. εἶτ' αὐτὸν ὁ παῖς Θύραζ' ἀγαγὼν ἔχοντα κλοιὸν παρέδωκεν Οἰνεῖ. Ibi adnotavit CASAUBONUS: »Narrat paraſitus »caſum *Aceſtoris*, alterius paraſiti. Verba σκῶμμα γὰρ εἶ»πας ἔλεγεν ſunt corrupta. *Dalecampius* ſcribit, σκῶμμα »γὰρ οὐδὲν εἶπας, ἔλεγεν. [Nempe ita latine vertit: *ri»diculi nihil dixiſti, inquit convivator.*] Firmant praeceden»tia, quibus dixit neceſſe eſſe, ut *dicta dicant, niſi foràs* »*velint proiici.* Nobis placeat ita potius ſcribere & inter»pretari, σκῶμμα γὰρ εἶπας ἔλεγεν. εἶτα &c. Firmant »item praecedentia: non enim *dicta dicenda* ſolum aiebat »ibi paraſitus; ſed etiam χαρίεντα, id eſt, *quae probentur* »*domino.* Ergo ita interpretare: *vix deſierat loqui, & ſcom»ma in aliquem iacere; & ſtatim correptus, ac boia collo im»poſita traditus eſt Oeneo.* Quis autem iſte? Puto fuiſſe »tum Athenis *Oeneum* quemdam notae ſaevitiae, vel com»mentarienſem, vel publicum ſervum, vel alio quo mu»nere fungentem. Quidvis denique fingam prius, quam »οἰνέα *cauponem* vertam cum Dalecampio.« — *Verſ.* 14. Vulgatum Ἀκέστορα tenuit Grotius. Equidem Ἀκέστορ' praetuli cum HERMANNO; ut ex dactylo trochaeus fieret, cuius generis ſunt alii omnes pedes in ſecunda ſede prioris hemiſtichii. *Verſ.* 15. Caſauboni emendatio, εἶπας ἔλεγεν, nec per ſe ſatis commendabilis vi-

debatur, & metro e diametro adversabatur. Praestabat a haud dubie id, quod GROTIO HERMANNOque placuerat:

σκῶμμα γὰρ οὔ πως ἔλεγεν· εἶτ' —

Ubi adnotavit GROTIUS: »Male erat εἴπας. *Electum* dicit »*Acestorem eo quod nihil lepidi dixisset* Considera praece»dentia.« — Cui correctioni insignem speciem conciliabat hoc, quod sola α litera in ω esset mutanda: quas duas literas iam saepe aliàs temere inter se permutatas a librariis observavimus. Sed hoc incommodi inerat, quod contra legem pes spondeus erat loco trochaei. Quare οὔ ποτ' praetuli, quod & ad metri rationem & ad sententiam aptum erat, *nihil umquam lepidi dicebat.* Iam manebat quidem tertius pes tribrachys, ἔλεγεν, eâ sede quam aliàs constanter trochaeus occupat. At, tribrachyn suâ quantitate ac morâ trochaeo parem esse, adeoque cum eo citra incommodum permutari posse, satis notum est. Nec vero dissimulare debeo, in vetustis membranis *A.* non ἔλεγεν scribi, sed ἔλεγες: quod quum speciem habeat interpretationis verbi vulgo praecedentis εἴπας, videndum est ne aliud ulcus hîc loci lateat. In fine *vers.* 15. pro vulgato Θύραζ', haud dubie Θύραζε absque apostropho scribendum fuit cum GROT. & HERM. *Versum* 16. in hunc modum constituit GROTIUS:

ἤγαγ' ἔχοντα κλοιόν· οὕτως παρέδωκεν Οἰνεῖ.

Adnotavitque »*Oeneum* sibi (quemadmodum Casaubono) »videri fuisse nobilem lorarium.« Id ipsum vero, quod vetustae nobis membranae dederunt, ingenio & coniecturâ praeceperat HERMANNUS:

ἐξαγαγὼν ἔχοντα κλοιὸν παρέδωκεν Οἰνεῖ.

AD CAP. XXXI.

Ἀραρὼς, ἐν Τμεναίῳ. Ad vulgatum, ἐν Μεναίῳ, perspecte CASAUBONUS monuerat: »Scribendum ἐν Τμε»ναίῳ. Unius ex poëtae huius fabulis index fuit Τμέναιος: »auctor Suidas in iis quae de *Ararote.* Idem Grammati»cus ex ea fabula quaedam laudat in Ἀναθεῖναι: ubi in»gens facinus ausi sunt homines imperiti. Sic ille: Ἀνα»θεῖναι καὶ ἐπαναθεῖναι, τὸ αὐτό. Ἀραρὼς Τμεναίῳ· Ὅπως »τε τὴν νύμφην, ἐὰν καιρὸς ᾖ, μεθέωρον ἐπὶ τὸ ζεῦγος ἀνα»θήσει συμφέρειν. Ineptulus aliquis, ignorans Ἀραρὼς no»men esse poëtae, superioribus versibus subiunxit ineptis-

»tiſſimam hanc notam: Ὅτι τὸ ἀραρῶς ἐπίῤῥημα, ἀντὶ »τοῦ πρεπόντως· ἀραρὼς δὲ ἁρμόσας.«

De *Iſchomacho*, qui in *ARAROTIS* verſibus commemo-b ratur, vide l. 8. a. *PLATONIS* verba, ex *Lachete* citata, haud longe ab initio illius Dialogi leguntur.

ALEXIDIS eclogam, *de duplici Paraſitorum genere*, in Excerptis ſuis poſuit GROTIUS pag. 573. Inde verſionem latinam duximus, & in Graecis verſibus *partes perſonarum* ſuis notis diſtinximus. Epitomator de tota ecloga nonniſi haec verba adpoſuit: Ἄλεξις δὲ δύο γένη εἶναι παρασίτων φησίν· ἓν μέν, τὸ κοινὸν καὶ κεκωμῳδημένον· ἕτερον δὲ, σατράπας παρασίτους καὶ στρατηγοὺς ἐπιφανεῖς, οὓς καὶ σεμνοπαρασίτους φησί.

Verſ. 3. οἱ μέλανες ἡμεῖς. *Paraſiti*, ut docet Pollux IV. 119. in ſcenam producebantur *veſte utentes nigra vel pulla.* Quo alluſit Cicero, cum Phormionem, Terentianum paraſitum, *nigrum* dixit, in Orat. pro A. Caecina, cap. 10. Qua de re iam olim monuit *Pet.* VICTORIUS, Var. Lect. VI. 23.

Verſ. 4 *ſqq.* »Verſus *quintus* & *ſeptimus*, quibus nobiles »paraſiti, quos poëta σεμνοπαρασίτους vocat, deſcribun»tur, mihi ſunt obſcuri, neque habentur in Vindelicianis »Excerptis.« CASAUBONUS. — Ad *quartum* verſum GROTIUS, quum eum poſt *octavum* reieciſſet, haec adnotavit: »hunc verſum huc retraxi. Eſt enim explicatio eorum »quae obſcurius erant dicta. Tum vero verſus hic eo lo»co male interrumpebat continuationem coepti ſermonis »de duobus generibus paraſitorum.« — *Sextus*, contra quod volueram, talis in noſtro exemplo repetitus eſt, qualis in ſuperioribus editionibus legebatur, integro pede longior. Reſcribe cum GROTIO:

ὑποκρινόμενον εὖ τοῖς βίοις, ὀῤῥῦς ἔχον

deletâ terminatione τα, quae poſtremae voci (neſcio quo caſu) etiam in vetuſtis membranis adhaeſerat; deletâque ſimul vocula γε, quam ne membranae quidem agnoſcunt. Caeterum nil mutant eaedem membranae. Quartum vero illum verſum, Σατράπας &c. etiam Epitomator in ſuo exemplari eodem incommodo loco poſitum repererat; ut quidem ex ipſo compendio, in quod ille totum hunc locum redegit, intelligi videtur. Nobis ad illuſtrandum difficilem locum nihil ſuccurrit, niſi Gallica interpretatio, quae in *Notulis msstis* a doctiſſimo Viro De-

LAPORTE DUTHEIL nobiscum communicatis continetur, his verbis: » *A. Je cherche quelle peut être l'autre eſpèce . . .* » *B. Eh! C'eſt celle des Paraſites Satrapes & Stratéges illu-* » *ſtres, celle du Paraſite-Auguſte, (comme l'appelle le ſot vul-* » *gaire) ſi bon hypocrite dans ſa vie, ſi bien fronçant ſes pe-* » *ſans ſourcils, ſi habile à culbuter (à manger) une fortune.* » *Connois-tu maintenant cette eſpèce & ce qui la caractériſe?* « *Quintum verſum, cum duobus ſequentibus*, in hunc modum interpretatus erat DALECAMPIUS:

Gravem aliquem paraſitum, accitum e vulgi medio, c
qui vitam cum auctoritate & modeſtia ſeveram aſſimulet,
cuius ſupercilia mille talenta pendant, ſurſum replicata.

Et ad iſta verba, *cuius ſupercilia &c.* haec adnotavit: » Ut » aſpectus rigidior ac magis tetricus & auſterus ſit. *Philo-* » *ſophos* innuit. «

Verſ. 8. Claudicat ille verſus, Νοεῖς τὸ γένος &c. Quem commodiſſime GROTIUS curavit, ſic ſcribens:

Νοεῖς τόδε γένος καὶ τὸ πρᾶγμα; —

Quam emendationem quum haud cunctanter adoptare conſtituiſſem, neſcio qui factum, ut vulgatum teneretur in noſtro exemplo.

Verſ. 13. οἱ δ' ἀλύομεν. Sic iam emendaverat GRO- d
TIUS; praeeunte (ut ipſe adnotavit) SCALIGERO in notulis msstis. De eadem adhibenda correctione monuit Palmerius in Exercit. pag. 503.

Verſ. 15. Ἀλλ' ἄν σ' ἐπαινῶ, μᾶλλον αἰτήσεις μ' ἔτι. Nil mutant membranae, niſi quod Ἀλλὰ absque apoſtropho ſcriptum habeant. Adnotavit CASAUBONUS: » Po- » ſtremum ita accipio. Duorum qui hîc loquuntur, alter » diſcipuli, alter doctoris perſonam ſuſtinet. Doctori pro- » miſſum de more fuerat minerval. Eidem ſciſcitanti, *An-* » *non bene doceret?* reſpondet diſcipulus, *Nolle ſe ipſum* » *laudare; ne laudatus occaſionem inde ſumat maiorem exigen-* » *di mercedem.* Sed ſcribi malim:

» Ἀλλ' ἄν σ' ἐπαινῶ γ', ἄλλο αἰτήσεις μ' ἔτι. «

Cuius emendationem adoptans GROTIUS, niſi quod γ' poſt ἐπαινῶ omiſit, poſtrema verba *in Notis* ſic interpretatus eſt: » *Iterum rogabis an bene dixeris, ut iterum laudem.* « — Quod apud eumdem Grotium in Graeco contextu eadem verba ſic ſcripta leguntur, ἄλλο μ' αἰτήσεις μ' ἔτι, operarum errore bis poſitum pronomen μ' eſt: in *Notis Grotii* verba illa in hunc modum repetuntur, ἄλλο μ' αἰ-

d τήσεις ἔτι. DUTHEIL, tenens adverbium μᾶλλον ad ἑταιρῶ relatum, & deinde αἰτήσεις μέ τι ſcribendum proponens, ſic interpretabatur: »*Mais ſi je te loue davantage, tu* »*voudras peutêtre que je te paye* (pour ta bonne leçon.) *Tu* »*me demanderas quelque choſe.*«

AD CAP. XXXII.

In *TIMOCLIS* ecloga ex *Dracontio*, *verſ.* 2 *ſq.*

— — ἥκιστα· οὐδὲν ἔστι γὰρ
ἐν τοῖς τοιούτοις χρησιμώτερον γένος.

»Scribendum autumo ἐν τοῖσιν οὖσι. *ex omnibus rebus.*« CASAUBONUS. — Illam emendationem, veluti unice veram, adoptavit GROTIUS in Excerpt. pag. 691. Mihi vero percommoda quidem, at minus neceſſaria viſa erat novatio. Potuit ſane illud, ἐν τοῖς τοιούτοις, ad aliquid referri, quod praeceſſiſſet, cum quo perapte hoc conveniebat. Veteres membranae nihil mutant. Epitomator vero nonniſi a ſexto verſu initium fecit huius eclogae. *Verſu* 2. pro ἥκιστα, GROTIUS ἥκιστον poſuit; quod »ob verſum« a ſe factum in Notis profeſſus eſt. Mihi hîc pariter teneri vulgatum poſſe videbatur: ſin minus, ἥκιστά γ' malebam.

Verſ. 4. εἰ δ' ἔστι τὸ φιλέταιρον. Articulum τὸ & metrum & ſententia & uſus loquendi deſiderabant. De quo recte CASAUBONUS monuerat: »Lege, Εἰ δ' ἔστι τὸ φι»λέταιρον ἔν τι τῶν καλῶν. Hoc eſt, *Si colere ſodalitatem,* »*res cenſeri honeſta debet.*« — Cui merito ſuffragatus eſt Grotius.

e *Verſ.* 8. δίκαια ταῦτα τῷ τρέφοντι νενομικώς. Nihil in iſta ſcriptura deſiderabatur, quam cum ed. Ven. & Baſ. tenent mssti: cuius ſententiam recte etiam Dalecampius expreſſerat: *Alenti ut hoc reddat, aequum eſſe iudicans.* Eamdemque ſcripturam Grotius tenuit. In CASAUBONI editione, conſilio-ne editoris, an caſu, factum ſit ut ταυτὰ ſcriberetur, neſcio. Illius ſcripturae haec ſententia eſt: *Idem rectum & idem pravum iudicat paraſitus, quod is qui eum alit.*

Ad *verſ.* 11 *ſq.* ubi ait, *quis Deus illam vitae ſortem improbet?* adnotavit DALECAMPIUS: »Diis enim ſacra »fiunt nullo eorum ſumptu.« — Confer vero p. 239. b. c.

Verſ. 13. Quod vulgo ſcribebatur, Ἵνα δὲ μὴ πολ-

λὰ &c. id non ferebat metrum; cui transpoſitis duabus voculis GROTIUS conſuluit, Ἵνα μὴ δὲ πολλὰ ſcribens: quem ſecutus ſum.

Verſ. 16 *ſqq.* »In fine huius ῥήσεως elegans & acutum f »eſt *paraſiti* dictum. Is enim poſtquam multa dixit *de no-* »*bilitate & praeſtantia ſuae artis*, poſtremum hoc, ſed »Achilleum, ut vult videri, argumentum profert in me- »dium:

»Γέρα γὰρ αὐτοῖς ταυτὰ τοῖς τ' Ὀλύμπια
»νικῶσι δίδοται χρηστότητος εἵνεκα,
»σίτησις· οὗ γὰρ μὴ τίθενται συμβολαὶ,
»Πρυτανεῖα ταῦτα πάντα προσαγορεύεται.

»Ineſt in hac argumentatione acumen ſophiſticum. *Vis* »*ſcire*, ait, *quanto in pretio ſint Paraſiti? Cogita, eundem* »*haberi honorem virtutis ergo paraſitis, qui habetur Olympio-* »*nicis:* τὴν σίτησιν nempe, & *victum de alieno.* Poterat ob- »iici, res diſſimiles confundi, & pro ſimilibus male poni: »quia paraſiti quidem in privatorum aedibus oſſum alie- »num rodant: at Olympionicae in Prytaneo cibum ca- »piant publicum. It iſte obviam, &, *in loco* ullum mo- »mentum eſſe, negat: nam & *vulgo illa omnia loca cenſe-* »*ri prytanea ac ſolita nominari, ubi convivari licet nullis col-* »*latis ſymbolis, & nullo ſuo ſumtu.* Vides acumen paraſi- »ti, vel potius elegantiſſimi poëtae lepores. Cum ait χρη- »στότητος ἕνεκα, alludit ad uſitatam formulam in Sena- »tusconſultis, quibus decernebatur bene de republica »meritis ἡ σίτησις. Semper enim ea verba addita, aut »ſimilia, ἀρετῆς ἕνεκα, vel εὐνοίας ἕνεκα τῆς εἰς τὸν δῆ- »μον. Sed hoc falſo ſumit iſte disputator ad Cleanthem, »tamquam confeſſum: quod nemo ei concedet. Nam in »hieronicis quidem verum eſt: at in paraſitis nequaquam. »Falſum eſt item quod ait, πρυτανεῖα ſolita appellari »*omnia illa convivia aut loca, ubi ſine ſumtu datur cibus.* »Debuit dicere, *ſuo iudicio eſſe dicenda etiam illa* πρυτα- »νεῖα. Aliter hunc locum interpretari non eſt: quem ne- »que eruditiſſimus Dalecampius aliter cepit. Non video, »quomodo colligatur hinc a doctiſſimis viris, πρυτανεῖα »fuiſſe dicta *alimenta quae publice praeſtabantur hieronicis.* »Numquam Graeci, quod ſciam, πρυτανεῖα nominant il- »las τροφὰς, ſed τὴν ἐν πρυτανείῳ σίτησιν. At *prytanea* »numero multitudinis forenſis vox eſt, qua ſignificaba- »tur Athenis pecunia ſolita in ſacro deponi a litigaturis.

f » Romani ſervarunt eum morem: & τὰ πρυτανεῖα, *ſa-*
» *cramentum* dixerunt, ut ait Varro. Interpres Ariſtopha-
» nis [ad Nub. 1134.] ſcribit, in Romano foro *ſportulas*
» appellari πρυτανεῖα Athenienſium. Etſi iure mireris cum
» ſummo viro hanc interpretationem; non tamen iure il-
» lam improbaveris. Sportulas intelligit, de quibus Iuſti-
» nianus in Codice, libro ſecundo, titulo *De Sportulis &*
» *ſumtibus in diverſis iudiciis faciendis*, & ſequente. Gene-
» ralis ea vox eſt, qua omnes denotantur ſumtus quos
» litigantes faciebant: peculiariter autem pecuniam iudi-
» cibus pedaneis dandam ita vocabant. Imperator in No-
» vella LXXXII. *ſportulas* interpretatur δικαστικὰ, ſive δι-
» καστικὰς δαπάνας: & modum earum definit ἀνὰ δύο
» μὲν χρυσοῦς παρ' ἑκατέρου μέρους ἐν τῇ προκατάρξει· ἀνὰ
» δύο δὲ ἐν τῷ πέρατι τῆς ὑποθέσεως. Quid erant aliud
» πρυτανεῖα Athenienſium, quam δικαστικαὶ δαπάναι?
» Nam etiam veteres Grammatici πρυτανεῖα interpretan-
» tur μισθὸν τῆς εἰσαγωγῆς τῆς δίκης: & certum eſt, pe-
» cuniam deponi ſolitam Athenis, fuiſſe iudicibus diviſam;
» quod docet clare illa apud Comicum in Nebulis disputa-
» tio de die ἔνῃ καὶ νέᾳ. Pollux, libro octavo: τὰ πρυτανεῖα
» ἐλάμβανον οἱ δικασταί. Hoc tantum fuit discrimen inter
» *ſportulas* & πρυτανεῖα: quod illae ſine circuitu daban-
» tur iudicibus pedaneis a litigantibus; haec publico prae-
» ſtabantur, ut inde ſumerent iudices.« CASAUBONUS.
— Iocoſe dictum nimis graviter diſcuſſit Vir optimus do-
ctiſſimusque, multumque extra oleas vagatus videri po-
teſt: adparet autem, disputata haec ab eo eſſe contra ne-
ſcio quem virum doctum, qui verba iſta perperam erat
interpretatus. *Verſu penult.* pro τίθενται συμβολαὶ, men-
doſe τίθενται σύμβολον habet ms. *Ep.* Locum hunc tra-
ctans BURETTE, in *Mémoires de l'Acad. des Inſcript.* T. I.
p. 276. duos *poſtremos verſus* vernaculo ſermone percom-
mode ſic reddidit: » *En effet, tous les lieux, où l'on fait*
» *bonne chere ſans payer ſon écot, ne ſont-ce pas autant de*
» *Prytanées?* «

AD CAP. XXXIII.

ANTIPHANIS, ex *Gemellis*, *verſum primum*, ſic, ut eum
edidimus,

a ὍΟρα γὰρ, παράσιτός ἐστιν, ἂν ὀρθῶς σκοπῇς,

communi consensu exhibent superiores editiones & uterque noster codex mstus. Peccat vero manifeste duobus modis contra metri leges; quibus satisfecit GROTIUS in Excerptis p. 607. γὰρ particulam *omittens*, & ην pro ἂν scribens. Unde legitimus prodibat senarius:

Ὅρα, παράσιτος ἔστιν, ἣν ὀρθῶς σκοπῇς.

Vers. 5. Pro vulgato ἔστι, recte idem ἔστιν posuit. *Vers.* 6. Teneri potuisse τούτων videtur, quod in τούτου idem GROTIUS mutavit. *Vers.* 9. ὀργὴν ἀνενεγκεῖν, quod ante nos editum erat, tenuit Grotius: nec repugnabat id metri legi, cum secundus pes anapaestus esset, tertius dactylus. Sed recipi a nobis debuit ὀργὴν ἐνεγκεῖν, quod dedit uterque codex mstus, *A.* & *Ep.*

Vers. 12. Praeter necessitatem εὐτρεπὲς in εὐπρεπὲς mutavit Grotius. Percommode habet δεῖπνον εὐτρεπὲς, *paratum convivium.* Conf. Hemsterh. ad Luciani Dial. Marin. X. c. 2. b

AD CAP. XXXIV.

Καὶ Ἀριστοφῶν &c. Perperam Ἀριστοφάνης ms. *Ep.* Quae duo nomina iam saepius permutata a librariis vidimus. Ἀριστοφῶν cum editis tuentur membranae *A.* recte. *Aristophanis* quidem fabulam *Medicum* nemo novit: *Aristophontis Medicus*, praeter Nostrum, laudatus etiam Stobaeo, Serm. VI. pag. 79. Fuit autem eiusdem nominis fabula etiam *Antiphanis*, laudata Nostro, IV. 175. a. & Stobaeo, Serm. XCVII. pag. 537. (al. 539.) *Aristophanem* tamen nescio quo sive consilio sive casu h. l. invexit VILLEBRUNE: *On lit dans le Medecin d'Aristophane.* Sunt autem versus ex *ARISTOPHONTIS Medico* hic prolati, trochaici tetrametri catalectici; quorum metrum nonnullis locis, ubi luxatum turbatumve erat, in ordinem redegit GROTIUS, in Excerpt. pag. 839. cuius rationem maxime secuti sumus. Longiores autem cum essent versus pro chartae nostrae mensura; eorum quemque, sicut alibi facere consuevimus, in duo hemistichia distribuimus.

Vers. 1. αὐτῷ cum editis tuentur mss. *A.* & *Ep.* Commodum autem foret αὐτός. *Volo ego ipse praedicere.*

Versus 3. cum haud dubie defectus esset, duas voces παρὰ νέων initio adiiciens GROTIUS, monuit in Notis: »Has duas voces addidi, ut hic versus caeteris respondeat

b » ret. Tale apud Plautum,

» *Nomen iuventus indidit ſcorto mihi.* «

— Optime vero. Similiter quidem etiam infra (lit. e. & f.) in Antiphanis ecloga dicit alius paraſitus, καὶ καλοῦσι μ' οἱ νεώτεροι διὰ ταῦτα σκηπτόν. Forte tamen h. l. παρὰ νέοις potius, quam παρὰ νέων, ſcripſerat poëta. Quod ait, ζωμὸς καλοῦμαι, confer infra pag. 242. e. Non vero initio illius verſus, ſed in medio, intercidiſſe aliquid ſuſpicatus erat IACOBS, in Animadv. ad Anthol. Vol. I. Part. II. pag. 163. ſic ſcribens:

Ζωμὸς. . . . . καλοῦμαι. δεῖ τιν' ἅρασθαι μέσον.

Quod ait μέσον ἅρασθαί τινα, proprie, *medium aliquem tollere*, id eſt, *medium corripere & ſublime ſublatum eiicere.* Pro quo GROTIUS *quadrupedem* poſuit, Terentianum *quadrupedem conſtringere* ſecutus. Infra (lit. e.) pro eodem, φέρειν τιν' ἅραντ' habes.

c *Verſ.* 4. τῶν παροινούντων, *inſultantium*: quod commode illis verbis reddidit GROTIUS, *inſolentiae ergo.* Sententia ſimilis ei, quam his verbis alius paraſitus apud Epicharmum expreſſerat, (ſupra, pag. 236. a.)

καΐκα τις ἀντίον τι λῇ τήνῳ λέγειν,
τήνῳ κυδάζομαί τε καὶ ποτέχθομαι.

Eiusdem verſus hemiſtichium poſterius in edd. ſic ſcriptum legebatur, νόμισον αὐτάργειόν μ' ὁρᾶν: quod CASAUBONUS in Animadv. interpretatus eſt: » *Puta te alium palaeſtritam Argivum* [in me] *videre.* « Simulque adnotavit: » *Luctae palmam* ſibi vindicabant *Argivi.* Dio» timus, poëta epigrammatarius: Ἀργείων ἀ πάλα, οὐ Λι» βύων. [vide Analecta Brunckii T. I. pag. 251. num. 5.] » Ficta vox eſt Αὐτάργειος ad exemplum philoſophorum, » qui dicunt αὐτοαγαθὸν, αὐτοαληθὲς, αὐτοζωὴ, & ſimi» lia. « — Id vero cum ad metrum non eſſet aptum, nudum nomen Ἀργεῖον GROTIUS poſuit, hoc modo:

νόμισον Ἀργεῖόν μ' ὁρᾶν.

Et *Argivos* quidem *luctatores* laudatos utique alibi quoque videas, veluti apud Theocr. XXIV. 109. Sed, receptâ illâ ſcripturâ, peribat omnis vis atque gratia, quae compoſito illi vocabulo Αὐτάργειος inerat; quod conſulto (ut Caſaubonus adnotavit) ita fictum ab auctore videri debebat, non temere a librariis invectum. At nimirum, quem ſcripturae nexum editores αὐτ interpretati ſunt, is in mſstis libris perinde ἀντ valere poterat. Quo mihi pro-

babilior visa est coniectura a doctissimo IACOBS, cum in c Animadv. ad Anthol. l. c. tum in *Notulis msstis* ad Athenaeum nobiscum communicatis, proposita:

νόμισον Ἀνταῖόν μ' ὁρᾶν.

Antaeum, Libyae regem, quamvis certamine victum ab Hercule, tamen *luctandi artis peritissimum* fuisse habitum satis constat. Confer, quem laudavit ibidem Iacobs, Salmasium ad Solin. pag. 205. & ipsum Solin. cap. 24. Nec vero idcirco spernam Grotii rationem: sed scripturam, quam hodie codices mssti (tam membranae *A.* quam *Ep.*) exhibent, ex duabus lectionibus, quarum altera alteri in antiquiore codice superscripta erat, confusam esse mihi persuasi. Fuerat in contextu Ἀνταῖον, inter lineas Ἀργεῖον: inde in eo codice, qui communis fons & Epitomae & veterum nostrarum membranarum fuit, imperite Ἀνταργεῖον factum.

Vers. 5. Cum προσβαίνειν πρὸς οἰκίαν δεῖ esset editum, adnotavit CASAUBONUS: »Positum est προσβαίνειν »loco τοῦ προσβάλλειν: nisi ita potius scribendum. »Refert hoc ad nocturnas iuvenum comessationes. *Estne*, »ait, *opus vi perrumpere in aliquam domum? aries sum.*« — Verbum προσβαίνειν idem saepe valet ac ἀναβαίνειν, *adscendere*: &, ubi de oppugnanda urbe agitur, sigillatim de iis usurpatur qui *per scalas in muros adscendunt*: de quo usu vide Lexicon Polybianum. Eâdem fere notione (ut ostendunt exempla ibidem a nobis collecta) usurpatur etiam προσβάλλειν, sed paulo maiorem vim hoc habet: atque etiam omnino valet *vi adoriri* urbem, castra, murum &c. adeoque hoc loco, ubi de perfringendo aedium ostio agitur, commodius videri debet. At nec προσβαίνειν, nec προσβάλλειν ferebat metri ratio: desiderabatur brevis syllaba secunda: quare commodissimum verissimumque videri debuit προσβαλεῖν, quod GROTIUS hic posuit. Cuius ipsius verbi haud obscura etiam vestigia in corrupta scriptura προσβάδην superstant, quam membranae *A.* exhibent, vocalibus η & ει, ut sexcenties aliâs, ob soni vicinitatem, & literis Δ & Λ ob similitudinem figurae, inter se permutatis. Codex quidem *Epit.* προσβαίνειν tenet.

Vers. 6. Quod κλιμάκων, pro κλιμάκιον, scribitur apud GROTIUM, id aut invito magno viro factum, aut imprudenti excidisse videtur. Offenderat quidem fortasse subtilissimum viri sensum in vulgata scriptura pes

c dactylus, qui primam in verſu trochaico ſedem occupaſſet. At πρὸς praepoſitio iſta notione, quae hic manifeſte obtinebat, cum genitivo caſu nullo modo conſtrui poterat: nec graece dici potuit ἀναβῆναι πρὸς κλιμάκων, *ſcalas aſcendere.* Ac fortaſſe ferendus dactylus ea in regione erat: forſan etiam corripi ſubinde prima ſyllaba in κλίμαξ potuit; ut primus pes eſſet tribrachys, qui ex omnium conſenſu pro trochaeo legitime poni poterat. Quorum ſi neutrum ferendum, κλίμακας ponendum erat, non κλιμάκων: ſic ſimul & metro & ſermonis uſui conſultum fuerat. Caeterum, quo de reliqua horum verſuum conſtitutione iudicare lector poſſit, monendus eſt, inde a *verſu quinto* quam maxime confuſe ſcriptos omnes in omnibus editionibus fuiſſe, in hunc modum:

Προσβαίνειν πρὸς οἰκίαν δεῖ; κριός. ἀναβῆναί τι πρὸς κλιμάκιον; Καπανεύς.

Ὑπομένειν πληγὰς, ἄκμων καὶ κονδύλους·

Πλάττειν δὲ τελαμών. τοὺς καλοὺς πειρᾷν, καπνός.

Ibi igitur in illis verbis, ὑπομένειν πληγὰς ἄκμων, ad ſententiam quidem nihil deſiderabatur. Poterant enim perinde ſive ita accipi, ἄκμων εἰμὶ ὑπομένειν (i. e. πρὸς τὸ vel κατὰ τὸ ὑπομένειν) πληγάς? *ad ſuſtinendos ictus incus ſum:* ſive in hunc modum, ὑπομένειν πληγὰς δεῖ? ἄκμων εἰμί. Sed ad metrum deeſſe nonnihil intelligens GROTIUS, duas voces ἐὰν δεῖ ex coniect. adiecit. Mihi, quoniam modo praeceſſerat verbum δεῖ, ſatis videbatur ἐὰν δὲ, ſubintellecto verbo δέῃ: nam ſi adiectum verbum velles, coniunctio ἐὰν ſubiunctivum poſtulabat; quem quidem utique hîc non admittebat metrum. Sed potuit apud poëtam longe etiam aliud verbum hoc loco olim legi, quod nemini hodie ex ingenio divinare datum ſit.

Quod deinde καὶ κονδύλους edebatur, coniuncta voluerat primus editor vocabula πληγὰς καὶ κονδύλους, *ad ferendos ictus & pugnos.* Itaque quum ſolum per ſe ſtaret verbum πλάττειν, ad iſta verba, πλάττειν δὲ τελαμὼν, ſic commentatus eſt CASAUBONUS: »Πλάττειν; τελα»μών. *Eſt-ne aliquid fingendum?* ego ſum *telamon.* Vide»tur artis figulinae vocabulum eſſe τελαμὼν, & inſtru»mentum aliquod ſignificare fingendis vaſis neceſſarium. »Erat & architectorum id verbum, ut Vitruvius indicat »lib. VI. cap. 10. ſed eâ ſignificatione nullum habet hîc »locum. Fortaſſe *Telamon* proprium eſt viri nomen do-

»losi & fingendis mendaciis apti. » — At quemadmodum c κονδύλους, *deletâ* καὶ particulâ, ad sequentia retulit GROTIUS: sic, quod ille ex ingenio & coniectura viderat, id ipsum nobis uterque noster codex mstus praeivit: alter (ms. *Ep.*) sic scribens, κονδύλους πλάττειν, τελαμών: alter vero (*ms. A.*) adiectâ δὲ particulâ, quam & editi tenebant, κονδύλους πλάττειν δὲ, τελαμών: neuter vero καὶ ante κονδύλους agnoscens. Idem vero GROTIUS, quum ei non placeret verbum πλάττειν cum κονδύλους constructum, κονδύλους πάσχειν δὲ scripsit; quod latine, *adversus alapas*, reddidit. At post id quod modo praecessit, ὑπομένειν πληγὰς, *ictus, plagas sustinere*, non frigide solum, sed admodum etiam languide adiectum hoc videri debebat, κονδύλους πάσχειν. Nec vero *Telamon*, qui ea occasione nominatur, is homo fuerat, cuius nomen veluti in proverbio usurpari debebat de homine qui *patienter alapas sibi infligi sineret*. Is est enim *Telamon*, qui fratrem Phocum vibrato in caput eius disco occidit, (vide Apollod. Biblioth. III. 12, 6. & Diodor. IV. 72.) & qui omnino ita valida manu ad incutiendas pugnis plagas fuisse perhibebatur, ut in proverbium etiam abierint οἱ Τελαμώνιοι κόνδυλοι: quos μεγάλους & χαλεπούς interpretatur Hesychius. Aliam non moror frigidam interpretationem, quae apud eumdem Hesychium adiicitur, Τελαμώνιοι κόνδυλοι· οἱ προσδεόμενοι τῶν τελαμώνων. Sed illa Hesychii glossa, quam absque adnotatione transmiserunt doctissimi Editores, haud dubie ad dictum aliquod spectabat apud nescio quem comicum poëtam occurrens simile huic dicto, quod ex Aristophonte Athenaeus hîc protulit. Quare ad sententiam utique rectius, ni fallor, nos interpretati sumus: *pugnos infligere, Telamon.* An vero e verbo πλάττειν elici haec sententia possit, ut *fingere*, vel *formare pugnos*, (id est, *digitos in pugnum constringere*) per antecedens pro consequente dictum intelligatur pro *pugnis aliquem contundere;* id quidem merito dubitare possis. Ingeniose sane CORAY, in *Notis mstis*, cum verba καὶ κονδύλους, quemadmodum in editis vulgo factum, ad superiora referret, (ut per se starent ista verba, πλάττειν δὲ τελαμὼν) sic corrigendum censuerat, πλήττειν δὲ, τελαμών: hac sententiâ: »*Est-ne opus* »*aliquem caedere? Ego sum lorum*: ut opponatur [inquit] »superiori ὑπομένειν πληγάς. Erat nimirum bonus homo

c » paratus ad omnia. Eadem oppositio infra: (lit. e.) τύ-
» πτεσθαι, μύδρος· τύπτειν, κεραυνός. « — Quae, ad summam quidem sententiae, perspectissime verissimeque a doctissimo Viro animadversa esse, nemo ibit inficias. Sed quoniam mssti libri docent, vocem κονδύλους, non ad superiora, sed ad haec quae sequuntur pertinere; nisi ipsum κονδύλους πλάττειν stare potest, expeditissima ratio medendi huic loco ea esse videtur, si levi mutatione κονδύλοις πλήττειν legamus, quo planissime id quod volumus fuerit expressum. Τελαμόνα vero *virum*, hoc quidem loco, cum *loro* utique nolim permutari.

Ad postrema eiusdem eclogae verba, τοὺς καλοὺς πειρᾶν, καπνός: monuit DALECAMPIUS ex *Petri* VICTORII Variar. Lect. XXI. 3. » Opinari mulierculas, *pulcherrimum* » *quemque fumum persequi.* « — Cui subscribens CASAUBONUS, ait: » Assentior *Petro Victorio* de explicatione huius » loci. Vulgo tamen Athenis Καπνοὶ appellabantur doson- » tes, & pollicitatores magni. Scholia Aristophanis: [ad » Aves, 823.] λέγεται ὅτι Θεαγένης μεγαλέμπορός τις ἐβού- » λετο εἶναι, περαίτης, (fortasse περιλαλητὴς) ἀλαζὼν, » ψευδόπλουτος. ἐκαλεῖτο δὲ Καπνὸς, ὅτι πολλὰ ὑπισχνού- » μενος, οὐδὲν ἐτέλει. « — Vide in Erasmi Adagiis p. 756. proverbium a COGNATO explicatum, *Fumus pulchriorem persequitur.* Idem proverbium etiamnum apud Gallos obtinere monuit VILLEBRUNE, hac formulâ, *La fumée cherche les beaux.*

Altera *ARISTOPHONTIS* ecloga, ex *Pythagorista* ducta, nihil difficultatis habet. Nil fere variant libri, nec ulla ex mssis medela desiderabatur. Latinam versionem, ut aliâs, ex GROTII Excerptis petii, pag. 840. Pro τὸ πειν̃ν, (*vers.* 1.) perperam τὸ πίνειν scriptum in ms. *Ep. Tithymallus* (*vs.* 2.) est proprium parasiti nomen, de quo vide pag. 240. e. f. De *Philippide* vide pag. 230. c. & ibi
d Not. *Vers.* 7 *sq.* ἐλαίῳ μήτε χρῆσθαι, μήθ' ὁρᾶν, κονιορτός. » *Homines squalidos & illuvie laborantes* Κονιορτοὺς vocabant. » Demosthenes contra Midiam: Νῦν δ' οἶμαι, τούτου προ- » βέβληνται Πολύευκτος Τιμοκράτης, Εὐκτήμων ὁ Κονιορτός· » τοιοῦτοί τινές εἰσι μισθοφόροι περὶ αὐτόν. [pag. 560. ed. » Reisk. conf. pag. 547 extr.] Vide sequentem Anaxan- » dridae locum, [pag. 242. e. f.] « CASAUBONUS. — Pro μήθ' ὁρᾶν, codex uterque, ut saepe aliâs, plene μήτε ὁρᾶν scribit.

AD CAP. XXXV.

ANTIPHANIS Eclogam, ex *Progenitoribus*, habet GROTIUS in Excerpt. pag. 624. Eam eclogam ita nunc latine reddere placuit, ut, neglecto metro, Graecis verbis preſſius inſiſteremus. GROTIANOS *verſus* ſi quis deſiderat, ſunt illi huiusmodi:

Scis mores meos:
faſtum omnem a me removeo, amicus unice
amicis: ferri maſſa, ſi quis tetigerit:
praeſtringo ut fulgor alium; ut fulmen verbero:
ſi quem fero, ventus; laqueus, ſi obſtringo gulam;
locuſta, ſi quem inſulto; ſi frango fores,
ſum terraemotus: muſca, ſi ad coenam eſt opus
ire invocatum: puteus, in non-exitu:
ad prendendum aliquem, ad falſa teſtimonia,
ad occidendum, ſi opus eſt, unus ſum omnia.
Iuventus nomen ob hoc Nil-dubitantis mihi
impoſuit: ſed ego nil moror dicteria,
amicus amicis reapſe, non dictis modo.

Verſ. 5. φέρειν τιν' ἄραντ'. In ἄραντ' non neglectum eſt in membr. *A.* iota ſub α ſubſcribendum, quod ibi pro more ad latus poſitum, ſic, αἴραντ'. De re confer ſupra, lit. b. c. Quod de *muſca* dicit poëta, *Verſ.* 7. cum eo confer iſta quae leguntur lib. I. pag. 5. a. Quod autem ibidem ait, μὴ ἐξελθεῖν, φρέαρ: id quale ſit fateor non ſatis liquere mihi. An: ſic ego vino me ingurgito, ut ſi quis in puteum incidit, e quo non datur exitus? An de ἀργυρῷ φρέατι cogitandum, cuius mentio facta lib. V. p. 192. a? Adnotaverat ad hunc locum DUTHEIL: » *Pour* » *ne point ſortir, je ſuis un puit.* C'eſt-à-dire, *je bois comme* » *un trou.* C'eſt que dès qu'un convive étoit yvre, à ne » plus pouvoir boire, on le faiſoit ſortir de la ſalle du feſtin. « — Provocavitque Vir doctus ad illa verba ex Ariſtophontis Medico, (ſupra, lit. b.) δεῖ τιν' ἄρασθαι μέσον τῶν παροινούντων, quae in hanc ſententiam interpretatus erat, *Faut-il emporter par le milieu du corps quelqu'un des convives déja yvres?*

Verſ. 8. ἄγχειν, φονεύειν, μαρτυρεῖν. Cum mendoſe ἄρχειν legeretur in edd. & msstis, recte monuit CASAUBONUS: » Lego ἄγχειν. *Si quem perditum cupias vel* » *laqueo vel ferro vel falſo teſtimonio, ecce me ad omnia pa-*

e »ratum.« — Simplex verbum μαρτυρεῖν, pro compoſito καταμαρτυρεῖν vel ψευδομαρτυρεῖν intelligendum. *Eodem verſ.* ὅσ' ἂν μόνον τύχῃ τις εἰπών. Perperam ὃς ἂν edd. Neſcio an & ms. *A.* Recte vero ὅσ' ἂν ms. *Ep.* quemadmodum GROTIUS ſcripſerat. Ille τις, quem dicit, (*vs.* 9.) eſt *patronus convivator*, cuius gratiam inire cupit paraſitus. Ad infinitivos ἄγχειν, φονεύειν, μαρτυρεῖν, ποιεῖν, intellige οἷος εἰμι vel ἕτοιμός εἰμι: niſi malueris ex *verſ.* 11. σκηπτός intelligere; quo ſignificetur, ita *raptim*, *ut fulmen*, *ad nutum patroni* omnia exſequi hunc hominem. Ibi cur σκηπτὸν in ἄσκεπτον mutaret GROTIUS, nulla ſatis praegnans cauſſa fuiſſe videtur: atque etiam parum convenire huic loco vox ἄσκεπτον (nimis quippe languida frigidaque) videri debebat. At aliter viſum erat praeſtantiſſimo viro: »Omnino (ait in Notis) ita legen»dum oſtendit quod praeceſſit ἀπροσκέπτως. Exſtabat apud »Athenaeum σκηπτὸν, nullo ſenſu.«

f In feſtivis *Paraſiti* verbis, ex *DIPHILO* prolatis, mendoſum erat quod *verſ.* 2. in editis legebatur, εἴ τις μὴ φράσῃ ὀρθῶς, quoniam εἰ coniunctio cum ſubiunctivo non conſtruitur. Magis etiam mendoſe ms. *Ep.* habet, εἴ τις μὴ φράσῃ, ἢ ὀρθῶς ὁδὸν ἢ πῦρ ἐναύσει: cuius erroris origo ex ms. *A.* intelligitur, ubi ſic, εἴ τις μὴ φράσει ἡ ὀρθ. ſcilicet duabus ſcripturis in unam confuſis; alterâ probâ, φράσει; alterâ pravâ, φράσῃ. Mendam editorum librorum correcturus GROTIUS, φράσαι ſcripſit; qui tamen mox *verſ.* 3. ἐναύσῃ tenuit, quod ibi editiones Ven. & Baſ. habebant. At ſicut ibi recte Caſaubonus, conſentientibus msstis ἐναύσει edidit, ſic & hîc φράσει corrigere debuerat.

a Eodem *verſ.* 3. cum ἢ πῦρ ἐναυσ. eſſet editum, poteras utcumque ex praecedenti verſu negantem particulam ſubintelligere, quaſi ἢ εἰ μὴ πῦρ ἐναύσει dixiſſet: at cum hoc non congruit quod continuo ſequitur, ἢ διαφθερεῖ ὕδωρ, ubi nulla intelligenda negatio. Quare rectiſſime, ad ſententiam, GROTIUS μὴ πῦρ ἐναυσ. correxit; cuius eſt etiam ad hunc locum adnotatio haec: »Male legebatur, ἢ »πῦρ ἐναύσῃ. Dirae iſtae conceptae erant adverſus eos, »qui aliis non praeſtarent communia illa beneficia. Cice»ro Officior. I. [cap. 16.] *Ex quo ſunt illa communia: »Non prohibere aquam profluentem: pati ab igne ignem capere »ſi quis velit.* De *via* eſt illud: [ibid.]

» *Homo qui erranti comiter monſtrat viam,* a
» *quaſi lumen de ſuo lumine accendat, facit.*
» Et apud Iuvenalem: [XIV. 103.]
» *Non monſtrare vias eadem niſi ſacra colenti.* «
Earumdem *exſecrationum* meminit Cicero, Offic. III. 13. Grotianam emendationem huius loci, μὴ πῦρ ἑναυσ. in ora ſui libri adnotavit Brunck, laudans Wesseling. ad Petiti Leges Att. pag. ult. Equidem, aegre carens ἡ particulâ, quam libri dabant, ſic ſcripſiſſe poëtam mihi perſuaſeram, ἢ πῦρ μὴ ἑναύσει. In fine verſus tenui διαφθερεῖ ὕδωρ, quod ubique edebatur. Nec tamen neceſſe fuiſſe intelligo, ut deſereretur vetuſtarum membranarum ſcriptura διαφθείρει: nec aliud debuerat ms. *Ep.* in quo διαφθείρῃ.

Verſ. 4. μέλλοντα δειπνεῖν ἤ γε κωλύσει τινά. » Hoc non erat in publico dirarum carmine: non magis » quam, quod infra Synoride profertur, [pag. 247. b. c.] » eſt ex Euripide. Sed utrumque ioco effictum eſt. « Grotius. — Ad verba quod pertinet, quid ſpectarit idem Grotius, cum ait: » Erat μέλλοντι. « quaſi μέλλοντα ex ipſius emendatione eſſet, non exputo: nam in μέλλοντα editiones omnes cum mſstis recte conſentiunt. Caeterum verborum ordo, qualem cum ſuperioribus editionibus repraeſentavimus, non vetuſtis libris, ſed ingenio recentioris viri docti aut primi Editoris debetur; quum reclamante metro, ſic dediſſent mſsti, ἢ δειπνεῖν μέλλοντα κωλ. Tum in fine ms. *A.* quidem κωλύσῃ τινά habet, quod inde & in ed. Ven. & Baſ. intravit: ſed κωλύσει τινά recte ms. *Ep.* quemadmodum Caſaubonus & Grotius edidere.

Eubuli verſiculos ex *Oedipode* habet Grotius in Exc. pag. 655.

AD CAP. XXXVI.

Διόδωρος δὲ ὁ Σινωπεὺς &c. Confer ſupra, pag. 235. e. *Verſ.* 9. οὔ δ' ἂν καλῶς &c. » Male Lennep ad Phalar. p. b » 52. ὃ δ' ἂν. Veriſſimum eſt οὔ δ' ἂν. « Iacobs in *Notis mſstis.* *Verſ.* 10. παρακειμένην τε τὴν τραπ. Adiecto articulo ſulciendum eſſe metrum, recte monuit Casaub. Sic & ſcripſit Grotius in Excerpt. pag. 837. *Verſ.* 11. Ἔχουσαν· ἤδη κατακλ. In ed. Ven. & Baſ. poſt ἔχουσαν c

c non distinguebatur: comma vero ibi ponitur in ed. Cas. In Animadv. autem sic scripsit idem Casaub. ἔχουσαν ἤδη, κατακλ. Et sic distincta oratio in ms. *Ep.* Mihi commodius videbatur, ἤδη ad sequentia trahere. *Ibidem*, cum defectus esset versus, duas voculas ὅ γε inseri iussit CASAUBONUS: μάλα κοσμίως placuit GROTIO.

Vers. 12. ἀριστίσας ἑαυτὸν, ἐντραγὼν, πιών.
Corrupte sic legebatur in edd. & msstis:
ἀριστήσας ἑαυτὸν ἐντραγὼν, ἐμπιών.
Recte vero monuit CASAUBONUS, ἀριστίσας esse scribendum. »Nec metro, inquit, nec menti poëtae convenit »τὸ ἀριστήσας. ἀριστίζειν est *prandium praebere.*« — Quem recte secutus est Grotius. Eo verbo usus est Aristophanes, Equit. vs. 538. ed. Br. Deinde vero, quo pacto consultum metro putarit idem CASAUBONUS, sic scribi iubens:
ἀριστίσας θ' ἑαυτὸν, ἐντραγών τε κ' ἐμπιών.
difficile dictu. Nam, qui iam iusto longior erat versus, eum adhuc longiorem fecit. Nihil mutandum erat, nisi ut πιὼν pro ἐμπιὼν scriberetur; quod recte Grotius curavit. ἐντραγὼν vero nil opus erat ut in εὖ τραγὼν ab eodem Grotio mutaretur. Vide ad II. 56. e.

Vers. 14. Epitomatori sic scribere placuit, Κἀγὼ ποιῶ νῦν τοῦθ' ὥσπερ ὁ Ζεὺς ὁ φίλιος. (postremis verbis ex *vers.* 20. petitis.) Deinde statim pergit ad vers. 32 & sqq. quos in hunc modum contraxit: Εἶτ' ἐπάγει: (inquit: id est, *deinde subiicit poëta:*) Ἐπειδὰν τῶν εὐπόρων τις προσερύγοι, ῥαφανίδας καὶ σαπρὸν σίλουρον καταφαγὼν, ἃ καὶ ῥόδα οἱ παράσιτοι ἔφασαν αὐτὸν ἠριστηκέναι. ἐπειδὰν δ' ἀποπάρδοι &c.

Vers. 16 *sq.* Ad scripturam ante nos sic editam,
καὶ τὴν θύραν ἀνεῳγμένην, εἰ σέρχομ' ἐνθάδε
ἤδη σιωπῇ, &c.
monuit CASAUBONUS: »In voce εἰσέρχομαι finiri debuit »versus inducta voce ἐνθάδε, quae facit metrum ὑπέρ»μετρον, & pede uno longiorem versum.« — Et sic edidit Grotius, *versum* 16. finiens in εἰσέρχομαι, deinde sic pergens *vs.* 17. ἤδη σιωπῇ. At vocem ἤδη, quam nescio unde invexerit primus editor, ignorant vetustae membranae. Qua deletâ & voce ἐνθάδε in eius locum positâ, omnia bene habebant. Quod dein adiicitur, καὶ ποιήσας εὐστα-λῆ ἐμαυτὸν, id GROTIO non ferendum visum erat: qui εὐτελῆ posuit, adnotavitque: »Id poscunt sequentia,

» non εὖσταλῆ. « — At, quod in latina verſione idem po- c
ſuit, *comem me facio*, id graecum εὐτελῆ non admodum exprimebat. Nec vero video equidem, quid incommodi habeat εὐσταλῆ, id eſt, *curo ut decenti cultu adſim, ne moleſtus ſim convivatori.*

Verſ. 19. πάντων ἀπολαύσας. Malebam Πάντων δ' ἀπολαύσας. Facile autem ante literam A excidere Δ potuit.

Verſ. 21. Ὅτι δ' ἦν τὸ πρᾶγμ' ἔνδοξον αἰεὶ καὶ καλόν. d
Erat editum ἀεὶ καὶ καλόν. αἰεὶ ſcribi iuſſit CASAUB. quem ſecutus ſum cum Grotio. ἀεὶ καλὸν perperam ms. *A.* omiſſâ καὶ particulâ. Verſus iſte, cum ſequenti, in ed. Ven. & Baſ. pro ſoluta oratione legebantur: »atqui (ut »monuit GROTIUS) non Athenaei verba ſunt, ſed poë»tae. « Et tamquam legitimos ſenarios in reliquorum ſerie iam ante Grotium ediderat Caſaubonus.

Verſ. 24. δήμοις pro δήμοισι ſcribendum monuit idem CASAUBONUS, &, cum verſus iſte parum recte a Dalecampio expoſitus fuiſſet, adnotavit: »Δήμους intellige τῆς »Ἀττικῆς. Atticam diviſam fuiſſe in δήμους, id eſt, *pa*»*gos* CLXXIV, & ait Strabo libro IX. & omnis Athenien»ſium hiſtoria teſtatur. « — ποιουμένη idem iam in contextu recte poſuerat.

Verſ. 26. οὐ πώποτ' ἀπεκλήρωσεν. Sic recte ed. Caſaub. & Grot. nec aliter (ni fallor) ms. *A.* Perperam ἀπεπλήρωσεν ed. Ven. & Baſ. In eodem verbo in contrariam partem erratum vulgo apud Polybium vidimus, VI. 4. 10. *Verſ.* 27. Dele diſtinctionem, quae poſt εἰς ταῦτα in exemplum noſtrum irrepſit. Arcte enim cohaerent οὐδὲ παρέλαβε τοὺς τυχόντας.

Verſ. 29. τοὺς ἐκ δυναστῶν γεγονότας. δυνάσται, *optimates, primores, principes viri.* Sic Plato lib. IV. de Legib. de ſtatu oligarchico loquens: πλεῖστοι γὰρ ἐν αὐτῇ δυνάσται γίγνονται. Conf. Spanhem. ad Iulian. p. 68.

Verſ. 30. ἔχοντας οὐσίας, καλῶς βεβιωκότας. e
Cum ϑυσίας vulgo legeretur, adnotavit CASAUBONUS: »Verſus ait eſſe corruptus, nec poſſe ſtare hac lectione »ſervata. Scribendum haud dubie, ἔχοντας οὐσίας, *di*»*vites*, & honeſto loco natos: vel, ἔχοντας ἑστίας. *Lares* »*habere*, inter primas viri boni & καλοῦ κἀγαθοῦ notas: »contra ἀνοικος & ἀνέστιος, de *ſcelerato* dicitur. Home»rus: Ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιός ἐστιν ἐκεῖνος, ὃς πο»λέμου ἐράται. Athenaeus de Cynicis, κακολόγοι εἰσὶ,

e » καὶ βοροὶ, καὶ ἄνοικοι καὶ ἀνέστιοι. Et ſolitus de ſe dicere » Cynicus Diogenes, in ſe expetere diras tragicorum, » [Diog. Laërt. VI. 38. Aelian. Var. Hiſt. III. 29.] quia » eſſet πλάνος & ἄοικος. « — Praetuli οὐσίας cum Grotio, quod & per ſe commodiſſimum, & proxime aberat a librorum ſcriptura. οὐσίας etiam ſcribi in ora codicis Pariſ. *C.* adnotavit Villebr. Sed ea ſcriptura a recentiori manu eſſe poteſt, quae ex Caſauboni emendatione eam adſcripſerit.

Verſ. 32 & *ſq.* ſic editi legebantur.

τῶν εὐπόρων τινὰς παρασίτους ἑλόμενοι
τρέφειν παρεκάλουν. οὐχὶ τοὺς χαριεστάτους
ἐκλεγόμενοι, —

Ibi Casaubonus: » Quod ait poëta *de Paraſitorum ori-* » *gine*, ſententiam continet hanc. *Olim publice Athenis ale-* » *bantur* [*paraſiti*] *in ſingulis pagis, in honorem Herculis:* » *poſtea magiſtratus, ut hoc ſumtu liberarent rempubliçam, di-* » *vites elegerunt, quibus alendos paraſitos traderent.* τρέφειν πα- » ρεκάλουν, de magiſtratu intelligendum; utique ſi legas » τῶν εὐπόρων τινάς. Sin ſcribas τινὲς, paululum di- » verſâ ſententiâ expones, *ipſi divites hortabantur ſeſe ad ex-* » *hibendos paraſitos.* « — Ad τινὰς nihil varietatis ex ms. *A.* prolatum video. τινὲς vero Brunckius in ora ſui libri notavit: quod ille, nî fallor, in cod. Pariſ. *B.* quem tractavit, repererat. Diſerte quidem Villebrunius ait, τινὲς in illo codice hîc legi, ſed & ſcripturam τινὰς in eodem reperiri. Quod quidem utcumque ſit, tota orationis conſtructio (ſi quid video) ſcripturae τινὰς repugnabat, & τινὲς ſcribendum clamabat; quod etiam ita unice verum viſum erat Grotio, ut, cum hoc in contextu poſuiſſet, alterius ſcripturae (quod conſtanter aliâs facere adſuevit) ne mentionem quidem in Notis fecerit. Quem ego quin ſequerer non dubitandum duxi. Sed admiſſâ hac ſcripturâ, longe alia exſiſtebat ſententia atque ea quam Caſaubonus illis verbis contineri cenſuerat. Nam, quod ille voluerat, *ipſi hortabantur ſeſe*, id Graece non παρεκάλουν, ſed παρεκαλοῦντο, ſonabat, aut παρεκάλουν σφᾶς αὐτούς. (conf. Lexic. Polyb. in Παρακαλεῖν.) παρεκάλουν vero nunc idem fere ac ſimplex ἐκάλουν valet, *advocabant, vocabant*, nempe *ad coenam, adhibebant ad convivium*: pro quo aliâs παραλαμβάνειν dicunt Graeci, ut apud Noſtrum, IV. 156. e. & 157. f. cf. Epicteti En-

chirid. cap. 24, 1. & c. 25, 1. Sic vero etiam apud eumdem Epictetum, Differt. lib. I. c. 11, 9. (in re quidem diversâ) verbum παρακαλεῖν idem prorsus valet ac παραλαμβάνειν ibid. vs. 10.

Vers. 35. οἷς ἐπειδὴ προσερύγοι. Subintellige τὶς, ut persaepe aliàs: & hic quidem intelligendus τῶν εὐπόρων τις, ut Epitomator scripsit, (cuius verba supra ad vers. 14. adposui:) vel ὁ εὔπορος ὁ παρακαλέσας εἰς τὸ δεῖπνον.

Vers. 36. recte ῥαφανίδα in *sing.* posuere editores: nec enim ferri potuerat ῥαφανίδας, quod in secunda senarii regione spondeum faciebat.

Vers. 38. Cum ἐπειδὰν δ' ἀποπάρδῃ invito metro scriptum esset in edd. & in ms. *A.* (pro quo ἐπειδὰν δ' ἀποπάρδοι habet ms. *Ep.*) monuit CASAUBONUS: »Scribe »ἐὰν δ' ἀποπάρδῃ.« — Quod magis placuit, quam εἰ δ' ἂν ἀποπάρδῃ, quod hîc posuit Grotius.

Vers. 39. προσάγων τὴν ῥῖνα δεῖτ' αὐτῷ φράσαι. In f membr. *A.* δεῖ ταυτῷ scribitur; ex quo δεῖ ταὐτῷ (quasi esset pro τῷ αὐτῷ) factum in ed. Ven. & Bas. Recte vero δεῖτ' αὐτῷ (sic) scriptum in cod. *Ep.* Nempe δεῖτ', pro δεῖται, *necesse habet illi dicere.* Sic Aristophanes Acharn. 1056. δεῖταί τι σοι λέξαι. Sic οὐδὲν δέομαι λέγειν, οὐδὲν δέομαι μεμνῆσθαι, *non opus habeo dicere, non necesse est ut mentionem faciam:* quae exempla cum aliis ex probatissimis auctoribus Atticis citavit H. Stephan. Thes. T. I. col. 915. h. Temere δεῖ αὐτῷ φράσαι edidit Casaub. quod cum praecedente nominativo προσάγων stare nullo modo poterat: quo magis miror, eamdem lectionem tenuisse Grotium. *Postremo versu*, pro νυνὶ, quod non ferebat metri ratio, recte νῦν edidit Casaubonus.

AD CAP. XXXVII.

Ἀξιόνικος δ', ἐν Χαλκιδικῷ. Sic recte pag. 241. e. editum erat. (ubi quidem mendose Ἀξιώνικος.) Vide notata ad III. 95. c. Perperam h. l. ἐν Χαλκιδίκῳ penacute scribebatur. Totamque istam eclogam, & quaecumque hoc capite XXXVII. continentur, praetermisit Epitomator.

Vers. 3. Φιλοξένου τῆς Πτερνοκοπίδος. In una re per se leviissima plures concurrunt dubitationes. Cognomen illud *Philoxeni* nescio cuius (plures enim eiusdem nominis lurcones commemoratos vidimus lib. I. p. 5 sq.

f ubi vide Not. ad pag. 6. b. & conf. lib. V. pag. 220. b.) penacute Πτερνοκόπις ſcribitur in edd. pag. 241. e. & pag. 242. b. & 246. a. Qua ratione hic Πτερνοκόπιδος ſcriptum oportebat, & Πτερνοκόπιδα pag. 241. e. Sed hîc Πτερνοκοπίδος editum erat, & Πτερνοκοπίδα pag. 241. e. Quanam in ſyllaba accentus ponatur in ms. *A.* aut ſit-ne omnino accentu notatum hoc nomen in illo codice, non habeo compertum. Codex *Epit.* vero, qui hîc quidem in teſtimonium advocari non poteſt, non modo ſcripturam Πτερνοκοπίδα (a recto caſu Πτερνοκοπὶς) tuetur pag. 241. e. ſed & ipſum Πτερνοκοπὶς in recto caſu acute ſcriptum habet pag. 242. b. & pag. 246. a. Quam ſcripturam ubique adoptavi. Altera dubitatio in notionem cadit huic vocabulo ſubiectam ex mente eorum qui id cognominis homini illi impoſuerunt. Henr. Stephanus quidem in Theſ. T. III. pag. 584. e. interpretari non eſt auſus, contentus mentionem eius feciſſe poſtquam de verbo πτερνοκοπεῖν dixit, quod *calcibus pulſare, pedibus tundere*, ſignificat. Dalecampius, *pernarum diſciſſorem &* (ut Plautus ait) *perniciem*, haud improbabiliter interpretatus eſt; in eamdemque fere ſententiam Villebrune *Tranche-jambon* dixit: tamquam a nomine πτέρνα, idem valente ac πέρνα, *perna, petaſo*, & verbo κόπτειν, *caedere, ſecare;* unde etiam ἡ κοπὶς, *coena* apud Lacedaemonios, de qua copioſe dictum lib. IV. pag. 138 extr. & ſeq. Denique de articulo huic nomini iungendo, *maſculini* generis, an *foeminini*, dubitari poterat. τοῦ Πτερνοκοπίδος h. l. edidit Caſaubonus. At τῆς Πτ. dabant ed. Ven. & Baſ. cum vetuſtis membranis. Cum quo convenire videtur id quod pag. 241. e. legitur: ubi vulgo quidem Φιλόξενος δ' ἡ Πτερνοκόπις conſentiente ms. *A.* ſcribebatur, & in ms. *Ep.* praetermiſſae ſunt voces ἡ Πτερνοκ. ſed pag. 242. b. ubi in edd. & in ms. *A.* eadem repetitur ſcriptura, perſpicue in ms. *Ep.* ſic, Φιλόξενος ἡ Πτερνοκοπὶς, ſcribitur; ut videatur haud dubie eodem modo pag. 241. e. ſcriptum oportuiſſe. Rurſusque pag. 246. a. ubi Φιλόξενος δὲ ὁ παράσιτος, Πτερνοκόπις δ' ἐπίκλην, edebatur, ibidem in eodem ms. *Ep.* ἡ Πτερνοκοπὶς δ' ἐπίκλην ſcribitur. Sed haec, de re minuta utique, ſatis ſuperque.

Verſ. 3. πληγὰς ὑπέμενον κονδυλίων καὶ τρυβλίων. Cum ὑπομένων in participio vulgo ſcriberetur, quod imprudenti librario, cum proxime praecedens participium

ὧν ob oculos haberet, excidere potuerat; verbum deerat f
finitum, quo carere non poterat oratio. Quare ὑπέμενον cum GROTIO (in Excerpt. pag. 821.) corrigendum putavi. De vocabulo κονδυλίων vero miror nullam nec Casaubono nec Grotio dubitationem esse exortam: cum non modo in Graeco sermone aliàs non reperiatur vox κονδύλιον, sed, si vel maxime supponas formari ita potuisse diminutivum vocabuli κόνδυλος, ne commodus quidem ibi locus fuisse diminutivo videri debeat. Equidem fere non dubito, κονδύλων scriptum oportuisse, quod ad metrum perinde aptum erat. In versione latina, *ictus* scribe in plurali, pro *ictum*.

Vers. 4. ὁστῶν τε, τὸ μέγεθος τοσαύτας, ὥστε με. Aliud animo egisse GROTIUS mihi visus erat, cum sic ederet,

ὁστῶν τε, τό γε μέγεθος &c.

Mirabar autem, cum ab eodem in Notis etiam diserte monitum viderem: »γε additum versus gratia.« — Poterat sane adiici illa particula, cui nulla quidem hoc loco vis inerat: at, cur ad versum necessariam censuerit acutissimus in hoc genere iudex, exputare non potui. Neque vero magis opus erat, ut (*versu* 8.) τόδε πρᾶγμα a idem GROTIUS scriberet, pro τὸ πρᾶγμα, quod ibi consentientibus membranis editum est. Idem valet τὸ πρᾶγμα, ac τοῦτο vel τόδε τὸ πρᾶγμα.

Vers. 10. μετεβαλόμην πρὸς τοῦτον. *Ad eum me verto*, interpretatus est GROTIUS; cuius adoptavi versionem. Eodem modo Dalecamp. *ad eum me converto*. Rectius futurum erat, puto: *ad eius partes transeo, ei adscitior*. *Ibid.* Pro ὅσα τ' εἴρηκέ με, GROTIUS ὅσα δ' εἴρηκε posuit; praeter necessitatem (ut mihi videbatur) a librorum scriptura recedens. Commode IDEM, *vers.* 12. ὧν δὲ, pro ὧν τε, scripsit: sed & ibi ferendum vulgatum iudicavi.

τινὰ παραπλήσιον τοῖς ἐν τῷ Κλαυδίῳ νῦν σοφιστεύουσιν. b
»Expositimus ad Suetonii librum quintum [Claud. Caes.] »c. 42.« CASAUB. — Conf. Wesseling. ad Antonini aliorumque Itineraria, p. 651. In *ANTIDOTI vers.* 1. commode ἀκροάσασθέ μου dedere membranae *A*. *Vers.* 4. αἰεὶ, pro ἀεὶ quod erat editum, eaedem dedere membranae. c
Ibid. τοῦτό μοι κατεπίνετο. Editum erat καταπινέτω, nec aliud ex ms. *A*. adnotatum. At Dalecampius: *illam ego semper devoravi bellulam artem*. Itaque

c in Animadv. ait CASAUBONUS: »Interpres, κατεπίνετο. »Nihil pronuncio.« — At fidenter pronuntiare debuiſſe doctus Animadverſor videtur, recte feciſſe *Dalecampium*, quod κατεπίνετο legendum cenſuiſſet. Certe haec unica (ſi quid video) ratio erat, & ſententiam & conſtructionem verborum in tuto collocandi.

AD CAP. XXXVIII.

Ἄλεξις ἐν Μιλησίᾳ. *ALEXIDIS* & nomen & teſtimonium ſilentio praetermiſit Epitomator. Particulam καὶ, quam ante Ἄλεξις poſuerant editores, delevi auctoritate membranarum. Non invitus tuliſſem Ἄλεξις καὶ ἐν Μιλησ. καὶ ἐν Ὀδ. Pro eo quod h. l. ἐν Μιλησίᾳ ſcribitur, eſt ἐν Μιλησίοις lib. IX. pag. 379. a. utrum recte, aut eadem-ne ſit fabula, incertum. Apud Stobaeum Serm. CXI. pag. 582. citatur in ed. Geſneri Alexis in *Myleſ.* decurtato nomine & mendoſe ſcripto: pro quo Grotius in Florileg. p. 466. *Alexis Mileſiâ* ſcripſit. In noviſſima editione Bibliothecae Graecae Fabricianae, Vol. II. pag. 408. turbata ſunt (operarum puto errore) quae de hac fabula dicuntur: ad *Midonem* ibi referuntur, quae ad *Mileſiam* vel *Mileſios* ſpectabant, & viciſſim.

ἐν δὲ Ὀλυνθίοις. »Suſpectum habeo fabulae Alexidis ti»tulum, qui ſequitur, ἐν δὲ Ὀμυθίοις. Libro tertio »laudatur Alexis ἐν Ὀλυνθίῳ. Eandem vocem hic quoque »admiſerim libens, vel ἐν Ὀλυνθίοις.« CASAUBONUS. — Nil mutant membranae: ſed haud dubie literae μυ cum λυν, ob ductuum in veteribus codicibus ſimilitudinem, permutatae ſunt. Caeterum vide quae notavimus ad II. 55. a. & ad III. 75. b. In iocoſa ecloga ex illa fabula, *verſ.* 2. ὡς φησὶν erat editum; pro quo φασὶν repoſui, quod & per ſe probabile erat, & dabant membr. *A.* in quibus φασί.

d In *DROMONIS* ecloga notas *Perſonarum* adieci, praeeunte Dalecampio. Ibi claudicabat manifeſte *tertius verſus*, cum ſic vulgo ſcriberetur,

αἰσχρόν. ἀμέλει τὸν Τιθύμαλλον γοῦν ἀεὶ

Cui, inſertâ poſt αἰσχρὸν particulâ γὰρ, quae commodiſſime ibi ſtaret, certiſſimâ propemodum ratione conſultum putavi.

Τιμοκλῆς, Κενταύρῳ ἢ Δεξαμένῳ. »*In Centauro vel*

» *Dexameno*. Errat Dalecampius, qui emendat Δεξαμενῆ, d
» & vertit *Labro*. *Dexamenus* hic ille eſt, de quo Apollo-
» dorus libro II. Bibliothecae: [cap. 5. ſect. 5.] Ἡρακλῆς
» δὲ εἰς Ὤλενον πρὸς Δεξαμενον ἦκε, κἀκεῖ κατῴκει. καὶ
» κατέλαβε τοῦτον μέλλοντα δι' ἀνάγκην μνηστεύειν Εὐρυ-
» τίωνι Κενταύρῳ Μνησιμάχην τὴν θυγατέρα.« CASAUBO-
NUS. — Δεξαμένῳ penacute ſcribebatur in ed. Ven. Baſ.
& Caſ. 1. quod inde etiam in noſtram irrepſit. Recte ve-
ro Caſaubonus in Animadv. verba iſta repetens, Δεξα-
μενῷ ſcripſit; unde ſic correctum in ed. Caſ. 2. & 3.
quod in noſtro exemplo reſtituendum. Sic & Δεξαμενὸν
apud Apollodorum ſcribitur in ed. Galei & Heynii. Ac-
centu diſtinguitur nomen proprium a participio δεξάμενος.
Erat vero in editione CASAUBONI continuo tenore, tam-
quam ſoluta oratione ſic ſcriptum: Τιμοκλῆς Κενταύρῳ ἢ
Δεξαμένῳ, Τιθύμαλλον αὐτὸν καὶ παράσιτον ἀποκαλῶν. ἐν
δὲ Καυνίοις, &c. Ad quae ille adnotavit: » Scribendum ἀπο-
» καλεῖ, non ἀποκαλῶν: aut deeſt aliquid.« — Et ſane
ad integram ſententiam deerat aliquid; ſed ſatis habuerat
pro ſuo propoſito Athenaeus, iſta *TIMOCLIS* verba ſola
per ſe adponere, quae perfectiſſimum efficiebant ſena-
rium: quod nec Venetum editorem, nec Dalecampium
praeterierat.

ἐν δὲ Καυνίοις. »*Caunios* TIMOCLIS agnoſcit Suidas:
» alium nullum memini. Docuerat & Alexis *Caunios*; cuius
» fabulae Pollux meminit lib. VII. cap. 30. Etiam *Epiſto-*
» *las* [drama eiusdem Timoclis] nominat Suidas.« CA-
SAUBONUS. — Ecloga ex *Cauniis* prolata, non una pre-
mitur difficultate. *Primum verſum*,

Ἤδη προσενήνεκται τὶ μέλλει, σπεύδετε: e

licet manifeſte vitioſum, intactum tamen reliqui; quo-
niam, utrâ potiſſimum ratione ſanandus eſſet, alterâ a
Dalecampio, alterâ a Caſaubono propoſitâ, incertus eram.
DALECAMPIUS latine ſic reddidit: *Iam cibus allatus eſt:*
quid feſtinare cunctamini? CASAUBONUS ait: » Scribo προσε-
» νηνέχθαι, minore mutatione quam ut Dalec. τί σπεύδειν
» μέλλετε.« — Sic ergo voluerat CASAUBONUS:

Ἤδη προσενηνέχθαι τι μέλλει; σπεύδετε.

Id eſt: *An tandem adferetur aliquid? Feſtinate!* At ex DA-
LECAMPII mente, haud ſane maiori mutatione, in hunc
modum conſtitui verſus potuerat:

Ἤδη προσενήνεκται. τί μέλλετε; σπεύδετε.

e *Verſ.* 2. Pro οὕτως, video nobiscum Dalecampium etiam οὗτος in animo habuiſſe; cum ſic verteret, *Tithymallus iste revixit.*

Verſ. 3 *ſqq.* κομιδῇ τεθνηκὼς, τῶν ἂν ὀκτὼ τοῦ βολοῦ θέρμους μαλάξας. *&c.*

» Cum ait poëta, κομιδῇ τεθνηκὼς τῶν ἂν' ὀκτὼ - - μα» λάξας: ſignificare videtur, *Tithymallum* ſive Dexame» num [at nihil hoc ad Dexamenum:] *lupinos quosdam* » *maximos & plurimos dentibus triviſſe, unde ſit ſecutum ani*» *mi deliquium tantum, ut pro mortuo haberetur:* quod ita » quidam ſunt interpretati, *quaſi vitae affectus taedio inedia* » *ſe enecaſſet;* quod Graeci ἀποκαρτερεῖν dicunt: ſed hoc » poſtea falſum apparuit, redeunte ad ſe qui videbatur » mortuus; *quem* ait poëta *non* ἀποκαρτερῆσαι, id eſt, *fi*» *nire vitam inedia voluiſſe, ſed potius* καρτερῆσαι πίνοντα, » id eſt, *obfirmaſſe animum ad ſtrenue bibendum, ſumtis* in» cautius *lupinis* loco amethyſti. Lupinos impedire ebrie» tatem, non memini legere: orexin quidem illorum eſu » excitari, teſtis Dioscorides lib. II. [cap. 101.] Οἱ θέρμοι » ἀπογλυκανθέντες, λεῖοι σὺν ὄξει ποθέντες, στομάχου ἄσην » πραΰνουσι, καὶ ὄρεξίαν ἰῶνται. Cum ait, τῶν ἂν' ὀκτὼ » τοῦ βολοῦ, oſtendit *lupinorum* τὴν ἁδρότητα & *magnitu*» *dinem; quorum octo menſuram implere potuerint quae obolo* » *conſtaret.* « CASAUBONUS. — Mihi, quosnam poëta *lupinos* dixerit, *quorum octo conſtarent obolo*, & cur μαλάξας dixerit pro *manducavit*, omninoque quaenam ſententia iſtis verbis inſit, parum liquere profiteor. Poſtrema eclogae verba commode in hanc ſententiam doctiſſimus DUTHEIL acceperat: *il a voulu, non pas mourir d'inanition, mais vivre pour boire.*

In ecloga ex *TIMOCLIS Epiſtolis*, quod ait *vers.* 3. οὐδὲ Κορμὸς ἱμάτιον λαβεῖν, plus dicere videtur quam verba ſonant; nempe λαβεῖν pro *furari* accipiendum: niſi ita pauperem dixit hominem, ut pallium, quo indueretur, mendicari & dono accipere, ſi quis ei daret, opus haberet. Illius eclogae nonniſi duos priores verſus adpoſuit
f Epitomator. Qui Νεῖλος (*vers.* 4.) vel Νεῖλλος (ut eſt in msto) vocatur paraſitus, idem libro VIII. pag. 343. b. in eisdem noſtris membranis Νίλλος: nam ibi pro eo, quod mendoſe editum eſt, ἢ κοίλου βία, ἢ Νίλλου βία legitur. De *Corydo* mox plura ipſe auctor tradit. Ad eumdem *verſ.* 4. adnotavit CASAUBONUS: » Lege,

»οὐ Νεῖλος ἄλφιτ', οὐδὲ Κόρυδος ἀσύμβολος. f
»Per ἄλφιτα, *maζam* intellige; & repete ex ſuperioribus »ἠράσθη φαγεῖν. *Nilus*, nomen alicuius comedonis.« — Utique non tam ἄλφιτον in ſingulari numero, quam ἄλφιτα, uſurpabant Graeci: & non modo *farinam* aut *maζam* eo nomine ſignificabant, ſed interdum etiam generatim *victum*, *alimenta*. Nec vero opus erat ut οὐδὲ corrigeretur; ſatis erat, vocem ἀλφίτου in duas dividi. Quare ſic reſcriptum malim:

οὐ Νεῖλος ἄλφιτ', οὐ Κόρυδος ἀσύμβολος.

Ad ἄλφιτα vero non e verſu ſecundo trahi poteſt ἠράσθη φαγεῖν: ſed e *verſ.* 3. verbum λαβεῖν intelligendum. *Cormus* veſtem, *Nilus* polentam aut omnino victum ſive furari ſive mendicari adſueverat.

ANTIPHANIS, ex *Tyrrheno*, *verſ.* 1. »Καὶ γὰρ αἰτεῖτο »προῖκα τοῖς φίλοις ὑπηρετεῖν. Et modulus verſus eſt de»pravatus, & ſententia perverſa. Totam lege perico»pam, reperies hunc eſſe ſenſum: *Tithymallum eo pro»greſſum inſolentiae, ut, non contentus alienâ quadrâ vivere »gratis, hoc amplius mercedem ultro poſtulet ſuae in comeden»do operae ſibi dari.* Lege igitur:

— — »Καὶ γὰρ οὐκ
»αἰτεῖτο προῖκα τοῖς φίλοις ὑπηρετεῖν.

»*Poſtulabat ne gratis operam ſuam amicis commodaret.* Non »male etiam ſcribas:

— — »Καὶ γὰρ οὐκ
»ἀναίνετο προῖκα τ. φ. ὑ.« CASAUBONUS.

Praetermiſit totam pericopam Epitomator. In ms. *A.* corrupte ſic ſcribitur primus verſus:

Γὰρ ἐτητὸ προῖκα τοῖς φίλοις ὑπηρετεῖν.

Ubi quid ſit quod lateat ſub monſtroſo verſus exordio, ingenio eruditi lectoris diſpiciendum relinquo.

Verſum 2. defectum eſſe in medio, adparet. Vocula neſcio quae, ſive ea γὰρ particula fuerit, ſive τὸν articulus, intercidit poſt ἐσεσθαι. Suis numeris abſolutus verſus erit, ſi ſcribas:

λέγεις ἔσεσθαι τὸν Τιθύμαλλον πλούσιον.

Ad *verſ.* 3 & *ſq.* cum Εὖ πράξεται ſcriberetur, monuit CASAUBONUS: »Scribe

»Ἐσπράξεται γὰρ μισθὸν, ἐκ τοῦ σοῦ λόγου,
»παρ' οἷς ἐδείπνει προῖκα, σύλλεξιν συχνήν.

»*Nam, ut tua oratio eſt, exacturus eſt mercedem* (ſive, *mer-*

» *cedis nomine*) *ab iis apud quos coenaverit, collectam magnam.* »Nimis prae istâ est inconcinna vulgata lectio.«

AD CAP. XXXIX.

a In *Timoclis* testimonio, *vers.* 1. Ἀγορὰν ἰδεῖν εὔοψον. »De *piscibus* tantum loquitur, ut dicebamus cap. III. [ad »lib. VI. pag. 227. c.] & *foro piscario:* quod declarant »sequentia, ἐγχέλεις ὁρῶν, ξυννεῖα, &c.« Casaubonus. *Vers.* 4. ὠφώνει παρ' αὐτοῦ οἴκαδε. παρ' αὐτὸν, quod erat editum, tuetur codex noster uterque, & tenuit etiam Grotius in Excerptis, pag. 693. Quod si servatum utique cupias, vertendum fuerit, *ad se;* ut idem fere valeat ac id quod continuo adiicitur, οἴκαδε, id est, *domum suam.* At, ut taceam languide hoc ita positum, ne usitatam quidem Graecis ea notione istam dictionem putavi. παρ' ὑμᾶς, quod lib. IV. pag. 156. a. legebatur, & *apud vos* exponebatur, mendosum prorsus & ex γὰρ ἡμᾶς corruptum vidimus. Alibi τῷ, παρ' ἑτέροις, *apud alios*, opponitur καθ' αὐτὸν, *domi*, *apud se*, non παρ' αὐτόν: VI. 243. b. Quidquid sit, παρ' αὐτοῦ, id est, *de suo*, *suo sumtu*, scripsisse hic poëtam mihi persuaseram: quam sententiam in latina etiam versione expressurus, deserui hoc loco Grotium, qui *versum tertium & quartum* sic reddiderat:

Nam Corydus, quem nunc nemo, quod videam, vocat,
miser iam tristi vapulat domicoenio.

Vers. 7. Pro ξυννεῖα, quod (nescio an consentiente ms. *A.*) editum erat, ξύννεια scripsi cum ms. *Ep.* Vide Not. ad III. 116. c.

Ibid. ἠμωδία. Omisit hanc vocem Epitomator. Ad editam olim scripturam ἰμώδια, quae haud dubie vitiosa erat, nihil enotatum est ex ms. *A.* Recte vero ἠμωδία scripsit Casaubonus in Animadv. monuitque: »Τὸ αἰ»μωδιᾶν non idem hic significat quod apud Aristotelem & »Alexandrum in Problematis. Illis αἰμώδια est *stupor den*»*tium*, & νάρκη ἀπὸ ὁράσεως ἢ ἀκούσματος. Hic *pruritus* »est *dentium*, proprium catillorum πάθος: quibus dolere »dentes dicuntur, quando cupitos cibos fas illis tantum »videre, non edere; quae magna est ei hominum generi »ὀφθαλμῶν ἀλγηδὼν καὶ ὀδόντων. Hoc voluerunt veteres, »qui τὸ αἰμωδιᾶν interpretati sunt, τοὺς ὀδόντας ὀδυνᾶ-

» σθαι μετὰ κνησμοῦ : *dolere dentibus cum pruritu.* « — Quam *interpretationem veterum* dixit vir doctus, eam apud Etymologum reperies, pag. 35. apud quem unum verba ista, μετὰ κνησμοῦ, adiecta leguntur. Caeterum vide Hesychium, Suidam, Moerin, & Foesium in Oeconom. Hippocr.

Vers. 9. πυθόμενος δ' ἀπέτρεχ' εἰς τὰς μεμβράδας. b Teneri utcumque poterat ἀποτρέχει εἰς, quod offerebat ms. *Ep.* Sed, quoniam omnia praecedentia verba in praeterito tempore posita sunt, CASAUBONO parui, ἀπέτρεχε scribendum monenti; quod & Grotius adoptavit. εἰς τὰς μεμβράδας, *in illam fori piscarii partem ubi membrades* (vilissimum piscium genus) *venduntur.* PIERSON ad Moerin pag. 351. & pag. 179.

ALEXIS *Demetrio.* Ἀλλ' αἰσχύνομαι τὸν Κόρυδον. Non satis adparet, quo pacto dicat ille homo, *se vereri Corydum.* Diceres, hoc eum velle, *vereri se ne cum Corydo* (famoso parasito) *ipse conferatur :* at cum hac interpretatione non video qui conveniat, quod tamen mox subiicit, *se eiusdem exemplum secuturum.*

Ἐν δὲ Τιτθῇ. »Libro X. [pag. 426. c.] ἐν Τηθύϊ. *Tethys* »pro terra aut mari varie capitur poëtis Graecis & La»tinis.« CASAUB. — At, quod ibi vetustae nostrae habent membranae, Τιθεῖ, confirmare videtur huius loci scripturam. » & ει perpetuo in illo libro confundi, iam saepius monuimus. Et videtur comicae fabulae magis convenire titulus Τιτθὴ, *Nutrix*, quam *Tethys*. In Ecloga ex illa fabula, ubi ait Βλεπαῖος εἶναι βούλεται - - πλου- c τεῖ γὰρ ὁ Βλεπαῖος : videtur poëta in ambiguitate ludere vocis βλεπαῖος, quae fortasse primo loco adpellative accipienda fuerit, quasi diceret *acute-videns ;* (sicut βλεπαίας, lib. III. pag. 113. e. & 114. a.) posteriori loco vero, nomen proprium fuerit divitis alicuius Athenienſis. Sed mendo laborat *versus secundus*, quem quidem eodem modo cum editis scriptum exhibet codex noster uterque :

λέγειν, βλεπαῖος εἶναι βούλεται· νοῦν γ' ἔχων.

Cui cum neutiquam constet metri ratio, facile medebimur transpositis duobus verbis:

λέγειν, βλεπαῖος βούλεται εἶναι· νοῦν γ' ἔχων.

In hexametris ex *CRATINI Titanibus*, *vers.* 1. pro τὸν χαλκότυπον, quod editum erat, antepenacute scriptum τὸν χαλκοτύπον dedit ms. *Ep.* Eodemque modo in vetustis membr. *A.* scribi id nomen suspicor : certe

c in ms. *B.* eamdem ſcripturam reperiſſe VILLEBRUNIUS videtur; qui quidem, cum id ipſum adnotare vellet, (T. II. Verſionis Gallicae, pag. 418.) contrarium dixit, manifeſto errore. Docet autem analogia grammatica, priorem formam habere paſſivum ſignificatum, poſteriorem vero activum. Ex hac igitur, quam adoptavimus, ſcriptura intelligetur *Corydus* dici *faber aerarius*; vel *aeris ſculptor*, ut Dalecampius interpretatus erat. Niſi alteram ſcripturam hactenus praeferas, ut velis hominem illum quaſi *ex aere fabricatum* vel *aeneum* dici: cui interpretationi congruere videatur, quod continuo ſubiicitur, ἔχει γὰρ χεῖρα κραταιὰν, χαλκῆν. *Verſ.* 2. ἣν μὴ σοὶ νομιεῖς. Editum erat, ἣν μὴ σὺ νομ. Optime vero σοὶ dedit ms. *A.* quod & ex ms. *B.* laudavit Villebr. In *Ep.* omiſſi ſunt verſus ſecundus & tertius, cum priore hemiſtichio quarti.

d Ἄλεξις ἐν Ποιηταῖς. ἐν Ποιητῇ legitur III. 74. e. ubi vide quae notavimus. *Ibid.* Pro Πάνυ τοι βούλομαι, eſt Πάνυ τι βουλ. in ms. *Ep.* *Verſ.* 2. οὕτως γελᾶσθαι. *Serio rideri*, vertit Dalecampius; quaſi ὄντως legiſſet. Nil vero mutat (quod ſciam) ms. *A.* In ms. *Ep.* autem οὕτος ſcribitur.

In *LYNCEI* verbis, me nolente ſervata eſt ex ed. Caſ. ſcriptura manifeſte vitioſa, σαπρῶς οὔσης τῆς οἰκίας: ubi σαπρᾶς recte habent ed. Ven. & Baſ. cum msstis.

e *Ibid.* ὑποστήσαντα τὴν ἀριστερὰν χεῖρα, ὥσπερ αἱ Καρυάτιδες. *Siniſtra manu aedes ſuſtinere*, (ſcil. dum dextrâ cibum capis) *veluti Caryatides*. Vide Vitruv. I. 1. & Latina lexica in *Caryas* & *Caryatis*.

AD CAP. XL.

Φιλόξενος δ' ὁ Πτερνοκοπίς. Vide Notata ad p. 239. f. *Ibid.* Ἀλλ' ἐγὼ. Sic expreſſum volueram: »Ἀλλ' ἐγὼ &c. *Ibid.* ὅτε ὁ κόρυδος ὀβολοῦ ἦν. Proprie avis nomen κόρυδος eſt, quae *galerita* latine vocatur, vel *alauda criſtata*. *Ibid.* ὡς Ἀξιώνικος εἴρηκεν ἐν τῷ Χαλκιδικῷ. Et in iſto nomine, invitis nobis, ex edit. Caſaub. error adhaeſit noſtrae. Recte ſcriptum Ἀξιόνικος in ed. Ven. & Baſ. & in ms. *A.* Conf. pag. 239. f. Deſunt in ms. *Ep.* verba, Ἦν δὲ καὶ ὁ Φιλοξ. – – τὸ μαρτύριον. Iſta verba nos *parentheſeos ſignis* incluſimus, ne confuſio oriretur: at, per errorem, *poſterior uncinus* poſt μαρτύριον poſitus eſt, qui

poſt καλῶν *reiici debebat.* Quare ſic reſcriptum velim : πρόκειται δὲ τὸ μαρτύριον. μνημονεύει δ' αὐτοῦ [nempe τοῦ Φιλοξένου] καὶ Μένανδρος - - - Πτερνοκοπίδα καλῶν.) Μνημονεύει δ' αὐτοῦ [nempe τοῦ Κορύδου, de quo ante parentheſin dictum] καὶ Μάχων &c. Nam *Menandri* teſtimonium manifeſte ad *Philoxenum* ſpectat, de quo vide pag. 239. f. & ibi notata; *Machonis* vero teſtimonium, quod pag. 242. a. & b. adponitur, pertinet ad *Corydum.* Quod magis etiam perſpicue Abbreviator indicavit, ſic ſcribens: Ἦν δὲ καὶ ὁ Φιλόξενος τῶν παρασίτων· ὃν Μένανδρος Πτερνοκοπίδα καλεῖ. Μάχων τε ὁ Κωμικὸς μέμνηται Κορύδου, λέγων· Τὸν Κόρυδον ἠρώτησεν Εὐκράτης πῶς κέχρηται - - - οὐ δέδωκέ πω. Σικυώνιος δὲ ἦ Κορίνθιος ἦν ὁ Μάχων ὁ κωμικὸς, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ κατεγήρα. οὗ καὶ τῷ μνήματι ἐπιγέγραπται, ἄλλα τε, καὶ ὅτι, Ἐρεῖ τις Κέκροπος πόλει καὶ παρὰ Νείλῳ ἔστιν ὅτ' ἐν Μούσαις ἁριμὺ πέφυκεν φυτόν. Λυγκεὺς δέ φησιν· &c. Sic ille non modo in brevia contrahere conſuevit quae in pleniore opere leguntur, ſed etiam nonnulla ſubinde in commodiorem ordinem redegit. e

ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ τῇ ἐμῇ καταβιούς. Id eſt, *in mea patria, Alexandria.* Loquitur haec Plutarchus Grammaticus, (vide pag. 234. c. d.) quem civitate Alexandrinum finxerat Athenaeus. conf. III. 118. f. & IV. 158. d. Pro καταβιοὺς, Abbreviatorem κατεγήρα ſcripſiſſe, paulo ante vidimus. *Ibid.* διδάσκαλος γενομ. τῶν κατὰ κωμῳδίαν μερῶν Ἀριστοφάνους τοῦ Γραμματ. Conf. WOLFII Prolegomena ad Homerum, pag. 220. τῶν κατὰ κωμῳδίαν μερῶν rectiſſime (puto) interpretabimur *rerum omnium ad Comicam poëſin pertinentium.* f

EPIGRAMMA *tumulo* MACHONIS *Comici inſcriptum*, ex Anthologia Graecorum poëtarum poſt REISKIUM in Ienſianis, p. 166. inter *Dioscoridis Epigrammata* edidit BRUNCK, Analector. T. I. pag. 501. num. 30. ſuisque Animadverſionibus illuſtravit IACOBS, Vol. II. Part. I. pag. 400 ſqq. *Verſ.* 1. Quod apud Athenaeum ante nos editum legebatur, φιλαοιδὸν, id unde arripuerit primus Editor neſcio. Illud compertum habeo, in optimis noſtris membranis id ipſum hîc legi, φιλάγωνα, quod Vaticanus Anthologiae codex unice agnoſcit. *Verſ.* 2. Multo magis, ad meum quidem ſenſum, placere omnibus debebat ζῶντι Μάχωνι, (*etiamnum viventi, immortali Machoni*) quod

est apud Athenaeum, quam ζῶντα, quod in Antho-
logia legitur: quo magis mireris, nec *Reiskium*, nec *Iacobs*
istam nostram scripturam dignam censuisse, cuius men-
tionem facerent saltem in Animadversionibus. Nempe hi
usi erant Athenaei editione Casauboniana tertia; in qua,
sive casu, sive imprudenti consilio eius qui illam editio-
nem curavit, ζῶντα expressum est; cum superiores omnes
editiones & vetustae membranae *A.* unde illae derivatae
sunt, communi consensu ζῶντι exhiberent.

a *Vers.* 3. Οὐ γὰρ ἔχεις κηφῆνα παλίμπλυτον. »Multum
»in his verbis inest elegantiae. κηφῆνες Graecis, ut Lati-
»nis *fuci*, homines ignavi, & fruges consumere nati.
»παλίμπλυτον proprie *vestimentum* dicitur *saepius politum*
»& lotum a fullonibus, ac proinde *nullius pretii*. Simillime
»τρίβωνες appellabant *senes effoetos & reipublicae inutiles*.
»Euripides Autolyco: [apud Athen. X. 413. d.]

»— ὅταν δὲ προσπέσῃ γῆρας πικρὸν,
»τρίβωνες ἐκβαλόντες οἴχονται κρόκας.« CASAUB.

Quibus opportune IACOBS hanc observationem adiecit:
»*Plagiarii* vero (hos enim κηφῆνας, *fucos*, appellabat ve-
»tustas) veterum dicta & inventa quasi *recoquunt*, & ple-
»rumque in peius mutata pro suis venditant.« — Igitur
vocabulum παλίμπλυτον, per enallagen quamdam, activa
notione hîc accipiendum.

Ibid. τέχνης ἄξιον ἀρχαίης λείψανον ἀμφίεσαι. Perspectissime monuit idem IACOBS, verbo passivo non
esse hîc locum: non enim *circumdatur* terra, sed *circumdat*
& *condit* Machonis reliquias. Quare rectius utique ἠμ-
φίεσας in Anthologia. Sed quoniam in hoc verbo perin-
de & adhiberi & negligi poterat augmentum; collatâ utrâ-
que scripturâ probabilissimum fuerit, ἀμφίεσας veram
esse scripturam: atque id in contextu positum velim.

»Huius *Epigrammatis postremi versus* ita habent:

»Τοῦτο δ' ὁ πρέσβυς ἑρεῖ Κέκροπος πόλι, καὶ παρὰ Νείλῳ
»ἔστιν ὅτ' ἐν Μούσαις δριμὺ πέφυκε φυτόν.

»Potest τὸ πόλι & tertius casus esse (non quidem ἐκ
»συναιρέσεως pro πόλιϊ, sed ἐξ ἀφαιρέσεως alterius ι.) &
»quintus. *Athenas* affatur auctor Epigrammatis: *O Athe-*
»*nae! senex Macho*, qui hîc est sepultus, *dicet* & notum
»omnibus faciet, *reperiri etiam in Aegypto viros doctos &*
»*acri ingenio praeditos*. Quisquis ille fuit qui hoc epigram-
»ma fecit, ignoravit cuiâs esset is quem laudabat. Ma-

» chonem enim produnt in Aegypto natum illa, πέφυκε a
» φυτόν: omnes alii Peloponnesium. Quamquam Athe-
» naeus, honori patriae (opinor) favens, in numerum sen-
» tentiarum hanc retulit sententiam. « CASAUBONUS. —
Vers. 5. πόλει, pro πόλι, habet codex noster uterque: sed manifeste reclamante metro. *Vers.* 6. Haud dubie exquisitius est θύμον, quod pro φυτὸν legitur in Anthologia. Quo mirifice facit id, quod ex Quintilian. XII, 10, 25. protulit ad hunc locum IACOBS, ubi *thymum redolere*, tamquam proverbialis dictio, pro *Attico sale plenum esse* usurpatur. Quae dein subiiciuntur verba, ἐν τούτοις δηλοῖ σαφῶς, ὅτι Ἀλεξανδρεὺς ἦν γένος: quae consulto ab Athenaeo adiecta CASAUBONUS censuerat, a mala manu addita suspicatus est IACOBS.

In *MACHONIS vers.* 1. ferri nullo pacto potuit Εὐκράτης in recto casu, quod hîc habebant editi cum utroque msto. Diserte enim docuerat paulo ante Athenaeus, (p. 241. d.) *Eucraten* proprium fuisse ipsius *Corydi* nomen. Quare Εὐκράτη scripsi, praeeunte Grotio in Excerpt. pag. 855. Inficete autem in fine eiusdem versus posita videri debebat particula ποτὲ, cum in fine versus sequentis eadem vox recurrat; quae ibi quidem in illis verbis, πῶς κέχρηθ' αὑτῷ ποτε, percommode stat, ad πῶς relata, ut sit πῶς ποτε, *quo tandem modo;* at hoc priore versu nullo incommodo poterat abesse. Contra in eodem *vers.* 1. necessario desiderabatur aliquis nominativus: qui quidem, ob id quod sequitur, τῶν συμπαρόντων, nullus alius nisi pronomen τις esse potuisse videtur. *Vers.* 3. Οὐκ οἶδ'. Sic recte ed. Ven. & Bas. cum msstis. Negab
tiva particula nonnisi in ed. Cas. temere omissa. *Vers.* 4. Ad ista, πεπότικε μὲν γὰρ ὥσπερ ἰατρός με: id est, *nam, ut medicus, dedit mihi quod biberem;* adnotavit DALECAMP: » *Parce, modice, non quantum voluisse.* « In eamdemque sententiam Villebrune accepit. Multo vero commodius, ut videtur, DUTHEIL: *Veluti medicus, multum mihi dedit bibendum; sed, quod comederem* (i. e. victum, certum stipendium, aut largius aliquod viaticum) *nondum dedit.*

Φιλόξενος ἢ Πτερνοκοπίς. Vide Not. ad p. 239. f. *Ibid.* »ἀποφθεγγόμενος οὐκ ἄξια βιβλίου καὶ μνήμης, ἐν τοῖς »ἄλλοις ἦν ἀνδὴς καὶ ψυχρός. Inepta sententia. Neque »aliter tueri licet τὸ ἄλλοις, quam si scribatur ante, »οὐκ ἀνάξια βιβ. aut post, ἦν οὐκ ἀνδ. Sed Epito-

b »mam ſequamur, ἐν τοῖς ὄλοις ἦν ἀηδής.« CASAUBONUS. — Priorem rationem ſecutus ſum; mallem poſteriorem; & ſic in contextu cum *Epit.* repoſitum velim: οὐκ ἄξια βιβλίου καὶ μνήμης, ἐν τοῖς ὄλοις ἦν ἀηδ. id eſt, *dixit parum digna quae literis & memoriae mandarentur, & omnino inſuavis erat & frigidus.* Cui dein opponitur, quod de *Philoxeno* praedicatur, πᾶν ἐπαφροδισίας καὶ χάριτος ἦν μεστόν. Ac ſane quod *Euclidis* memoratur unum dictum, pag. 250. e. illud frigidum magis, quam acutum lepidumve debet videri. Rurſus tamen turbare nos poterat id, quod paulo poſt ſubiicitur, (lit. c.) συνέβη τὸν μὲν Εὐκλείδην κατὰ τὸν βίον - - φιλεῖσθαι καὶ τιμᾶσθαι: ſed ibi vide notata. Voces ἄλλος & ὅλος etiam apud Polybium ſubinde a librariis inter ſe permutatas obſervavimus.

c ὅ τι λαλήσειεν, ἢ πικρανθείη πρός τινα τῶν συζώντων. Iſtud ἢ πικρανθείη cum editis tenent ambo noſtri codices mssti: & ferendum videtur. Corrupte dein τῶν οὐσώντων ſcribebatur in ed. Ven. & Baſ. & τῶν οὐνώντων in ed. Caſ. Adnotabat vero CASAUBONUS: »Lege cum Excer»ptis Hoeſchelii, πᾶν ὅ, τι λαλήσειεν ἢ πικρανθείη πρός »τινα τῶν συζώντων. Et male vulgo intellecta verba ſic »interpretare: *Philoxenus, cum ad propoſitum argumentum »nihil diceret rarum & ſingulare,* (οὐδὲν ἐπὶ κεφαλαίου »περιττὸν λέγων) *quidquid vel in ſermonibus loquebatur, vel »irritatus ab aliquo ſodalium, vel cum aliquid narraret, omnia »erant illius dicta venuſtatis & ſalis plena.* Ut philoſophi »diſcipulos aſſuefaciebant δέσεις λακυθίζειν, & de propo»ſito argumento oratorio more differere: ſic ſoliti divi»tes paraſitis ſuis *argumentum* dare, in quo ſuae εὐστοχίας »ſpecimen ederent: hoc vocatur ab Athenaeo λέγειν ἐπὶ »κεφαλαίου. In hoc genere negat excelluiſſe Philoxenum; »ſed cum ſuamet ſponte iniuſſus aliquid diceret. Obſer»vavimus in multis ſimilia ingenia. Sunt enim non pau»ci extemporali quadam urbanitate praediti, quorum ſu»bita & e re nata dicteria mireris, ſtudio excogitata non »probes aut non magni facias. Ea diverſitas eſt ingenio»rum. λαλεῖν, eſt *communi ſermone uti:* λαλιὰ, *familiaris »collocutio* cum amico aut alio. Multa de hac Menander, »rhetor antiquus & doctus, capite Περὶ Λαλιᾶς. [in Aldi »Manutii Collectione Rhetorum.] Theophraſto aliud lon»ge ſignificat λαλιά. [nempe *loquacitas.* Vide Charact. »cap. περὶ Λαλιᾶς.] Elegantер πικραίνεσθαι poſitum pro

»*iratus loqui.*« — Quam notionem verbis ἐπὶ κεφαλαίου λέγειν tribuit vir doctus, ea nec alioqui cum uſu loquendi magnopere convenire, nec huic loco apta eſſe mihi viſa erat. Adoptavit eam tamen VILLEBRUNIUS; qui, quamquam aegerrime aliàs Caſaubono quidquam acceptum referens, in eamdem ſententiam interpretatus eſt: *il ne diſoit rien de bien extraordinaire lorsqu'on lui propoſoit un ſujet.* Eamdemque interpretationem doctiſſimo viro DUTHEIL probatam video. Equidem aliam tentaveram rationem, de *brevibus & ſententioſis reſponſis* accipiens: (quoniam, ſicut ἀπόφθεγμα Heſychius σύντομος λόγος interpretatur, ſic Suidas, Ἐπὶ κεφαλαίου, συντόμως:) ſed hoc ipſum vereor ne pariter nec cum uſu Graeci ſermonis, nec cum his quae mox de eodem Philoxeno ſubiiciuntur, ſatis congruat. Et plane nunc ita ſentio, debuiſſe dictionem ἐπὶ κεφαλαίου ex vulgatiſſimo Graecorum omnium ſcriptorum uſu in eam fere ſententiam accipi, quam Dalecampius his verbis expreſſit, *ut ſummatim colligam.* Igitur totus locus ſic accipiendus videtur: *Philoxenus autem, licet, ſummatim & generatim ut dicam,* (vel, *univerſam ſummam eorum ſi ſpectes quae ab eo dicta perhibentur*) *nihil ſingulariter exquiſiti pronunciaverit: tamen, quidquid diceret, - - - id omne venuſtatis atque gratiae plenum erat.* Idem fere ſignificat dictio ἐπὶ κεφαλαίου, atque ea quam paulo ante ex Epitoma commendavimus, ἐν τοῖς ὅλοις. Pro κεφαλαίου, in ms. *Ep.* κεφάλου mendoſe ſcribitur. Vocem πᾶν Epitomator non, ut indicare Caſaubonus videtur, ante ὅ τι λαλησ. poſuit, ſed proxime ante ἐπαφροδισίας, eodem loco quo in edd. & in vetuſtis membranis legitur. συζώντων, recte utique, noſter etiam codex *Epit.* dedit: quod in membr. *A.* in οὐ ζώντων detortum eſt. C

Quae vulgo, conſentientibus vetuſtis membranis, ſequuntur verba, καίτοι γε συνέβη τὸν μὲν Εὐκλείδην κατὰ τὸν βίον, τὸν δὲ Φιλόξενον ὑπὸ πάντων φιλεῖσθαι καὶ τιμᾶσθαι: ad ea ſic commentatus eſt CASAUBONUS: »Convenienter iis quae dicta ſunt de Euclide & Philoxe»no, nobilibus ſcurris, facetiis amborum evenit. συνέβη, »inquit, τὸν μὲν Εὐκλ. - - - τιμᾶσθαι. Lego, ut ruen»tem ſententiam tibicine fulciam, ἀεὶ ὑπὸ πάντων. *Ille,* »*dum vixit, in fama fuit: hic ſemper, etiam poſt obitum.* »Cauſla eſt, quia Philoxeni apophthegmata digna quae »referrentur in literas ſunt viſa: Euclidis vero indigna.«

c — Ad eadem verba tam docte, quam ingenioſe CORAY in *Notis mſstis*: »Pro κατὰ τὸν βίον, ait, forſan καθ' »αὐτὸν βιοῦν legendum. *Itaque eo ventum eſt, ut tandem* »*Euclides ſolus viveret*; (deſertus ſcilicet ab omnibus, ob »eius ἐν σκώμμασιν ἀνδίαν:) *Philoxenus vero &c.*« — Qui rectiſſime animadvertiſſe videtur, in verbis κατὰ τὸν βίον mendam latere; unde nobis orta ſuſpicio, ſic ſcriptum reliquiſſe auctorem, τὸν μὲν Εὐκλείδην ἀκλεῆ καταβιοῦν: ubi poſtquam in vetuſtiore quodam codice vox ἀκλεῆ, ob ſimilitudinem cum voce praecedente, temere fuiſſet omiſſa, facile deinde καταβιοῦν in κατὰ τὸν βίον mutari potuerat. Verbum καταβιοῦν, *vitam transigere*, paulo ante uſurpatum Athenaeo vidimus p. 241. f.

AD CAP. XLI.

παραμασήτην αὐτὸν ἐν τούτοις καλεῖ. Acute ſcripta vox παραμασητὴν adfertur ex ms. *A*. Sed mox in Alexidis verſu, ad ſcripturam penacutam, nulla discrepantia adnotata: ſic & pag. 243. c. Manifeſto vitio in ms. *Ep.* ſic ſcriptum: Μοσχιόνα δὲ τὸν παράσιτον, παραμάση τὴν (& inter lineas τὸν) Ἄλεξις φησί: verſum autem poëtae non adpoſuit Abbreviator. De vocabulo iſto conf. not. ad IV. 134. a.

ἐν δὲ τῷ Παγκρατιαστῇ Ἄλεξις. Quum modo citatus fuerit Ἄλεξις ἐν Τροφωνίῳ, nunc, niſi ὁ αὐτὸς Ἄλεξις (id eſt, *idem Alexis*) ſcripſit Athenaeus, oriri ſuſpicio debebat, corruptum eſſe hic *Alexidis* nomen, oportuiſſeque Ἄμφις ſive quod aliud poëtae nomen. Sed ad *eumdem Alexidem* perſpicue Epitomator hoc retulit, poſt verba Ἄλεξις φησί, quae paulo ante adpoſui, continuo ſic pergens: ἀλλαχοῦ δ' ὁ αὐτὸς τρεχεδείπνους καταλέγων. De vocab. τρεχέδειπνος, conf. I. 4. a. & quae ibi notavimus, Animadv. T. I. pag. 46. Latine haud incommode *coenipetam* reddere poſſis cum Reineſio, Variar. Lect. lib. III. pag. 366.

d In illius eclogae *verſ.* 1. Πρῶτον μὲν tenet ms. *A*. cum edd. Πρῶτος μὲν habet ms. *Ep.* *Ibid.* Καλλιμέδων ὁ Κάραβος. De hoc vide III. 100. c.

Quod *verſ.* 2. pro Κωβίων, idem ms. *Ep.* Κωβιὸς habet, ei ſcripturae patrocinatur alius eiusdem Alexidis locus, IV. 134. d. ubi idem homo pariter Κωβιὸς nomi-

natur; quod proprie nomen piſcis eſt, ſicut Κάραβος quod d. praeceſſit, & Σκόμβρος quod ſequitur. In fine eiusdem verſus mendoſe Κηρυβίων edebatur: recte vero Κυρηβίων ms. *A.* & *Ep.* de quo reponendo monuerat MEURSIUS, Lection. Attic. lib. I. c. 4. Et ſic paulo inferius recte etiam editum erat. Nomen ductum a τοῖς κυρηβίοις, quae ſunt *paleae frumenti*, aut *furfures:* de quo vocabulo prae caeteris videndus Foeſius in Oecon. Hippocr.

Verſ. 3. ὁ Σκόμβρος, ἡ Σεμίδαλις. Sic recte ms. *A.* cum edd. Perperam ms. *Ep.* Κυρηβίων θ' ὁ Σκόμβρος ἡ Σεμίδαλις. Σεμίδαλις (proprie *ſimilago*) ut paraſiti cuiusdam cognomen, ſupra etiam, IV. 134. d. memoratum vidimus. Ac potuit ille, licet vir, tamen foeminini generis nomine ἡ Σεμίδαλις cognominari, quemadmodum Philoxenus ἡ Πτερνοκοπὶς adpellatus eſt. Alii paraſito Σκόμβρος cognomen erat, quod proprie piſcis nomen. Idem cognomen duobus Chaerephili filiis impoſitum vidimus III. 120. a. ubi vide quae notavimus, Animadv. T. II. pag. 341. REINESIUS, Variar. Lect. lib. III. cap. 2. pag. 336. cum iungenda cenſuiſſet nomina Κόρυδος κωβίων, & Κηρυβίων ὁ σκόμβρος, quaſi *Corydus* (quod tamen ipſum nonniſi cognomen fuit *Eucratis*, ut paulo ſuperius vidimus) *gobius* fuiſſet cognominatus, *Cerybion* vero (quod tamen & ipſum nonniſi ludicrum fuiſſe *cognomen* mox ipſe Athenaeus docet) *ſcomber;* ſtatuerat excidiſſe hîc proprium nomen eius hominis qui σεμίδαλις fuiſſet cognominatus, intelligendumque *Phyromachum*, cuius alibi paſſim mentio fit apud Noſtrum, VI. 245. e. VIII. 343. b. X. 414. d. e.

ὡς φησι Δημοσθένης. *Demoſthenes de Falſa Legat.* p. 433. ed. Reisk. Conf. Harpocrat. in Ἐπικράτης.

ANAXANDRIDIS eclogam ex *Ulyſſe*, habet GROTIUS in Excerpt. pag. 641. cuius Latinam verſionem adoptavi, paucis mutatis.

Verſ. 3. Ἱερὸν γάμου καλεῖτε. »Quaſi dicas, *alicuius* e »*Dearum ſponſum.* Γάμος, pro *ſponſo* aut *marito;* ut apud »Romanos *coniugium* & *matrimonium*, pro *uxore.*« CASAUBONUS. — Aliàs Ἱερὸς γάμος dicebatur ἑορτὴ Διὸς καὶ Ἥρας, ut docet Heſychius, ubi vide Interpp. Conf. mox pag. 243. a. Verſus fere omnes, inde a tertio, ita confuſe erant ſcripti, ita imperite diſtincti, ut vix operae pretium eſſe videatur hîc referre. Verbi cauſſa, in ed. Ven. & Caſ. ſic erant diſtributi:

c Ἱερὸν γάμον καλεῖτ'. ἐὰν δὲ μικρὸν παντελῶς
ἀνθρώπιον, σταλαγμόν. λαμπρός τις
ἐξελήλυθ', ὁλολυγμὸς οὗτός ἐστι, λιπαρὸς
περιπατεῖ δημοκλῆς, ζωμὸς
κατωνόμασται. Χαίρει τὶς αὐχμῶν ἢ ῥυπῶν,
κονιορτὸς ἀναπέφηνεν. &c.

Ex his ſecundus & tertius in ed. Caſ. 1. ſic ſcripti:

ἀνθρώπιον, Σταλαγμόν. λαμπρός τις ἐξ-
ελήλυθ'; Ὁλολυγμὸς οὗτός ἐστι. λιπαρὸς

Rurſus paulo aliter in ed. Caſ. 2. & 3. GROTIUS, quo iſtas ſalebras ſenariorum numeris adſtringeret, omiſſis vocabulis ἀνθρώπιον & Δημοκλῆς, hos verſus ita concinnavit:

Ἱερὸν γάμον καλεῖτ'. ἂν δὲ μικρὸς παντελῶς,
σταλάγμιον. λυπρός τις ἐξελήλυθεν;
ὁλολυγμὸς οὗτός ἐστι. λιπαρὸς περιπατεῖ;
ζωμὸς κατωνόμασται. &c.

Penultimo verſu expreſſum quidem eſt in Grotii exemplo λυπρὸς περιπατεῖ: ſed voluiſſe eum λιπαρὸς, (ſicut editum invenerat) cum ex connexione orationis, tum ex verſione adparet. Iſta igitur ſic latine reddidit idem GROTIUS:

Sacras vocatis nuptias. Puſillior
eſt aliquis? Guttam. Vultu forte triſtior
incedit quisquam? Naeniam. Alius craſſior,
fit Iuris offa. &c.

Ego, cum perfectum ſenarium illis verbis contineri cernerem,

ἐὰν δὲ μικρὸν παντελῶς ἀνθρώπιον·

tum rurſus iſtis, quae ſic membranae noſtrae dabant, poſtrema voce excepta:

λαμπρός τις ἐξελήλυθ'; Ὅλολυς οὗτος ἦν:

nullo omiſſo aut mutato exſtantiore verbo, quod dediſſent libri, ita diſtribuendos verſus putavi, ut, Ἱερὸν γάμον καλεῖτε, rurſusque, Σταλαγμόν, eſſent duorum ſenariorum exordia, quorum reliqua verba conſulto omiſiſſet Athenaeus, ut nihil magnopere ad rem facientia. Quod ait poëta, *puſillum homuncionem* σταλαγμὸν (id eſt, *guttam*) vocare ſolitos Athenienſes, illum nominis uſum ex uno Euſtathio adnotavit H. Stephanus in Theſ. ſcilicet ex Comment. in Od. ι'. pag. 374, 40. ubi ille hos Alexidis verſus (tacito quidem & poëtae & Athenaei nomine) ex Epitoma Athenaei adpoſuit, nonnullis etiam quae habet Epitomator omiſſis.

Verſus, qui nobis *ſextus* eſt, ſic ſcribitur in membr. *A.* e λαμπρός τις ἐξελήλυθ'. ὁλολυς οὗτος ἐστί. Eodemque prorſus modo in ms. *Ep.* niſi quod ibi pro λαμπρός τις corrupte λαμπρότης ſcriptum. In utroque codice accentu caret vox ὅλολυς. Eam igitur vocem, (ſive ea recte ſic ſcripta eſt, ſive leviter corrupta) ignorant quidem (quod ſciam) Lexica omnia quae lucem ad hunc diem viderunt: ſed, quaenam ei vis ineſſet perapte huic loco conveniens, ex Gloſſa quadam Heſychiana & ex doctiſſimi Editoris ad eam adnotatis intelligebatur. Heſychius: Ὀλολύγων· ζωῦφιον γινόμενον ἐν ὕδασιν, ὅμοιον ἐντέρῳ. καὶ τοὺς εὐήθεις δὲ οὕτως ἔλεγον. Ibi adnotavit ALBERTI: »Photius Lex. ms. Ὄλολος. Μένανδρος, τὸν γυναικώδη, καὶ βάκηλον. Idem: Ὀλόλους, τοὺς δεισιδαίμονας ἐκάλουν. Μένανδρος Δεισιδαίμονι, Θεόπομπος Τισαμένῳ, καὶ ἄλλοι.« Quas Photii gloſſas CLERICUS etiam in Indice ad Menandri Fragmenta protulerat. E quibus intelligi par erat, ANAXANDRIDEM quoque hoc loco, ſive is ὅλολυς aut ὁλολὺς per υ ſcripſit, ut exhibent codices noſtri, ſive ὅλολος in his ſcriptum oportuit, *hominem mollem & effeminatum* dixiſſe. In fine *verſus*, verbum ἐστὶ, cum non ferret metrum, in ἦν mutavi; quemadmodum etiam verba κατωνόμασται & ἀναπέφηνεν, & ἐπικέκληται, quae ſequuntur, in praeterito tempore poſita ſunt. Cum ὁλολυγμὸς vulgo legeretur, quod *ululatum*, *eiulatum* ſignificat, GROTIUS praecedens vocab. λαμπρὸς in λυπρὸς mutavit. CASAUBONUS ad h. l. haec adnotaverat: »Cur ὁλολυγμοὺς vocarent eos qui ſplendidam & candentem veſtem geſtantes in publicum prodirent, expoſitum »eſt dudum ad Theophraſtum, capite περὶ Μικροφιλοτιμίας.« — Ibi ſcilicet latine ſic reddiderat: *ſi quis ſplendidus progreditur, clamor muliebris is eſt:* interpretatusque erat »quaſi tu dicas, *perpetuo ſacrificantem.* Eſt enim (inquit) ὁλολύζειν, vox ad ſacrorum caeremonias pertinens. »& *clamorem mulierum ſacrificantium* indicans.« — Conf. Heſych. in Ὁλολυγὴ, & Caſaub. ad Athen. VII. 288. f.

Septimo verſui, poſt Ζωμὸς, deerat vox poſtrema. Expleri verſum adiectâ voce μέλας iuſſerat TOUPIUS in Curis Noviſſ. in Suid. pag. 208. cui hactenus morem geſſi, ut uncinis tamen hanc vocem includerem, quippe de qua etiam atque etiam dubitari poſſit. Nec enim neceſſe eſt, quod pro confeſſo Toupius ſumſerat, ut ad Spartanorum *ius*

e *nigrum* reſpectum habuerit illud Athenienſibus uſitatum dicterium: &, *qui gulae ſtrenuam dat operam*, eum nude etiam ζωμὸν vulgo vocari ſolitum ſupra vidimus p. 238. b. λιπαρὸν, cum omnibus interpretibus, *pinguem*, *bene ſaginatum* intellexi. Sic paſſim per εὐτραφὴς & εὔσαρκος exponitur illud vocabulum. Δημοκλῆς, noti hominis nomen, paraſiti & aſſentatoris Dionyſii; de quo mox pag. 250. & XIII. 584. f. Eumdem-ne ipſum, an alium quempiam obeſo corpore hominem hîc dixerit poëta, non definiam.

Verſ. 8 *ſq.* κατωνόμασται. χαίρει αὐχμῶν ἢ ῥυπῶν;
Κονιορτὸς ἀναπέφηνεν. —

Cum invito metro ſcriptum eſſet χαίρει τις αὐχμῶν ἢ ῥυπῶν, pronomen τις ſervans GROTIUS, verbum αὐχμῶν cum particula ἢ omiſit. Mihi nihil expeditius certiusque videbatur, niſi eiicere voculam τις, ut a librariis ex interpretatione inſertam: quam, apud poëtas praeſertim, frequenter omitti ſubintelligendam quoties iam obſervavimus! Dicterium κονιορτὸς, etiam ſupra commemoratum erat pag. 238. d. Magis turbati *ſequentes Verſus* erant, ſic ſcripti in ſuperioribus editionibus:

Κονιορτὸς ἀναπέφηνεν. ὄπισθεν ἀκολουθεῖ κόλαξ;
f Τήλεμβρος ἐπικέκληται. τὰ πόλλ' ἄδειπνος περιπατεῖ;
Κεστρῖνός ἐστι νῆστις. εἰς τοὺς καλοὺς δ' ἂν τις βλέπῃ,
Κενός. Θεατροποιὸς ὀφείλετ' ἄρνα παίζων,
Ἀτρεὺς ἐκλήθη. ἐὰν δὲ κριὸν, Φριξός. ἐὰν
δὲ κωδάριον, Ἰάσων.

Ibi *verſ.* 9. quo conſuleretur metro, abieci cum GROTIO vocem ὄπισθεν, quae ex interpretamento invecta, languideque verbo ἀκολουθεῖ adiecta videri debebat. Dein ad *Verſ.* 10. monuerat CASAUBONUS: »Scribe, ut edi»tum voluimus, ἀκολουθεῖ κόλαξ τῷ; Λέμβος ἐπικέ»κληται.« — Utrum ex ingenio, an e msto libro ſic correctum voluerit, non declaravit. At recte id ipſum dederunt ambo noſtri codd. mssti, & ex Epitoma etiam Euſtathius loco ſupra citato. Eſt autem λέμβος proprie *navis minor, quae aliam maiorem ſequitur*, ex illius puppi maxime revincta: commodumque adeo ſectatoris & clientis cognomen. *Eodem verſu*, cum non quadraret metrum, GROTIUS verba τὰ πολλὰ, ut officientia verſui qui carere eis poterat, abiecit. Nempe non meminerat, eadem ipſa verba, τὰ πολλ' ἄδειπνος περιπατεῖ, κεστρῖνός ἐστι νῆστις,

ex eâdem Anaxandridis fabulâ rursus a Nostro adferri lib. f VII. p. 307. e. f. Quare vix aliter consuli posse metro videtur, nisi ut pro ἐπικέκληται brevius verbum ἦν vel ἐστὶ posueris: nisi forte, aegre patiens abiici commodissimum alioquin verbum, statueris, post ἐπικέκληται intercidisse & posterius hemistichium illius versus, & dein rursus initium versus sequentis. Qua ratione in hunc modum scripta illa verba oportuisset:

τῷ; Λέμβος ἐπικέκληται. — — —
— — τὰ πόλλ' ἀδειπνὸς περιπατεῖ;
Κεστρῖνός ἐστι νῆστις.

Ductum est autem hoc posterius cognomen a proverbio illo, κεστρεὺς νηστεύει, quod commemorat Noster, VII. 307. c. Pro νῆστις, quod tenet ms. *Ep.* cum editis, est νήστης in ms. *A.* tam contra metrum, quam contra sermonis usum.

Ad proxima verba, haec notavit CASAUBONUS: »εἰς »τοὺς καλοὺς δ' ἂν τις βλέπῃ, Κενός. Imo ille κενὸς & »κενόφρων, qui istam vocem primus hìc scripsit. In Excer»ptis est Καινός: ne id quidem rectum, etsi propius re»cto. Absque dubio legendum Καινεύς. *Caeneum* ap»pellabant hominem mollem & qui muliebribus curis vi»rilem animum exuisset. Qui memoratur in fabulis Cae»neus, olim virgo fuerat. Virgilius iterum foeminam fa»ctum canit: [Aeneid. VI. 448.]

» *It comes & iuvenis quondam, nunc foemina, Caeneus,*
» *rursus, & in veterem fato resoluta figuram.*

»Porro nihil viro indignius, quam aspectu pulchrae for»mae nimis affici. Nostrâ Francocelticarum linguâ apte di»xeris *damoiseau*, quem poëta ait vocitatum Athenis *Cae»neum*. Eustathius, qui totum hunc locum Anaxandridae »in nonum Ulyxeae commentarium [p. 370. ut supra di»ctum] retulit, haec verba praetermisit. Noli dubitare, cor»ruptis iam tum Athenaei codicibus, mendum vidisse Eu»stathium, emendationem non vidisse.« — Alia ibi cum Epitomatore omisit Eustathius; alia item, quae in Epitoma satis commode scripta leguntur. — Pergit mox idem CASAUBONUS: »θεατροποιὸς [*vers.* 12 *sq.*] ὑφείλετ' ἀρνα παί»ζων; Ἀτρεὺς ἐκλήθη. Unde, malum, vox θεατροποιός? In »Excerptis, Καινὸς θεατροποιὸς iunctim scriptum: quasi »ita olim Athenienses appellassent quem nostra emendatio »*Caeneum* vocabat. De quo praeiudicium non faciam

f » eruditorum virorum ſententiis. At, vocem ποιμένος » deeſſe in vulgatis, & Euſtathius & Breviator arguunt: » ſic enim ſcribunt, ὑφείλετ' ἄρνα παίζων ποιμένος. « —

Nos in his, quemadmodum in verſione latina, ſic & in Graecis conſtituendis verſibus GROTIUM ſecuti ſumus; niſi quod in fine *verſ.* 12. pro ἂν, quod illi placuit, ἦν poſuimus: quoniam, ſi ibi ἂν ſtaret, pro ὑφείλετ' (*verſ.* 13.) oportuiſſet in ſubiunctivo ὑφέλητ', quod & a librorum ſcriptura diſceſſurum & metro repugnaturum erat. *Verſ.* 11 *ſq.* membranae *A.* cum edd. habent εἰς τοὺς καλοὺς δ' ἄν τις βλέπῃ: ms. *Ep.* vero, εἰς τοὺς καλοὺς δ' ὅταν βλέπῃ, absque τις. Quare initio *vs.* 12. pro ἄν τις βλέπῃ, poſſis perinde ὅταν βλέπῃ ponere. *Eod. verſ.* καινὸς, ut in Hoeſcheliana Epitome, ſic & in noſtro ms. *Ep.* itemque in ms. *A.* ſcribitur: & in utroque codice nulla intercedente diſtinctione iunguntur καινὸς θεατροποιός. Ubi quid ſonet θεατροποιὸς, non magis nobis, quam doctiſſimo Caſaubono, compertum. In latina verſione, ne nihil diceremus, *theatri molitor* cum GROTIO ſcripſimus. Dalecampius, cum ſuperioribus editoribus ad ſequentia trahens illud vocabulum, ſic reddiderat, *Si quis praeſtigiator agnum ioco ſurripiat.* Quod pro καινὸς Caſaubonus Καινεὺς legendum cenſuit, parum mihi probabile viſum erat. Cur enim, quaeſo, is *qui formoſos pueros* (τοὺς καλοὺς) ſectatur, cum *Caeneo* potiſſimum fuerit collatus; qui, cum virgo prius fuiſſet, in virum mutari voluiſſe, mutatusque eſſe, perhibetur? Quod ſi memineris eius quod dixit parasitus (pag. 238. c.) apud Ariſtophontem Comicum, τοὺς καλοὺς πειρᾶν καπνὸς, (ubi vide notata;) probabilius fortaſſe videatur καπνὸς pro καινὸς ſcriptum hîc oportuiſſe. *Verſ.* 13. ἄρνα ποιμένος cum Epitome Hoeſcheliana & Euſtathio agnoſcit codex noſter uterque. Cum, *qui agnum ſurripuiſſet*, eum *Atreum* vocitari ait; *Thyeſtem* potius nominatum iri putaſſes, quoniam Atreo Thyeſtes aurei velleris agnum ſurripuiſſe tradebatur, ut ad p. 231. c. ex Pauſan. II. 18. notatum. Mox de *Phrixo*, eiusque ariete, vide Apollodor. I. 9, 1. & quos ibi Heynius laudavit.

AD CAP. XLII.

Χαιρεφῶντος - - μέμνηται μὲν κἀν τοῖς πρὸ τούτων. Vide IV. 134. e. & 164. f.

Menandri, ex fabula *Ira*, *verſus primus* cum ita edi-a tus legeretur,

Διαφέρει Χαιρεφῶντος οὐδέπου

monuit Casaubonus: »Primus verſus claudicat, ſanan-»dus ita:

»Ὃ δ' οὐ διαφέρει Χαιρεφῶντος οὐδὲ γρῦ.

»Poſtremam voculam imputat nobis Epitome Hoeſche-»lii.« — At noſter quidem codex *Ep.* mendoſe οὐδὲ τοῦ habet: ſed membranae *A.* veram ſcripturam οὐδὲ γρῦ exhibent. *Verſus* 3. ſic editus erat:

εἰς ἑστίασιν δωδεκάποδος ὄρθιος.

Quem ſic converterat Dalecampius: *Vocatus aliquando, umbra cum decempes foret, diluculo* &c. adnotaveratque: »*Ad horam diei decimam.* Eraſm. Adag. *Decempes umbra.* »Vide ſupra.« (Nempe conferri volebat locum ſuperiorem, lib. I. pag. 8. b. c.) — Ad quae Casaubonus: »In »tertio, inquit, ſcribendum ὄρθριος, quod non fefellit »Dalecampium.« [Et dedit hoc uterque noſter codex.] »At vocem δωδεκάποδος malo conſilio mutandam cen-»ſuit idem in δεκάποδος. Quid illum movit ut neceſſa-»riâ ſyllabâ verſum ſpoliaret? Putavit nempe, *condicendae* »*coenae ſtatam & certam horam* fuiſſe olim *umbram decem* »*pedum:* qui meminiſſet legere in *Eraſmi Chiliadibus* pro-»verbium, ὅταν ᾖ δεκάπουν τὸ στοιχεῖον. Sed falſus eſt. »Nulla enim fuit legitima hora, quam migraſſe eſſet neſas: »verum, ut cuique erat libitum, maturius, tardius, in-»vitatos iubebant adeſſe. Hoc ſcimus nos ex veterum le-»ctione; qui in ea re modo hanc, modo illam pedum »menſuram nominant. *Sextae horae*, ſive umbrae pe-»dum ſex, Lucianus meminit; cuius nota lex conviva-»lis in Saturnalibus, [cap. 17. T. IX. Opp. pag. 20.] »Λούεσθαι ὁπόταν τὸ στοιχεῖον ἑξάπουν ᾖ. *Septem pedum* »*umbrae* Heſychius ex aliquo veteri Comico:« [ex Ari-ſtophane, ut diſcimus e Supplemento libri XI. quod ex Epitoma edidit ipſe Caſaubonus, Animadverſionum libro XI. cap. 14. pag. 517. l. 27 ſq. ed. 1. p. 820. ed. 2. & 3.] »Ἑπτάπους σκιά. τοῖς ποσὶ κατεμέτρουν τὰς σκιὰς ἐξ ὧν »τὰς ὥρας ἐγίνωσκον.« [Apud Heſychium quidem ibi nulla coenae mentio: ſed de coenae hora agi, ex ipſis Ari-ſtophanis verbis l. c. diſcimus.] »*Decem pedum* στοιχείου »faciunt multi mentionem: neque negaverim, procuran-»do corpori eam *maxime ordinariam horam* fuiſſe. Iulius

a » Pollux lib. VI. cap. 8. [ſect. 44.] Τῇ *σκιᾷ ἐτεκμαίροντο* » *τὸν καιρὸν τῆς ἐπὶ τὸ δεῖπνον ὁδοῦ, ἣν καὶ στοιχεῖον ἐκά-* » *λουν. καὶ ἔδει σπένδειν, εἰ δεκάπουν τὸ στοιχεῖον εἴη.* » Scribendum *σπεύδειν*. Reſpicit hunc Ariſtophanis lo- » cum e Concionantibus: [vs. 652 ſq. ed. Br.]

— — — » *σοὶ δὲ μελήσει,*
» *ὅταν ἢ δεκάπουν τὸ στοιχεῖον, λιπαρὸν χωρεῖν ἐπὶ* » *δεῖπνον.*

» Emendanda ſunt obiter doctiſſimi interpretis verba, » [Schol. ad vs. 648. ed. Küſt.] dudum corrupta. Τὸ *πα-* » *λαιὸν*, ait, *καλοῦντες ἐπὶ δεῖπνον καὶ καλούμενοι παρε-* » *σημαίνοντο τὴν σκιάν. καὶ οὕτως οἱ μὲν ἔμενον τοὺς κλη-* » *θέντας, οἱ δ' ἀπῆεσαν ἐπὶ τὰς ἑστιάσεις, οὐδ' ὑπὸ τηρή-* » *σεως οὔσης αἰτίας, ἐφ' ἧς οἷόν τε ἦν τεκμήρασθαι εἰς πό-* » *σας ὥρας προήκει.* Legendum, *οὐδέπω τηρήσεως οὔσης* » *ἑτέρας, ἀφ' ἧς οἷόν τε ἦν τεκμ. cum nondum exſtaret ulla* » *alia obſervatio, ex qua ſciri poſſet ad quot horas* Sol *eſſet* » *progreſſus:* hoc eſt dicere, ante inventionem gnomonum » & horologiorum. Nemo erit, opinor, qui huic emen- » dationi refragetur. Anni ſunt tamen amplius quingenti » cum hic locus ſcribitur non aliter: quod ex Suida co- » gnoſcimus, qui doctiſſimi Scholiaſtae verba referens in » ſuos commentarios, [ſub voce Δεκάπους σκιά.] ſimili- » ter corrupta & depravata illa deſcripſit. Enimvero an- » tiquae mendae, non propterea non ſunt mendae. Sed » hoc *ὁδοῦ πάρεργον*. *Duodecim pedum σκιᾶς* meminit » hic diſerte *MENANDER*. Dalecampium, lectionem editam » ſolicitantem, admoneat erroris ſui Heſychius, ita ſcri- » bens: Δωδεκάποδος· *οὕτως ἔλεγον ἐλλειπτικῶς, στοιχείου* » *ἢ σκιᾶς. οὕτω γὰρ συνετίθεντο ἐπὶ δεῖπνον ἥξειν, τοῦ στοι-* » *χείου ὄντος δωδεκάποδος, ὡς νῦν πρὸς ὥρας φασί.* Pu- » tes, hunc ipſum *Menandri* locum ab illo exponi. Sed » quid miramur de *duodecim pedibus*, cum ſciamus fuiſſe » qui ſerius multo ad coenam accederent? *Viginti pe-* » *dum στοιχεῖον* obſervare iuſſus erat is de quo Eubulus » comicus, [apud Noſtrum, I. 8. c.]

» *εἰπόντος αὐτῷ τοῦ φίλου, ὁπηνίκ' ἂν*
» *εἴκοσι ποδῶν μετροῦντι τὸ στοιχεῖον ᾖ,*
» *ἥκειν.* « —

Verſ. 4. Pro *σκιὰν ἰδὼν*, eſt *σκιάν τ' ἰδὼν* in ms. *Ep.* parum commode.

Eiusdem *MENANDRI* verſus ex fabulâ Μέθη, ſeu *Te-*

mulentiâ, ita ut a nobis factum digerendos esse monuit Casaubonus, cum ecloga illa in sex versus esset distributa; quorum secundi initium fecerat vox ἀνδρῶν, tertii φάσκων, quarti Καθ' αὑτὸν, quinti δειπνῇ, ita ut pro sexto nonnisi verba ἔχειν καλῶς supereſſent. Ibi, quod ait *verſ.* 1. Ἐμὲ γὰρ διέτριψεν, id *me moratus eſt* reddidit Dalec. Suspicatus eram, quemadmodum nomen διατριβὴ haud raro *oblectamentum* significet, sic etiam verbo διατρίβειν *delectandi* significatum tribui posse. Sed dubito, an usquam certum illius usus exemplum reperiatur. Laudari video ad hanc *Menandri* Eclogam *Emendationes*, quas sub *Philargyrii* nomine edidit *Cornelius de Pauw*: quae quidem quid bonae frugis offerant, cum non ad manus sit liber, nec umquam tractare eum mihi contigerit, non habeo compertum.

Verſ. 2 *ſq.* ἱερὸν γάμον φάσκων ποιήσειν. »Quid appel»lat Menander ἱερὸν γάμον? Athenienses eo nomine fe»stum celebrabant, memoriae perpetuandae *nuptiarum Io»vis & Iunonis*. Hesychius: Ἱερὸς γάμος, ἑορτὴ Διὸς καὶ »Ἥρας. Nam & natales suorum Deorum norant veteres, »& alios dies solemnes. Ergo etiam diem illum norant, »quo Iovi nupsit Iuno: sed norant, ut puto, soli Athe»nienses, aut cum paucis. Nam alii populi non adeo in»genioſi; quod indicat Theocritus, qui curioſiſſimas tan»tum foeminarum de nuptiis Iovis & Iunonis satagere af»firmat. Πάντα, ait, γυναῖκες ἴσαντι· καὶ ὡς Ζεὺς ἠγά»γεθ' Ἥρην.« [Idyll. XV. 64. Quae Theocriti verba infeliciter hic attigisse Casaubonum, pronunciavit Warton ad illum locum.] »De eo festo, *Menandri* versum in»terpretor; maxime quia sequitur, τὰ τῆς θεοῦ γὰρ παν»ταχῶς ἔχειν καλῶς. Olim scribebam, ἱερὸν γάμων: hoc »est, *se sacra facturum brevi nuptialia*. Eo tempore ami»cos suos invitabant, ut etiam docet Plutarchus in Sym»pos.« Casaubonus. — Conf. Meursii Graeciam Feriatam pag. 158. laudatam ab Hesychii Interpretibus. Eandem dictionem Ἱερὸν γάμου aliter ab eodem Casaubono paulo superius expositam vidimus, ad pag. 242. e.

Verſ. 5. τὰ τῆς θεοῦ γὰρ παντα χῶς ἔχειν καλῶς. Ad verbum interpretatus sum, *res enim Deae usquequaque bene habere*. Quorsum autem haec spectent, parum mihi liquet. Mire Dalecampius: *Enimvero penitus ille novit totum Lunae cursum.* Quasi ἡ θεὸς hic luna esset, & dein κατέχει

b legeretur. Ms. *A.* nihil ab edita ſcriptura recedit: in *Epit.* vero tota deſideratur ecloga. GROTIUS in Excerpt. pag. 733. de tota ecloga nonniſi poſtremum verſum adpoſuit, eumque ſic digeſtum mutatumque:

— — Τοῦ θεοῦ γὰρ παντα χοῦ
ἔχειν καλῶς.

Adiecta verſione: *Non hominis, ſed Dei eſt, ubique bene eſſe.* Apud alium quemdam auctorem verba illa iſto modo ſcripta & in eamdem ſententiam prolata reperiſſe Grotium diceres, niſi in Notis (pag. 986.) conſulto ſcripſiſſet: »Male editur τὰ τῆς θεοῦ.«

Μνημονεύει δ' αὐτοῦ. Sic commode editiones omnes. Sed & ſatis erat, Μνημονεύει αὐτοῦ, quod eſt in membr. *A.* absque coniunctivâ particulâ. In ms. *Ep.* deſunt haec, & quae ſequuntur, usque ad Timothei verſum 2. lit. d. εἰς ἑπτακλ.

Τιμοκλῆς δ' ἐν Ἐπιστολαῖς &c. TIMOCLIS verſus nec ſatis »recte, &, ut puto, mutilate in omnibus ſcribuntur libris: aut proferat aliquis meliores quam quibus uſi ſumus. Initio *aſotum* hominem belle περιφράζει poëta:

»Ὁ Δημοτίων δὲ, παραμένειν αὐτῷ [αὐτῷ edd. & ms.] δοκῶν
»τ' ἀργύριον: —

»nam is eſt *aſotus* vere & φερωνύμως, qui aſſiduas impenſas faciens, *non cogitat ſe rem imminuere ſuam & frangere.* »Deinde, cum ait,

» — — ὃ Χαιρεφῶν μὲν παντελῶς
»οἰκαδε βαδίζειν ᾤετό γ' ὁ ταλάντατος:

»ſignificat, *tam familiariter Chaerephontem ad Demotionem »itaſſe cibi ſumendi gratia, quam ſi domum ad ſe iviſſet.*« CASAUBONUS. — In ed. Caſ. ſcribitur ᾤεθ' ὁ ταλάντατος: & ad eam ſcripturam nihil quidem discrepantiae ex membr. *A.* adnotatum eſt. Sed in ed. Ven. ſic ſcriptum, ᾤετ' ὦ ταλάντατος: & ſimili quodam modo videtur ſcribi in membranis: quod ex eo, quod dedimus, corruptum erat, ᾤετο ὁ ταλάντατος.

c *Tres poſtremi verſus* cum in hunc modum editi legerentur conſentientibus membranis:

Καὶ μὴν ἔτι τοῦτ' ἔστιν ἄξιον μόνον,
τὸν παραμασήτην λαμβάνει δίκρουν ξύλον·
οὔτ' εὔρυθμος γάρ ἐστιν, οὔτ' ἀχρήματος.

ſic iſta latine reddidit DALECAMPIUS:

Et, quod eſt certe omnium indigniſſimum, c
Paramaſeten ſecum adducit, lignum bifidum:
ut qui nec concinnus ſit, nec opulentus.

Qui praeclare illud viderat, pro ἄξιον (*verſ.* 5.) oportuiſſe ἀνάξιον, quod ſententia deſiderabat: at ſic metrum, claudicans in vulgata ſcriptura, nondum ſatis erat ſuffultum. Porro, *verſu* 6. ad verba, *lignum bifidum*, adnotaverat idem: »*Stolidum, fatuum, ruſticumque hominem: bifi-*»*dum*, quod homo bipes ac δισχελής: e ligni trunco fiſſo »in duo crura & brachia factum: &, ut eſt in prover-»bio, ficulnum.« — Quam totam interpretationem gratis ſumtam adparebat. Denique vero, *verſ.* 7. ſuſpecta eſſe debebat vox ἀχρήματος: nam quid *indigni* habet hoc, quod *pro paraſito* adſumſit hominem *non opulentum?* Opulentus quidem, perpetuus eſſe paraſitus noluerit. Nam παραμασήτην *paraſitum* ſignificare, cum ipſum vocabuli veriberbium docebat, tum tantum non diſertiſſime monitum eſt a Noſtro pag. praeced. lit. c. Meliora docuit e ſuae doctrinae inſtructiſſima copia Toupius in Animadverſionib. in Scholia ad Theocrit. Idyll. VIII. pag. 217. ubi ita legendos iſtos ſenarios monuit:

Καὶ μὴν ἔτι τοῦτ' οὐκ ἔστ' ἀνάξιον μόνον,
τὸν παραμασήτην λαμβάνει δίκρουν ξύλον·
οὔτ' εὔρυθμος γὰρ ἐστιν, οὔτ' ἀγράμματος.

Nempe hominem οὐκ ἀγράμματον accipiens pro στιγματία: quo ſenſu & *literatum* Plautus dixit, & Samiorum populum πολυγράμματον Ariſtophanes in Babyloniis. Cum quo congruit, quod δίκρουν ξύλον (ut ex Etymol. in Δίκρον & in Μίκκος intelligitur, coll. Suida in Δικροῖς) *furcam* ſignificat, adeoque per metonymiam *furciferum* denotare poterat. Quas ego emendationes interpretationesque adoptans, fere non dubitandum arbitror, quin penultimus verſus in eum, quem ſub contextu indicavi, modum ſit refingendus,

τὸ παραμασήτην λαμβάνειν δίκρουν ξύλον;

Nam in naturali verborum ſtructurâ vox παραμασήτην praedicatum eſt, adeoque articulum non habere debet praepoſitum. Porro interrogative mihi utique viſa erat accipienda oratio. *Nonne hoc ipſum etiam per ſe* (τοῦτο μόνον) *indignum facinus eſt*, nempe τὸ λαμβάνειν δίκρουν ξύλον παραμασήτην, *hominem furciferum pro menſae ſodali adſumere.* Quod vero vocem εὔρυθμος ex eo illuſtrandam

c idem TOUPIUS cenſuit, quod de τῶν γραμμάτων ῥυθμῷ Herodotus dicit V. 58. id nimis ſubtile mihi viſum erat, longiusque petitum.

Ἀντιφάνης δ' ἐν Σκύθῃ. *ANTIPHANES, in Scytha.* »*Scy-*»*thas* Athenis vocabant publicos ſervos, qui in iudiciis pe-»tulantiam litigantium compeſcebant. [vide Polluc. VIII. »131 ſq. & ibi lungerm.] Sunt qui *Scythas* [in plur.] hanc »fabulam inſcribant. Pollux lib. VII. cap. 13. [ſect. 59.] »Ἐν τοῖς Σκύθαις Ἀντιφάνης ἔφη, Σαράβαρα καὶ χιτῶνας »πάντας ἐνδεδυκότας. Sed notemus eius incogitantiam »aut inconſtantiam: libro namque X. cap. 40. [ſect. 168.] »poſtquam ex Nebulis *Ariſtophanis* quaedam protuliſſet, »addit, ἐν δὲ Σκύθαις ἢ Ταύροις, Σαράβαρα καὶ χιτῶνας »&c.« — In poſterioribus Pollucis editionibus e meliore codice recte editum, Ἀντιφάνης δὲ ἐν Σκυθ. ἢ Ταυρ. Corruptos eſſe verſus, qui ex *Antiphanis Scytha* adferuntur, turbatum metrum arguebat. Neque vero opis quidquam offerebant membranae, in quibus (*verſ.* 1.) etiam deeſt εἰ, quod recte editum videbatur. *Verſum* 2. latine ſic reddidit DALECAMP. *non expectata face, omiſſis coronis.* Monuit autem CASAUBONUS: »Cum interrogationis nota »ſcribendum, Οὐκοῦν καὶ δᾷδα καὶ στεφάνους λαβόντες; »Et in ſequentibus lege cum Dalecampio, μεμάθηκε κω-»μάζων: non ἐγκωμιάζειν.« — At κωμάζειν, non κωμάζων voluiſſe videtur Caſaub. Verterat Dalecampius, *Chaerephon ſi quando non coenaverit, ſic comeſſari didicit.*

Τιμόθεος, Κυναρίῳ. »Mirabar fabulae huius titulum, »& neſcio quid hariolabar: ſed venit commodum in men-»tem verborum Suidae, [in Τιμόθεος:] καὶ Κυνάριον, Τι-»μοθέου δρᾶμα, ὡς φησιν Ἀθήναιος ἐν τοῖς αὐτοῦ.« CA-d SAUB. — *Primus TIMOTHEI verſus* certiſſima ratione, ni fallor, emendatus fuerit, ſi ſic legamus:

Πειρώμεθ' ἀποδύντ' ἐς τὸ δεῖπνον ἀπιέναι.

id eſt, *Age abeamus & ad coenam nos comparemus.* Nempe ἀποδύντ' in duali. Vide Suidam in Ἀποδύντες, & in Ἡ δεῖ χελώνης κρέα. Ἀποδύεσθαι vel ἀποδῦναι (Aor. 2. verbi ἀποδύω) πρός τι, ἐπί τι vel εἰς τι, *accingere ſe, comparare ſe ad aliquid.* Epitomator, ut ſupra dixi, omiſſo primo verſu, non niſi duos poſteriores huius eclogae verſus adpoſuit: in quibus nihil discrepat ab edd. & a ms. *A.* niſi quod δ' coniunctionem *verſ.* 2. omittit. Pro ἐὰν, quod *verſ.* 3. habebant edd. & mssti, ἂν vel ἤν

desiderabat metri ratio: de quo monuit IACOBS in *Notitis msstis.*

AD CAP. XLIII.

Ἀπολλόδωρος δ' ὁ Καρύστιος ἐν Ἱερείᾳ. »Iulius Pollux »lib. X. cap. 32. [sect. 152.] laudat hunc poëtam ἐν τῇ »Ἐνέᾳ, id est, *in Mutâ:* nisi tamen ibi quoque scribendum »ἐν τῇ Ἱερείᾳ.« CASAUBONUS. — δὲ Καρυστ. absque artic. edebatur. Commode δ' ὁ Καρύστιος dedit ms. *A.* Tota ecloga deest *Epit.* Apud Pollucem l. c. librorum scripturam defendit Hemsterhusius. *Vers.* 1. Quod Καὶ νῦν γε pro Καινόν γε legi voluit Casaubonus, id commodum quidem, sed minime necessarium nobis visum erat. καινὸν, adverbialiter, pro καινῶς, *novo more.* GROTIUS, Casauboni emendationem adoptans in Excerpt. p. 805. totam Eclogam latine sic reddidit:

Iam modo, sic aiunt, Chaerephon ad nuptias
nec advocatus advenit in Ophellae domum.
Nam per tenebras cum corona & sportula
nova a marita pavos & aves dictitans
se ferre, ingressus ibi coenavit affatim.

Vers. 2. Cum metro non esset aptum ὡς τὸν Ὀφέλλαν ἄκλητον, quod erat editum; corrigi CASAUBONUS volebat,

ἄκλητον ὡς τὸν Ὀφελλαν εἰσδεδυκέναι.

quod & ipsum Grotius adoptavit. At ne sic quidem metro consultum videtur: cum enim Ὀφέλλας, Ὀφέλλαν, ultimam longam habeat, exsistebat pes spondeus in quarta senarii regione. Aliam medicinam nobis obtulere nostrae membranae, in quibus sic scribitur, ὀφελ' ἄνακλητον, mendose quidem distributis vocibus, sed ita ut adpareat Ὀφέλαν simplici litera λ scriptum oportuisse. Idemque nomen pariter simplici λ scriptum habemus in Pherecratis versu quodam, VIII. 365. a. ubi de eodem homine eademque re agitur: sed ibi quidem in aliam partem erratum; nam, pro

ἐβάδιζεν ὡς πρὸς Ὠφέλην, —

quod ibi vulgo scribitur, oportebat, opinor,

ἐβάδιζεν ὡς πρὸς τὸν Ὀφέλην: vel πρὸς τὸν Ὀφέλαν.

In *quarto versu*, qualis ante nos editus erat,

d φάσκων παρὰ τῆς νύμφης ὁ τὰς ὄρνεις φέρων. nihil equidem deſiderabam: & conſentiebant membranae, niſi quod, pro παρὰ τῆς νύμφης ὁ, mendoſe in his παρὰ τῆς νῦν φησο ſcribitur. At CASAUBONUS: »Quartum & »quintum, ait, ita ſcribo:

»φάσκων παρὰ τῆς νύμφης ταὼς ὄρνεις φέρων
»ἥκειν, δεδειπνηκ', ὡς ἔοικεν, εἰσπεσών.

»*Chaerephon*, ut ianitores & admiſſionales ſervos falleret, »*finxit ſe iuſſu ſponſae venire, ac* neſcio quos *pavones af-*»*ferre. Semel autem in aedes intra domum receptus, etiam ad* »*epulas eſt admiſſus, ut par erat:* quia turpius eiicitur, »quam non admittitur hoſpes.« — Sic ille; rectiſſime e quidem *poſtremo verſu* id, quod una voce perperam olim ſcriptum erat, δεδειπνηκὼς, in duas (δεδείπνηκ' ὡς) dividens: ſed praeter neceſſitatem, ut mihi videbatur, antepenult. verſu *pavones* invehens. Quos in vetere aliquo codice repertos a Caſaubono ratus GROTIUS, & ipſe tenuit: ſic tamen, ut ταὼς κ' ὄρνεις ſcriberet. Videndum tamen, ne in τὰς ὄρνεις aliud quid lateat.

Quod in ſequente eiusdem APOLLODORI ecloga legitur, ἐπ' ἐξόδοις ἐμαῖς, ſatis adparet *de ſacrificio & epulo* dici, *profectionis cauſſa ad bellum celebrato.* Vide Lexic. Polyb. in Ἔξοδος.

Μάχων δ' ὁ κωμικὸς φησίν· Ὁδὸν μακρὰν &c. »*Iocum* »*Diphili* poëtae *in Chaerephontem*, verſibus *MACHONIS* »narratum, expoſuimus ad Theophraſtum, capite Περὶ »Ἀγροικίας.« CASAUBONUS. — Ibi, (in Comment. ad Theophraſti Charact. pag. 149.) quod Diphilum hoc loco Chaerephonti ſuaſiſſe ait Machon, (*verſ.* 4 ſqq.) *ut utramque maxillam quatuor clavis firmet, ne vehementi per longam viam curſu luxentur diſtorqueanturque;* id contulerat CASAUBONUS cum ruſticorum more calceos impactis clavis firmandi. Quem quidem ad morem reſpexiſſe Diphilum, f equidem non adfirmaverim. Ad ἔγκοφον (*verſ.* 5.) Bruncknius in ſuo libro ἔγκαφον adnotavit; neſcio an ex ms. Par. *B.* qui ſi ita habet, non probandus profecto. Vulgatum recte tenent ms. *A.* & *Ep.* Verbi παρασείειν (*verſ.* 6.) proprius uſus in *manibus inter currendum agitandis quatiendisque.*

Ad ſequentem Eclogam, Ὁ Χαιρεφῶν κρεάδι' &c. ſpectat CASAUBONI Animadverſio huiusmodi: »Lepidus eſt & »qui poſtea commemoratur ab eodem *MACHONE Chae-*

» *rephontis iocus.* Eſt autem argutia omnis poſita in verbi f
» προσίστασθαι ambiguitate: quod non animadverſum eſt
» ab interpretibus. Emebat Chaerephon in popina carnes
» a coquo. Forte accidit, ut coquus aliquid valde ὀστῶ-
» δες appenderet: tum Chaerephon, Μὴ, inquit, προσί-
» στα τοῦτό μοι, id eſt, *noli cum caeteris carnibus etiam iſtud*
» *oſſeum mihi appendere.* Reſpondet coquus: *non eſſe repu-*
» *diandum illud: nam etiam vulgo dici, carnes ad oſſa eſſe gra-*
» *tiores.* Ad haec Chaerephon: *Eſt hoc quidem verum, &*
» *quod das nobis ſuave eſt: ſed tu, dum illud appendis, reddis*
» *inſuave.* Quaſi dicat, oſſeum illud fruſtum, ſi mantiſae
» & auctarii loco detur, gratum fore: non, ſi appenſum
» cum caeteris vendatur ut caetera. Hoc illa verba ſigni-
» ficant, Γλυκὺ μὲν, προσιστάμενον δὲ λυπεῖ παντα χῆ.
» locus eſt, ut dixi, in voce προσιστάμενον, quae & *rem*
» *cum aliis appenſam* poteſt ſignificare, (nam ἱστᾷν eſt *pen-*
» *dere*) & *cibum qui diutius in ſtomacho remanens gravis eſt*
» *ac moleſtus.* Verbum frequens in libris Medicorum. « —
Scripturam quod attinet: *Verſ.* 1. pro ὀψωνεῖ ποτε, quod
habent ed. Baſ. & Caſ. mendoſe ὄψων εἰ ποτε ſcribitur in
ed. Ven. & ms. *A. Verſ.* 4. vero, recte ms. *A.* εἶπεν·
μάγειρε. Et μάγειρε etiam ms. *Ep.* Caeterum priorem
eclogae partem in brevius contrahens Epitomator, ver-
bum προσκόπτοντος, aliò traxit, & in alium prorſus ſen-
ſum detorſit. Χαιρεφῶν, inquit, εἰς ὀστῶδες προσκόψας
κρέας, εἶπε· μάγειρε, μὴ προσίστα τοῦτό μοι &c. *Verſ.* 7.
καὶ μάλιστ' habet cum editis codex ms. uterque: ubi a
metrum omnino καὶ μάλ' deſiderabat. Ad ſententiam
quod ſpectat: verbum προσιστάναι (*verſ.* 4.) non tam *ap-*
pendere cum aliis, quam nude *appendere* ſignificare mihi vi-
ſum erat. Quod de Medicorum uſu verbi προσίστασθαι
adnotavit Caſaubonus, id nec aliàs obſervare memini,
nec ex eis quae vel in H. Stephani Theſauro vel apud
Foeſium in Oecon. Hippocr. reperio, ſatis video firma-
tum. Quamnam in eo verbo ambiguitatem ſecutus ſit
poëta, aliquanto planius fortaſſe intelligeretur, ſi, quid
eſſet id, quod veluti in proverbio dici ſolitum profert,
τὸ πρὸς ὀστοῦν κρέας εἶναι γλυκὺ, (*verſ.* 6.) ſatis adpare-
ret. Laudat ad illa verba Dalecampius Petri Victorii Var.
Lect. lib. VII. cap. 12. At ibi nihil, quod huc faciat, re-
peritur. Si de *pinguiore* ageretur carne, poſſes προσιστά-
μενον in eam fere, quam Caſaubonus voluerat, ſenten-

a tiam intelligere, *reſiſtentem & graviter inſidentem carnem ſtomacho*, eumque *prementem, nec facile concoquendam.* Sed clariorem etiamnunc lucem huic illuſtrando loco deſidero.

Καλλίμαχος ἐν τῷ τῶν Παντοδαπῶν Πίνακι. Ad vulgatam ſcripturam, ἐν τῷ τῶν Παντοδαπῶν Πινάκων, (quae ex membr. *A.* in editos libros derivata eſt: nam in *Epit.* haec deſiderantur) adnotavit CASAUBONUS: »Et »vitium ineſt, & omnino deeſt vox una in iſtis. Legendum »enim, ἐν τῷ τῶν παντοδαπῶν συγγραμμάτων πί»νακι. Lib. XIV. [pag. 643. e.] Οἶδα δὲ καὶ Καλλίμα»χον ἐν τῷ τῶν παντοδαπῶν Συγγραμμάτων Πίνακι ἀνα»γράψαντα. Sed eius operis *CALLIMACHI* multa apud ve»teres mentio. Ex quibus etiam conſtat, hanc rationem »tenuiſſe illum, ut, indicato auctore & titulo alicuius li»bri, prima verba deſcriberet, ac mox numerum τῶν στί»χων ſubnotaret. Unde colligimus, mendum latere in ſe»quentibus verbis, Εἶθ' ἑξῆς τὴν ἀρχὴν ὑπέθηκεν· Ἐπειδή »μοι πολλάκις ἐπέστειλας, στίχων τὸ ε'. Quae ita inter»pretatur Dalecampius: *Initium deinde illius operis Callima»chus recitat, verſibus quinque delineatum, huiusmodi, Quan»doquidem ad me ſaepius literas dediſti.* Non poterat commo»dius accipi quod ait vulgata lectio de *quinque verſibus.* »Sed, narro tibi, locus eſt depravatus: & ſcribendum, »στίχων τοε. poſito puncto poſt verbum ἐπέστειλας. »*Numerus*, ait, *verſuum*, vel, ut vulgo loquimur, *linea»rum, CCCLXXV.* Ex Iuſtiniani praefatione in Pandectas, »& ſubſcriptionibus Epiſtolarum Pauli Apoſtoli, & locis »multis Diogenis Laërtii aliorumque Scriptorum, certum »eſt, ſolitos veteres ſcriptores verſuum numerum inire, »& in ultima cera aſcribere. Idem mos Hebraeorum Cri»ticorum; qui cum in hac parte, tum in aliis multis, »Graecos & Latinos longo intervallo ſuperarunt. Quod »autem *CALLIMACHUS* idem fecerit, teſtis eſt Athenaeus »lib. XIII. [pag. 585. b.] Ἀνέγραψεν, ait, αὐτὸν Καλλί»μαχος ἐν τῷ τρίτῳ Πίνακι τῶν Νόμων, καὶ ἀρχὴν αὐτοῦ »τήνδε παρετίθετο· Ὅσε ὁ νόμος ἴσος ἐγράφη καὶ ὅμοιος. »στίχων τριακοσίων εἴκοσι τριῶν. Locum hunc ſic debes »vertere: *Meminit legis a Gnathaena latae Callimachus in »Legum Tabula tertia, & illius tale principium apponit:* Lex »iſta ſcripta eſt aequalis & ſimilis. *Continet verſus CCCXXIII.* »Caeterum non ſolus Callimachus hoc argumentum atti»gerat, verum alii quoque multi, qui ſimiliter libros ſuos

»*Tabularum* titulo praescripserant. De huiusmodi commen- a
»tariis Galenus loquitur, quoties Πινάκων facit mentio-
»nem: ut in Librum de Articulis, verba faciens de scri-
»pto quodam Pseudepigrapho, cui erat titulus, Ἱπποκρά-
»τους, περὶ Ἀδένων οὐλομελίης: eum librum negat esse
»τοῦ παλαιοῦ, cum aliis argumentis, tum etiam isto,
»quod auctores Πινάκων nullam eius feciſſent mentio-
»nem: οὐδ' οἱ τοὺς Πίνακας γράψαντες ἴσασι τὸ βιβλίον.« — Sic ille. Nobis, quod ad titulum pertinet libri *CALLIMACHI*, de quo agitur, licet integer talis fuerit, ὁ τῶν παντοδαπῶν Συγγραμμάτων Πίναξ, tamen, quoniam apud Athenaeum vocabulum συγγράμματα paucis ante verbis adpositum est, satis visum erat hoc loco, cum BENTLEIO in Callimachi Fragmentis pag. 471. ἐν τῷ τῶν Παντοδαπῶν Πίνακι corrigere. Continuo deinde vero ea verba, in quibus non minus gravis error inerat, silentio praeteriit Casaubonus. Nempe, quod vulgo sic scribebatur, Δεῖπνα ὅσοι ἔγραψαν Χαιρεφῶν Κυρηβίων, id haud dubie mendosum erat. Quem errorem nescio an animadverterit DALECAMPIUS; male quidem dissimulavit, sic vertens illa verba: *Callimachus - - Chaerephontis opus adscribit his verbis: De Coenis scripserunt Chaerephon & Cerybion. Initium deinde illius operis Callimachus recitat*, &c. Perspectissime mihi locum hunc BENTLEIUS curasse visus est, in Epistolâ ad Io. Millium (Iohannis Antiocheni Historiae Chronicae subiectâ) pag. 68. ubi Χαιρεφῶν Κυρηβίωνι legit. Nempe »*Chaerephon*, (inquit) parasitus *ad* »ὁμότεχνον suum *Cyrebionem Epistolam misit*, in qua de- »scripsit coenam quandam sine dubio opipare apparatam. »&c.« — Eiusdem generis sunt Lyncei Samii & Duridis Epistolae, initio libri quarti; & Epistola Parmenisci, IV. 156. d. Et imitatus est ipse noster Athenaeus, cum suos libros Timocrati suo inscriberet: vide praesertim libri huius sexti exordium. Denique, quod hic subiicitur, ὁ Κυρηβίων δ' ὅτι παράσιτος, προείρηται: de eo vide p. 242. d. & ibi notata.

AD CAP. XLIV.

»De *Archephonte parasito* describuntur *MACHONIS ver-* b
»*sus*; quorum *quartus* est:

»ὄψου πεταίου παρατιθέντος ποικίλου.

b »Melius Epit. παρατεθέντος. [Sic & noſter cod. »*Ep.* quod unice verum erat.] Ὄλον πετραῖον, *piſcis* eſt »*ſaxatilis*, quem Plinius [IX. 31, 50.] ait *petroſis locis vi-*»*vere*, ut locuſtas. Etiam Ariſtoteli πετραῖος ἰχθύς.« CASAUBONUS. — *Saxatilium* piſcium frequens mentio libro ſeptimo & octavo. De his Columella, DE RE RUST. VIII. 16. *Optime ſaxoſum mare nominis ſui piſces nutrit; qui ſcilicet, quòd in petris ſtabulentur, ſaxatiles dicti ſunt: ut merulae, turdique, nec minus melanuri.* Athenaeus VIII. 357. f. τὰ καλούμενα πετραῖα, κωβιοὶ, καὶ σκόρπιοι, καὶ ψῆτται, καὶ τὰ ὅμοια. Sunt autem οἱ πετραῖοι piſces caeteris μαλακοσαρκότεροι, ut VII. 323. d. ex msstis libris, pro vulgato μελανοσαρκότεροι, legendum: id eſt, *molliore, teneriore carne:* adeoque *commodius nutrientes, ventriculum minus gravantes, & concoctu faciliores*, ut docet Noſter VIII. 357. f.

Verſ. 5. καράβων τ' ἀληθινῶν. »καράβους ἀληθινοὺς in-»terpretor *locuſtas veras*, ſive exſuccas, & in quibus car-»nis non eſſet amplius quam in locuſta terreſtri. Dalec. »ſcribebat [certe interpretabatur] καράβων τε λιθίνων.« CASAUBONUS. — *Locuſtis lapideis* reddiderat DALECAMPIUS; in Nota adiiciens: »Grandibus, quibus teſtae ob »ſenium ſaxea durities eſſet.« — Sic ille ſemper diſcindere nodum paratus erat, quem ſolvere non poſſet. Certe, quid dicat poëta ἀληθινοὺς καράβους, haud admodum liquet: niſi *veriſſimos*, pro *optimis*, *exquiſitiſſimis* dixit; quam in partem VILLEBRUNE vertit, *des langouſtes de la plus belle eſpece.* Quod ſi compertum haberemus, paulo ante iſtos verſus mentionem factam fuiſſe *Callimedontis*, quem *Carabum* cognominatum ac frequenter memoratum Comicis novimus; (VI. 242. d. III. 100. c. VIII. 339 extr. & ſeq.) poſſemus ſuſpicari, per iocum nunc *veros carabos* dixiſſe; & ad hunc locum referri poſſet id, quod de uſu vocabuli ἀληθινὸς a CORAYO ad V. 202. adnotatum eſt. Nihil mutant libri.

c *Verſ.* 7. Cum ſic legeretur in editis,

ἐν ᾗ τεμαχίσκοι τρεῖς ἐνῆσαν κώβιοι,

primum κωβιοὶ ſcribi debebat cum ms. *Ep.* & ſic correctum velim; quemadmodum conſtanter aliâs, & plus ſemel libro VII. pag. 309. ſcribitur. Hoc quidem loco in ms. *A.* mendoſe κωβίοι ſcriptum. In τεμαχίσκοι nil mutant libri, niſi quod in ms. *Ep.* duplicatâ literâ μ ſcribitur illud vocab. Sed adſenſus ſum CASAUBONO, monen-

ti: »Lego τεμαχιστοί. Uſitatum Graecis verbum eſt c »τεμαχίζειν, *parare ad inſtar ſalſamenti*: inde τεμαχιστοὶ »*piſces*, qui & τεμαχῖται. Cum autem *gobiorum* genera »plura noſcantur, de optimis poëta loquitur. Optimos »autem Galenus pronunciat τοὺς πετραίους: etſi videtur »Machon iſtos a *ſaxatilibus* ſeparare.« — Gobii alii ſaxatiles, alii litorales, alii paluſtres. Saxatiles laudat etiam Athenaeus e Diocle, VII. 309. c. Neque hîc *gobios* a ſaxatilibus diverſos factos video a Machone. Τέμαχος, eſt *fruſtum piſcis maioris, muria conditum.* τεμαχίτης piſcis eſt, *qui in fruſta ſecari & muriâ condiri ſolet.* VIII. 340. d. Similiter τεμαχιστὸς fuerit, *in fruſta ſectus muriâque conditus.* Et laudari h. l. videntur iſti gobii in Ptolemaei menſa, ut & maiores ſolito & praeſtantiores.

Verſ. 9 *ſq.* »Cum ait, τῶν μὲν σκάρων ἀπέλαυε, τῶν »τριγλῶν δ' ἅμα, καὶ φυκίδων: videntur *ſcarus*, *trigla* & »*phycis*, vilium & inſipidorum piſcium nomina eſſe, ut »*maenis*, *membras*, & *apua Phalerica*. Satis compertum eſt, »eundem piſcem, aut certe eiusdem nominis, non eſſe »ubique locorum in eadem dignatione. *Macho*, Alexan»driae vitam degens, ſecutus eſt iudicium ſuorum popu»larium. *Scarum* ergo inter malos ponit, quem alii prae»ferunt omnibus ſaxatilibus, & caeteris non paucis. τρί»γλας intelligo, non *mullos* piſces, ſed *apuas triglitides*, »quas inter ἐψητοὺς & parvi pretii piſciculos ponunt an»tiqui.« Casaubonus. — At non *inter malos* ponit piſces illos poëta: hoc ſolummodo ſignificat, a reliquis omnibus convivis, & ab ipſo rege, multo *pluris aeſtimatos* fuiſſe *iſtos gobios*. *Maenides* utique, & *membradas*, quae *verſ.* 11. commemorantur, in vulgatis vilioribusque piſcibus nominatos iam alibi vidimus. VI. 227. c. & 241. b. *Phalericae apuae* Athenis quidem laudabantur; ſed, alibi minus aeſtimatas fuiſſe, nil utique mirum. Conf. VII. 285. e. f.

Verſ. 16. μὴ παρεόρακεν, & *verſ.* 18. ἑόρακε. d Sic ſcribendum fuiſſe ex metri neceſſitate, poſt Tyrwhitum in Notis ad Daweſii Miſc. Crit. pag. 454. monuit Brunck in ora ſui libri, adnotavitque ſimul: »Hoc qui»dem Atticum non eſt. At Macho fabulas ſuas docuit »Alexandriae, ſub Ptolemaeo ſecundo vel tertio.« — Conf. notata ad I. 15. c. *Verſ.* 17. ὁ κυρτός. Bene Dalec. *gibbus ille*; nempe *Alcenor*.

Verſ. 19 *ſqq.* τοῦ ψόν δὲ σέβεται *&c.* » Cauſſa, cur hic »paraſitus, contentus piſcibus vilioribus, abſtineret ab »omnibus melioribus, tribus poſtremis verſibus conti»netur:

»τοῦ ψόν δὲ σέβεται τοῦτο καὶ δέδοικέ πως.
»οὐδ' ἔστιν αὐτῷ πάτριον, ὄντ' ἀσύμβολον
»ἰχθῦν ἔχοντ' ἄ ψ ῃ φ ο ν ἀδικεῖν οὐδένα.

»Lego ἰχθῦν ἔχοντα ψῆφον: aliter neque hellenismus »conſtat, neque ſententia. Eſt autem haec: *Archephon»tem, precario viventem alieno cibo, religioni habuiſſe piſcem »tangere ad laedendum*, id eſt, ut eo veſcatur in menſa, »ἔχοντα ψῆφον: memorem namque fortis ſuae ac vilita»tis, vilioribus piſcibus ſolitum eſſe contentum. Quid »appellat *piſcem* ἔχοντα ψῆφον? Obſervandum, allegori»cam eſſe locutionem: ſic enim loquitur de piſcibus, »tamquam de hominibus: ideo uſus verbo ἀδικεῖν, pro »*edere*. In republica dicitur ψῆφον ἔχειν, *qui habet ius ve»niendi in comitia*: quod iis civibus ſolum convenit, qui »pleno iure cives ſunt, aut meliore ſaltem conditione »quam inquilini. Videtur hoc allegorico ſermone per»ſtringi Archephon, tamquam reus peregrinitatis: cuius »rei conſcientia faciebat illum legitimorum civium reve»rentem ac metuentem.« Casaubonus. — In edit. 2. & 3. Animadverſionum eiusdem Caſauboni adiiciuntur haec, uncis quidem ibidem incluſa: »Sed Scaliger non ἔχοντα, »verum ἑκόντα vel ἑκόντι legebat, & locum aliter inter»pretandum ſuſpicabatur.« — Sic Dalecampius ἑκόντα interpretatus erat, *ſcienter alicui facere iniuriam*; ſed obſcurâ & lubricâ alioqui ſententiâ. Epitomator, reliquâ totâ eclogâ adpoſitâ, duo poſteriores verſus (puto, quod parum intellexiſſet) praetermiſit. Nec ſane per Caſauboni animadverſionem prorſus in liquido poſita res. Nam, quid *gobius piſcis* cum ψήφῳ commune habeat, aut, cur hunc potiſſimum ἔχοντα ψῆφον poëta dixerit, nondum adparet. Suſpicatus erat doctiſſimus Dutheil, agi de *peculiari gobiorum genere*, nobis hodie incognito, cuius in ventre *calculi* reperiri ſueviſſent. Sane, niſi aliquid tale ſtatuas, frigidiſſimus iocus videri debet. Si dictione, ψῆφον ἔχειν, *ius ſuffragii habere*, veluti proverbio uſos eſſe Graecos conſtaret in re quavis *eminenti* & *prae caeteris excellenti*; poſſet aliqua ratio intelligi, cur ea dictione hic uſus ſit poëta: ſed nullum talis proverbii veſtigium us-

quam reperire me memini. Porro eam ambiguitatem, d quae in vocabulo ἀσύμβολος latet, adnotare oblitus eſt Caſaubonus: nam ἀσύμβολος h. l. non modo dici videtur *qui ſine ſymbola coenat;* verum etiam, qui *nihil in commune reipublicae aerarium* (aut omnino, qui nihil in commune commodum) *confert.* Suſpicari etiam ſubierat, ἰχθῦν fortaſſe ad ἀσύμβολον eſſe referendum, adeoque ad ipſum *Archephonta;* quem *piſcem*, id eſt, *mutum*, dicat poëta, partim ob id ipſum, quod Athenis ius ſuffragii non haberet, partim quod, cum paraſitus feſtive dictis delectare convivas deberet, ille mutus veluti piſcis menſae adcumberet. Sed quis quaeſo ſperaverit, in his laceris antiquitatis reliquiis ad liquidum omnia perduci poſſe? Rem propemodum confeciſſe ſibi viſus erat PALMERIUS, in Exercitat. pag. 504. Qui quum gratis prorſus ſumſiſſet, ψῆφον non modo *calculum* ſignificare, ſed & piſcium *ſquamas*, tamen ne ſic quidem tolerabilem aliquam ſententiam extundere potuit. Ex ms. *Ep.* adnotemus, quod ibi pro σέβεται *verſ.* 19. σεύεται ſcribatur, eâ permutatione literarum υ & β, de qua iam aliâs diximus.

AD CAP. XLV.

Ἀλεξις δ' ἐν Παροίνῳ. Perperam Παρύνῳ ms. *A. Verſ.* 2. ἤ τι ἧττον ἔτι τρέχει. Rectiſſime, quod ad ſententiam, e habet ἢ εἴ τι ἧσσον τούτων ἔτι τρέχει ms. *Ep.* Sed verſus hoc deſiderare videtur, ἤ τι ἧττον εἰ τρέχει. Nam abeſſe τούτων & ἔτι poterant: voculâ εἰ vero carere non poſſe videtur oratio. *Verſ.* 3. Ἐτεοβουτάδη. »*Eteobutadarum* gens, ex qua ſacerdotes eligebantur, clara Athe»nis: Suidas.« DALECAMP. — Non *ſacerdotes* promiſcue, ſed ἡ ἱέρεια τῆς πολιάδος Ἀθηνᾶς, ut docet Harpocration. *Verſ.* 4. Deleto poſt βαδίζει commate, ſcribe: οὐχ οἷον βαδίζει τὰς ὁδούς.

Ἀξιόνικος - - ἐν τῷ Τυῤῥηνικῷ. ἐν τῷ Τυῤῥηνῷ f ſcribitur IV. 166. c. *Ibid.* Οἶνος οὐκ ἔνεστιν νῦν &c. »Locus ex *AXIONICI Tyrrhenico* non habet perfectam ſen»tentiam; quae fuiſſe haec videtur: *Nunc certe vinum* »*ipſis non ineſt; neque ad excuſationem ſuam poterunt iſti vi»num praetexere, ut fieri ſolet.*« CASAUBONUS. — Aliter DALECAMPIUS reddiderat: *Rurſum amicis quidam aiunt ad*

comeſſationem vinum in praeſens non adeſſe: quod facere Gryllion ſemper aſſolet.

'Αντιόχου μὲν τοῦ βασιλέως, Σώστρατον. Σώπατρον unde arripuerint editores, neſcio. Σώστρατον recte dedit codex noſter mstus uterque. Conf. I. 19. d. *Soſtratus* rurſus, (neſcio an idem) aſſentator Cavari Galli, memoratur VI. 252. d.

a Σιλανὸς, φησὶν, ὁ 'Αθ. &c. In ſuperioribus editionibus ſic legebatur: Σιλανὸς φησὶν ὁ 'Αθηναῖος Γρυλλίωνος παρασιτοῦντος ἐρωτηθεὶς, τίς ἐστιν οὗτος, Μενάνδρου ἔφησεν ἀξιάγναθος. Iſta ante oculos habebat CASAUBONUS, cum ad hunc locum ita commentaretur: »Sequitur *Silani Athe*»*nienſis* venuſtum *dictum de Gryllione paraſito.* Sed lege: »περὶ Γρυλλίωνος παρασιτοῦντος ἐρωτηθεὶς τίς ἐστιν οὗτος; »*Cum interrogatus fuiſſet de Gryllione paraſito, Quis eſt iſte?* »reſpondet Silanus, Μενάνδρου ἔφησεν 'Αξιάγναθος. Haec »eſt lectio ſcripta omnium librorum; quam & ferre poſ»ſumus. In una nempe comoediarum Menandri mores »alicuius inſignis lurconis fuerant depicti; cui e re nomen »inditum, *Axiagnatho.* Habent Graeci aliquot nomina pro»pria a γνάθος formata, ad denotandam ventris inglu»viem & πολυφαγίαν: cuiusmodi ſunt Gnatho, Gnathae»na, & in Batrachomyomachia, vetere & eleganti car»mine, Phyſiognathus. Erit fortaſſe cui non displiceat »vetus noſtra coniectura, ut ſcribatur, Μενάνδρου φησὶν »ἀξία γνάθος: *eſt gula Menandro digna:* id eſt, digna »quae ab optimo poëta traducatur, qualis fuit Menan»der. Inveni in Excerptis magnam iſto loco discrepan»tiam. Sic enim ibi ſcriptum: Λυγκεὺς δ' ὁ Σάμιός φησιν »ὅτι Σιλιανὸς ὁ 'Αθηναῖος Γρυλλίωνος παρασιτοῦντος Με»νάνδρῳ τῷ σατράπῃ παρ' εὐπαρύφου τε περιπατοῦντος »μετὰ θεραπείας ἐρωτηθεὶς, Τίς οὗτος; Μενάνδρου ἔφησεν »'Αξιάγναθος. *Narrat Lynceus Samius, cum Gryllion para»ſitaretur Menandro ſatrapae, Silianum Athenienſem a purpu»rato deambulante cum comitatu fuiſſe interrogatum, Quis iſte?* »*reſpondiſſe, Menandri eſt Axiagnathus.* Demiror unde haec »tam diverſa!« — At, non tam erant haec diverſa, quam ſupplementum eorum quae in edita ſcriptura intercciderant: nempe poſt παρασιτοῦντος omiſerat recentior aliquis librarius, ὁμοιοτελεύτῳ deceptus, novem verba, quorum poſtremum erat περιπατοῦντος. Ea verba, quae & codicibus Italicis deerant, quorum Excerptis uſus eſt

Casaubonus, & (ut ad h. l. Villebrunius adnotavit) in a mssis Paris. *B.* & *C.* desunt, non modo in Epitoma conservata sunt, sed & in vetustis nostris membr. *A.* Nec vero Σιλιανὸς habet noster ms. *Epit.* ut codex Hoeschelianus, sed Σιλανὸς, ut edd. & ms. *A.* Nec ἀξιάγναθος una voce, ut erat editum, scribunt codices; sed ἀξία γνάθος divisis vocibus, quemadmodum suspicatus erat Casaubonus. Qui in his commemoratur *Menander*, is fuerat unus ex Alexandri Magni olim ducibus; cui, post mortem regis, *Lydiae satrapia* obvenerat, ut Curtius docet X. 10. & Iustinus XIII. 4. Unam dubitationem habet id supplementum, adeo opportune a praedictis codicibus oblatum; scilicet, quod post σατράπη in ms. *A.* παρ' εὐπαρύφου scribitur, quemadmodum e cod. Hoesch. Casaubonus etiam citavit; pro quo in nostro ms. *Ep.* παρευπαρύφου (sic) una voce scribitur. Satis autem ex connexione orationis intelligi poterat, verba εὐπαρύφου δὲ - - περιπατοῦντος ad eumdem *Gryllionem* referenda esse, de quo modo dictum, Γρυλλίωνος παρασιτοῦντος Μενάνδρῳ. Itaque παρ' ante εὐπαρύφου non cum Casaubono accipiendum erat pro παρὰ praepositione: sed nescio unde corrupta vox huc irrepserat. Collato Strabone, lib. XI. pag. 516. c. & Trogo Pompeio, Prologo XLI. cum Diodoro Siculo, lib. XVIII. cap. 39. & lib. XIX. cap. 14. intellexisse mihi visus eram, fuisse tempus cum idem *Menander* (qui *Stasander* Diodoro dictus videtur) Arianae sive *Ariae* regionis *satrapa* esset. Itaque suspicari subierat illam vocem παρ apud Nostrum, post vocabulum σατράπη, ex Ἀρίας vel τῆς Ἀρίας detortam decurtatamque esse. Sed haud satis ea res in plano est: & multo expeditiorem explicationem habet illius syllabae παρ origo. Scilicet, quod & aliâs passim corruptis lectionibus & sua mole laborantibus originem dedisse observavimus, idem hoc loco usu venerat. Vetustior librarius, cuius de exemplo & ille codex quo Epitomator usus est & vetustae nostrae membranae derivatae sunt, cum εὐπαρύφου scribere deberet, omissâ temere primâ syllabâ, παρ scribere inceperat; tum, animadverso errore, integram vocem εὐπαρύφου rescripsit, priores autem tres literas falso primum positas delere neglexit, aut, ne liturâ deformaret librum, consulto delere noluit. *Gryllionis* parasiti (nescio an eiusdem de quo hic agebatur) rursus mentio fit lib. XIII. pag. 591. e. ubi

a invitis mſstis Γυλλίων, pro Γρυλλίων, editum eſt. Quemadmodum vero ridicule paraſitus hic γνάθος, id eſt, *maxilla*, vocatur: ſic notum eſt & *Gnathones* ſubinde *paraſitos* nominari ſolitos. Quo ſpectat Heſychii gloſſa: Γνάθων· παράσιτος. Et pro γνάθων, per iocum hic γνάθος dicitur.

Χαιρεφῶν - - εἰς γάμον ἄκλητος εἰσελθών. *Chaerephon cum invocatus ad convivium nuptiale eſſet ingreſſus.* Quo pacto irrepſerit, ſupra expoſitum, pag. 243. d. *Ibid.* καὶ τῶν γυναικονόμων. Importunam particulam καὶ, cum editis agnoſcit codex mſtus uterque. De γυναικονόμοις, qui & γυναικοκόσμοι apud Polluc. VIII. 112. vocantur, vide quae collegit Meurſius in Lect. Attic. lib. II. c. 5. *Ibid.* ὡς παρὰ τὸν νόμον ἐπὶ τοῖς τριάκοντα ἑπόντος. Cum ἑπόντος in ed. Baſ. & Caſ. ſcriberetur, monuit CASAUBONUS: »Corrige ἑπόντος. Dalec. *quia praeter legem & ſtatutum tri-*»*ginta convivarum numerum, alios ſecutus ſe ingeſſiſſet.* »Scio, Graecum verbum eſſe ἕπω, *ſequor:* ſed poëticum, »& ab hoc loco alieniſſimum. Eſt vero ab ἔπειναι, quod »ſignificat *ſupereſſe*, [potius, *inſuper adeſſe*,] & *legitimum* »*modum excedere.*« — Veram ſcripturam ἑπόντος editio Veneta tenebat. ἑπόντος operarum errore in editionem Baſ. irrepſerat.

AD CAP. XLVI.

b »Probat Deipnoſophiſta, *morem fuiſſe Athenis, ut gynae-*»*conomi ventitarent ad convivia, & numerum convivarum ob-*»*ſervarent.* TIMOCLIS de hac re verſiculus tertius,

»βούληθ' ὁ γυναικονόμος λαβεῖν ἀριθμὸν,

»transpoſitione vocum depravatus eſt. Scribendum,

»βούλητ' ἀριθμὸν ὅ γε γυναικονόμος λαβεῖν.« CASAUB.

Eumdem verſum ſic refinxit GROTIUS, Excerptor. p. 695.

βούληται ὁ γυναικονόμος ἀριθμὸν ἂν λαβεῖν.

Poteras etiam talem ſtatuere:

βούληθ' ὁ γυναικονόμος τὸν ἀριθμὸν καταλαβεῖν.

Nil mutant membr. *A.* In *Epit.* vero & haec ecloga deeſt, & Menandri quae ſequitur. *Verſu* 4. tenui poſt καινὸν diſtinctionem a Caſaubono ibi poſitam, ut iſta verba cum ſuperioribus nexa intelligerentur. Grotius vero poſt ἀριθμὸν *verſ.* 3. incidit orationem, deleto poſt καινὸν commate. Quod in fine ait poëta, *debere gynaeconomum domos eorum potius, qui incoenati ſunt, perveſtigare:* id quo ſpectet,

haud satis adparet. Adnotavit DALECAMPIUS: »ut coe-»naturi accersantur.« — Verba Ἐδεῖ δὲ &c. *alii personae* tribuit Villebrune.

In *MENANDRI vers.* 5. pro τύχῃ, est τύχης in membranis: quod eo observatum velim, ut meminerimus (sicubi forte in loco difficiliori recurrerit) illius permutationis literarum ι & ς in fine vocum; de qua breviter ad III. 92. b. (Animadv. T. II. pag. 120 extr.) & saepius ad Polybium monuimus. Nempe ΤΥΧΗΙ debuerat librarius, ad latus posità vocali iota, quam nos subscribere consuevimus. In *fine eclogae*, verbum ἐλθὼν, quod ibi habent editi cum membranis, omisit GROTIUS in Excerpt. pag. 729. In eiusdem Eclogae *Versu primo*, perperam *post γάμοις comma* positum erat in ed. Bas. quod etiam temere servatum in ed. Cas. Monuit vero CASAUBONUS: »In »*primo versu*, τοῖς ἐν τοῖς γάμοις, pro τοὺς, rescripsit »Dalecampius; deceptus eo quod in vulgatis post vocem »γάμοις posita est virgula.« [Nempe, secundum pravam distinctionem, quae in ed. Bas. obtinuerat, sic vertit illum versum Dalec. *Apud nuptiales Gynaeconomos.*] »Iunge vero sic, πυθόμενος πάντας τοὺς ἐν τοῖς γάμοις διακονοῦντας μαγείρους ἀπογεγράφθαι παρὰ τοῖς γυναικονόμοις. Olim *coqui* inter privata servitia raro habebantur: »sed ad nuptias aut alias solennes epulas conducebantur. »Quo autem severius & fidelius lex sumtuaria exercere»tur, *institutum Athenis* fuit, *ut coqui omnes sua nomina »ad magistratus deferrent: quo haberent gynaeconomi*, ei curae praefecti, *quos possent percontari de numero convivarum* »& caeteris quae contra legem fierent.« — Eodem *versu primo*, cum vocem Παρὰ extra versum positam putasset CLERICUS, in Menandri Fragm. pag. 100. eamque pro extremâ voce versus praecedentis habuisset; inscitiam temeritatemque illius viri pro merito notavit BENTLEI in Emendat. p. 36.

In *PHILOCHORI* testimonio, cum ait καὶ ταῖς ἄλλαις θυσίαις, perspicuum est, θυσίαν *epulas* dici *post sacrificium* celebratas.

AD CAP. XLVII.

τοῦ οἰναρίου ὑπολιπόντος. Exspectaveram ἐπιλιπόντος: sed vulgatum tenet uterque noster codex. Et aliunde

d quoque citatum id verbum eâdem notione reperio. *Ibid.* εἰσφέρειν ἐκέλευσεν ἕκαστον δύο ὀβόλους. Corrige ὀβολούς: ut rectè ſcriptum in editt. vett. & msstis. Mendoſum ὀβόλους ex ed. Caſ. noſtro exemplo adhaeſit. Porro, corrupte ἑκατὸν editum erat: de quo corrigendo monuerat *Paul.* LEOPARDUS, Emendat. lib. IX. cap. 5. Rectè vero ἕκαστον dedit ms. *A.* & *Ep.* eamdemque ſcripturam ex Epitoma Hoeſchelii commendavit Caſaub.

Γνώμην δὲ συμβάλλεσθαι (vel συμβαλέσθαι) ὅτι δοκεῖ τῷ δήμῳ. »Alluſio eſt ad uſitata verba in Se»natusconſultis, in quibus ſolitum decerni ut proëdri ſe»natus auctoritatem proximis comitiis deferant ad popu»lum, rogentque ut ſciſcat quod Senatus προεβούλευσεν: »ut in Senatusconſulto de honore & praemio Eubuli fa»cto, quod nacti beneficio clariſſimi praeſtantiſſimique »M. Velſeri Auguſtani, alibi ſumus luce donaturi & illu»ſtraturi, faciente Deo. In eo ſcriptum eſt, δεδόχθαι τῇ »βουλῇ τοὺς λαχόντας προέδρους εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἐκκλη»σίαν χρηματίσαι περὶ αὐτοῦ· τὴν γνώμην δὲ ξυμβάλλε»σθαι τῆς βουλῆς εἰς τὸν δῆμον, ὅτι δοκεῖ τῇ βουλῇ στε»φανῶσαι Εὔβουλον. Ad iſtam formulam alluſit *Corydus* in »ioculari Senatusconſulto; ſed in diverſiſſimam ſenten»tiam verba torquet. Nam totius decreti ſententia eſt: »*placere ut accumbentium unusquisque duos obolos conferat ad* »*vinum emendum; Gnome vero id conferat, quod populo* (id eſt, »caeteris convivis) *fuerit viſum.* Collationem accipe, qua»lis a meretrice peti exigique ſolet.« CASAUBONUS.

Πολύκτορος δὲ &c. »Alterum *Corydi* apophthegma eſt »hoc: Πολύκτορος δὲ τοῦ κιθαρῳδοῦ φακῆν ῥοφοῦντος, καὶ »λίθον μασησαμένου, Ὦ ταλαίπωρε, ἔφη, καὶ ἡ φακῆ σε »βάλλει. *Cum Polyctor citharoedus in lenticulae ſorbitione la»pidem manderet: O miſer*, ait, *etiam lens te lapidibus inſe»ctatur.* Iocus eſt acerbus in malum citharoedum. Allu»dit enim ad morem theatrorum, ubi mali poëtae ſaxis »petebantur, ſicut boni iaculo floris ſerti & ſoluti hono»rabantur. φυλλοβολίαν Graeci appellant; de qua notavi»mus plura ad Suetonium. [Vide ſupra, ad II. 57. a.] »*Lapidationis theatralis* exempla multa apud veteres, prae»ſertim Lucianum. Macrobius ſecundo Saturnaliorum: »*Lapidatus a populo Vatinius, cum gladiatorium munus ede»ret, obtinuerat ut aediles edicerent, ne quis in arenam niſi po»mum miſiſſe vellet.* Seneca pater, in Controverſiis: *Hi*

» *Ciceroni Caeſtium praeferrent, niſi lapides timerent.* Satyrici d
» ſcriptor: *Ex his qui in porticibus ſpatiabantur, lapides in*
» *Eumolpum recitantem miſerunt.* Idem, de poëta & recita-
» tore moleſto: *Itaque non miror, ſi te populus lapidibus*
» *proſequitur. Ego quoque ſinum meum ſaxis onerabo, ut, quo-*
» *tiescunque coeperis a te exire, ſanguinem tibi a capite mittam.*
» *Movit ille vultum, &, O mî, inquit, adoleſcens, non hodie*
» *primum auſpicatus ſum: imo, quoties theatrum, ut recitem*
» *aliquid, intravi, haec me adventitia excipere frequentia ſolet.*
» Huc etiam pertinet λιθίνη βαλλαντὺς, de qua ſub libri no-
» ni finem. [pag. 406. d. & 407. c.] Atque hinc lux fieri
» debet etiam ſequentibus *Machonis verſibus*, ſane quam
» obſcuris:

» Κακός τις ὡς ἔοικε κιθαρῳδὸς σφόδρα,
» μέλλων ποτ' οἰκοδομεῖν τὴν οἰκίαν, φίλον
» αὐτοῦ λίθους ἤτησεν· ἀποίσω δ' ἐγὼ
» αὐτῶν πολὺ πλείους φησὶν ἐκ τῆς δείξεως.

» Ut tenebricoſum locum illuſtremus, velim ante omnia
» Lector cogitet, proferri ab Athenaeo hos verſus, ut pro-
» bet, *Machonem* mali citharoedi illius feciſſe mentionem,
» de quo dixit *Corydus, Etiam lenticula lapidibus te inceſſit.*
» Porro iam ante non ſemel monuimus, veterum ſcripto-
» rum locos multos eſſe his in libris deſcriptos, non ut
» erant in auctore primo, ſed compendioſe, multis ali-
» quando vocibus, interdum & periodis integris omiſſis,
» vel ab Athenaeo, vel ab iis qui opus deſcripſerunt.
» Eius rei exemplum hîc manifeſtum. Fingit enim poëta,
» *citharoedum infelicem petiiſſe ab amico ſaxa aedificandae do-*
» *mui.* φίλον, ait, αὐτοῦ λίθους ἤτησεν. Quis non expectet,
» cum legit haec verba, reſponſum datum ab amico? Id
» vero nusquam apparet. Nihil enim hîc invenias quod
» eo trahi poſſit. Iſta autem quae ſubiiciuntur in contí-
» nenti, Ἀποίσω δ' ἐγὼ αὐτῶν πολὺ πλείους, φησὶν, ἐκ e
» τῆς δείξεως, citharoedi ipſius ſunt, indignantis quod
» paucos nimis lapides amicus eſſet pollicitus. *Quid?* ait
» ille, *tu mihi tam parce lapides promittis? poſſum ego plures*
» *reportare e theatro, cum artis meae ſpecimen edens, lapideo*
» *imbre fuero complutus.* Δείξις, cuius loco Dalecampius,
» errore inſanum magno, δῆξις ſubſtituit, [vertens, *maio-*
» *rem partem morſu prehenſam auferam.*] idem eſt atque ἐπί-
» δειξις: quae propria theatrorum vox eſt, ſaepe a nobis
» expoſita. Sic iterum uſurpatur infra, hoc libro: [pag.

e »270. d.] οὕτως γάρ τις τῶν σοφῶν τὴν τῶν δείξεων ὥραν »ἐκάλει. Et libro XIV. [pag. 620. c.] Λυσανίας δ', ἐν τῷ »πρώτῳ περὶ Ἰαμβοποιῶν, Μνασίωνα τὸν ῥαψῳδὸν λέγει ἐν »ταῖς δείξεσι τῶν Σιμωνίδου τινὰς ἰάμβων ὑποκρίνεσθαι. »Ex iſtis liquido conſtat, *Machonis* verſus labem acce»piſſe: quod vel tacentibus nobis lex metrica palam fa»cit. Quare illos ita ſcribamus:

»Κακός τις ὡς ἔοικε κιθαρῳδὸς σφόδρα,
»μέλλων ποτ' οἰκοδομεῖν τὴν οἰκίαν, φίλον
»αὐτοῦ λίθους ἤτησεν. . . . . .
» . . . . . ἀποίσω δ' ἐγὼ
»αὐτῶν πολὺ πλείους φησὶν ἐκ τῆς δείξεως. « CASAUB. — In LYNCEI verbis (lit. d.) recte φακῆν ῥοφοῦντος edd. vett. & mssti; ubi male φακὴν ed. Caſ. *MACHONIS* teſtimonium omiſit Epitomator. In cuius *verſu ſecundo*, quod *Caſaubonus* in Animadv. ſic ſcripſit,

μέλλων ποτ' οἰκοδομεῖν τὴν οἰκίαν, φίλον:

particulam ποτ' ſua auctoritate tacite adiecit. Quae cum abeſſet in editis & in membranis, claudicabat utique verſus: ſed nec legitimus ille eſt, qui ex Caſauboni officina prodiit, ob ſpondeum in quarta ſede. Cui hunc ſubſtituit GROTIUS, in Excerpt. p. 849.

τὴν οἰκίαν μέλλων ἂν οἰκοδομεῖν, φίλον:

qui, ſicut quod ad metrum legitimus eſt, ſic minus nobis placuit ob invectam ἂν particulam, cui in illa orationis connexione nulla ineſſe vis, nullus eſſe locus mihi videbatur. Iſtum potius probaverim, quem ab ADAMO concinnatum Villebrunius protulit:

τὴν οἰκίαν μέλλων ποτ' οἰκοδομεῖν, φίλον.

Tertio verſu non magnopere neceſſe viſum erat, lacunam ſtatuere: poterat illa verba rogationi ſuae ſtatim adiicere citharoedus, priusquam reſponſum dediſſet amicus. Sed in verbo ἀποίσω miſere utique peſſumdatum metrum erat. Cui malo peropportunum remedium, idemque ſimul ad ſententiam commodiſſimum, GROTIUS adtulit, ἀποδώσω corrigens; quod adoptandum iudicavi. Quod vero *verſ.* 3. pro αὐτοῦ, idem Grotius αὖτοῦ ſcripſit; ea quidem novatio minus erat neceſſaria.

καὶ γὰρ ὁ Ἡρακλῆς ἀπὸ τῆς Ὀμφάλης ἐπὶ τὴν Ἥβην μεταβέβηκε. »Praeter *Heben* Deam, quae Herculi relato »in numerum Deorum nupſit, haec vox *pubem* ſignifi-

»cat: inde iocus eſt.« DALECAMP. — »Acutum, ſed e »amarum dictum. Significare enim voluit, iſtum brevi »λεσβιάσειν.« CASAUB.

Φυρομάχου δ' ἐμβαλομένου εἰς φακῆν. Rurſus perperam φακὴν ed. Caſ. *Phyromachus* ille ſimul cum ipſo *Corydo* in *gulonum* numero refertur infra, VIII. 343. b. Idemque rurſus eodem nomine commemoratur lib. X. p. 404. d. e. ubi perperam Φυλόμαχος ſcribitur in editis. *Ibid.* ἀνατρέψαντος recte ed. Ven. cum msstis. Perperam ἀνατρέψοντος ed. Baſ. & Caſ.

ζημιωθῆναι αὐτὸν, ἔφη, δίκαιον, ὅτι οὐκ ἐπιστάμενος δειπνεῖν, ἀπεγράψατο. Imprudenti mihi video excidiſſe, ut priora verba latine ſic verterem, *merito mulctatum eſſe;* cum debuiſſem, *Dignum eſſe qui mulctetur.* Graeca verba in Animadverſionibus repetens Caſaubonus, temere ἀνεγράψατο ſcripſit: recte ἀπεγράψατο editiones omnes, cum utroque codice msto; neque aliter voluerat CASAUBONUS, qui haec ad h. l. adnotavit: »Alludit ad athletarum »morem, qui nomen apud gymnaſiarcham ſoliti profite»ri. Graeci ἀπογράφεσθαι hoc dicunt. Libanius in Epiſto»lis: Ὁμοιά γε φαίνεται, ὥσπερ ἂν εἴ τις Ὀλυμπιάσι νι»κήσας πολλάκις, ὕστερον γέρων ὢν ἀπογράφοιτο ἔτι καὶ »προκαλοῖτο τοὺς ἀντιπάλους. Vel ἐγκρίνειν εἰς τὸν ἀγῶ»να, ut apud Themiſtium oratione prima, ubi plura ſcri»ptor diſertiſſimus de hoc more: de quo extat etiam »apud Artemidorum caput integrum libro primo. Pro»feſſioni iuncta erat δοκιμασία. In ea probatione reiicie»bantur qui parum ſe viderentur exercuiſſe, aut aliàs »eſſe imperiti aut inepti. Graeci id dixerunt ἐκκρίνειν τοῦ »ἀγῶνος: cuius contrarium eſt ἐγκρίνειν. Verbo ζημιω»θῆναι alluditur ad poenas illorum, qui ex lege recepti, »non ex legibus decertabant. Fuiſſe enim κακομαχίας »poenam, & eorum omnium quae παρὰ τὸν νόμον τὸν »ἐναγώνιον peccarentur, teſtata res multis idoneorum ſcri»ptorum locis.« — Pro ἀπογράψασθαι, eâdem notione ἐγγραφῆναι dictum ſupra vidimus pag. 240. b. c. Erat autem *Phyromachus*, ut paulo ante docuimus, in gulonum lurconumque numero veluti *nomen* ſuum *profeſſus:* & quaſi *artem profitebatur coenandi.*

πότερον ἐγὼ μεθύω, ἢ δοκεῖ μοι ταῦτα περιφέρεσθαι. f »Dictum illud illuſtravimus libro quarto, cap. XIV.« CASAUB. — Vide Animadv. ad IV. 156. c. Paulo ante, pro

f λειπούσης, eſt λιπούσης in ms. *Ep.* Pro πότερον vero, corruptæ ποτήριον in ms. *A.*

Χαιρεφῶντος - - φήσαντος, οὐ δύνασθαι τὸν οἶνον φέρειν· Οὐδὲ γὰρ τὸ εἰς τὸν οἶνον, ἔφη. »Luſit in vario uſu verbi »φέρειν. Nam & de homine dicitur φέρειν οἶνον, & de vi»no φέρειν ὕδωρ. *Non mirum*, inquit, *ſi vinum ferre ne»queas: qui ne aquae quidem ferendae ſis, villo ſimilis quod οὐ »φέρει πολὺ ὕδωρ.* Cauſſam huius ἀδυναμίας ſequentia »verba indicant; ex quibus diſcimus, ita ſolitum Chae»rephontem cibis oppleri, ut aliud quid amplius capere »non poſſet.« CASAUBONUS. — Mihi hoc dicere viſus erat Corydus: *Tu vinum hoc*, ais, *te non ferre: nempe aquam non amas, qua illud temperamus.*

τοῦ δὲ Χαιρεφῶντος - - διαναστάντος. »Τοῦ γὰρ »Χαιρεφῶντος, γυμνοῦ ἔν τινι δείπνῳ διαστάντος. »Scripti, τοῦ δὲ Χαιρεφ. Verte autem, *Cum Chaerephon in »quodam convivio nudus ſtaret cruribus divaricatis.* διαστῆναι, »hic eſt, *ſtare ſuris apertis*, ut loquitur Varro.« CASAUB. — Equidem codicum noſtrorum probavi ſcripturam, quorum uterque & τοῦ δὲ dedit, non γὰρ cum editis; & διαναστάντος, non διαστάντος: id eſt, *cum inter coenam ſurrexiſſet.* Eamdem ſententiam conjecturâ praeceperat doctiſſimus CORAY, ad editam ſcripturam διαστάντος quaerens in *Notis msstis*: »An ἀναστάντος?« — »Sequen»tia verba, ὥσπερ τὰς ληκύθους ὁρῶ σε μέχρι πόσου μεστὰς »εἶ: accipe de *ampullis pellucidis*; quales erant quae e cor»nu fiebant; nonnullae etiam quae e corio. Aiunt enim »Grammatici, ὄλπην dici proprie τὴν δερματίνην λήκυθον, »δι' ἧς ἔστιν ὀπτεύσασθαι τὸ ἔλαιον: *coriaceam ampullam, »intra quam cerni oleum poteſt.*« CASAUB. — Vide Suidam in Ὄλπη, & Schol. ad Theocr. Id. II. 156.

Καθ' ὃν δὲ καιρὸν Δημοσθένης παρ' Ἀρτάλου τὴν κύλικα εἰλήφει. Nota res ex Plutarch. in Demoſth. p. 857. *Ibid.* τοὺς ἄλλους ἀκρατοκώθωνας καλῶν. Ipſum vocabulum apud Demoſthenem hodie non reperitur: ſed de re vide Noſtrum lib. II. pag. 44. e. f. & ibi notata. Uſus autem eo vocabulo eſt Hyperides in Orat. contra Demoſthenem, ut docet idem Noſter, XI. 483. e. *Ibid.* τὴν μεγάλην ἔσπακεν. τὴν μεγάλην, intell. κύλικα. Lepida vero in verbo σπᾷν ambiguitas, quo vulgo utuntur cum dicunt *vinum largiter haurire.* Sic Athenaeus loco modo citato: ἀκρατοκώθωνας καλοῦσι τοὺς πλέον ἄκρατον (forſ. ἀκράτου) σπῶντας.

εἰωθότος δ' αὐτοῦ ῥυπαροὺς ἄρτους ἐπὶ τὰ δεῖπνα φέρε- a
σθαι. » *Cum ſolitus eſſet ad convivia ſordidos panes afferre.* In-
» tellige de conviviis quae ex ſymbolis cuiusque conviva-
» rum conſtabant, & *erani* dicebantur. Minus recte inter-
» pres: *ſordidum panem coenaturis ſolebat apponere.*« CASAU-
BONUS. — Satis indicabat verbum φέρεσθαι, in medio ge-
nere poſitum: quod *ſecum adferre* ſignificat.

AD CAP. XLVIII.

Φιλόξενος δὲ, ὁ παράσιτος, Πτερνοκόπις δ' ἐπίκλην. ἢ Πτερνοκοπὶς eſt in ms. *Ep.* ut ad p. 239. f. docui. Et ſic hîc reſcriptum velim. *Ibid.* Μάστιξεν δ' ἐλάαν. Frigida alluſio ad Homericam formulam, Il. ε'. 366. & alibi.

Τὸν δ' ὑπὸ τῆς γραὸς τρεφ. Coniunctionem δ' commo b
de obtulit ms. *Ep.* Cum vero ſatis fuiſſe videri deberet, ὑπὸ γραὸς, aut ὑπό τινος γραὸς, articulum τῆς cum edi-
tis agnoſcit codex mstus uterque. *Ibid.* Pro τῇ γραΐ, habet γράᾳ ms. *A.* qui γραίᾳ puto debuerat; quemad-
modum paulo poſt (lit. c.) ὑπὸ γραίας habent edd. & mssti.

τὸν ὑδροπώτην Μοσχίωνα λεγόμενον. *Moſchion* (neſcio an idem, de quo hîc agitur) in paraſitis commemoratur pag. 242. c. rurſusque IX. 382. d. Haud dubie hos Ma-
chonis verſus de *Moſchione abſtemio* reſpexit Athenaeus lib. II. pag. 44. d. ubi ad hunc locum remittere lectorem obli-
tus ſum. In *MACHONIS verſ.* 4. recte ποιεῖς dedit ms. *Ep.* quod ex *verſ. ſeq.* adparet, ubi ποιεῖ σε ἐν γάστρὶ λαμβάνειν habet codex uterque. Itaque ὁ δεῖνα, intelli-
gendum σὺ ὁ δεῖνα: quod percommode, *O bone*, vertit IACOBS in Animadv. ad Anthol. Vol. II. Part. 3. pag. 26. Minus vero nobis probabatur ratio, qua eidem Viro do-
cto hi verſus concinnandi viſi erant, nempe:

Ὁ δεῖνα, παράδοξόν γε ποιεῖ πρᾶγμά τι
ἢ γραῦς ποιεῖν σ', ἐν γαστρὶ λαμβάνειν ἀεί.

Quae ille ſic interpretatur: *O bone, mirificam rem te face-
re cogit vetula illa, ut nimirum ſemper ventre concipias.* Mihi videbatur παράδοξον ποιεῖς πρᾶγμα idem valere ac παρα-
δόξως πράσσεις, *mirum quid tibi accidit.* Sic, τί δεῖ ποιεῖν ἡμᾶς; p. 251. c. idem valet, ac τί δεῖ πάσχειν ἡμᾶς;

Νῦν πάντα &c. Collatis codicis *Ep.* & membranarum *A.* c
ſcripturis, ſic ſcribi debebat ille verſus:

Νῦν πάντα (φησὶν) καινὰ γίνετ'· ἢ μὲν οὐ κύει:

ut καινὰ pars verſus eſſet, verbum vero φησὶν ut extra verſum ab Athenaeo adpoſitum intelligeretur. *Verſ.* 2. ἐν γαστρὶ δ' οὗτος λαμβάνει. Sicut ἐν γαστρὶ ἔχειν Graeci dicunt *gravidam eſſe*; ſic ἐν γαστρὶ λαμβάνειν, eſt *gravidam fieri, concipere.* Confer Wetſten. ad Matth. I. 18.

Πτολεμαῖος δ' ὁ τοῦ Ἀγησάρχου. Conf. X. 425. f. & XIII. 577 extr. & ſeq. Adde quae notavimus ad Polyb. XVIII. 38, 6 & 8.

AD CAP. XLIX.

d Κελτοὶ, φησὶ, περιάγονται μεθ' ἑαυτῶν - - συμβιωτὰς, οὓς καλοῦσι παρασίτους. »*Celtae circumducunt* »*ſecum, etiam bellum gerentes, convictores quos parasitos* »*vocant.* Cave putes veteres Gallos uſurpaſſe in lingua »ſua vocem *paraſitus*; ſed accipe ſic: vocant Gallica vo»ce, quae reſpondet Graecae παράσιτος. Ita ſolent opti»mi ſcriptores loqui. Ut cum, exempli gratia, ſcribit »Noſter libro IV. [pag. 171. c.] ὃν νῦν καλοῦσιν οἱ Ῥω»μαῖοι προγεύστην: falſum hoc, niſi iuveris commoda »interpretatione. Sic dixit Galenus, τὸ σῖγμα τὸ Ῥωμαϊ»κὸν, & alia ad hunc modum multa. Ita autem Poſido»nius vertit nomen vetuſtae Gallorum linguae *ſoldurius.* »Nicolaus Damaſcenus εὐχωλιμαῖος interpretatur: alii »aliter. Res omnibus nota.« CASAUBONUS. — μεθ' αὑτῶν ſcribitur in membr. *A.* De *Solduriis* vide infra p. 249. b. *Ibid.* τὰ δὲ ἀκούσματα αὐτῶν. ἀκούσματα hîc accipienda de *perſonis quae audiuntur*, (i. e. de cantoribus) monuit H. Steph. Theſ. T. I. pag. 286. quae vulgo aliàs ἀκροάματα. Monuit & CASAUB. »*Eorum acroamata ſunt Bardi.* De »Gallorum Bardis Strabo, alii.« —

Βίθυν, τὸν Λυσιμάχου τοῦ βασ. παράσιτον. Eiusdem meminit Noſter, XIV. 614. f. ubi Βίθην vulgo ſcribunt; minus recte, ut videtur.

AD CAP. L.

f *TIMOCLIS* teſtimonium, ex *Pugile*, Εὑρήσεις τε &c. in ſuperioribus editionibus, neglecto metro, veluti ſolutâ oratione conceptum ſcribebatur. Tum ad illa verba, (*verſ.* 2.) οἱ δειπνοῦσιν ἐσφειδωμένοι adnotaverat CASAUBONUS in Animadv. »Inquinatus locus etiam in mem-

» branis. Scribebam, οὐ φειδόμενοι.« Mox vero, f cum veniſſet ei in mentem metricae legis, docuiſſetque ipſe, ea ratione, qua a nobis factum, in ſenarios redigenda *Timoclis* verba; retractans illam correctionem, quae metro non conveniebat, ait: » Forte ſcribendum ἐσφη» νωμένοι. Ea voce pulcherrime exprimitur, quod alibi » de paraſitis dictum invenias, *ſedere eos in conviviis* ἐκ πα» ραβύστου, *in anguſtum locum receptos, & quaſi magna vi eò* » *admiſſos.* Timotheus in Cynario: [p. 243. d.] ἐὰν μὴ πα» ράβυστός που γένηται Χαιρεφῶν. Ergo ἐσφηνωμένος eſt πα» ράβυστος: nam σφηνοῦν eſt βύσαι, & de *convivarum preſ*» *ſura* ſolet uſurpari. Vetus ſcriptor apud Suidam: [in » Σφηνωθείς:] Τιμαγένης κληθεὶς ἐπὶ τὸ δεῖπνον, καὶ σφη» νωθεὶς, ἀπέθανεν. Magnus *Turnebus* emendabat ἐσπη» δώμενοι: quae emendatio, ut ingenue quod ſentio » dicam, eſt optima.« — At non erat (quod ſibi Caſaubonus perſuaſerat) ἐσφειδωμένοι lectio veterum librorum. In ed. Ven. ἐσφυδώμενοι (ſic) ſcribitur: id ſua auctoritate Bedrotus, editor Baſileenſis, in ἐσφειδώμενοι mutavit; quem & eodem modo in exemplo editionis Venetae, quod olim ipſius fuerat, ſua manu correxiſſe video. Inde, mutato accentu, ἐσφειδωμένοι edidit Caſaubonus. Iam in *Epit.* quidem ipſum illud verbum deſideratur: ubi totum *Timoclis* teſtimonium his verbis comprehenditur: τῶν ἐπισιτίων, φησὶ, τούτων τινὰς, οἳ δειπνοῦσι τἀλλότρια, ἑαυτοὺς ἀντὶ κωρύκων παρέχοντες. At membranae *A.* eodem quidem accentu, quo Caſaubonus uſus eſt, ſed per *υ* vocalem (ut in ed. Ven.) ſcriptum verbum, ἐσφυδωμένοι, perſpicue exhibent. Eratque non mutanda, ſed haud dubie vera haec ſcriptura: quam eamdem etiam ex codd. Pariſ. *B.* & *C.* adnotavit meritoque commendavit Villebrunius. Eſt autem illa vox, ignota quidem & ſilentio praeterita recentioribus Lexicographis, participium verbi σφυδόω vel σφυδάω, ſignificatque *corpulentum, diſtentum, repletum, turgidum:* quod ex collatis inter ſe gloſſis nonnullis Heſychianis liquido intelligi videtur. Apud Heſychium habes, Σφυδῶν· ἰσχυρὸς, εὔρωστος, σκληρός. Apud eumdem: Διασφυδῶσαι, αὐξῆσαι. ἀπὸ τοῦ Σφύζειν. Tum, quo pacto σφυδῶν & διασφυδῶσαι iſta notione a verbo σφύζειν derivari aut cum eo coniuncta ſtatui potuerint, intelligitur ex interpretatione verbi σφριγᾷ, quod communi conſenſu Heſychius, Suidas & Etymologus per

σφύζει exponunt; cui addunt, περιτέταται, πλήρης τυγχάνει, εὐσωματεῖ, ἀκμάζει, &c. Adiicitur apud Heſychium, μάλιστα δὲ ἐπὶ θηλείας, εὐσωματεῖ &c. quod mendoſum videtur. Rectius apud Etymologum, pag. 739. σφριγῶσι, - - περιτέτανται, ἢ περιτείνονται, καὶ μάλιστα ἐπὶ θηλῆς, id eſt, & maxime de *mamma*, nempe *plena*, *extenta*, *turgida*. Confer omnino quae ex Hippocrate citavit Foeſius in Oeconom. Hippocr. v. Σφριγᾶν. Commode vertit VILLEBRUNE: *qui ſe bourrent bien en ſoupant aux dépens d'autrui*; id eſt, *qui ſe implent coenantes aliena*. Quod niſi optime habere iſtam librorum ſcripturam perſuaſum haberem, probaturus eram ἐσφηνωμένοι, non eâ quidem notione, qua Caſaubonus hanc propoſuerat emendationem; ſed eâ qua id verbum uſurpavit Etymologus, ſive apud eum vetuſtior aliquis gloſſator; nempe eâdem, quam verbo ἐσφυδωμένοι ſubiectam diximus. Σφριγῶσιν, (ait Etymologus p. 739. l. 6 ſq.) ἀκμάζουσι, καὶ ὥσπερ διεσφηνωμένοι εἰσὶν ὑπὸ πυκνότητος καὶ ἀκμῆς.

Verſ. 3 *ſq.* τἀλλότρια· ἑαυτοὺς ἀντὶ κωρύκων λέγειν παρέχοντες ἀθληταῖσιν. —

CASAUBONUS, priusquam de metro, quod ineſſet *Timoclis* verbis, cogitaſſet, haec adnotaverat: »Epitome non »agnoſcit τὸ, λέγειν: quod quidem poſitum eſt pro eo »quod dici ſolet, ὡς εἰπεῖν. Ac malebam ſcribi, ἀντὶ κω»ρύκων ὡς λέγειν.« — Deinde vero, videns metro hoc non convenire, retractata hac emendatione, *verſum tertium* ſic ſcribi iuſſit:

τἀλλότρι', ἑαυτοὺς ἀντὶ κωρύκων λέγειν:

Ac poterat utique elidi ultima vocalis vocis ἀλλότρια, vocalem *o* ob ſequentem poſitionem producendo. Poterat vero etiam, eâdem vocali ob debilem poſitionem correptâ, terminatio *α* manere; ut primus pes dactylus eſſet, ſecundus anapaeſtus. Poterat denique τἀλλότρια (vel τἀλλότρι') αὐτοὺς ſcribere poëta. Infinitivus λέγειν elliptice intelligendus, pro ὡς λέγειν, *ita ut dicas*; aut θέλε λέγειν, θέλοις ἂν λέγειν, *velles dicere*, *ſubeat dicere*, *dicere*s. Quod ait ἀντὶ κωρύκων ἑαυτοὺς παρέχοντες ἀθληταῖσι: Henr. STEPHANUS in Ind. Theſ. pag. 1333. κωρύκους intelligebat *peras* vel *ſaccos coriaceos*, in *quibus panes reponuntur*. CASAUBONUS vero ait: »Facete poëta homines »plenos cibi & probe fartos *corycis athletarum* comparat,

»quos moris erat implere vel fabulo, vel farina, vel fi- f
»cuum cenchramidibus.« — Equidem cum, unde haec duxiſſet Caſaubonus, haud compertum haberem, in latina verſione *pro follibus* poſueram: *folles* cogitans pilas maiores, vento repletas, noſtris *ballonibus* ſimiles, de quibus ad lib. I. pag. 14. f. (Animad. Vol. I. pag. 127.) dictum eſt. At erant eiusmodi folles recentius inventum, ut ipſe Athenaeus citato loco tradit: fuiſſeque *follem* diverſum a κωρύκῳ Graecorum, quo illi ad ludum exercitationemque utebantur, (unde κωρυκομαχία apud Hippocratem, aliosque, & κωρυκοβολία apud Aretaeum) monuit *Hieron.* MERCURIALIS, De Arte Gymnaſtica lib. II. cap. 5. pag. 129. Quid vero *corycus* eſſet, quove modo ludus ille perageretur, ex Antyllo Medico apud Oribaſium, Collection. Medicar. lib. VI. cap. 32. docuit idem *Mercurialis* ibid. p. 123 ſq. quem ipſum Oribaſii locum ob oculos habuerat Caſaubonus. Quare in latina verſione apud Athenaeum, loco vocabuli *follibus*, praeſtabit vel graecum nomen *corycis* retinere, vel cum Dalecampio *faccis* reponere. Vocabulum κώρυκος de *pera* uſurpatum vidimus IV. 126. a. Eâdem notione, quâ hoc loco, recurrit XIV. 668. f.

Φερεκράτης, Γραυσί. Videbatur Φερεκράτης δ' ὲ oportuiſſe: quae particula δὲ reſponderet illi μὲν, quae poſt Τιμοκλῆς poſita. Nihil vero ex ms. *A.* hîc adnotatum: in Epitoma autem deeſt totum hoc teſtimonium. *Verſ.* 1. Σὺ δ' - - ἐπισιτιεῖ. Cum ἐπισίτιε edidiſſet CASAUBONUS, monuit idem in Animadv. »Plerique codices ſcri»bunt ἐπισιτιεῖ. Tum legerem σοὶ initio.« — At, non plerique, ſed omnes codices cum ed. Ven. & Baſ. ἐπισιτιεῖ dabant: quod utique tenendum erat, idem valens ac παρασιτήσεις. Unus DALECAMPIUS, ſua auctoritate multum a librorum ſcriptura recedens, in latina verſione ſic poſuerat, *Ne curſu propera, o Smicythion epiſitie.* *Verſ.* 2. Τίς δ' οὗτος ὑμῖν ἐστί; Particulam δὲ ante οὗτος, quae deerat editis, dedit ms. *A.* In ἔτι nil discrepabant libri: ἐστὶ vero ſcribendum monuit CASAUB. Recte; certe vel metri ratio id flagitabat. Pro ὑμῖν, praeter neceſſitatem, invitis libris, ἡμῖν legebat Dalecampius, ſic vertens, *Quis hic praeterea nobis eſt?*

Verſ. 3. ἄγω λαρυγγίτην ἐπὶ μισθῷ ξένον.
Non λαρυγγίτην, ſed λαρυγγιτὴν expreſſum volueram, quemadmodum ubique editum erat; quamquam nec

aliàs cognitum nomen, & hoc loco veterum codicum auctoritate deſtitutum. Si verum eſſet λαρυγγικὸν, quod eſt in membranis *A.*, metri cauſſa in fine verſus legendum foret ἐπὶμισθῷ τὸν ξένον. Sed λαρυγγιζόμενον, aut certe λαρυγγίζοντα utique malebam, aut λαρυγγιῶντα.

a Πλατων ἐν τετάρτῳ Πολιτείας. Temere »*libro tertio de* »*Republica*« ſcripſit Dalecamp. Extat locus initio libri IV. De Republica, ut monuit CASAUB. Ibi »Scholiaſtes: (ut »docuit RUHNKENIUS ad Timaei Λέξεις Πλατ. pag. 212.) »Ἐπισίτιοι, οἱ τροφῆς χάριν ἐργαζόμενοι, ut Heſych. & »Suidas, quorum gloſſae ex hoc ipſo fonte fluxerunt.« Ἀριστοφάνης Πελαργοῖς. Ad editam ante nos ſcripturam Πελασγοῖς, notaverat CASAUBONUS: »*Pelasgos* »*ARISTOPHANIS* laudat Pollux quoque, lib. X. cap. 44.« — At iampridem apud Pollucem (X. 174.) ex melioribus libris vera ſcriptura Πελαργοῖς reſtituta eſt. Et apud Noſtrum h. l. perſpicue Πελαργοῖς dedere optimae noſtrae membranae. Latinam fragmenti verſionem a GROTIO mutuatus ſum, ex Excerptis, pag. 548. Graeca verba non magis, quam BRUNCKIUS, (in Ariſtoph. Fragm. p. 261, 1.) ad ſenariorum numeros redigere auſus ſum. Grotius, haud video quo metri genere, ſic ſcripſerat:

Ἦν γὰρ ἄδικον ἄνδρα σὺ διώκῃς ἕνα,
ἀντιμαρτυροῦσι δώδεκα τοῖς ἑτέροις ἐπισίτιοι.

AD CAP. LI.

ἑταίρας δ' ὄνομα ἡ Συνωρίς. Conf. XIII. 583. e. In *DIPHILI verſ.* 3. cum ſic ederetur,

b πῶς ἂν βάλοιμ' Εὐριπίδην. οὐκ ἂν πώποτε:

peſſumdatum metrum erat. Nam in *Euripidis* nomine ρι ſyllaba ſemper longa eſt, de quo etiam Brunckius monuit, cuius vide Indicem in Ariſtophanem. Quam ſyllabam etiam ſi brevem ſtatueres, ne ſic quidem legitimus verſus erat, ob ſpondeum in quarta regione. Cui vitio remedium adlaturus GROTIUS, in Excerpt. pag. 795. ſecundum & tertium verſum ſic refinxerat:

B. Ἀστεῖος εἶ. A. Δραχμὴν ὑπόθες. B. Κεῖται. πότε
Εὐριπίδην βάλοιμ' ἄν; A. Οὐκ ἂν πώποτε:

Minoribus ambagibus, & convenientius etiam praeceptis Grammaticorum, ubi de *re futura* agitur, *verſ.* 3. οὐκ ἂν

ποτε pro πώποτε ſcribendum monuit PIERSON, in b Notis ad Herodianum Grammaticum cum Moeride editum, pag. 461. Idque fere ipſum dedit noſter codex utrique: in quibus ſic, οὐκ ἂν ποτ' Εὐριπίδης &c. In ed. Ven. mendoſe οὐκ ἂν πόποτε editum erat: inde οὐκ ἂν πώποτε ed. Baſ. & Caſ.

Verſ. 4. Εὐριπίδης γυναῖκα σώσειεν. οὐχ ὁρᾷς: Quod editum erat, σώσει, perapte conveniebat metro. Sed quod praecedit οὐκ ἂν ποτε, id optativum modum videbatur deſiderare. Et σώσειεν dedere ambo codices. Porro ne hoc quidem repugnabat metro; quia penultima σει, ob ſequentem vocalem, corripi potuit. Verba iſta VILLEBRUNE cum DALECAMPIO *mulieri* tribuit: quae verba commodius a *viro* dicta GROTIUS ſtatuit.

Verſ. 7. Ἀνὴρ γὰρ ὅστις &c. Verba iſta nusquam ita c ab Euripide prolata fuiſſe, ſed per iocum a Comico illi tribui, ſtatuit GROTIUS, & ſignificare ipſe Diphilus videtur in fine eclogae.

Verſ. 9. ὅλοιτο, νόστου μή ποτ' εἰς πάτραν μόλοι. Epitomator in verbo ὅλοιτο finem fecit Eclogae. Quod in fine verſus habent membr. *A.* μολεῖ, id haud dubie vitioſum. Speciosius eſt μόλοι, quod habent edd. Sed qui id cum νόστου congruat, haud adparet. Itaque νόστον - - μόλοι correxit GROTIUS: νόστου - - τύχοι placebat VALCKENARIO, in Diatribe ad Euripid. Hippol. pag. 84.

Ἐν δὲ τῇ διασκευῇ αὐτοῦ τοῦ δράματος. »Quid ſigni»ficet διασκευὴ δράματος, expoſitum eſt libro III. cap. »XXVI.« CASAUB. — Vide Animadv. ad III. 110. b. Pro αὐτοῦ τοῦ, exſpectaveram τοῦ αὐτοῦ, id eſt, *eiusdem dramatis*. Sed nihil varietatis ex ms. *A.* enotatum. Epitomator vero ſic ſcripſit: Ὁ αὐτὸς Δίφιλος ἀλλαχοῦ περὶ παραsίτου φησίν.

αὐτὸν ἀπογαλακτιεῖ. »De *paraſito* interpretantur, qui »*ſe depellat ipſe a lacte:* id eſt, paulatim aſſueſcat poſſe »carere lautâ menſâ. Videntur potius *regi paraſiti*, quam »paraſito, ea convenire.« CASAUBONUS. — Mihi ſe ſatis probaverat DALECAMPII interpretatio, qui, cum in verſione poſuiſſet, *ut pueruli, ſe ipſum a lacte depulit;* ad illa verba adnotavit in ora: »Quos (puerulos,) ut abla»ctent, nutricis mammam aloë felleve inungunt. Feſtive »id ſignificat, *paraſitum effuſa in menſam bile, redeundi ad*

c » *convivium facultatem ſibi ademiſſe.* « — Eamdem ſententiam GROTIUS expreſſit, cuius verſionem latinam Graecis verſibus ſubiecimus. Nec tamen negaverim, contorta quadam ratione poëtam id, quod voluiſſe videtur, enunciaſſe. Ad ſententiae commoditatem parum contulit, metrum autem peſſumdedit VILLEBRUNIUS, *verſum ſecundum* ita legendum contendens:

οὐκ· ἀλλ' ὦ 'λείψας &c.

quod pro ὁ ἀλείψας poſitum ille voluit. In *primo verſu* paulo commodius fortaſſe in hunc modum diſtincta foret oratio:

Ὀργίζεται; παράσιτος ὢν, ὀργίζεται;

Grotius primum verſum *perſonae A.* tribuit; ſecundum & tertium, *perſonae B.* DUTHEIL perſonarum partes ſic diſtinguendas cenſuit:

A. Ὀργίζεται. B. Παράσιτος ὢν ὀργίζεται;
A. Οὐκ· ἀλλ' ἀλείψας &c.

d Qui ſequuntur verſus, Τότε φάγοις &c. eos praetermiſit Epitomator: nihil vero in eis mutat ms. *A.* Eſſe autem in primo verſu neglectum prorſus luxatumque metrum adparet.

Κἂν τῷ ἐπιγραφομένῳ δὲ Παρ. Mutato verborum ordine in ms. *A.* ſcribitur Κἂν τῷ δὲ ἐπιγραφ. a quo praeter neceſſitatem diſceſſiſſe videntur editores. In *Epit.* nil aliud eſt, niſi καὶ ἀλλαχοῦ. Verſus, ex DIPHILI fabulâ *Paraſito* allatus, in omnibus editionibus ſic ſcribitur, ut edidimus:

Οὐ δεῖ παρασιτεῖν ὄντα δυσάρεσκον σφόδρα.

Quem verſum citans H. STEPHANUS in Theſ. T. I. p. 579. praeeunte BUDAEO, ait, τὸν δυσάρεσκον eſſe contrarium τῷ ἀρέσκῳ, quod nomen Ariſtoteles tribuit homini *blando, gratiae captatori, obſecundatori:* unde ἡ ἀρέσκεια, *placendi ſtudium, gratiae captatio,* apud Noſtrum pag. 255. a. Nec vero diſſimulandum, vocabulum δυσάρεσκον ignorare vetuſtiores libros: nam in ms. *A.* eſt δυσάριστον, mendoſe utique, ſed quod ex δυσάρεστον corruptum debeat videri: & ipſum δυσάρεστον habet ms. *Ep.* in contextu, quamquam & ibi mendoſum δυσάριστον inter lineas adſcriptum. Quod ſi cui probatum fuerit δυσάρεστον, id eſt, *moroſum, difficilem, qui facile aegre ferat ſi non omnia ad ipſius voluntatem fiunt;* ſane nihil abſurdi ſtatuerit, & perapte ea ſcriptura huic loco conveniet.

AD CAP. LII.

Μένανδρος - - - περὶ φίλου λέγων οὐχ ὑπακούοντος γά- d
μων δείπνῳ. » *De amico, qui vocatus ad coenam nuptialem* » *recuſabat.* οὐχ ὑπακούειν id ſignificat, quod Attici dicunt » ἐπαινεῖν, ut Ariſtophanes & alii, vel ἐπαινεῖν τὴν κλῆ- » σιν, ut Xenophon, initio Convivii: οἱ μὲν οὖν ἀμφὶ τὸν » Σωκράτην πρῶτον μὲν, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, ἐπαινοῦντες τὴν » κλῆσιν, οὐχ ὑπισχνοῦντο συνδειπνήσειν.« CASAUBONUS. — Conf. Brunck ad Ariſtoph. Ran. 508.

MENANDRI verba, cum veluti nullo metro adſtricta legerentur ubique, perfectos eſſe verſus trochaicos tetrametros catalecticos vidit docuitque GROTIUS in Excerpt. pag. 739. nullâ aliâ adlatâ mutatione, niſi quod pro ὄντως ἐστὶν, quod *verſ.* 1. legebatur, transpoſitis verbis, ἔστιν ὄντως ſcripſit: in quo eum ſequi non dubitavimus; quod etiam Clericus fecerat in Menandri Fragmentis pag. 138. Eiusdem Grotii latinam verſionem adpoſuimus. Quod *verſ.* 3. verbum βλέπει idem in τρέπει mutavit, id quidem minime neceſſe fuiſſe exiſtimavi. *Verſ.* 4. Mendoſe περιδεῖπνον ſcriptum erat in ed. Ven. pro quo magis vitioſe περὶ δεῖπνον poſitum in ed. Baſ. & Caſ. Veram ſcripturam περίδειπνον GROTIUS reſtituit, *ſilicernium* vertens, id eſt, *funebrem coenam.* In *Epit.* tota deſideratur ecloga, cum eâque quae ſequuntur usque ad lit. f.

Φιλωνίδης τε ἐν Κοθόρνοις &c. Locum hunc reſpexerat Noſter lib. II. pag. 47. d. ubi de vocab. ἀπόσιτος vide notata. Quod dein ait, Τῷ δὲ παράσιτος ὅμοιά ἐστιν ὀνόματα, ἐπίσιτος, &c. ex ipſis quae adfert nominibus adparet loqui Deipnoſophiſtam de formae ſimilitudine; non de ſignificationis cognatione. Quod vero hîc ſcribitur, ἐπίσιτος, περὶ οὗ προείρηται: nusquam in ſuperioribus iſta vocabuli forma, nec in editis, nec in msstis libris occurrebat; conſtanter enim ἐπισίτιος ſcribebatur, & ſic rurſus extr. hac pag. & initio pag. ſeq. Videtur autem hoc loco iſtam formam ἐπίσιτος poſuiſſe auctor, ut caeteris adlatis ſimillimam: qua eâdem etiam pro ἐπισίτιος uti licuit Graecis, ut ex Polluce VI. 43. & 123. & Suida (voce Ἐπίσιτος) diſcimus.

Septem verba, σιτόκουρός τε, καὶ αὐτόσιτος, ἔτι δὲ κακόσιτος, dederunt membranae *A.* Et trium iſtorum

vocabulorum exempla quoque paulo poſt adferuntur: unde ſimul adparet, (vide pag. 248. a. b.) pro eo quod mendoſe σιτόκουστος ſcriptum in membranis erat, recte σιτόκουρος a nobis eſſe poſitum.

f Καλεῖται δ' οἰκόσιτος, ὁ μὴ μισθοῦ, ἀλλὰ προῖκα τῇ πόλει ὑπηρετῶν. » Cur addit τῇ πόλει? Nam etiam in *privatis* » *miniſteriis* locum ea vox habet. Theophraſtus in » Characteribus, [cap. 22. περὶ Ἀνελευθερίας: ubi vide quae » notavit Caſaub. p. 337.] τοὺς δὲ διακονοῦντας ἐν τοῖς » γάμοις οἰκοσίτους μισθώσασθαι. « CASAUBONUS. — Commode vero DALECAMP. in verſione poſuit, *Oecoſitum etiam vocant:* quaſi in Graeco eſſet, Καλεῖται δ' οἰκόσιτος καὶ ὁ μὴ &c. Sane ſignificatus, quem nunc exponit auctor, diverſus eſt nonnihil ab eo, qui in praecedente *Anaxandridae* verſu locum habuerat. Caeterum ſuſpecta utique videri poterant adiecta verba τῇ πόλει: niſi ita intelligeres ac ſi dixiſſet τοῖς πολίταις, hâc ſententiâ, *promiſcue civibus quibuscumque;* nempe, non *uni cuidam certo domino.* At rurſus, qui privatim civibus operam ſuam praeſtat, eum *non* prorſus *gratuito* id facere conſentaneum eſt, ſed *certa mercede:* quo pacto apud Theophraſtum l. c. poſitum id vocabulum, cum ait, τοὺς δὲ διακονοῦντας ἐν τοῖς γάμοις οἰκοσίτους μισθώσασθαι. Quare cum hîc Athenaeus dicat, μὴ μισθοῦ, ἀλλὰ προῖκα, inde rurſus veri ſpeciem nanciſcitur id ipſum quod adiicitur, τῇ πόλει; nempe *civitati, reipublicae.* Et in eam fortaſſe partem acceperat Athenaeus *ANTIPHANIS* verba, quae continuo adferuntur. Illa verba vulgo, neglecto metro, ſic ſcribebantur, Ταχὺ γὰρ γίνεται καὶ ἐκκλησιαστὴς οἰκόσιτος. Quae DALECAMPIUS ita interpretatus erat, quaſi eſſet ἐκκλησ. καὶ οἰκόσιτος: *Concionator is ſubito fit & oecoſitus.* Mihi in eam fere ſententiam accipienda videbantur, quam his verbis VILLEBRUNIUS cum ADAMO expreſſit, *Un oecoſite devient bientôt eccléſiaſte:* hac adiecta adnotatione: » *C'eſt-à-dire, qu'après avoir ſervi gratis, il* » *obtient bientôt un honoraire de trois oboles, en aſſiſtant aux* » *aſſemblées, qu'on nommoit Eccleſiai.* « Pro iſta autem ſententia videtur adiecto articulo ſcribi debuiſſe ὁ οἰκόσιτος, aut tali quodam modo, ὅστις οἰκόσιτος ἦν: quae verba percommode concludere ſenarium poterant.

Μένανδρος Δακτυλίῳ. CASAUBONO obſecutus ſum, notanti: » Ait, Μέναν δρος Δακτύλῳ. Scribe Δακτυ-

»λίῳ: id eſt, *Anulo*, vel *Condalio*. Videtur a Plauto »translata, cuius fabulam *Condalium* laudant veteres, Var»ro, alii.« — Laudatur ΜΕΝΑΝDΕR Δακτυλίῳ etiam ab Ammonio, Harpocratione, & Suida. Eiusdem verſum ex *Citharoedo*, ſic fere cum Dalecampio latine reddiderat Clericus, in Menandri Fragmentis pag. 105. *Non ſumis auditores domi comedentes.* Planius ſententiam expreſſit VILLEBRUNE: *Tu n'as pas d'auditeurs qui t'écoutent gratis.*

»Ait ex *CRATETE*: Ποιμαίνει δ' ἐπισίτιον· ῥιγῶν δ' ἐν a »μετὰ βύξου, δέξετ' ἐπὶ μισθῷ σῖτος. Palatinus co»dex, Μεταβύζου. Lego: Ῥιγῶν δ' ἐν Μεγαβύζου »δέξετ' ἐπὶ μισθῷ σῖτον. *In aedibus Megabyzi rigens, pro »mercede victum capiet.* Deſcribebat miſeram alicuius condi»tionem apud Megabyzum, unum e magnatibus.« CASAUBONUS. — Cui ſuffragatus eſt HEMSTERHUSIUS ad Luciani Timonem, Opp. T. I. pag. 385. ſimul monens, apud Comicos in nomine Μεγάβυζος ineſſe poteſtatem *viri divitis ſplendidique, & divitiarum oſtentatoris inepti.* Omiſit hunc locum Epitomator. Membranae *A.* vero, quod ſciam, mendoſum μετὰ βύξου tenent.

ἐν Συναριστώσαις. »*CRATETIS* Συναριστωσῶν Pollux »meminit lib. VI. cap. 17. Etiam Menander *Synariſtuſas* »[*Synariſtoſas*] ediderat, teſte Plinio libro XXIII extre»mo: [ſect. 81.] & inter Latinos poëtas Caecilius, te»ſte A. Gellio lib. XV. cap. 15.« CASAUBONUS. — At *Menandri*, non *Cratetis* Συναριστώσας nominat Pollux lib. VI. cap. 17. ſect. 101. rurſusque X. 18. *Cratetis* fabula huius nominis nusquam alibi, quod ſciam, niſi hoc loco, memoratur. Ac fortaſſe etiam hic apud Noſtrum fabula illa *Menandro*, non *Crateti*, tribui debuerat. Caſu tamen magis, quam conſilio factum puto, ut verba, quae ex illa fabula ſubiiciuntur, *Menandro* tribuerit *Henr.* STEPHANUS, in Theſ. T. II. pag. 1209. f. ubi, quos οἰκοσίτους γάμους poëta dixit, *nuptias* interpretatur *quae domi celebrantur; quibus domi & privatim familiares excipiuntur, non publice tota multitudo.* Totam eclogam ſic reddidit VILLEBRUNE: *Il eſt de la décence de ne pas raſſembler des femmes, & de ne pas manger en cohue, mais de faire des noces en famille.*

Μένανδρος - - ἐν Θρασυλέοντι, &c. »*MENANDRI* quae »ſequuntur *de ignavo homine* verba, ἄχρηστος εἰς γῆν ὁμο- b »λογῶν παρατρέφεσθαι, male diſtinguunt cum editionibus

» vulgatis interpretes.« [nempe, inter ἄχρηστος, & εἰς γῆν, *comma* interponentes. Vertit autem Dalec. *qui terrae velut obiter ali se fatetur.*] » Nam ἄχρηστος εἰς γῆν expreſ» ſum eſt ex illo Homeri, ἑτώσιον ἄχθος ἀρούρης. [Iliad. » σ'. 104.] Neque παρατρέφεσθαι eſt *obiter ali*; ſed *imme» ritum & indignum.* Sunt autem haec e *Menandri Thraſy» leonte*: unde eſt apud Harpocrationem, [in Φιλοσοφεῖν:] » φιλοσοφεῖ δὲ τοῦτο, ὅπως καταπράξηται τὸν γάμον. » Apud Latinos eodem titulo fabulam docuerat Turpi» lius, interpres (ut videtur) Menandreae: citat Nonius » ſaepe.« CASAUBONUS. — In verbis ex *Menandro* citatis nil mutant membranae *A.* niſi quod pro ἀθλιος, ἀχρηστος, accuſativos ἀθλιον, ἀχρηστον, habent. Epitomator hanc eclogam, cum ſequenti, breviter in hunc modum expedivit: Ὀκνηρὸς πάντα μέλλων σιτόκουρος. καὶ πάλιν· σιτόκουρον ἀθλιον εἰς τὴν οἰκίαν εἰλήφαμεν. GROTIUS, in Excerpt. pag. 725. vocabulum ὀκνηρὸς abiecit, quod, cum verſui minime conveniret, nonniſi interpretamentum eſſe videretur inuſitatae vocis πανταμέλλων: nam ſic coniunctim, non duabus vocibus, ſcribendum cenſuerat; in quo haud aegre adſenſus ſum perſpicaſſimo viro. Eiusdem eſt verſio latina, quam Graecis verbis ſubieci.

Καὶ ἐν Πωλουμένοις. » Πωλουμένους *MENANDRI* reperio » apud Clementem Alexandr. Stromat. lib. VI. [pag. 743. » ed. Potter.] Μένανδρος ἐν Πωλουμένοις παρισάζεται (Καλ» λίᾳ) λέγων· Οὐ πανταχοῦ τὸ φρόνιμον ἁρμόττει παρόν.« CASAUB. — Temere Clericus pag. 160. ἐκ τοῦ Πωλουμένου, in ſingulari.

In *CROBYLI* teſtimonio maluiſſes utique,

Παράσιτος αὐτόσιτος, αὐτὸν γοῦν τρέφων.

Sed eodem modo, ut hoc loco, duo priora verba, Παράσιτον αὐτόσιτον, in accuſativo caſu, ex eodem *Crobylo* citata vidimus lib. II. pag. 47. e. ubi vide notata, T. I. Animadv. pag. 333. Et nihil hic mutant mssti: poſt αὐτόσιτον autem interpunxit ms. *Ep.* Priori verſu vocem αὐτόσιτον omittens GROTIUS, alterum ſic concinnavit: (Excerpt. pag. 829.)

— — Παράσιτον αὐτὸν γοῦν τρέφων
τὰ πλεῖστα συνεράνιζεν ἐν τῷ δεσπότῃ.

Quae latine ita reddidit:

Paraſitus, ipſe ſi ſe nutriat,
plus quam quisquam alius conferat regi ſuo.

Et in Nota ſcripſit: » Male Παράσιτον, apud Athenaeum. « b — Quod autem vocis αὐτόσιτον nullam plane rationem habuerit, cauſſa erat quod eam hoc loco ignoraſſent editiones Ven. & Baſ. Quam vocem adiiciens in ſua editione Caſaubonus, non declaravit in Animadverſionibus, utrum ex coniectura, an e libris mſstis adieciſſet. Ac potuerat ille quidem ex ſola coniectura, ſed eâ certiſſimâ, vocem iſtam adiicere: cum quoniam ſuperiore loco (II. 47. e.) iunctam utramque vocem habemus; tum quod hoc loco diſerte Athenaeus praedixit, Αὐτόσιτον δ' εἴρηκε Κρώβυλος: ad quae verba GROTIUS animum non advertiſſe videtur. At noſtri mſsti ambo, ut dixi, hîc pariter utramque vocem (quemadmodum Caſaubonus edidit) iunctam agnoſcunt.

Κακοσίτου δὲ μέμνηται Εὔβουλος. Vocem Κακόσιτος ex Gregorio Nazianz. & ex hoc ipſo Athenaei loco citans *Henr.* STEPHANUS, Theſ. III. 792. interpretatur, *qui ſtomachi vitio cibum faſtidit.* Eamdem vocem, aliis Gloſſographis praetermiſſam, adnotavit Pollux VI. 34. & 41. ſed absque interpretatione. Cognatum vocabulum κακοσιτία habet idem Pollux VI. 36. ubi *cibi penuriam* intellexit interpres, Henr. Stephanus vero l. c. *cibi faſtidium.* Κακόσιτον h. l. DALECAMPIUS interpretatus eſt »*fame & inedia ſe* »*macerantem: duriter vitam tolerantem:* ad verbum, *mali cibi* »*& pauci.* « — Commode VILLEBRUNE: *Comme il peut à peine manger ſans être incommodé, il ſe nourrit de ſommeil.* Apud Aelianum de Nat. Anim. III. 45. ὑπὲρ τοῦ μὴ κακοσίτους εἶναι τοὺς νεοττούς, vertunt, *ne a cibo abhorreant pulli.*

Φρύνιχος, ἐν Μονοτρόπῳ. »De *PHRYNICHI Monotropo* c »lege Interpretem Ariſtophanis ad Aves, ibi: τίς εἰμ' »ἐγώ; Μέτων. [verſ. 998.] Citat & alibi ſaepe. Item a »Polluce lib. VII. cap. 5. & cap. ultimo. Citatur Athe»naeo & Anaxilae Comici *Monotropos.* Quis autem Grae»cis dicatur μονότροπος, Galenus docet libro III. De Dif» ferentia Pulſuum. Ἄνθρωπον σκληρὸν λέγουσι τὸν μονό»τροπον, καὶ δυσπειθῆ, καὶ πρὸς ἅπαν ἀντιτείνοντα. « CASAUBONUS. — Nos eumdem titulum fabulae Phrynichi apud Athenaeum, auctoritate mſstorum codicum reſtituimus, III. 74. a. Ad ſententiam a Caſaubono ex Galeno expoſitam, in latina noſtra verſione, pro »ſeu *So*» *litario* « ſcribendum erat »ſeu *Moroſo.*« Sed, verum ſi

c quaeris, non, quis μονότροπος dicatur, explicare Galenus voluit, ſed quis σκληρός. Μονότροπον, *ſolitarium* ex Plutarcho interpretatus eſt H. Stephanus, in Theſ. III. 1638. g. In verſu ex illa fabula adlato, vocem ὀλιγόσιτος cum Ἡρακλῆς iunctam, ironice intelligendam eſſe adparet.

Quae dein ex aliâ fabulâ adferuntur verba, ὃς κατέσθίεις τῆς ἡμέρας μακρᾶς τριήρους σιτία, ea ſic reddiderat Dalecampius, *qui devoraveris uno longo die triremis cibaria.* Eo ſpectat animadverſio CASAUBONI: »Vocem μακρᾶς »iunge interpretando cum τριήρους, non cum ἡμέρας.« — Recte. τριήρης μακρὰ, eſt *triremis in belli uſum inſtructa*, quas *naves longas* vocabant veteres: quae tanto maiori cibariorum copia inſtructae eſſe debebant, quo maiorem hominum numerum vehebant. Iidem verſus, duobus etiam initio auctis, repetuntur apud Noſtrum, X. 415. c.

AD CAP. LIII.

ποτίκολλον recte ed. Ven. cum ms. *A.* ſicut I. 24. b. ubi vide notata, Animadv. T. I. pag. 187. & in Supplem. Animadv. ad lib. I. ibid. pag. 496.

MENANDRI iſta verba, Πράττει γὰρ πάντων ὁ κόλαξ ἄριστα, poterant in talem quemdam cogi ſenarium,

Ἄριστα γὰρ πράττει ἁπάντων ὅ γε κόλαξ.

Sed, quam lubrica ſint talia tentamina, iam ſaepe vidimus. Caeterum in *Clerici Fragmentis Menandri* fruſtra hoc ipſum quaeſiveris: quoniam ſcilicet in Indice Auctorum hunc locum adnotare oblitus erat Dalecampius.

d ἐπιτιμ. αὐτῷ τοῦ Φιλ. διότι ἀεὶ αἰτεῖ, ἔφησεν· Ἐπιλανθάνομαι. Sic edd. ex *Epit.* niſi quod ibi ἔφη, non ἔφησεν, ſcribitur. Poſuit autem hanc narratiunculam Epitomator poſt eam, quae in opere pleniore continuo ſequitur, Τοῦ δὲ Φιλίππου δόντος - - - πέπραται. Quod h. l. membranae *A.* habent, διότι δεῖ αἰτεῖ εἶναι φημὶ ἐπιλανθάνομαι: facile credas ΔΕΙ ex ΑΕΙ ortum; in εἶναι φημὶ vero quid lateat, haud equidem dixerim.

e Ἐκ τοῦ τραύματος, ἔφη, κείνου πέπραται. »In re»ſponſo *Cliſophi*, qui *datum ſibi a Philippo equum vulne»ratum vendiderat, & interrogatus ubinam ille eſſet dixit*, ἐκ »τοῦ τραύματος κείνου πέπρακται, Breviator ſcribit »πέπραται. Iocus eſt in vocula ἐκ: quae poteſt ſigni-

» ficare tam *propter vulnus*, quam *poſt vulnus*. « CASAUBONUS. — Membranae *A.* (quod ſciam) πέπρακται tenent cum editis. Sed codex noſter *Epit.* ſicut Hoeſchelianus, πέπρατται dedit; quod recepi. Volueram autem ambiguitatem & iocum in *verbo* potius, quam in *praepoſitione* ἐκ, ineſſe: nec vero reperire mihi licuit. Nam πέπρακται quidem nihil aliud, niſi *venditus eſt*, ſignificat. Felicior nobis VILLEBRUNIUS fuit, qui in ipſo verbo πέπρακται ambiguitatem, in qua iocus ineſſet, reperiſſe ſibi viſus erat. Docuitque nos idem Vir doctiſſimus, verbum illud πέπρακται duo haec ſignificare, primum, *actum eſt de eo*; deinde, *venditus eſt*. Et noveramus quidem nos, πέπρακται abſolute interdum hac notione poni, *actum eſt*, *peracta res eſt*; veluti apud Euripidem in Hippol. vs. 680. & 778. Sed exempla eius generis, quibus πέπρακται (intellecto pronomine perſonali, cum praepoſitione) valeat id quod latine dicimus, *actum eſt de me*, *actum de illo eſt*, *periit*, etiamnum requiro. Tum pulcre quidem novimus, πράσσεσθαι χρήματα ſignificare *exigere pecuniam*: ſed πράσσειν pro πιπράσκειν poſitum, aut πέπρακται iſtâ notione (*venditus eſt*) uſurpatum, velim ſcire apud quemnam legatur graecum ſcriptorem. Paullo ante iſta verba, in editis libris legebatur ἑτέρωτ. παρὰ τοῦ βασιλέως, ubi rectius ὑπὸ τοῦ βασιλ. dedit mstus noſter codex uterque.

Σκώπτοντος — καὶ εὐημερούντος. Mire Dalecampius vertit: *Eum Philippus in proſperis & ſecundis rebus animo laeto ac tranquillo cum derideret.* Perſpecte vero CASAUBONUS monuit, hoc dixiſſe auctorem: *Cum Philippus dicterio eum petiiſſet, ac plauſum tuliſſet.* »Iam alio loco, in»quit, ſimile peccatum interpretum arguimus: diximus»que, εὐημερεῖν theatrorum proprium eſſe vocabulum, de »iis dici ſolitum *quibus favetur.*« — Sic certe de tragoedo uſurpatur, qui *re bene geſta plauſum tulerat*, XIII. 584 d. Confer quae de verbo δυσημερεῖν notata ſunt ad VI. 219. d. Animadv. T. III. pag. 251 ſqq. *Mox:* ubi legitur, Εἶτα οὐκ ἐγώ σε, ἔφη, θρέψω; commodiſſime Εἶτ' οὐκ habet ms. *A.* eliſâ vocali. (In ms. *Ep.* deſunt iſta omnia.) Poſt θρέψω autem cum non indicata vulgo eſſet interrogatio, monuit CASAUBONUS: »Lege iſta cum interro»gatione, εἶτα οὐκ ἐγώ σε, ἔφη, θρέψω; Accipiendum »enim, quaſi dicat paraſitus: *Quis neget, o rex, aequum*

e » *iam esse ut ego te alam, quando ita felix es in dictis dicen-* » *dis & ridiculis excogitandis?* « Εὖ γε, νὴ τοὺς θεούς. Cum mendose Σύ γε scriberetur in edd. & in vetustis membranis, monuit CASAUBONUS: » Scribendum ex *Epit.* ε ὖ γε νὴ τοὺς θεούς. Formula gra- » tulandi εὖγε, vel εὖγε ἐποίησεν: ut in germano huic lo- » co infra. « — Vide pag. 250. d. Et eodem quidem ipso loco (pag. 250. d.) post vocabulum Διονύσιε, Epitomator eam rem quae hîc narratur, hoc loco a se praetermis- sam, reposuit; ita ibi scribens: Τὸ δ' αὐτὸ καὶ περὶ Κλεισόφου λέγεται, τοῦ Φιλίππου κόλακος. εἰπόντος γὰρ διότι γράμ- ματα αὐτῷ ἐκομίσθη &c. De corrigendo huius loci vitio, ante Casaubonum, iam monuerat *Paul.* LEOPARDUS, Emendation. lib. IX. c. 4. *Mox* vero, cum τοῦ Φιλίπ- που εἰπόντος, Τί δὲ &c. esset editum; recte τοῦ δὲ Φι- f λίππου dedit codex ms. uterque. Quod dein ait, ἄκρως γέ μοι ἐπετίμησας, dubitari poterat quid dixerit ἄκρως. » Capiendum est (ait CORAY in Notis msstis) hoc loco » in sensu τοῦ ὀξέως, ut est apud Hesychium. Ita apud » Petronium Satyric. pag. 181. Agamemnon Trimalchio- » nem adloquitur, *urbane!* « — *Acerbe* & *vehementer* red- diderat Dalecampius: quae quidem interpretatio, quam- quam laudata nobis supra ad I. 21. f. (Animadv. T. I. pag. 177.) tamen non videtur convenire huic loco. Com- modissime DUTHEIL, in Notulis mstis: *c'est me reprendre parfaitement à propos.* Id quidem graece proprie sonuerit εὐκαίρως; & olim suspicatus eram sic reponendum: nec vero solicitari vulgatum debet. Valet enim ἄκρως non modo generatim *summe*, *perfecte*, ut docuit H. Steph. in Thes. sed & figillatim in bonam partem accipitur, signifi- catque *summa arte*, *solertissime*, *exquisitissime.* Sic accipien- dam eam vocem vidimus I. 20. f. & 21. f. quibus cum locis conferendus ille apud Dionysium Halic. de Elo- cutione verborum, cap. 25. p. 210. ed. Reisk. οἱ κιθα- ρίζειν τε καὶ ψάλλειν ἄκρως εἰδότες.

AD CAP. LIV.

ὁ Κλείσοφος &c. Apud Aelianum, eamdem rem narran- tem, De Natura Anim. IX. 7. Κλείδημος vocatur ille ho- mo. *Mox*, si placet τὸν αὐτὸν ὀφθαλμὸν, intelligemus dextrum oculum. conf. Iustin. VII. 6. & Harpocrat. in

Μεθώνη. Eamdem rem ex Athenaeo eisdem verbis referens Euſtathius, ad Iliad. ξ'. pag. 990, 34. poſt vocem ἐξεκόπη haec verba inſerit, ὅϊστῳ βληθεὶς ἐν πολέμῳ ὑπὸ Ἀστέρος: quae neſcio an in ſuo codice Epit. ille repererit: noſter quidem ea non magis agnoſcit, quam editi aut ms. *A*. Caeterum *Aſteris* ſagittarii nomen in ea re memoratur apud Lucian. de Conſcrib. Hiſtor. c. 38. apud Ulpian. in Demoſth. Olynth. III. pag. 29. apud Suidam in Κάρανος, & apud Solinum in Polyhiſt. c. 8. De *Philippo in femore vulnerato*, habes cum apud alios, tum apud Iuſtin. IX. 3. *Ibid.* Utique aut ἔδεσμα cum ms. *Ep.* oportuit, aut genitivo τῶν ἐδεσμάτων pronomen τι fuit praeponendum, ut e certa coniectura emendandum putavimus. *Ibid.* ὡς a συνδαινύμενος. DALECAMPIUS, cum ad verbum reddidiſſet, *quaſi eo quoque veſceretur*, notavit in ora: »Alii, *mordere-*»*tur*, συνδακνόμενος.« Ad haec CASAUBONUS: »συνδαι-»νύμενος tuentur libri, adverſus doctorum coniecturam, »συνδακνόμενος.« — Sane lubens equidem hoc accepiſſem, ſi huius lectionis veſtigium in libris fuiſſet repertum.

Ἀδιάτομον τὸν τῶν Σωτιανῶν βασιλέα, - - οὓς καλεῖσθαι Σιλοδούρους. »In ecloga ex *libro CXVI. Ni-*»*colai Damascени*, *Adiatomus* dicitur, quem certum »eſt appellari in Commentariis Caeſaris [III. 22.] *Ad-*»*cantuanum*. Scripti libri nihil variant: conſtat tamen, al-»terutro loco mendoſe ſcribi hoc nomen. Σωτιανοὺς Athe-»naeus vocat, vel potius Damaſcenus, quos Caeſar *Sa-*»*tiates* vel *Sottiates* aut *Sontiates*, libro tertio: [cap. 20 »ſq.] nam id nomen varie ſcribitur. Omnino autem ſcri-»bendum, οὓς καλεῖσθαι ὑπὸ Γαλατῶν σιλοδούρους, »non σιλοδούνους: non ſolum quia ſic in Caeſaris »codicibus ſcriptum; [at ibi quidem *Soldurii* vocantur, »III. 22.] ſed etiam, quia ſic ſcripſiſſe Nicolaum & Athe-»naeum probare poſſumus. Euſtathius: Ἰστέον δὲ, ὅτι »τῆς εὐχωλῆς παρώνυμόν ἐστι παρὰ τῷ Δειπνοσοφιστῇ, »οἱ εὐχωλιμαῖοι. ὅπερ ἐστὶν ἑλληνιστὶ ἑρμηνευτικὸν »λέξεως Γαλατικῆς λεγούσης Σιλοδούρους, τοὺς τῷ »βασιλεῖ σφῶν συζῶντας καὶ συναποθνήσκοντας, καὶ τοῦτ' »αὐτὸ εὐχομένους.« CASAUBONUS. — Iſta Euſtathius in Comment. in Iliad. χ'. pag. 3883, 15 ſqq. habet ex Epitome Athenaei: & noſter *cod. Epit.* eodem modo σιλοδούρους ſcribit. Paulo ſuperius, in nomine Σωτιανῶν conſentit idem codex: ſed regis nomen omiſit Epitoma-

tor. *Mox* deinde, τελευτήσει βασιλεὺς habet idem ms. *Ep.* Rectius vero τελευτήσειε βασιλεὺς ms. *A.* quod *receptum velim.* Neuter codex articulum agnoscit, quem habent edd.

AD CAP. LV.

c μικρὸν μὲν ὄντα τὴν γνώμην. »*Thrasydaeum Thessalum* ap» pellat ex THEOPOMPI verbis, μικρὸν μὲν τὴν γνώμην, »κόλακα δὲ μέγιστον. In multis multorum scriptorum lo» cis μικρὸν perperam scriptum esse pro μιαρὸν, & admo» niti pridem fumus ab eruditis, & nos observavimus non »semel. Quare, hîc quoque μιαρὸν scribendum esse, per est » probabilis coniectura. Sed quoniam hominis est revera μι» κροῦ τὴν γνώμην sive *animi angusti*, adulari & parasitum »agere, καὶ τὸ ταπεινῶς ὁμιλεῖν, quod proprium esse adula» toris dicebat philosophus: possumus vulgatam lectionem »defendere. Propterea dicebat magnus princeps Demetrius »Poliorcetes, Athenienfium adulationibus offensus, *Ne* »*unum quidem suo tempore visum esse sibi ex omnibus Athe*» *nienfibus* μέγαν καὶ ἀδρὸν τὴν ψυχήν. « CASAUBONUS. — Demetrii dictum habes apud Nostrum pag. 253. a. b. Hoc loco vero vocabulum μέγιστον, continuo deinde oppositum τῷ μικρῷ, ostendebat, minime solicitari debuisse librorum scripturam. Eidem dictioni μικρὸς τὴν γνώμην opponitur εὐφυέστατος, quod paulo post de *Arcadione* dicitur.

Δοῦρις ἐν πέμπτῃ. Sic ms. *A.* intellecto subsantivo βίβλῳ. Edebatur ἐν πέμπτῳ, scil. βιβλίῳ: non male; sed tenenda vetus scriptura erat. Omisisse talia Epitomatorem, iam saepe monuimus.

d Ἐς τ' ἂν τοὺς ἀφικ. »Qui dicitur *ab Arcadione prola*» *tus versus*,

»ἐς τ' ἂν τοὺς ἀφίκωμαι οἳ οὐκ ἴσασι Φίλιππον:'

»cum ab illo Philippus quaesisset, *Quamdiu exul & pa*» *triam fugiens eris?* ex Homero est, paucis immutatis,

»εἰσοκε τοὺς ἀφίκηαι, οἳ οὐκ ἴσασι θάλασσαν. « CASAUBONUS. — Vide Odyss. λ'. 121.

Περὶ δὲ Νικησίου, τοῦ Ἀλεξάνδρου κόλακος, Ἡγησανδρος τάδε ἱστορεῖ. Quum consentientibus membranis *A.* sic esset editum, Περὶ δὲ Ἡγησίου Νικησίου, satis adparebat illius scripturae origo. Oculis in vocabulum paulo post sequens, Ἡγησάνδρου, conversis scriba

per incogitantiam Ἡγησίου scripserat: deinde, adiecto vero nomine Νικησίου, mendose scriptum liturâ delere noluit. Epitomator, praetermissis omnibus istis verbis, sic statim scripsit, Ἀλεξάνδρου δὲ δάκνεσθαι φήσαντος &c. Continuo vero deinde nude Νικησίας vocatur ille homo in utroque codice; rursusque eodem modo p. 251. c.

Χειρίσοφον &c. » In iis, quae de *Chirosopho* narrantur, e »deest necessarium verbum, quod supplevit recte Dale»campius. Ait, Ὁ δ' αὐτὸς φησι καὶ Χειρίσοφον, τὸν Διο»νυσίου κόλακα, ἰδόντα Διονύσιον γελῶντα μετά τινων »γνωρίμων. Non dicit quid fecerit, cum videret ridentem »Dionysium. Risit autem cum ridente. Deest igitur ver»bum γελάσαι aut συγγελάσαι: quod & *Turnebus* in co»dicis sui ora adnotaverat.« CASAUBONUS. — Miror, supplementum istud non ex Hoescheliana Epitome laudari. Noster quidem *codex Epit.* rectissime & verbum συγγελᾷν iusto loco adiectum habet; & deinde etiam idem recte ἐπεὶ δ' ὁ Διονύσιος habet, adiecta coniunctione, quae deest membranis *A.* & editis libris.

AD CAP. LVI.

οὓς καὶ προσηγόρευον οἱ πολλοὶ Διονυσοκόλακας. f Ad editam olim hoc loco scripturam adnotavit CASAUBONUS: »*Dionysii tyranni adulatores* προσηγόρευον οἱ »πολλοὶ Διονυσιοκόλακας. Dubitari potest, utrum »per contemtum, an per honorem. Videtur hoc, quam »illud, probabilius: nam Διονυσιοκόλακες sic istis ap»pellati, ut ministri Bacchi, Διονυσοκόλακες; & Mu»sarum, Μουσοκόλακες: quae fuere cum primis honesta »nomina.« — Uno hoc loco Διονυσιοκόλακες dabant edd. cum ms. *Epit.* Alibi vero apud Nostrum, ubi id nomen occurrit, in scripturam Διονυσοκόλακες (absque ι vocali in medio) constanter consentiunt libri: sic quidem VI. 254. b. X. 435. e. vel f. & XII. 538. f. Pariterque hoc loco Διονυσοκόλακας dabat ms. *A.* Neque aliter apud Diogenem Laërt. X. 8. ubi ait, *Epicurum* τοὺς περὶ Πλάτωνα *adpellasse* Διονυσοκόλακας. Denique apud Aristotelem, Rhetor. lib. III. cap. 2. sect. 30. Schrad. (cap. 1. sect. 7. edit. Oxon.) cum olim quidem Διονυσιοκόλακας esset editum, iam pridem melioribus ex codicibus Διονυσοκόλακας constanter editur. Quare non

f dubitare debui, quin eamdem ſcripturam hîc quoque auctori noſtro reſtituerem: cui eam reſtitui debere, perſpecte etiam monuit Rhetoricae Ariſtoteleae editor Oxonienſis, in Notis & Var. Lect. pag. 133. »Quid enim acutum »(inquit) lepidumque vox illa (Διονυσιοκόλακες) in ſe »habuiſſet? cum, ſi Διονυσοκόλακας legatur, non parum »leporis urbanitatisque in ea ex translato verbo appareat.« — Caeterum, quod indicare Caſaubonus videtur, Διονυσοκόλακας proprie honeſtum fuiſſe nomen, quod *Bacchi miniſtrum* ſignificaret, id vereor ne nullo idoneo teſtimonio poſſit probari: nec, quis veterum umquam *Muſarum miniſtros* ſive *cultores* Μουσοκόλακας adpellarit, reperire mihi licuit. Ut dicam quod ſentio, Διονυσοκόλακες numquam nominati ſunt *Bacchi miniſtri*: ſed nomen illud per iocum impoſitum eſt *Dionyſii Syracuſii adſentatoribus*; quod ſcilicet Dionyſium haud ſecus ac ſi ipſe Διόνυσος eſſet, id eſt *Bacchus*, aut omnino *Deus aliquis*, colerent. Ea adpellatione vero ſimul alluſio quaedam continebatur ad nomen Διονυσιακῶν τεχνιτῶν, ſive τῶν περὶ Διόνυσον τεχνιτῶν, quo *comoedi* vel *artifices ſcenici* intelligebantur: ſignificabaturque, illos *regis adſentatores* eſſe veluti *hiſtriones* quosdam & ὑποκριτὰς, qui quaeſtus cauſſâ multa ſimularent diſſimularentque, & longe alias partes agerent, quam quae ipſis proprie convenirent. Quo ſpectare etiam videtur luſus apud Ariſtotelem l. c. cum ait, *regerere illos ſolitos, ſe non* κόλακας *eſſe; ſed* τεχνιτῶν *nomen non recuſare*: quo ſcilicet ſimul ſignificatur, illos homines τὴν παρασιτικὴν καὶ τὴν κολακευτικὴν veluti *artem* quamdam (τέχνην) & profeſſos eſſe & exercuiſſe.

ἕως ὁ Διονύσιος αὐτῶν τὰς χεῖρας πρὸς τὰ λεκάρια προσῆγεν. »De illis maſtigiis narratur, *quia Dionyſius parum acute cerneret, etiam ipſos oculorum invalentiam ſimulaſſe: & cibos appoſitos non ſolitos tangere,* ἕως ὁ Διονύσιος τὰς »χεῖρας πρὸς τὰ λεκάνια προσῆγεν, *donec Dionyſius admoviſſet manus paropſidibus.* Praefero hanc lectionem ei »quam habet Abbreviator, ἕως αὐτῶν τὰς χεῖρας ὁ Διονύσιος πρὸς τὰ λ. π. *donec ipſorum manus Dionyſius admoveret paropſidibus.* Firmat tamen hanc ſcripturam ſequens narratio [p. 250. d. e.] iſti ſimilis, &, ut Hippocratis verbum uſurpem, ἀδελφισμένη, de Hieronis »adulatoribus. Non omittam dicere, in omnibus manu »exaratis libris λεκάρια ſcribi, non λεκάνια. Ita ergo

»emendabis. Errant qui apud Phrynichum aut alios mu»tant veterem in hac voce ſcripturam per ρ. Sic libro IV. »[pag. 149. f.] λεκάριον πτισσάνης: & alibi.« CASAUBONUS. — Et, ut ab hoc incipiam, reſtituendum utique, vel, rectius ut dicam, tenendum λεκάρια erat; quod cum msstis agnoſcebat etiam Veneta editio, & ſua auctoritate in λεκάνια mutaverat Baſileenſis editor. Vocabulum iſtud, idem valens ac λεκάνια, adnotavit Pollux VI. 85. & X. 86. Adnotaverat etiam Heſychius in Λεκός, ubi perperam vulgo in λυκάριον mutatum. Phrynichum vide pag. 74. & ibi notata pag. ead. & ſeq. Paulo ante vero, cur editam ſcripturam, ὁ Διονύσιος τὰς χεῖρας -- προσῆγεν, absque αὐτῶν, praeferret Caſaubonus, tanto minus cauſſae erat, quod in eam, quam ipſe voluerat ſententiam, pro προσῆγεν, neceſſario προσηγάγετο fuiſſet ſcribendum. At ſalva res eſt: non modo codex noſter *Epit.* verum etiam optimae veteres membranae *A.* pronomen αὐτῶν agnoſcunt.

ἔθους ὄντος κατὰ Σικελίαν, θυσίας ποιεῖσθαι κατὰ τὰς a
οἰκίας ταῖς Νύμφαις. Iſtum morem ſpectaſſe Virgilium Eclog. V. 74 ſq. cenſuit *Petr.* VICTORIUS, Variar. Lection. VI. 24. Ibi illa verba, κατὰ τὰς οἰκίας, commodius Victorius latine *in privatis domibus* reddidit, quam nos, *domi*, cum Dalecampio. *Ibid.* ὡρχεῖτο πρὸς τὸν Διονύσιον. Sic recte ms. *A.* Temere ὀρχεῖτο edd. cum ms. *Ep.*

Ἔπειτα πρεσβεύσας ποτὲ μεθ' ἑτέρων ὡς τὸν Διονύσιον &c. »Quaeſivi diu, & adhuc quaero, quis ille fuerit »*Dionysius*, *ad quem Syracuſarum tyrannus eiusdem no*»*minis Damoclem legatum miſerit.* Nam ſcribit Athenaeus »de Damocle, *functus legatione ad Dionyſium.* Fuiſſe autem »a tyranno miſſum, palam faciunt ſequentia. Ego prae»ter tyrannum ea aetate alium nullum novi *Dionyſium*, »de quo recte iſta capi poſſe videantur. Cogitemus igi»tur, & videamus, num ſit potius ſcribendum ὡς τὸν »Δίωνα.« CASAUBONUS. — Iſtam coniecturam cum *Adamo* adoptavit *Villebrunc.* Ipſa illa verba, quae dubitationem movere poterant, omiſit Epitomator, ſic ſcribens, Κατηγορούμενος δὲ μετὰ πρεσβείαν τινά. Mox, ὅτι b
στασιάζοι recte dedit codex uterque: dein vero βλάπτει iidem tenent cum edd. Prius verbum in tempore praeterito imperfecto intelligendum, alterum in praeſente.

ἐκεῖνοι μὲν τὸν Φρυνίχου καὶ Στησιχόρου, ἔτι δὲ Πινδά-

b ρου παιᾶνα τῶν αὐτῶν τινες ἀνειληφότες ἦδον. »Scribo »ἔτι δὲ Πινδάρου, παιᾶνα, ἢ τῶν αὐτῶν τινα ἀνειληφό»τες ἦδον. *Illi quidem*, ait, *aut Phrynichi paeanem, aut »Steſichori, aut Pindari, aut etiam ſua ipſorum carmina in »memoriam revocantes canebant.* ἀναλαμβάνειν, pro ἀναλαμ»βάνειν εἰς μνήμην: vel ſimpliciter, pro *aſſumere in manus;* »ut apud Polybium, ἀναλαμβάνων τὰς ἐκείνου βίβλους.« CASAUBONUS. — Dalecampius, omiſſis verbis τῶν αὐτῶν, reliqua ſic latine converterat: *quod ex illis coenati nonnulli Phrynichi, Steſichori, Pindari, paeanas iterum iterumque canerent.* Epitomator, omiſſis tribus verbis τῶν αὐτῶν τινες, brevius ſic ſcripſit: ὅτι μετὰ τὸ δεῖπνον, τὸν Φρυνίχου καὶ Στησιχόρου καὶ Πινδάρου παιᾶνα ἀνειληφότες ἦδον. Membranae *A.* nihil a librorum ſcriptura, quam nos integram tenuimus, recedunt; niſi quod pro τῶν αὐτῶν, ut ſub contextu monui, τῶν ναυτῶν habent, quod omnino mendoſum videtur. Ineſt autem ſcripturae, quam repraeſentavimus, ea ſententia quam in verſione latina ſub contextu expreſſimus: niſi quod, pro eo quod poſui, *nonnulli eorum*, preſſius Graecis inſiſtendo oportuerat, *eorumdem.* Quod Caſaubonus ait, verbum ἀναλαμβάνειν, ut apud Polybium, ſic hic quoque valere poſſe *aſſumere in manus;* de illo uſu huius verbi vide Lexicon noſtrum Polybianum, hac voce, num. 3. pag. 36. Sed illa notio minus apta huic loco mihi viſa erat; cum quia prorſus nil opus fuerat eo verbo adiecto, ſi nihil amplius dicere voluiſſet; tum quod, pro illa notione, ἀναλαμβάνοντες in praeſ. oportebat, non in praeterito ἀνειληφότες. Propius vero erat id, quod primum poſuit doctus Animadverſor; ſed ne id ipſum quidem ſatis erat exactum: nam ſi ἀναλαμβάνειν ſignificaret *in memoriam revocare*, rurſus, *in memoriam revocantes*, graece reddendum erat ἀναλαμβάνοντες, non ἀνειληφότες. Quid plura? ἀναλαμβάνειν haud dubie mihi hoc loco ſignificare viſum eſt *diſcere, memoriae mandare;* cuius uſus frequentia exempla dabit, ſi quis deſiderat, Index noſter Graecitatis Epicteteae. Itaque ἀνειληφότες idem valet ac id quod mox ſubiicitur, κατέχοντες, *memoriâ tenentes.* Nec ſine ſingulari vi adiectum ipſum illud verbum: *aliorum carmina*, ait adulator, *illi ſtudioſe memoriae mandata tenent; tuorum ne modulationem quidem, nedum verba, norunt.* Ad eamdem autem ſententiam dein haud dubie ita, ut a nobis factum, ſcribi debuit, τοὺς

ὑπ' αὐτοῦ Διονυσίου πεποιημένους, id est, *paeanas ab ipso* b
Dionysio compositos: quae scriptura haud obscure sub illo
monstro, τοῦ συμπότου Διονυσίου πεποιημένους, in
vetustis membranis latebat. Eadem vero sententia in bre-
vi Epitomatoris scripturâ, τοὺς αὐτοῦ Διονυσίου, (scil.
παιᾶνας,) inest. Quod superiores posuerant editores, τοὺς
αὐτοῦ Διονυσίου πεποιημένους, id quidem, si quid video,
ne Graecum quidem erat: nam aut τοὺς αὐτῷ Διονυ-
σίῳ πεποιημ. oportebat, aut id ipsum quod dedimus,
τοὺς ὑπ' αὐτοῦ Διονυσίου πεποιημ. *Denique*, si vera est c
scriptura, quam paulo post & mssti libri ambo & editi
habent, οὐδὲ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἁρμάτων κατέχειν: di-
xerit auctor τὸν ἀριθμὸν, quos latine *numeros* dicimus,
id est, *modulationem* sive *melodiam* quam vulgo vocamus.
At eam Graece, quod sciam, non τὸν ἀριθμὸν, sed τὸν
ῥυθμὸν, recte dixeris.

ἀκούω γάρ σε πεπραγματεῦσθαι περὶ τοῦτον. Cum
περὶ τούτων editum esset, recte CASAUBONUS monuit:
»Scribo περὶ τοῦτον, videlicet, τὸν εἰς τὸν Ἀσκληπιὸν
»παιᾶνα: *te paeana Aesculapio cum cura & studio ceciniſſe.*
»Sic Aristoteles: Σωκράτους περὶ τὰ ἠθικὰ πραγματευο-
»μένου.« — Nil mutant, quod sciam, veteres membranae.
Nec per se illegitima erat constructio ista, πραγματεύεσθαι
περί τινος, *occupari in aliqua re*, vel *circa rem quampiam*:
cuius usus exempla apud Polybium habes, IX. 2, 2.
XXXIV. 5, 1. & Fragm. hist. 16. ex Suida in Κατατρί-
ψειν. Sed hoc loco *singularis numerus* desiderabatur: & id
ipsum, quod ex coniecturâ commendaverat Casaubonus,
περὶ τοῦτον, perspicue scriptum video in ms. *Ep.*

Παρακεκλημένων δέ ποτε τῶν φίλων - - ἐπὶ τὸ δεῖπνον.
παρακαλεῖν, *ad coenam vocare:* quam notionem huic ver-
bo vindicavimus paulo superius, ad. p. 239. e. vers. 33.

Γράμματα ἡμῖν, ἔφη. Verbum ἔφη, quod deerat edi- d
tis, commode dedit ms. *A.* Epitomator suo arbitratu εἶπε
scripsit. Caeterum simillimam huic historiolam supra vi-
de, pag. 248. e. f. *Ibid.* Τί δ' οἶδας, ἔφη. Sic recte ms.
Epit. quemadmodum habent libri omnes pag. 248. e. Τὸ
δ' οἶδας mendose h. l. scriptum in membr. *A.* quod in Τῷ
δ' οἶδας mutarunt editores. *Mox*, tria verba, καὶ ὁ Δη-
μοκλῆς, quae deerant editis, recte dederunt ambo mssti.
Dein, pro ἔφη Διονύσιε, quod habet ms. *A.* cum editis,
est ὦ Διονύσιε in ms. *Ep.* Collatis duabus scripturis, veris-

ſima haec fuerit, ἔφη, ὦ Διονύσιε. Poſt Διονύσιε, inſeruit Epitomator iſta de *Cleiſopho*, quae in pleniore opere leguntur pag. 248. f. ubi vide Notata.

AD CAP. LVII.

καὶ Ἱέρωνα τὸν τύραννον ἀμβλύτερον κατὰ τὰς ὄψεις γενέσθαι, &c. Simillima res de Dionyſio iuniore relata eſt
e pag. 149. f. *Ibid.* ἵνα ὑπ' αὐτοῦ χειραγ. καὶ δοκῇ. Sic pro ἵν' ἐπὰν & pro δοκεῖ, quae erant edita, ſcribi iuſſit Caſaub. in Animadv. incertum relinquens, ex ſolâ coniecturâ, an e libris msstis, meliorem ſcripturam hauſiſſet. At ἵνα ὑπ' αὐτοῦ perſpicue nobis dedit ms. *Epit.* cum mendoſe ἵνα ὑπ' αὐχειραγ. ſcriptum eſſet in membr. *A.* Tum vero δοκῇ recte etiam editio Ven. dabat cum msstis.

Εὐκλείδην. Huius mentio obiter facta eſt pag. 242. b. *Ibid.* παραθέντος τινὸς αὐτῷ πλείους σόγκους ἐν δείπνῳ, &c. Rurſus, παραθέντος pro mendoſo παρατεθέντος ſcribendum monuit Caſaub. Nobisque rurſus veram ſcripturam offerebat ms. *Epit.* Pergit dein idem CASAUBONUS: »*Sonchus*, inter viliſſima olera. Plinius, lib. XXII. [cap. »22. ſect. 44.] *Eſtur & ſonchos*, *ut quem Theſeo apud Cal*»*limachum apponat Hecale.* « — *Mox*, quod vulgo ſcribitur, Ὁ Καπανεὺς, ἔφη, bene id haberet, ſi praeceſſiſſet Εὐκλείδης in nominativo. Sed ad id, quod praeceſſit, Εὐκλείδην δὲ, φησὶν Ἡγήσανδρος, neceſſario inferendum erat φῆναι: & ſic reſcriptum velim. Librarius, deceptus eo quod proxime praecedit, Ὁ Καπανεὺς, temere ἔφη ſcripſerat.
f Μισῶν τραπέζας ὅστις ἐξογκοῖτ' ἄγαν. »In *Eu*»*RIPIDIS* verſu ſcribe τραπέζαις, non τραπέζας. »Verbum ἐξογκοῦσθαι declarant quae ſcripſimus libro »tertio capite quinto.« CASAUBONUS. — Vide ad lib. III. pag. 79. b. Animadv. T. II. pag. 38 ſq. Euripidis verſus eſt ex Supplicib. num. 864. (vs. 866. ed. Musgr.) Eumdem verſum cum aliis iam ſupra adpoſuerat noſter, IV. 159. a. ubi pro eo quod hîc eſt μισῶν, φέγων ſcribitur, cum in Euripidis codicibus hodie φεύγων legatur. Et ibidem quidem (pag. 159. a.) τραπέζαις, ſicut vulgo apud Euripidem, ſcribitur; ut conſtructio naturalis verborum haec intelligatur, μισῶν ὅστις ἀγαν ἐξογκοῖτ' τρα-

πέζαις. Nec male utique fecerit qui eamdem ſcripturam f hic quoque adoptandam cenſuerit. Sed quoniam teneri poterat μισῶν τραπέζας, in quod hoc loco cum editis conſentiunt ambo noſtri codices mssti, nil mutandum duxi. Potuit idem ſcriptor eumdem verſum, diverſis locis temporibusque, cum aliqua in verbis varietate citare. Adparet autem, per parodiam hic accipi illum verſum, quaſi fuiſſet ἐκσογχοῖτ' vel ἐκσογκοῖτ', *qui menſam ſonchis exonerat.* Nam graecum nomen perinde & σόγκος & σόγχος ſcribitur. Vide II. 64. c. & ibi notata. Pro ὅς τις, erat εἴ τις, IV. 159. a.

κατὰ τὸν Χρεμωνίδειον πόλεμον. »Xenophonti [Hiſt. »Graec. lib. II. cap. 3. pag. 70. ed. Mori.] *Chremon*, unus »ex triginta tyrannis, quos Athenis Lyſander impoſuit. »Thucydidi, Chremon Meſſenius, dux itineris Athenien»ſibus in eo bello, quod Demoſthenes feliciter geſſit con»tra Aetolos.« DALECAMPIUS. — Apud Xenophontem quidem l. c. Χρέμων ſcribitur: apud Thucydidem vero (III. 98.) Χρόμων Meſſenius, non Χρέμων, memoratur. De *Chremonideo* vero *bello* altum, quod ſciam, apud alios ſcriptores ſilentium. Quare cum CASAUBONO dicendum: »Τὸν Χρεμωνίδειον πόλεμον quaerant amplius hiſtoriae At»ticae ſtudioſi.« — Ὀρχομενίδειον forraſſe legendum ſuſpicatus erat ADAMUS. Vulgatum vero tenet uterque noſter codex mstus.

Ἀνάξαρχον, φησὶ, τὸν Εὐδαιμονικὸν φιλόσοφον &c. Perperam & invitis mssti Ἀνάξανδρον ed. Ven. & Baſ. Recte Ἀνάξαρχον ed. Caſ. De eodem vide infra, XII. 548. b. *Eudaemonicorum* philoſophorum, qui dicebantur, obiter meminit Laërtius, I. 17. Sigillatim vero *Anaxarchus* eo nomine adpellatus eſt. Vide eumdem Laërt. IX. 60. Sext. Empir. adv. Mathem. VII. 48. &, quos ibi Fabricius laudat, Galen. in Hiſt. Philoſ. c. 3. & Aelian. Var. Hiſt. IX. 37. quibus adde Clement. Alex. Strom. lib. I. cap. 6. pag 337. ed. Potteri. Rem, quae hic narratur, ex Athenaeo repetiit Euſtath. ad Iliad. χ'. pag. 1375, 34. *Ibid.* ὡς πάντας πτήξαι. Corrige πτῆξαι: error ex ed. Baſ. in editionem Caſaub. indeque in noſtram propagatus. *Ibid.* Μή τι σὺ τοιοῦτον ἐποίησας. Sic codex uterque.

Homericus verſus, Ἰχὼρ οἷός περ &c. ductus ex Iliad. ε'. a 340.

AD CAP. LVIII.

a Ἐπικράτης δ' ὁ Ἀθηναῖος, πρὸς βασιλέα πρεσβεύσας, &c. Conf. pag. 229. f.

b Θαυμάζω δὲ ἔγωγε τῶν Ἀθηναίων, πῶς τοῦτον μὲν &c. Verbum θαυμάζειν cum genitivo perſonae conſtrui monuit H. Stephanus, (Theſ. I. 1513. a.) cum alicuius dictum aut factum improbamus. Sic quidem h. l. & III. 101. f. De re, haec adnotavit CASAUBONUS: »*Miratur* »Deipnoſophiſta, *Athenienſes, qui Demadem talentorum de-* »*cem multâ affecerant, quod* θεὸν εἰσηγήσατο Ἀλέξανδρον, »(*quod auctor fuerat, ut pro Deo coleretur Alexander*) *nullum* »*feciſſe Epicrati negotium, qui cenſuerat, ut loco novem prae-* »*torum annuorum, totidem legati crearentur ad regem mittendi.* »Hîc vero iure aliquis ipſum miretur Athenaeum, qui »in eadem lance ponat eum, qui *legatos ad regem quotan-* »*nis creandos* ſententiae loco in ſenatu dixerit, & illum »qui palam ſuis civibus *novum Deum obtruſit.* Sed deſinet »mirari qui obſervaverit, vocem πρέσβεις in hac narra- »tione ſumi improprie, pro θεωροῖς. Legatos ad princi- »pes, aut qualescumque mortales, Graeci vocant πρέσ- »βεις vel πρεσβευτάς. De hoc genere legationis non ſen- »ſit *Epicrates:* verum de alio, cuius erat cauſſa religio »& honos divinus, qui Diis quibusdam praeſtabatur ab »Athenienſibus. Sic narrant Plato, Plutarchus, alii, ſo- »litos mitti Athenis legatos in Delum, ad ludos Olympicos, »Pythicos & alios; qui more maiorum pro ſua Rep. ſacra »facerent & dona Diis offerrent. Hos Graeci non πρέσ- »βεις, ſed θεωροὺς vocarunt. [Confer notata ad lib. V. »pag. 194. c. Animadv. T. III. pag. 76 ſq.] De iſtius gene- »ris legationibus ſine dubio ſentiebat *Epicrates.* Nam quod »πρέσβεις hîc nominantur, non θεωροί: aut de induſtriâ »factum id ab *Epicrate*, quo invidiam verbi fugeret; ut, »cum Romani principes nomen *regis* a ſe alienarunt, re- »gni vim tenuerunt: aut Athenaei incuriâ alterum no- »men poſitum alterius loco. Tentare etiam fortaſſe licet, »ſuperſcriptam loco gloſſae vocem, genuinae ſedem oc- »cupaſſe fraude librariorum. Quicquid huius ſit, clara »ex iis quae diximus impia mens *Epicratis*, qui divinis »honoribus regem iverit affectum. Simile Stratoclis com- »mentum, de quo Plutarchus in Demetrio, [p. 893. e.] »Ἔγραψεν ὅπως οἱ πεμπόμενοι κατὰ ψήφισμα δημοσίᾳ

»πρὸς Ἀντίγονον ἢ Δημήτριον, ἀντὶ πρεσβευτῶν θεωροὶ λέ- b
»γοιντο, καθάπερ οἱ Πυθοῖ καὶ Ὀλυμπίαζε τὰς πατρίους
»θυσίας ὑπὲρ τῶν πόλεων ἀπάγοντες ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς
»ἑορταῖς.«

Εὐαγόραν δ' ἀπέκτειναν, ὅτι πρεσβεύων ὡς βασιλέα προσεκύνησεν αὐτόν. Nil mutant hic noſtri libri: ſed recte VALESIUS, in Notis ad Harpocr. pag. 113. locum hunc Athenaei adferens, ait: »Lege Τιμαγόραν, ex Plu-
»tarcho & Xenophonte & Athenaeo ipſo.« — Vide Athen. I. 48. e. Plutarch. in Pelopid. p. 294. d. & in Artaxerxe, pag. 1022. d. e. Xenoph. Hiſt. Graec. lib. VII. c. 1. ſect. 23 ſeqq. *Timagoram* etiam nominavit Valerius Max. VI. 3.

Τίμων ὁ Φλιάσιος. Omiſſo, ut ſolet, hoc introitu Epitomator ſtatim ſic ſcripſit, Ὅτι Ἀρίστων ὁ Χῖος &c. *Ibid.* Περσαίου τοῦ φιλοσόφου. De *Perſaeo* vide IV. 140. b. & c
162. b. c. & XIII. 607. a. & e. *Mox*, ὅτι ἦν ἑταιρος Ἀντ. recte dedere ambo codd. mssti.

Νικησίαν, φησὶ, τὸν Ἀλεξάνδρου κόλακα. Temere h. l. Νικητᾶν habet ms. *Ep.* Vulgatum recte tenet ms. *A.* Conf. pag. 249. d. *Ibid.* μὴ τοῖς θεοῖσιν. Tenui hoc, ſicut editum erat. μὴ τοῖς θεοῖς ms. *Ep.* Ferri tamen fortaſſe potuerat μή τοι θεοῖσιν, quod eſt in ms. *A.*

Ἀντιγόνου τοῦ κληθέντος Ἐπιτρόπου. *Antigonus* is eſt, d
cui *Doſon* alioqui cognomen erat, *tutor* Philippi, Demetrii filii. *Ibid.* τοῦ τοὺς Λακεδαιμονίους ἑλόντος. Vide Polyb. II. 70. *Ibid.* ἀλεξανδρίζειν. »*Eam aemulari fortunam, quae*
»*Alexandri fuit.*« DALECAMPIUS.

AD CAP. LIX.

ὃς οὕτω δεινὸς ἦν, ὡς μὴ μόνον Ὀδυσσέως εἰκόνα &c. Illud, δεινὸς ἦν, ex connexione ſermonis vix aliud poteſt ſignificare, quam κόλαξ δεινὸς, quod exſerte legitur pag. ſeq. e. aut δεινὸς θεραπεῦσαι τοὺς εὐπόρους, ut ait hac ipſa pagina extrema. Sed, quid ad conciliandam *Ptolemaei* benevolentiam hoc maxime contulerit, quod *Ulyſſis imaginem in anulo geſtarit* ille homo, aut quod *liberis ſuis nomina filii & matris Ulyſſis impoſuerit*, id quidem haud adparet.

Ἡρακλείδην τὸν Ταραντῖνον. Ex Ἡρακλείδην facile e
Προκλείδην fingere potuit vetus aliquis librarius; cuius ex codice corrupta iſta ſcriptura cum in membranas *A.*

e tum in illud exemplum, quo Epitomator usus est, propagata fuit. Sed Ἡρακλείδην scriptum oportuisse ex aliis reliquiis, quae *e Polybii libro XIII.* superstunt, liquido apparet. Vide Polyb. lib. XIII. cap. 4. & 5. nostrae editionis; & praesertim (qui locus huc maxime spectat) cap. 4. sect. 8. Quod autem in Adnotationibus ad eumdem Polybii locum (T. VII. Opp. Polybii pag. 146.) olim scripseram: » monuisse Casaubonum, apud Athenaeum hoc » loco pro Προκλείδην legendum esse Ἡρακλείδην: « id nunc relegens, ipse miror unde arripuerim; nec enim vel ad Athenaeum vel ad Polybium usquam tale quid a Casaubono adnotatum vel memini, vel nunc quaerens potui reperire.

ἐν δὲ τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, Ἀγαθοκλέους, τοῦ Οἰνάνθης υἱοῦ, ἑταίρου δὲ τοῦ Φιλοπάτορος βασιλέως, Φίλωνα. » Non possum tam facile emendare, quam indicare mendam istorum verborum: *Narrat*, inquit, *Polybius libro* » *XIV. fuisse adulatorem* Ἀγαθοκλέους τοῦ Οἰνάνθης υἱοῦ, » ἑτέρου δὲ τοῦ Φιλοπάτορος βασιλέως Φίλωνα. Secuti » libros scripsimus Οἰνάνθης, cum ante scriptum esset Οἴ» ναν. Huraldinus codex, τοῦ Οἰνάνθου υἱοῦ: caetera ut in » aliis. Sed aut desunt hic quaedam, aut locus concinnandus in hanc sententiam: *Narrat Polybius, Philonem fuisse* » *adulatorem Agathoclis, cui Oenanthe mater, quique sodalium* » *regis Philopatoris unus fuit.* Non opus violenta muratione: tantum scribe ἑταίρου, pro ἑτέρου. Notum satis, » qui dicantur regum ἑταῖροι in historiis Graecorum & » Macedonum. *Agathoclem* hunc duabus notis distinguit ab » Agathocle illo figuli filio, celeberrimi nominis tyranno; » de quo Diodorus Siculus libro XIX. Breviator excerpsit hinc verba ista, φασὶ δὲ καὶ τοῦ Φιλοπάτορος βασι» λέως κόλακα Φίλωνα. Ita solet hic Grammaticus, omissis iis quae non intelligebat, quia erant depravata, sententiam sibi fingere ex sua libidine, non ex auctoris » mente. « Casaubonus. — In nostro ms. *Ep.* non minus temere contracta ista verba leguntur, quam in Hoescheliano codice. Οἰνάνθης recte tenet ms. *A.* sed in ἑτέρου, quod habent editi, nil mutat. At haud cunctanter ἑταίρου adoptari a nobis debuit: de quo iam ante Casaubonum *Paulus* Leopardus monuerat, Emendation. lib. XVII. cap. 7. quo facto plana erant omnia. Οἰνάνθης etiam pro Οἰναν legendum esse, idem *Leopardus* perspecte viderat.

De illo *Agathocle*, de eiusque matre *Oenanthe*, plura re- e
peries in Reliquiis ex Polybii Hiſtoriarum lib. XIV. &
lib. XV. Loca indicavimus in Indice Hiſtorico ad Polyb.
voce *Agathocles*, & *Oenanthe*.

Βάτων ὁ Σινωπεύς. »Qui dicitur in editionibus *CATO*
»*Sinopenſis*, dicendus *BATO*. Lege itaque ex Epitoma,
»Βάτων ὁ Σινωπεὺς ἱστορεῖ. Hunc *Batonem* auctor libro
»XIV. [pag. 639. e.] laudat, & alibi non ſemel.« CA-
SAUBONUS. — Recte Βάτων dedit codex noſter uterque.
Quem ſuperioribus verbis *Thraſonem* nominat Noſter, eius-
dem Livius meminit, lib. XXIV. cap. 5. *Ibid.* ἕτερος κό- f
λαξ Ὦσις ὄνομα. Σῶσις legendum eſſe, probabiliter
ſuſpicatus eſt *I. Frid.* GRONOVIUS ad Liv. XXIV. 5, 12.
coll. Liv. XXIV. cap. 21. & ſeq. ubi conſtanter *Soſis* idem
homo vocatur. Et potuit, poſt vocabulum κόλαξ in ſibi-
lantem literam deſinens, facile excidere litera Σ initio vo-
cis ſequentis. Uterque vero codex noſter, cum editis li-
bris, Ὦσις tenet. *Ibid.* διάδημά τε ἀναλαβεῖν. Non
debui aſpernari compoſitum verbum, quod dedere vete-
res membranae, pro ſimplici λαβεῖν, quod erat editum.
Poſteriora haec omnia praetermiſit Epitomator. Recte ve-
ro, & conſentientibus eisdem noſtris membranis, διά-
δημά τε edidit Caſaubonus, cum διαδήματα legeretur
in ed. Ven. & Baſ.

ἄνθρωπος ἦν. Verbum ἦν commode obtulit ms. *Ep.* re-
liquam ſimul orationis ſtructuram ſervans. *Ibid.* οὔτε
δοκῶν χρηστὸς εἶναι. Exſpectaveram οὐδὲ, *ne quidem*
ſpeciem boni viri prae ſe ferens. Sed nil mutant libri.
Ibid. καὶ θεραπεῦσαι τοὺς εὐπόρους μέχρι τῆς τύχης δεινός.
»Dalecampius: *mirum artificem eos colendi qui opibus flore-*
»*rent, quoscunque nactus eſſet.* Quod erat in ſententia prae-
»cipuum, corrupit. Nam μέχρι τῆς τύχης eſt, *dum for-*
»*tuna maneret.*« CASAUBONUS.

Ξενοφῶν ἐν ἑβδόμῃ Ἀναβάσεως. *XENOPHON*, *de Exped.* a
Cyri, *lib. VII.* p. m. 315 ſeqq. Pro Ξενοφῶν, per ſcribae,
an per ipſius Breviatoris incogitantiam, Κύρος ſcribitur
in cod. *Ep.*

AD CAP. LX.

περὶ Νικοστράτου Ἀργείου λέγων. *Nicoſtratus* ille *Argi-*
vus, dux fuerat auxiliorum ab Argivis ſuppetias miſſo-

rum Artaxerxi Ocho, Perſarum regi, Aegyptum ſubacturo. Diodor. Sicul. XVI. 44. & 47. De eodem vide Plutarchum, citatum a Weſſelingio ad priorem Diodori locum.

b ὀνομάζων τῷ δαίμονι τῷ βασιλέως. Sic ms. *A.* *Ibid.* τῶν Περσῶν τοὺς περὶ τὰς θύρας διατρίβοντας. *Magnates* intelligit, & *aulicos* regis. Xenophon Cyrop. VIII. 1, 6. καὶ ἔδοξε, τοὺς ἐντίμους ἀεὶ παρεῖναι ἐπὶ θύρας, καὶ παρέχειν αὐτοὺς χρῆσθαι ὅ τι βούληται, ἕως ἂν ἀφείη Κῦρος. Et paulo poſt, vs. 8. Ἐφοίτων οὖν ἐπὶ τὰς θύρας Κύρου οἱ ἔντιμοι σὺν τοῖς ἵπποις. Herodotus III. 120. ἐπὶ τῶν βασιλῆος θυρέων κατήμενον τὸν Ὀροίτην: *ad regis fores conſidentem Oroeten:* is autem ſatrapa erat, Sardibus praefectus.

c Λυσίμαχος. »Imminutum fuerat *Lyſimachi* nomen pri»mâ ſyllabâ. Reſtituimus fide librorum: nam *Simachus* »ne Graecum quidem eſt, ſed *Simichus* & *Simichidas.*« CASAUBONUS. — Veteres noſtrae membranae eodem vitio tenentur, quo ed. Ven. & Baſ. Sed Λυσίμαχος recte dedit ms. *Ep.* Sic etiam ſcribi in cod. Pariſ. *B.* ait Villebrunius: quod ſi ita eſt, fuerit ab Hermolao Barbaro reſtitutum nomen. Etiam aliis *Lyſimachis* idem accidiſſe, ut eorum nomen capite imminutum fuerit a librariis, adnotavit Ionſius, De Scriptorib. Hiſtor. Philoſ. lib. I. cap. 2. pag. 12 ſq. Caeterum nulli alii veterum hic *Lyſimachus*, quod certo conſtet, memoratus. De variis autem *Lyſimachis* vide Fabric. Bibl. Graec. T. I. p. 584 ſq. *Ibid.* ὃν Καλλίμαχος μὲν Θεοδώρειον ἀναγράφει. Vide Suidam in Θεόδωρος, & Laërtium II. 97. *Theodorei* vel *Theodorii*, a Theodoro illo nomen trahentes, qui cum *Atheus* fuiſſet cognominatus, ab aliis deinde *Deus* cognominatus eſt, ut refert idem Laërt. II. 86. Monuerat etiam CASAUBONUS: »Significat, *Lyſimachum* iſtum dictum fuiſſe a *Callimacho*, »in Indice Auctorum, *Theodoretum*, quaſi Theodori Athei »(de quo Diogenes Laërtius) ſectam ſecutum; neque iis »eſſe aſſenſum, qui *Theophraſti diſcipulum* fuiſſe vellent.« — De CALLIMACHI Tabulis Scriptorum cuiusque generis, haud multo ante dictum, ad p. 244. a.

Πολύβιος δ' ἐν ὀγδόῃ Ἱστοριῶν. Videſis quae notavimus
d ad Polyb. VIII. 24, 1. noſtrae editionis. *Ibid.* ὑπὸ Σωστράτου τοῦ κόλακος. Neſcio, an eumdem dicat *Soſtratum*, qui Noſtro & lib. I. pag. 19. d. & VI. 244. f. memoratus eſt.

AD CAP. LXI.

Λικινίου δὲ Κράσσου. Sic commode edd. Sed mssti d Λικιννίου: pro more Graecorum, qui ν literam in illo Romano nomine & similibus geminare adsueverant. *Ibid.* Ἀνδρόμαχον τὸν Καρήνου. »Legebatur τὸν Καρ»πῆνον. In Huraldino, Καρνῆνον, & Καρνῶν, constanti er»rore. Fecimus ut esset τὸν Καρρηνὸν, ex coniecturâ pri»mo, deinde ex membranis, quibus adstipulatur Plutar»chus in Crasso.« CASAUBONUS. — Καρπῆνον h. l. & deinde ὑπὸ τῶν Καρπήνων scribitur in ed. Ven. & Bas. Καρρῆνον & ὑπὸ τῶν Καρπήνων ed. Cas. & ms. *A.* Recte vero Ἀνδρόμαχος ὁ Καρρηνὸς ms. *Ep.* sed in eodem omissa dein verba ὑπὸ τῶν Καρρ. Nomen urbis Mesopotamiae, αἱ Κάρραι: unde genitivus, qui mox sequitur, Καρρῶν, pro quo corrupte Καρπῶν scribitur in ms. *A.* & in ed. Ven. & Bas. sed recte Καρρῶν ms. *Ep.* ut edidit Casaubonus. Inde gentile nomen Καρρηνὸς formari, docuit Stephanus Byzantinus. *Ibid.* ᾧ τὴν Κράσσον πάντα ἀνακοινούμενον. »Scripsimus ἀνακοινούμενον. Invenimus ubique »ἀνακινούμενον, quod Dalecampius reddidit *omnia tentan»tem ut salvus evaderet:* ingeniose, sed falso. Nam auctor »non aliud voluit quam quod Plutarchus scribit, [in Vi»ta Crassi, pag. 562. a.] *Crassum, cum omnium consiliorum »participem faceret Andromachum, ab eo fuisse proditum.* Καὶ »τοῦτο ἔδει, ait, μηδένα πρὸ καιροῦ Καρρηνῶν πυθέσθαι. »πυνθάνεται δὲ ὁ ἀπιστότατος Ἀνδρόμαχος, ὑπὸ Κράσσου »καὶ τοῦτο πιστευθείς.« CASAUBONUS. — At, mendosam scripturam ἀνακινούμενον editio quidem Basileensis habebat; pariterque in ms. *Ep.* ἀνακινούμενος scribitur. Sed veram scripturam ἀνακοινούμενον tenebat editio Ven. cum ms. *A.* quae scriptura in Excerptis e codicibus Italicis, quibus usus est Casaubonus, non erat adnotata, quia illi codices cum exemplo editionis Venetae fuerant collati.

λυσιῳδοῖς ὑπαυλοῦντα. De verbo ὑπαυλεῖν dictum ad e IV. 183. c. Animadv. T. II. pag. 675. De *lysiodis* vide infra, XIV. 620. e. *Ibid.* γενέσθαι κόλακα δεινὸν Πτολεμαίου τοῦ ἑβδόμου βασιλέως, τοῦ καὶ Εὐεργέτου ἐπικληθέντος· καὶ τὰ μέγιστα δυνηθέντα παρ' αὐτῷ, καθάπερ καὶ παρὰ τῷ Φιλομήτορι, ὕστερον ὑπ' αὐτοῦ διαφθαρῆναι. »Interpres (Dalecampius) addit aliquid de suo, cum ver»tit, *deinde apud eius successorem Philometorem.*

e »Non enim dicit Athenaeus, *ſucceſſorem Evergeti* fuiſſe »*Philometorem* eum, de quo loquitur. *Ptolemaeus* ille, qui »omnibus *Philometor* dictus eſt, & nullum aliud cogno»men habuit, fuit ſextus ordine, frater natu maior *Ever*»*getis*: ideo poteſt recipere hic locus aliam interpretatio»nem, nempe, *qui plurimum apud eum regem potuit* (*ut etiam* »*apud Philometorem potuerat*) *poſtea ab eodem eſt interfectus.* »Includens ſcilicet parentheſi haec verba (καθ' ἅπερ καὶ »παρὰ Φιλομήτορι) non ignoro, *Ptolemaeum Lathyrum* a »quibusdam etiam dictum ironice *Philometora* ob odium »ſuae matris internecinum: ſed quando *Philometor* abſo»lute, nullo alio cognomine addito, dicitur; credo, de »*primo Philometore* intelligi debere, qui nullo alio nomine »inſignitus fuit. Ut tamen ſuper eo certi aliquid decerna»tur, expectanda eſt lux aliunde: ſufficit notaſſe, hunc »locum varie interpretari poſſe.« PALMERIUS, *in Exercitat. in Auctores Graecos*, pag. 505. — Ipſa ſtructura verborum commendare videtur Palmerii interpretationem: nam verba ὑπ' αὐτοῦ in iſtis, ὕστερον ὑπ' αὐτοῦ διαφθαρῆναι, vix ad alium referri poſſunt niſi ad eum, de quo dixerat, τὰ μέγιστα δυνηθέντα παρ' αὐτῷ. Igitur, *ſi occiſus eſt Hierax ab Evergete, Philometor* ille, qui hic memoratur, non poteſt intelligi *ſucceſſor Evergetis*. Eſt autem *Evergetes* hic *Ptolemaeus* idem qui & *Phyſcon* aliàs cognominatus eſt; ſaepius Noſtro commemoratus. Vide notata ad IV. 184. c. Compoſitum verbum ἐπικληθέντος, pro ſimplici κληθέντος, dedere membranae *A*. Epitomator, omiſſo ipſo verbo, nude τοῦ καὶ Εὐεργέτου ſcripſit.

f Σισύφου φησὶ τοῦ Φαρσαλίου. Sic recte ms. *A*. itemque codex *B* teſte Villebrunio. Recte etiam Ἐρετριέα missti & ed. Ven. pro eo quod mendoſe ſcriptum erat Ἐρεθριέα in ed. Baſ. & Caſ. In Epitome deſunt haec de *Siſypho*.

AD CAP. LXII.

Διαβόητος δὲ ἐγένετο ἐπὶ κολακείᾳ καὶ ὁ τῶν Ἀθηναίων δῆμος. »Multa hactenus Deipnoſophiſta de *ſingulis adula*»*toribus* dixit, longumque eorum ex vetere hiſtoria cata»logum contexuit, qui per infamem aſſentationem nomen »& famam ſibi fecerunt. Nunc *de publica quorumdam Po*»*pulorum adulatione* ſcriptor eruditiſſimus ac πολυμαθέστα-

» τος sermonem instituit. Nam & ingeniorum publica quae- f
» dam est interdum lues non minus quam corporum: ne-
» que solum λοιμικαὶ καταστάσεις, & morbi epidemii,
» sed & vitia & morum corruptela universos aliquando
» populos inficiunt. Ineſt profecto rebus cunctis morta-
» lium quidam velut orbis: & quemadmodum temporum
» vices, ita morum vertuntur. Insigne eius rei exemplum
» est ac documentum, quod nobis hic ob oculos ab Auctore
» ponitur. Narrat enim, tantam repente *in Athenienſium*
» *publicis moribus* factam esse *mutationem*, ut, qui fuerant
» acerrimi modo libertatis vindices, in foediſſimam & tur-
» piſſimam *regum adulationem* sint ἀθρόως prolapsi. Miratur
» Athenaeus non sine cauſſa hanc in eo populo instabili-
» tatem tantam & ingeniorum depravationem. Sed quid
» hoc mireris in *Athenienſibus*, populo tumidi semper ani-
» mi verius quam magni; cum *Romanis*, illis terrarum do-
» minis, id ipsum videas usu veniſſe? Lege mihi immu-
» tatae reipublicae hiſtoriam apud Dionem & hiſtoricos
» alios. Rem ſtupore dignam invenies; quomodo ferox
» ille & superbus populus, poſtquam semel iugum collo
» recepit, foeda ac tetra adulatione principum omnes alias
» gentes longo intervallo superarit. Non illi plurium an-
» norum servitio fuit opus, ut generoſitatem omnem exue-
» ret: ad primum nuntium cladis Pompeianae, & Caeſa-
» ris victoriae ὁλοσχεροῦς, repente factus est alius. « CA-
SAUBONUS.

Δημοχαρης γοῦν, ὁ Δημοσθένους τοῦ ῥήτορος ἀνεψιός. *Democharem*, Lachetis filium, *Demoſtheni fuiſſe* ἀδελφιδοῦν, (id est, *fororis filium*, ut recte atque perspicue Cicero interpretatus est de Orat. II. 23. & in Brut. c. 83.) constanter scribunt Polybius, XII. 13, 4. Plutarchus in Vita X. Rhetor. T. II. Opp. pag. 847. c. & Aelianus Var. Hiſt. III. 7. Quare VALESIUS, in Notis ad Polybii Excerpta de Virt. & Vitiis, p. 10. memoriâ lapsum statuit Athenaeum, quod, quem ἀδελφιδοῦν *Demoſthenis* dicere debuerat, eum ἀνεψιὸν dixerit, id est, *fratrem patruelem vel conſobrinum*. Nec vero hoc uno loco, sed rursus XIII. 610. f. ἀνεψιὸν Δημοσθενους eumdem *Democharem* adpellat Noſter. Quem KÜHNIUS ad Aelian. l. c. contra Valeſium defensurus, cum ex Polluce lib. III. cap. 2. constare ait, ἀνεψιὸν idem valere ac ἀδελφιδοῦν, parum feliciter cauſſam Noſtri egit; quemadmodum in Notis ad Polyb. (T. VII. pag. 100.) a

nobis est monitum. Nam Pollux quidem, cum lib. III. sect. 22. docuisset, *fratris aut sororis filium dici* ἀδελφιδοῦν, deinde, ubi *fratrum filios* ait ἀνεψιοὺς *dici*, (sect. 28.) perspicue simul declarat, se *fratrum filios* intelligere eos, qui sint *inter se fratres patrueles vel consobrini*. Cui plane adsentitur Homeri Scholiastes ad Iliad. ι'. 460. & ο'. 545. Quod vero simul ad Suidam in Ἀδελφειὸς provocat idem KÜHNIUS, utique Athenaeo patrocinatur quod ait ibi Grammaticus ille: Ἀδελφιδοῦς δὲ, ὁ ἀνεψιός. Et quamquam nullum ex vetere aliquo scriptore (Athenaeo excepto) locum noverim, in quo ἀνεψιὸς idem dicatur qui aliâs ἀδελφιδοῦς: tamen, potuisse generali quadam notione pro *consanguineo a parte patris vel matris* usurpari id nomen, intelligi videtur ex ipsa vocabuli derivatione, quam Etymologus tradit, p. 104. l. 46. cum ait: Ἀνεψιὸς, παρὰ τὸ ἀνῆφθαι, ὁ ἄνωθεν συνημμένος εἰς συγγένειαν.

a πρὸς τὸν Πολιορκητὴν Δημήτριον. Ad verba πρός τε τὸν Πολ. Δημ. quae hîc habent editi, nihil discrepantiae ex ms. *A.* enotatum. Nec vero video, quo referatur illa coniunctiva particula τε: nam ad id quidem quod sequitur, καὶ ὅτι τοῦτ' οὐκ ἦν &c. vix referri posse videtur. Quare omisi incommodam voculam cum Epitomatore, qui caeteroquin presse hic reliqua omnia auctoris verba tenuit. At videndum tamen, ne quid interciderit hoc loco, ad quod illa copula τε relata olim fuerit. Fortasse sic scripserat Athenaeus, πρός τε τὸν Πολιορκ. Δημήτριον, καὶ τοὺς ἑκείνου φίλους, aut aliquid in eam sententiam.

Ἐλύπει μὲν καὶ τούτων ἔνια αὐτὸν, - - Λεαίνης μὲν καὶ Λαμίας Ἀφροδίτης ἱερὰ &c. »*Adulationis publicae Athenien-*»*sium exempla* aliquot profert Athenaeus: in quibus animad»vertenda & observanda quaedam sunt nobis. Primum »est huiusmodi: Λεαίνης μὲν καὶ Λαμίας Ἀφροδίτης ἱερὰ, »καὶ Βουρίχου, καὶ Ἀδειμάντου καὶ Ὀξυθέμιδος τῶν κο»λάκων αὐτοῦ. καὶ βωμοὶ, καὶ ἥρῳα καὶ σπονδαὶ τούτων »ἑκάστῳ καὶ παιᾶνες ᾄδοντο. Deest in istis verbum ἀφι»δρύθη, vel ἱδρύσαντο: nam Excerpta, mutato casu, ha»bent βωμὸν & σπονδάς. Aut pendet oratio ex illis su»perioribus, ἐλύπει καὶ τούτων ἔνια αὐτόν. Indicatur au»tem obliqua consecratio quaedam, & tacita ἀποθέωσις, »in illis, Λεαίνης μὲν καὶ Λαμίας Ἀφροδίτης ἱερά. Semel »positum *Veneris* nomen, bis intelligendum. *Posuerunt*, »inquit, *templa Leaenae Veneri & Lamiae Veneri.* Ita soliti

» prisci adulatores Diis hominibusque fucum facere, ad- a
» iecto Deorum unius nomine ad mortalis eius nomen,
» quem divinis honoribus vellent affectum. Ita habes hîc
» *Lamiam Venerem*, *Leaenam Venerem*; *Philam Venerem*; [p.
» 254. a.] Libro XIII. [p. 595. c.] *Pythionicen Venerem*: li-
» bro VII. [p. 289 extr. & seq.] *Themisonem Herculem*. La-
» tini quoque traditum a Graecis morem tenuerunt. Un-
» de legere est in eorum monimentis *Iovem Augustum*, *Iu-*
» *liam Iunonem*, *Drusillam Venerem*, & similia. Epitomae
» sarcinator de iis, qui deinceps nominantur, *Buricho*,
» *Aaimanto*, & *Oxythemide*, sic notat: καὶ ἦσαν οὗτοι Ἀ- b
» θηναίων κόλακες. In quo errasse illum constat: erant
» enim isti non *Athenienſium adulatores*, sed *regis Demetrii*:
» ideo mox [lit. b.] appellantur Athenienses, κολάκων κό-
» λακες, propter tributos parasitis hisce honores. *Buri-*
» *chum* inter Demetrii duces nominat Diodorus Siculus
» libro XX. [cap. 52.] Caeterum distinctione rectâ opus
» habent Athenaei verba, in hunc modum concipienda:
» Λεαίνης μὲν καὶ Λαμίας Ἀφροδίτης ἱερά· καὶ Βουρίχου καὶ
» Ἀδειμάντου καὶ Ὀξυθέμιδος τῶν κολάκων αὐτοῦ, καὶ βω-
» μοὶ, καὶ ἡρῶα, καὶ σποιδαί. τούτων δ' ἑκάστῳ καὶ παιᾶ-
» νες ᾖδοντο. Olim apud Graecos religioni habitum, *paea-*
» *nem* in cuiusquam mortalium honorem canere. Nota est
» in Aristotelem calumnia, prope ipsi exitialis, quod di-
» ceretur paeanem in Hermiam confeciſſe. [vide infra,
» XV. 696. a. b.] Adulatores vero etiam isto genere ho-
» noris ornandos viros principes censuerunt: eratque et-
» iam hic tacita quaedam consecratio & in numerum Deo-
» rum relatio. Multa auctor libro XV. de hoc paeanum
» abusu: ubi etiam recensionem instituit eorum quibus
» tributum hoc fuisse Graeca historia testatur. [pag. 696
» extr. & seq.] Sed primus omnium fuit Lysander, cui
» παιᾶνες ᾔσθησαν, ait Plutarchus in eius vita. Invenias
» in Romanorum historia, quod cum hac observatione
» iuvet conferre. Est enim simile quod factitatum Romae
» legimus: ut eorum nomina, quos eximio honore vel-
» lent decorare, *Saliari carmine* canenda decernerent. Ger-
» manico mortuo hic honos inter alios tributus, auctore
» Tacito libro secundo. Et Marcus quoque Antoninus
» Philosophus, mortuo filio Vero, iussit ut *nomen eius Sa-*
» *liari carmini insereretur*, teste Capitolino. Iam olim id Ro-
» mae institutum: ut ex iis constat, quae de Mamurio

a » Veturio & Lucia Volumnia ſcribunt Varro, Ovidius, » Feſtus, Plutarchus, & alii. Vetus quoque Eccleſia Chri- » ſtiana hunc, ut videtur, morem ad pium uſum tradu- » xit: inſtituto, ut nomina ſanctorum Martyrum, Impe- » ratorum, Pontificum ſummorum, & aliorum fide ac me- » ritis excellentium virorum, ſacris diptychis inſerta, in- » ter hymnodias recitarentur. Qua de re dicemus multa » alibi, ſi vitam Deus produxerit, ſcitu digna, nec pro- » trita.« CASAUBONUS. — De adulatione, qua *ipſum Demetrium* proſecuti ſunt Athenienſes, paulo poſt dicetur: hîc de *amicis* eius & *amaſiis* agitur. De *Leaena* & *Lamia*, Demetrii Poliorcetae amaſiis, confer XIII. 577. b. c. & de *Lamia* ſigillatim, IV. 128. b. Porro, quod ad ſcripturam ſpectat: non βωμὸν, nec σπονδὰς habet noſter codex *Epit.* quemadmodum in Hoeſcheliano codice Caſaubonus repererat: ſed perſpicue βωμοὶ in eo ſcribitur, haud ſecus ac in membranis *A.* tum quidem vocabulum σ'πον ſic ſcribens librarius ſatis indicavit, ſe non σπονδὰς voluiſſe, ſed vocem in vocalem vel diphthongum terminatam, adeoque σπονδαί: nam terminationem ας conſuetâ figurâ, quae eam deſignat, indicaturus fuerat. Denique idem noſter *cod. Ep.* non habet, ut Hoeſchelianus, Ἀθηναίων κόλακες, ſed κολάκων κόλακες: nec tamen ita commode hoc poſitum, ut, quid voluerit Athenaeus, ſatis perſpicue intelligas. Nempe in hunc modum contraxit Epitomator totum iſtum locum: Ἐλύπει μὲν καὶ τούτων ἔνια αὐτὸν, ὡς ἔοικεν, οὐ μὴν καὶ ἄλλα γε παντελῶς αἰσχρὰ καὶ ταπεινὰ, Λεαίνης μὲν καὶ Λαμίας Ἀφροδίτης ἱερὰ· ἐρώμεναι δ' ἦσαν αὗται Δημητρίου· Βουρίχου δὲ καὶ Ἀδειμάντου καὶ Ὀξυθέμιδος βωμοὶ καὶ ἥρῳα καὶ παιᾶνες. καὶ ἦσαν οὗτοι κόλακες κολάκων. ὥστε καὶ αὐτὸν τὸν Δημήτριον θαυμάζειν &c. - - ἀδρὸς τὴν ψυχήν. Ἐπανιόντα οὖν ἀπὸ Λευκάδος καὶ Κερκύρας &c.

» Addit Athenaeus, *offenſum Demetrium tam foedâ Athe-* » *nienſium adulatione*, dignam magno principe vocem edi- b » diſſe: ὅτι οὐδεὶς ἐπ' αὐτοῦ Ἀθηναίων γέγονε μέγας καὶ » ἀδρὸς τὴν ψυχήν. *Neminem extitiſſe ipſius aetate ex omni-* » *bus Athenienſibus virum magnum & generoſi animi.* Par que- » rela Tiberii de ſui temporis Romanis, quoties curiâ » egrederetur Graecis verbis in hunc modum eloqui ſo- » liti: *O homines ad ſervitutem paratos!* In Demetrii verbis,

» quae adſcripſimus, ſcribebatur perperam & inepte, ἐπ' b
» ᾄδου, pro ἐπ' αὐτοῦ: quod interpretibus fraudi fuit.
» Veram lectionem etiam Excerpta habuerunt. « CASAUBONUS. — Non ἐπ' ᾄδου, ſed ἐπ' ἀδοῦ imperite expreſſum erat in ſola ed. Baſ. Veram ſcripturam cum msstis tenebat ed. Ven. Cum *dicto iſto Demetrii*, ὅτι οὐδεὶς ἐπ' αὐτοῦ &c. ſatis convenit id, quod ex eiusdem DEMOCHARIS, qui illud retulit, *Hiſtoriis* Polybius refert, in Excerptis DE Virt. & Vitiis, (lib. XIII. cap. 13. vs. 9 ſqq. noſtrae edit.) de Demetrio acerbe ludificante Athenienſes, eo *quod rerum omnium honeſtarum laudem, quae Graeciae propria eſſet, aliis concedentes, Caſſandro imperata facerent.* Illud unum mireris, quod de *Phalereo Demetrio*, non de *Poliorcete*, Antigoni filio, iſta ibi tradantur. At, quod tum, cum in Polybium commentabamur, haud ſatis animadverſum nobis erat, id hac occaſione liceat monere: ſcilicet, loqui ibi utique Democharem de Phalereo Demetrio, ſed non de pompa ab ipſo Demetrio ducta, aut de ludibrio quo ipſe uſus eſſet adverſus Athenienſes. Nec enim cum ingenio moribusque Phalerei Demetrii convenire id videtur: nec ullo pacto ludificari ille Athenienſes potuerat, *quod Caſſandro imperata facerent*, cum a Caſſandro ipſe Athenis fuiſſet praefectus, & illius nomine regeret civitatem. Sed, quae ibi Democharis narrat, ea haud dubie intelligenda ſunt de ſatyrico aliquo & allegorico dramate, quod neſcio quis poëta in ſcenam produxiſſet, quo dramate degener Athenienſium animus, Caſſandro patienter ſervientium, amare acerbeque fuiſſet perſtrictus.

Τί οὖν παράδοξον &c. » Sequitur, Τὸ οὖν παράδοξον οἱ
» Ἀθηναῖοι τῶν κολάκων κόλακες ἐποίησαν. οἱ εἰς αὐτὸν τὸν
» Δημήτριον παιᾶνας καὶ προσόδια ᾄδοντες. Videtur au-
» ctor indignari vehementius ob *cantatum Demetrio regi*
» *paeanem*, quam ob praeſtitum honorem eundem illius aſ-
» ſentatoribus. Cauſſa, opinor, eſt, quod illis quidem tri-
» butum hoc decus mortuis; Demetrio vero ſuperſtiti ad-
» huc. Manibus autem defunctorum divini honores mi-
» nore ſemper invidiâ delati, quam vivis hominibus. « CASAUBONUS. — In errorem inductus fuiſſe vir doctiſſimus videtur a Dalecampio, qui iſtum locum ſic reddiderat: *Fuit quidem certe praeter omnium expectationem quod Athenienſes fecerunt, aſſentatorum aſſentatores, in honorem Demetrii paeanas canentes & proſodia.* Sane contraria prorſus ſen-

b tentia perſpicue inerat Graecis verbis: nec enim Τὸ οὖν παράδοξον, (quemadmodum temere & Dalecampius legerat, & in Graecum contextum receperat Caſaubonus,) ſed Τί οὖν recte ſcribitur in veteribus libris omnibus, non modo manu exaratis, ſed & in ed. Ven. & Baſ. Quod ipſum ex ingenio etiam viderat praeſtantiſſimus CORAY, & ſic corrigendum perſpecte monuerat in *Notis msstis:* ubi etiam illud percommode animadvertit, poſt Ἀθηναῖοι intercidiſſe videri οἱ articulum, ſicque ſcriptum oportuiſſe, οἱ Ἀθηναῖοι, οἱ τῶν κολάκων κόλακες: quam emendationem fidenter a nobis adoptari debuiſſe, iudicaverint fortaſſe viri eruditi. Porro, quod οἱ εἰς αὐτὸν - - ᾄδοντες cum in edd. tum in ms. *A.* legebatur, ferri quidem utcumque *articulus* ibi potuerat, ſed rectius aberat; quem delevimus, ab eodem CORAYO admoniti. Προσόδια, τὰ εἰς πανηγύρεις θεῶν ποιήματα, interpretatur Suidas. Heſychius: Προσώδιον· (rectius Προσόδιον·) ᾠδὴ, θεοῦ ὕμνον περιέχουσα. Conf. ILGEN, in Disquiſ. de Scoliorum Poëſi, pag. 30 ſq.

Ἐπανελθόντα δὲ τὸν Δημήτριον &c. »Publicae Athenien-»ſium adulationis non poterat magis inſigne monimen-»tum ab Auctore proferri, quam quod ex *Democharis* & »*Duridis Samii* Hiſtoriis commemoratur. Plane eximius »hic locus eſt, & dignus qui a nobis curatius illuſtretur. »Igitur *de honoribus Demetrii* in haec verba ſcribit DEMO-»CHARES: Ἐπανελθόντα τὸν Δημήτριον ἀπὸ τῆς Λευκάδος »καὶ Κερκύρας εἰς τὰς Ἀθήνας, οἱ Ἀθηναῖοι ἐδέχοντο, οὐ »μόνον θυμιῶντες καὶ στεφανοῦντες καὶ οἰνοχοοῦντες· ἀλλὰ »καὶ προσόδια καὶ χοροὶ καὶ ἰθύφαλλοι μετ' ὀρχήσεως καὶ »ᾠδῆς ὑπήντων αὐτῷ, καὶ ἐφιστάμενοι κατὰ τοὺς ὄχλους ᾖδον »ὀρχούμενοι καὶ ἐπᾴδοντες. Hic eſt ille *Demetrius Polior-»cetes*, Antigoni filius, qui Demetrium Phalereum, Ca-»ſandri Macedoniae regis auſpiciis ſub ſpecie oligarchiae »Athenis dominantem, urbe expulit, & priſtinam reipu-»blicae formam ac libertatem reſtituit. Anno altero Olym-»piadis CXVIII. iſtud accidit, auctore Diodoro libro XX. »[cap. 45 ſq.] Tum igitur populus Athenienſis, incredibili »geſtiens laetitia ob recuperatam libertatem poſt annorum »XV ſervitutem, in ornando *Demetrio* nihil reliqui fecit. »Facta ſunt de illius honoribus Senatusconſulta, quorum »ſummam habes apud Plutarchum, [in Demetrio, pag. »893 ſq.] & Diodorum. [XX. 46.] Refert Plutarchus in-

» ter alia, decretum fuisse, δέχεσθαι Δημήτριον, ὁσάκις b
» ἂν παραγένηται, τοῖς Δήμητρος καὶ Διονύσου ξενισμοῖς:
» *ut, quotiescumque in urbem veniret Demetrius, iisdem ritibus*
» *ac caeremoniis peregre adveniens acciperetur, quibus solerent*
» *Ceres & Bacchus.* Eo referri debet ista *Democharis* ecloga
» de ingrediente quondam Athenas Demetrio, & exhibi-
» tis illi honoribus. *Demetrium*, inquit, *Athenas a Leucade*
» *& Corcyra redeuntem, Athenienses non solum suffitibus, co-*
» *ronamentis, & libationibus vini exceperunt; sed etiam chori*
» *processerunt ei obviam, cum prosodiis & ithyphallis, saltan-*
» *tes & canentes.* Olim omnia haec Diis erant propria, &
» in illorum tantum honorem fieri solita, cum vel in
» pompa traducerentur, vel aliâs loco moverentur Deo-
» rum simulacra: sicut monuimus dudum ad librum quar-
» tum Suetonii. [ad Caligul. cap. 13.] Sed *suffitus* qui-
» dem, *coronae*, & *vini affusio*, iam ante Demetrii aeta-
» tem ad mortalium decoramentum populorum adulatio
» transtulerat. Q. Curtius, [V. 1.] de Alexandro loquens
» Babylonem ingrediente: *Plures obviam egressi sunt: inter*
» *quos Ragophanes arcis & regiae pecuniae custos, ne studio a*
» *Magaeo vinceretur, totum iter floribus coronisque constraverat,*
» *argenteis alturibus utroque latere dispositis, quae non thure*
» *modo, sed omnibus odoribus cumulaverat.* Verbum οἰνοχοεῖν,
» quo utitur Democharis minus proprie, declarat Plu-
» tarchus in Dione: [pag. 970. d. e.] Ἀνήει διὰ τῆς Ἀχρα-
» δινῆς, ἑκατέρωθεν παρὰ τὴν ὁδὸν τῶν Συρακουσίων ἱερεῖα
» καὶ τραπέζας καὶ κρατῆρας ἱστάντων· καὶ καθ' οὓς γένοι-
» το προχύταις τε βαλλόντων, καὶ προστρεπομένων ὥσπερ
» θεὸν προσευχαῖς. Quae subiungit his *Democharis*, pri-
» mo omnium mortalium *Demetrio* tributa sunt: ut *obviam*
» *ei procederent chori, prosodiaca & ithyphallica in eius gra-*
» *tiam composita carmina canentes.* Quemadmodum *paean*
» Apollini proprie sacrum fuit carmen, sic *ithyphallicum*
» Baccho: neque magis fas fuit hominum laudes isto,
» quam illo, genere carminis prosequi. Potentium adula-
» tores utrumque genus profanum reddiderunt: sed *paean*
» minore (ut apparet ex libro XV.) religione, & multo
» ante quam *ithyphallus*. [Vide supra ad VI. 250. b.] Tan-
» dem & hic mortalibus est communicatus. Primo om-
» nium, ut ante diximus, *Demetrio* id delatum est hono-
» ris; cum demagogis Athenienſibus, certatim foeda &
» nimia censentibus, quaestior hac adulatio nulla reperiri

b »poſſet. Iam ante ſimile quid tentatum fuerat ab adulato-
»ribus Demetrii Phalerei, ut narratur libro XII. ex Du-
»ride: « [pag. 542. e. Niſi potius ad eumdem *Poliorceten* cum Aeliano Var. Hiſt. IX. 9. referenda ſunt ea, quae ibi ad *Phalereum* refert Athenaeus.] »ſed nondum eo pro-
»greſſa erat iſtorum impudentia. Atque hi ſunt illi ξε-
»νισμοὶ *Cereris & Bacchi*, decreti Demetrio, quos gravis
»ſcriptor Plutarchus facit adulationis extremam lineam.
»Sed magnitudinem honoris iſtius aliunde melius aeſti-
»mare non poſſumus, quam ex Carminis ipſius lectione.
»En illud tibi, candide lector, diligentiâ noſtrâ redivivum:
»cum in textu verborum Athenaei ita diſſimulatum ha-
»ctenus latuerit, ut a nemine agnoſci dum potuerit. Nos
»primi, quod praefiſcine dictum ſit, non naevo aliquo
»aut crepundiis, ſed corpore omni & agnovimus, & tibi
»exhibemus agnoſcendum. Id ita habet:

»ΞΕΝΙΣΜΟΣ ΔΗΜΗΤΡΟΣ ΚΑΙ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ.

»SIVE

»*ITHYPHALLICUM CARMEN,*
»*DEMETRIO POLIORCETAE CANTATUM,*
»*cum Athenas ingrederetur.*

* * * * * *

»Ὡς οἱ μέγιστοι τῶν θεῶν καὶ φίλτατοι
»Τῇ πόλει πάρεισι.
»Ἐνταῦθα γὰρ Δήμητραν ἐδὲ Δημήτριον
»Ἅμα παριστᾷ ὁ καιρός.
»Χ' ἡ μὲν τὰ σεμνὰ &c. &c. « CASAUBONUS.

Singulas Caſauboni emendationes, ut ad quemque locum acceſſerimus, ſigillatim adnotabimus.

AD CAP. LXIII.

d Ὁ μὲν οὖν Δημοχάρης τοσαῦτα εἴρηκε περὶ τῆς Ἀθηναίων κολακείας· Δοῦρις δ' ὁ Σάμιος, ἐν τῇ δευτέρᾳ καὶ εἰκοστῇ τῶν Ἱστοριῶν, καὶ αὐτὸν τὸν Ἰθύφαλλον. Ὡς οἱ μέγιστοι &c. »Carminis huius elegantiſſimi argumentum quidem
»ex *Demochare* Athenaeus recitat: verſus vero ipſos, &
»verba, ex *Samio Duride*. Quod autem ante hunc diem
»nemo eruditorum hoc animadverterit, menda codicis eſt
»in cauſſa. Nam ubi ſcriptum eſt, Δοῦρις δ' ὁ Σάμιος ἐν
»τῇ δευτέρᾳ καὶ εἰκ. τῶν Ἱστ. κατ' αὐτὸν τὸν Ἰθύφαλλον

» ὡς οἱ μέγιστοι &c. scribendum erat, καὶ αὐτὸν τὸν Ἰθύ- d
» φαλλον παρέθετο, ἔχοντα οὕτως· * * * Ὡς οἱ μέγι-
» στοι &c. *Democharis*, inquit Athenaeus, *summam recitavit*
» *carminis huius: sed Duris Samius ipsum ascripsit, atque inse-*
» *ruit historiae suae vicesimae secundae.* Confer *Democharis*
» verba cum iis quae ex *Duride* afferuntur; ita rem ha-
» bere, luce meridianâ clarius comperies. Iam igitur be-
» neficio nostro habent studiosi exemplum *Ithyphallici car-*
» *minis*, quale nullum reperias aliud in omnibus Graecis
» aut Latinis monimentis. « CASAUBONUS. — In vulgata scriptura, κατ' αὐτὸν τὸν Ἰθυφ. nihil (quod sciam) mutant membranae *A*. Epitomator vero, suo more brevitati studens, post Democharis illa verba, γεγονὼς δ' ἐπ ἐκ Ποσειδῶνος καὶ Ἀφροδίτης, quae sub finem superioris capitis leguntur, omissis aliis, continuo sic perrexit: Ἔλεγον δὲ καὶ, ὡς ὁ Δοῦρις ὁ Σάμιος φησὶν, ὅτι ἱλαρὸς, ὥσπερ τὸν Διόνυσον δεῖ, καὶ καλὸς καὶ γελῶν πάρεστι. (sic codex noster, pro πάρεστι.) καὶ οἱ φίλοι πάντες κύκλῳ, ἐν μέσοισι δ' αὐτός: tum reliqua, sicut in opere pleniore. Quod si, pro κατ' αὐτὸν τὸν Ἰθυφ. cum Casaubono, quemadmodum nos fecimus, καὶ αὐτὸν τὸν Ἰθ. legas; utique adiectum malles verbum παρέθετο: possis tamen etiam e superioribus verbum εἴρηκε, haud magno fortasse incommodo, hic repetitum intelligere. Sed fuerint fortasse, qui ne opus quidem fuisse illa mutatione vocis κατ' in καὶ contendant: statuantque, percommode ita scribere Athenaeum potuisse: Ὁ μὲν οὖν Δημοχάρης τοσαῦτα εἴρηκε. — Δοῦρις δ' ὁ Σάμιος — κατ' αὐτὸν τὸν Ἰθύφαλλον, (scil. τάδε εἴρηκεν·) ὡς οἱ μέγιστοι &c. Id est: *Democharis igitur haec dixit.* — *Duris vero Samius, in ipso Ithyphallo, ista.* Quibus ut non magnopere velim repugnare, sic tamen non negaverim, etiam nunc percommodam ac paene necessariam mihi videri istam Casauboni emendationem. Quo accedit, quod, si κατ' αὐτὸν legamus, vox ὡς Athenaei esse videri debeat, ad verbum εἰρηκε referenda, non pars versus; quamquam alioqui percommode ab ipsis illis verbis, Ὡς οἱ μέγιστοι &c. initium capere potuit ipsum carmen.

De *genere carminis*, quod *Ithyphallicum* dixerunt veteres, haec deinde adnotavit idem CASAUBONUS: » Constat ge-
» nus hoc carminis senario versu iambico, & trochaico
» dimetro brachycatalecto. Proprie *Ithyphallicus* hic po-

d »fterior (*verſus*) nuncupatur; & ab illo, *carmen Ithyphal-*
»*licum*. Hermogenes de Ideis libro priore, capite De Ora-
»tionis Gravitate, [Hermog. de Formis Orat. lib. I. cap.
»6. pag. 289 ſq. ed. Colon. Allobr. 1614.] de iſto verſu
»loquens, [ex Iliad. χ'. 133.]

»Σείων Πηλιάδα μελίην κατὰ δεξιὸν ὦμον:

»Δύο, inquit, εἰσὶν ἐνταῦθα Ἰωνικαὶ συζυγίαι, καὶ μετὰ
»ταῦτα τὸ Ἰθυφαλλικὸν καλούμενον μέτρον, ἐκ τριῶν συγ-
»κείμενον τροχαίων, δι' ὧν ἐκλάσθη πᾶς ὁ ῥυθμὸς, βιασθεὶς
»πρὸς τὸ ἐναντίον ἐλθεῖν δακτυλικοῦ καὶ σεμνότητος. *Tres*
»*trochaei*, quos ait Hermogenes, fuere initio iſti, Βάκχε,
»Βάκχε, Βάκχε. Male enim capit illius mentem Graecus
»Scholiaſtes, qui de Ithyphallicis neſcio quid ad hunc lo-
»cum muginatur, nodum quaerens in ſcirpo. Terentia-
»nus Maurus:

»*Ithyphallica porro dicarunt*
»*muſici poëtae:*
»*qui ludicra carmina Baccho*
»*verſibus petulcis,*
»*Graio cum cortice phallo,*
»*tres dabant trochaeos;*
»*ut nomine fit ſonus ipſo,*
»*Bacche, Bacche, Bacche!*

»Hos verſus poëtae cum aliis diverſi generis coniunxe-
»runt. Archilochus omnium primus cum dactylico tetra-
»metro, ut ſcribit Hephaeſtion: [pag. 50. ed. Pauw.]

»Οὐκέθ' ὁμῶς ἄλλεις ἀπαλὸν χρόα·
»κάρφεται γὰρ ἤδη.

»Alii praepoſuerunt iambicum ſenarium, ut factum vi-
»des in hoc carmine. Exemplum talis coniunctionis a
»Callimacho principe manavit, auctore eodem Hephae-
»ſtione. [At Demetrio poſterior Callimachus.] Exſtat
»[apud Athenaeum] libro XI. [p. 497. c.] fragmentum
»cuiusdam Ithyphallici carminis, in quo perverſi numeri
»ſunt ad hoc exemplum reſtituendi:

»Ἐθύσαμεν γὰρ σήμερον σωτήρια
»πάντες οἱ τεχνῖται.
»μεθ' ὧν πιὼν τοδὶ κέρας, ὡς τὸν φίλτατον
»βασιλέα πάρειμι.

»(Fuere & alius generis *Ithyphallici* verſus, qui & *Priapei*
»dicebantur, ſive προσῳδικοὶ, tetrametri; quales haben-
»tur apud Hephaeſtionem & Dionyſium Halicarnaſſeum.)«

— Quae poſtrema uncis incluſa ſunt, ea non habet editio prima Animadverſionum Caſauboni: in poſterioribus editionibus adiecta leguntur, ſed & ibi uncis incluſa.

Verſ. 1 *ſq.* Ὡς οἱ μέγιστοι τῶν θεῶν καὶ φίλτατοι
τῇ πόλει πάρεισι.

Statuiſſe CASAUBONUM, *capite imminutum eſſe carmen*, iam ex ſupra ſcriptis intelligebatur. Id iam apertius profitetur ipſe, ſic ſcribens: »Initio deſunt verſus duo, aut »fortaſſe etiam plures. Qui nunc primus eſt, e praece»dentibus pendet, huiusce vel ſimilis ſententiae:

»Νῦν δὴ μεγίστην χαρμονὴν χαίρειν χρεών·
»νῦν χρεὼν χορεύειν.

»*Nunc gaudendi tempus, & choreas ducendi.* Quare? *quia* »*urbem ingrediuntur maximi & civitatis huius amantiſſimi Dii.*« — At, ſi deeſt carminis initium, parum adtinebat, puto, ut ex ingenio illud ſupplere tentaret recentior aliquis criticus. Illud velim meminerit lector, quod paulo ante monui: ſi (quod non equidem praefracte negaverim) deſint priores verſus; probabile eſſe, ne particulam ὡς quidem partem fuiſſe primi ex eis verſibus qui ſuperſunt, ſed pertinere ad Athenaei orationem, & a praecedente verbo εἴρηκε pendere. Quod ſi ita eſt, in hunc modum ſcribi debuit: Ὁ μὲν Δημοχάρης τοσαῦτ' εἰρηκε· - - Δοῦρις δ' ὁ Σάμιος - - κατ' αὐτὸν τὸν Ἰθύφαλλον (ſcil. εἴρηκεν·) ὡς,

— Οἱ μέγιστοι τῶν θεῶν

At TOUPIUS quidem, qui idem hoc carmen »longe elegantiſſimum, ut ait, & tum antiquitatis tum adulationis Atticae inſigne monumentum« a ſe emendatum adpoſuit in Epiſtola Critica, pag. 143 ſq. nullum defectus ſignum initio adpoſuit, & integrum ſtatuiſſe carmen videtur. Illud miratus ſum, quod idem Toupius titulum carminis, perinde atque Caſaubonus, hunc fecerit, Ξενισμὸς Δημήτρας καὶ Δημητρίου. Nemo veterum (quod ſciam) vocabulum Ξενισμὸς pro aliquo carminis genere uſurpavit. Titulum illum Caſaubonus nonniſi ex illo Plutarchi loco ſupra citato, (in Vita Demetr. pag. 894. a.) deſumſit: at ibi quos ξενισμοὺς Plutarchus dicit, non modo *carmina* intellexit, ſed *univerſum magnificum adparatum, quo excipiendum Demetrium*, quoties in Urbem adventaret, *decreverant Athenienſes*. Ad verba carminis quod ſpectat: qui τῶν θεῶν φίλτατοι dicuntur, eos non *amantiſſimos* cum Caſaubono equidem intelligam, ſed *amatiſſimos, cha-*

d *rissimos.* Dativus τῇ πόλει perinde sive ad φίλτατοι, sive ad πάρεισι, referri potest: &, verum si quaeris, utroque debebit referri. Quod πάρεισι dicit poëta, id perapte *Toupius* ad opinionem veterum de ἐπιφανείᾳ τῶν θεῶν (id est, *adparitione* sive *adventu Deorum*) retulit. Caeterum, totum hoc carmen in omnibus superioribus editionibus neglecto prorsus metro, veluti solutam orationem, scriptum fuisse, iam ex his quae a Casaubono dicta sunt, satis intelligere potuit lector.

Vers. 3 *sq.* Ἐνταῦθα γὰρ Δήμητρα καὶ Δημήτριος,
ἅμα παρῆν ὁ καιρός.

Ad istos versus, & proxime sequentes, perquam prolixa est Casauboni animadversio: quam, ne quid sibi subductum queratur Lector, quod ad Athenaeum quoquo modo spectans ex erudito viri huius stilo prodiit, huc transscribere integram non gravabimur: »Nemo dubitat, inquit, proxime sequentibus verbis [post vers. 2.] debuisse contineri *nomina* duorum *istorum Deorum.* Hoc nos cum certo sciremus, duos versus nullo negotio elicuimus ex mutilata & corrupta scriptione, in cuius luto haesit Breviator. Sic enim scriptum in membranis antiquissimis: πάρεισιν ἐνταῦθα. * Δημήτριος ἅμα παρῆν ὁ καιρός. Primum, *Cereris nomen* certissima coniectura restituimus: deinde labantes versus, quam commodissime fieri a nobis poterat, instauravimus. Caeterum ex istis verbis & sequentibus coniicere est aliquid de *tempore, quo haec facta sunt Athenis.* Ait enim, *temporis opportunitate coniunctos esse Cererem & Demetrium: cum quidem illa veniret ad celebranda Mysteria:* (*vers.* 5 *sq.*) *hic autem, ut Athenienſium afflictis rebus opem ferret.* (*vers.* 7 *sq.*) Ergo sub *tempus peragendorum Mysteriorum* Athenas venit Demetrius.«

»Docti homines nullum discrimen statuunt inter *Mysteria* & *Dionysia:* unde multa absurda necesse est sequi. Verum quidem est, initia & τελεταὶς communes fuisse Cereri & Baccho. Quare etiam *Cereri* iungitur *Demetrius*, ceu *Bacchus alter.* Demetrius enim res gestas eius Dei studiose imitans, Bacchi cuiusdam instar erat. Diodorus, [lib. XX. cap. 92.] τὸ σύνολον ἐζήλου *Demetrius* τὴν μυθολογουμένην ποτὲ γενέσθαι κατ' ἀνθρώπους τοῦ Διονύσου διάθεσιν. Eadem Plutarchus quoque. [p. 889. f.]«

»Verum est etiam, & *Dionysia* & *Mysteria* fuisse alia maiora, alia minora. Nihilo minus falluntur qui ista con-

fundunt. Fuere enim diverſi *initiorum* dies a diebus *Dionyſiorum*. *Maiora Liberalia* menſe Antheſterione agebantur. Ulpianus in eam contra Leptinem: Τοῖς μεγάλοις Διονυσίοις Ἀνθεστηριῶνος μηνὸς πλείονος γενομένης δαπάνης, εἷς χορηγὸς ἑκάστης φυλῆς καθίστατο. Eadem & *antiquiora* vocabantur, & duodecimâ huius menſis inſtituebantur ad ipſam arcem, in urbis parte quam vocabant *Limnas*. Thucydides in ſecunda hiſtoria: [c. 15.] Τὰ ἱερὰ ἐν αὐτῇ τῇ ἀκροπόλει καὶ ἄλλων θεῶν ἐστι, καὶ τὰ ἔξω πρὸς τοῦτο τὸ μέρος τῆς πόλεως μᾶλλον ἵδρυται, τό τε τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου, καὶ τὸ Πύθιον, καὶ τὸ τῆς Γῆς, καὶ τὸ ἐν Λίμναις Διονύσου, οὗ τὰ ἀρχαιότερα Διονύσια τῇ δωδεκάτῃ ποιεῖται ἐν μηνὶ Ἀνθεστηριῶνι. Demoſthenes hoc ipſum teſtatur; docetque hoc amplius, *annua fuiſſe haec Bacchanalia*, in Oratione contra Neaeram. Διὰ ταῦτα ἐν τῷ ἀρχαιοτάτῳ ἱερῷ τοῦ Διονύσου ἐν Λίμναις ἔστησαν, ἵνα μὴ πολλοὶ εἰδῶσι τὰ γεγραμμένα. ἅπαξ γὰρ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑκάστου ἀνοίγεται, τῇ δωδεκάτῃ τοῦ Ἀνθεστηριῶνος μηνός.«

»Diverſa ab hoc feſto fuere *Liberalia* τὰ ἀστικὰ, quae Elaphebolione celebrabantur, & erant trieterica. At *myſteria maiora* non eo menſe, ſed altero ab iſto, qui Boëdromion dictus. Plutarchus in Demetrio: ἐτελοῦντο τὰ μεγάλα μυστήρια Βοηδρομιῶνος. Idem in Phocione: Εἰκάδι ἢ φρουρὰ Βοηδρομιῶνος εἰσήχθη, μυστηρίων ὄντων, ἣ τὸν Ἴακχον ἐξ ἄστεος Ἐλευσίναδε πέμπουσι. Eadem fere verba in Camilli vita, & apud Polyaenum. Idem Plutarchus in Alexandro ſcribit, *nobilem ad Arbela ſive ad Gaugamela pugnam fuiſſe commiſſam* Βοηδρομιῶνος περὶ τὴν τῶν Μυστηρίων τῶν Ἀθήνησιν ἀρχήν. Sed in hac hiſtoria diſſentiunt alii ab illo. Arrianus in ſequentem menſem refert: Τοῦτο τέλος τῇ μάχῃ ταύτῃ ἐγένετο, ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀριστοφάνους, μηνὸς Πυανεψιῶνος. Similiter diverſis temporibus peragebantur *minora Dionyſia* & *minora Myſteria*. Illa quidem menſe Poſideone. Theophraſtus, in Ruſtici hominis deſcriptione, Ποσειδεῶνος τὰ κατ' ἀγροὺς Διονύσια. Haec vero, Antheſterione. Plutarchus in Demetrio: τὰ μικρὰ μυστήρια τοῦ Ἀνθεστηριῶνος ἐτελεῖοῦντο.«

»Porro, *Myſteria* cum nominant auctores ſimpliciter, *maiora* intelligunt. Theophraſtus, Βοηδρομιῶνος τὰ μυστήρια: nempe *maiora*: de quibus veriſimile eſt locutum *Ithyphalli* iſtius auctorem. Ergo *circa Boëdromionis menſis diem viceſimam* haec ſunt acta Athenis. Sed cum certum ſit,

d *Demetrium* non ſemel aut iterum veniſſe Athenas, verum ſaepius; quis fuit *annus itineris huius?* Id vero, ſilente hiſtoria, ſciri hodie non poteſt: etſi id tempus deſignare voluit *Democharis*, cum ſcriberet, tum iſta accidiſſe, *cum Athenas eſt reverſus Demetrius a Leucade & Corcyra:* quod hodie, amiſſis illorum temporum hiſtoricis, parum nos adiuvat. Quin etiam, quod de Boëdromione menſe modo dicebamus, eo minus certum, quia conſtat, *anno tertio Olympiadis CXIX. urbem ingreſſum eſſe Demetrium menſe Munychione, & ſtatim opertaneorum ſacrorum ritus omnes accepiſſe.* Non contentus enim honore ξενισμῶν ſibi decretorum, literis miſſis ad ſenatum minarum plenis obtinuerat, ut, ſpretis omnibus legibus, uno die conſequi ſibi liceret quod aliis vix longo tempore concedebatur. Magni praemii loco tributum nonnullis (ut Herculi, atque Hippocrati) legimus, ſed oppido paucis, ut initiorum fierent participes. Soranus in vita Hippocratis: Ἱπποκράτης λαμπρῶν ἔτυχε τιμῶν παρ' Ἀθηναίοις, οἵ τινες καὶ δεύτερον αὐτὸν ἀφ' Ἡρακλέους δημοσίᾳ τοῖς Ἐλευσινίοις ἐμύησαν.«

»Erant autem quaſi *gradus* in participatione *Myſteriorum* obſervandi. Prima omnium fuit ἡ κάθαρσις, & *purificatio* quaedam: deinde ſequebantur *myſteria parva*, quibus inſtituebantur & praeparabantur ad maiora: poſtremus erat actus, *myſteriorum maiorum* acceptio, & illa quae dicebatur ἐποπτεία. Clemens Alexandrinus, Stromat. libro V. Οὐκ ἀπεικότως ἄρα καὶ τῶν μυστηρίων τῶν παρ' Ἕλλησιν ἄρχει μὲν τὰ καθάρσια, καθάπερ καὶ τοῖς βαρβάροις τὸ λουτρόν. μετὰ ταῦτα δ' ἐστὶ τὰ μικρὰ μυστήρια, διδασκαλίας τινὰ ὑπόθεσιν ἔχοντα καὶ προπαρασκευὴς τῶν μελλόντων. τὰ δὲ μεγάλα περὶ τῶν συμπάντων· οὐ μανθάνειν ἔτι ὑπολείπεται, ἐποπτεύειν δὲ, καὶ περινοεῖν τὴν φύσιν καὶ τὰ πράγματα. Etſi autem tria diſtinctim tamquam diverſa ponuntur a Clemente, non tamen tres erant μυήσεις, ſed duae tantum: nam purificatio non ſeparatur a parvis myſteriis. Harpocration: Οἱ μυηθέντες ἐν Ἐλευσῖνι ἐν τῇ δευτέρᾳ μυήσει ἐποπτεύειν λέγονται. Ultima autem fuit mera, fieri *epoptam* & *ephorum*. Quare ἐποπτεύειν, proverbii inſtar, de *fruitione ſummi boni* dicitur. Ariſtophanes Ranis: μάλα γ' ἐποπτεύειν δοκῶ, ὅταν καταράσωμαι λάθρα τῷ δεσπότῃ. Prius dicebantur μύσται, non ἐπόπται. Suidas: Οἱ τὰ μυστήρια (*parva* nempe) παρα-

λαμβάνοντες, μύσται καλοῦνται· οἱ δὲ τῷ ἐξῆς ἐνιαυτῷ, d
ἔφοροι καὶ ἐπόπται. Non est Suidae ista observatio; sed Symmachi, antiquissimi Critici, ex quo totidem verbis haec describuntur ab Aristophanis Scholiasta. Etiam Philochorus apud Harpocrationem separat τὰ ἱερὰ τά τε μυστικὰ καὶ τὰ ἐποπτικά. Ex verbis Symmachi cognoscimus, non statim a parvis initiis patuisse viam ad maiora: sed annum fuisse intermedium a priore initiatione ad consummationem religionis. «

» Migravit has leges *Demetrius*, qui sine ulla intercapedine minora maioraque initia percipere voluit. Philochorus: Δημητρίῳ ἰδιόν τι ἐγένετο παρὰ τοὺς ἄλλους, τὸ μόνον ἅμα μυηθῆναι καὶ ἐποπτεῦσαι, καὶ τοὺς χρόνους τῆς τελετῆς τοὺς πατρίους μετακινηθῆναι. Quod autem annus necessario intercederet inter utramque τελετὴν, etiam Plutarchus testatur in hac ipsa historia: Ἐπώπτευον δὲ τοὐλάχιστον ἀπὸ τῶν μεγάλων ἐνιαυτὸν διαλιπόντες. Scribe, ἀπὸ τῶν μικρῶν: & observa verbum non temere positum τοὐλάχιστον. Nam revera minimum spatium, quod interiiceretur, annuum fuit: utplurimum quinto anno post parva suscipiebantur illa maiora. Tertullianus, ex emendatione divina Iosephi Scaligeri: *Nam & illa Eleusinia haeresis & ipsa Atticae superstitionis, quod tacent, pudor est. Iccirco & aditum prius cruciant: diutius initiant quam consignant: quum epoptas* (intellige, futuros epoptas: nam mystae tantum fiebant prima institutione) *ante quinquennium instituunt, ut opinionem suspendio cognitionis aedificent, atque ita tantam maiestatem exhibere videantur, quantam praestruxerunt cupiditatem. Sequitur iam silentii officium: attende custodiunt quod tarde invenitur. Caeterum tota in adytis divinitas, tot suspiria epoptarum, tot signaculum linguae, simulacrum membri virilis revelatur.* «

» Sed operae pretium fortasse fecerimus, si Plutarchi super *initiatione Demetrii* verba recitaverimus. Is postquam dixisset, *iussos fuisse Athenienses a rege hunc ipsi honorem decernere*, addit: [pag. 900. e. f.] Ἀναγνωσθέντων δὲ τῶν γραμμάτων, μόνος ἐτόλμησεν ἀντειπεῖν Πυθόδωρος ὁ δᾳδοῦχος· ἐπέρανε δὲ οὐδέν. ἀλλὰ Στρατοκλέους γνώμην εἰπόντος, Ἀνθεστηριῶνα τὸν Μουνυχιῶνα ψηφισαμένους καλεῖν καὶ νομίζειν, ἑτέλουν Δημητρίῳ τὰ πρὸς ἀγοράν. καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν ἐξ Ἀνθεστηριῶνος ὁ Μουνυχιὼν γενόμενος Βοηδρομιὼν, ἐδέξατο τὴν λοιπὴν τελετὴν, ἅμα καὶ τὴν ἐπο-

d πτείαν τοῦ Δημητρίου προσεπιλαβόντος. Ait, *lectis Demetrii literis, solum sustinuisse contradicere Pythodorum daduchum: illum quoque frustra. Itum enim in sententiam Stratoclis, eoque auctore decretum, ut mensis, qui tum forte agebatur,* (*Munychion is fuit*) *vocaretur atque censeretur Antheslerion. Itaque Demetrio priora initia sunt communicata. Rursus post illa Munychion idem de Antheslerione factus Boëdromion, reliquos initiorum ritus recepit: ipsamque adeo epoptiam Demetrius consecutus est.* In Graeco textu quid sit, ἐτέλουν τῷ Δημητρίῳ τὰ πρὸς ἀγορὰν, non scio: etsi non dubito sententiam esse quam expressimus. Forte scribendum, τὰ πρότερα ἱερά: vel τὰ πρὸς ἁγνείαν: *Initiarunt Demetrium iis sacris quae ad castimoniam spectabant.* Ad maiora mysteria non perveniebatur nisi post longam castimoniam, cuius ritus docebantur qui ad minora admittebantur. Nihil enim fuerunt aliud parva mysteria, nisi praeparatio quaedam ad altera: sicut etiam docet vetus dictum, Ὕπνος, τὰ μικρὰ τοῦ θανάτου μυστήρια. « Haec CASAUBONUS. —— Ad quae nonnulla monuit *Palmerius*, Exerc. p. 505 sq. quae, quoniam nihil ad Athenaeum, ac ne ad Demetrium quidem spectant, consulto omittimus. Neque magis hic locus est ea adferendi quae post Casaubonum ab aliis doctis viris de *Mysteriis Graecorum*, de quibus hic agebatur, observata sunt.

Redeamus ad pensum nostrum. Defectis verbis, (ἐνταῦθα. Δημήτριος ἅμα παρὴν ὁ καιρός.) quae pro *vers.* 3 *sq.* in editis libris legebantur, nihil medicinae adferebant veteres nostrae membranae: quae tamen hoc boni habent, quod confirment emendationem a Casaubono in ipsum etiam contextum suae editionis receptam, cum ἅμα scripsit pro eo quod in ed. Ven. & Bas. legebatur ἅμος: quod quidem corruptum esse facile patebat. In illis igitur verbis ante *Demetrii* nomen intercidisse nomen *Cereris*, (τῆς Δήμητρος, vel, quod idem sonat, τῆς Δημήτρας) perspectissime observatum a CASAUBONO est. Sed, quod duos versus, de quibus quaerimus, in hunc modum ille constituendos censuit,

Ἐνταῦθα γὰρ Δήμητραν ἰδὲ Δημήτριον
ἅμα παρίστᾳ ὁ καιρός:

» Eam lectionem, ait TOUPIUS, tum metri, tum linguae » Atticae genius respuit. « Ac sane posteriorem versiculum manifeste reprobabat metrica lex. Tum vero, prae-

ter neceſſitatem certe, a librorum ſcriptura nimis receſ- d
ſum. Nos, cum eodem *Toupio*, reliqua omnia librorum verba intacta ſervantes, ſatis habuimus duas voces Δήμητρα καὶ inſeruiſſe. »Recte legitur (inquit TOUP.) ἅμα »παρῆν ὁ καιρός: *ſimul ac tempus advenit:* ſcilicet, tempus »myſteriorum celebrandorum, quibus aderant Demetra »& Demetrius.«

Loco *ſequentium verſuum*, in editis ſic legebatur: ὁ δ' ἱλαρὸς ὥσπερ τὸν Θεὸν δεῖ καὶ καλῶς γελῶν πάρεστι σεμνὸς, ὅθι φαίνονθ' οἱ φίλοι πάντες κύκλῳ. ἐν μέσοισι δ' αὐτοῖς ὅμοιος ὥσπερ &c. Quibus e verbis hos verſus concinnavit CASAUBONUS:

Ὁ δ' ἱλαρὸς, ὥσπερ τὸν Θεὸν δεῖ, καὶ καλὸς,
καὶ γελῶν πάρεστι.
Σεμνὸς ὅθι φαίνοινθ' οἱ φίλοι πάντες κύκλῳ,
ἐν μέσοισι δ' αὐτός.

Quos verſus tenuit probavitque TOUPIUS, nil mutans, niſi quod φαίνονθ' pro φαίνοιθ' repoſuit. In illis conſtituendis verſibus quid iuverint Caſaubonum excerpta ex codicibus Italicis, neſcio; & in Aegianis quidem lectionibus nihil, quod huc ſpectet, video adnotatum: at nonnulla bonae frugis ſuppeditabat ei *Epitoma;* in qua (ut ſupra vidimus) καὶ καλὸς καὶ γελῶν recte ſcriptum, tum & δ' αὐτὸς, commodiſſime, pro δ' αὐτοῖς, quod perperam habent membr. *A.* cum editis. Eaedem vero membranae recte cum Epit. καλὸς καὶ γελῶν dabant. Tum ex eisdem accepimus ὅθι φαίνεθ', idem valens ac οὗ φαίνεται, *ubi ille adparet.* Denique eaedem membr. *A.* σεμνὸν dedere, quod etiam in codd. Pariſ. *B.* & *C.* reperit probavitque VILLEBRUNE, recte monens adverbialiter eſſe accipiendum; quod ipſum tamen minus feliciter in verſione expreſſiſſe ille videtur. Ego ſic accepi, *quam auguſtum! quam magnificum ſpectaculum!*

Verſ. 11 *ſq.* ὅμοιος, ὥσπερ &c. Nil mutatu opus fuit: e conſentiuntque libri. ὁμοίως malles, ſi ferret metrum. Sed & ὅμοιος percommode poſitum. Quod ait, ἥλιος δ' ἐκεῖνος: adnotavit CASAUBONUS: »Comparatur Deme»trius *ſoli*, propter ſummam pulcritudinem. Non hoc ei »largiuntur mendacio adulatores: formoſiſſimus enim fuit; »adeo ut ſcribat Plutarchus, [pag. 889. e.] *viciſſe illius* »*naturalem pulchritudinem omnium pictorum ac ſtatuariorum* »*artem & induſtriam.* Diodorus quoque, [XX. 92.] Ἦν

e »δὲ, ait, καὶ κατὰ τὸ μέγεθος τοῦ σώματος καὶ κατὰ τὸ »κάλλος ἡρωϊκὸν ἀποφαίνων ἀξίωμα· ὥστε καὶ τοὺς ἀφικ»νουμένους τῶν ξένων, θεωροῦντας εὐπρέπειαν κεκοσμημέ»νην ὑπεροχῇ βασιλικῇ, θαυμάζειν, καὶ παρακολουθεῖν ἐν »ταῖς ἐξόδοις, ἕνεκεν τῆς θέας.«

Verſ. 13 *ſq.* Ὦ τοῦ κρατίστου παῖ Ποσειδῶνος θεοῦ,
χαῖρε, κ' Ἀφροδίτης.

Pro eo quod editi & mssti percommode dabant, χαῖρε, καὶ Ἀφροδίτης, neſcio qua cauſſa inductus Caſaubonus, *verſiculum* 14. abiecto verbo χαῖρε, ſic ſcriptum voluerat,
καὶ θεᾶς Ἀφροδίτης.

Satis erat κ' Ἀφροδίτης pro καὶ Ἀφροδίτης ſcribere. De quo etiam Toupius monuit.

In *verſ.* 15 - 19. nihil prorſus in ſcriptura vulgata mutandum fuit: & ultro ſeſe legitimis verſibus praebebant verba. Notum vero, iſta ἣ οὐκ & ἣ οὐ, (*verſ.* 16 *ſq.*) quod ad metri rationem, non niſi pro una valere ſyllaba. Quae *verſ.* 15 - 17. continentur: »ea Democharis »paulo ante ſic expreſſit: οἱ δ' ἄλλοι καθεύδουσιν, ἣ ἀπο»δημοῦσιν, ἣ οὐκ εἰσίν: eleganter.« ut monuit Casaubonus. — Opportune cum his conferetur illa Baalis fictitii Dei irriſio, quae in Sacris Scripturis legitur, III Regum cap. 18, 27. Quod vero *verſ.* 18. ait, σὲ δὲ παρόνθ' ὁρῶμεν: »Similis haec adulatio atque in illo: [Virgiliano, »Eclog. I. 42.]

»*Nec tam praeſentes alibi cognoſcere divos.*

»& [apud Horat. Ode 5. lib. III.]

»*Coelo tonantem credidimus Iovem*
»*regnare: praeſens divus habebitur*
»*Auguſtus.*« — Casaubonus.

Verſ. 20. Pro eo quod editi cum msstis habebant, εὐχόμεθα, ſcribendum cum Casaubono & Toupio εὐχόμεσθα fuit, metri cauſſa. *Verſ.* 21. Recte πρῶτον μὲν εἰρήνην edd. cum ms. *Ep.* Corrupte πρῶτόν με εἰρήνην ms. *A.* *Verſ.* 24. Haud dubie mendoſum erat περιπατοῦσαν, quod cum editis habet codex ms. uterque. Perſpecte περικρατοῦσαν correxit Casaubonus: quod & Toupius tenuit, & Valckenar. ad Phoeniſſ. pag. 305. *Verſ.* 25. Perapte cum verbis praecedentibus convenit Αἰτωλίδ', quod cum editis tenet ms. *Ep.* Non tam apte vero huic reſpondet illud pronomen ὅς τις, quod ſequitur, in maſculino genere: quare iſtam oratio-

nis ſtructuram, ut rariorem, notavit VALCKENAER loc. cit. nempe ad ſenſum magis adcommodatam, quam ad literam, ut aiunt Grammatici. Quam ſicut non nego ferri poſſe, ſic tamen videndum exiſtimavi, ne verum ſit Αἰτωλὸς ὅστις &c. quod eſt in ms. *A.* Αἰτωλὸν in ſuis msstis, (cod. Pariſ. *B.* & *C.*) ſe reperiſſe ait VILLEBRUNE, quod non miror ei probatum fuiſſe: nam & ego probaturus eram, ſi ita veteres membranae dediſſent. Sed ſicut, ſi praecedentia ſpectes, commodior utique videri debet accuſativus caſus; ſic nullo magno incommodo, in poëtico praeſertim ſermone, Αἰτωλὸς cum ὅστις caſu convenire, & ad ſequentia referri poſſe videtur. *Verſum* 25. recitans VALCKENARIUS l. c. pro ἐπὶ πέτρας, quod habent edd. & mssti, ἐπὶ πέτραν ſcripſit, caſune, neſcio, an conſulto: cauſſam quidem, cur mutatam ſcripturam vulgatam voluerit vir doctus, nullam video. *Verſ.* 26. Pro ἢ πάλαι, quod mssti cum editis tenebant, recte ἦ παλαιὰ correxit CASAUBONUS; quod flagitabat metrum. *Verſ.* 27. Non obſtabat metrum, quo minus τὰ σώματα ἡμῶν ſcriberetur: at fateri tamen debeo, imprudenti mihi illam ſcripturam excidiſſe, quam nec editi libri nec mssti agnoſcunt. Quare in contextu reſcriptum velim τὰ σώματ' ἡμῶν: deletum autem velim breve ſcholion, quod ad hunc locum contextui ſubiectum eſt.

Ad rem, quae in iſtis verſibus agitur, pertinet CASAUBONI Animadverſio haec: »*Sphinx* illa, *de cuius latrociniis conqueruntur Athenienſes*, dux aliquis Caſſandri fuit, »in *Aetoliae munito loco* Atticae proximo collocatus cum »expedita manu militum. Ex illa arce faciebat quotidie »impreſſionem in illorum agros qui ab Athenienſibus ſtabant: ſaepe etiam, per Locrorum fines, Phocenſium, »& Megarenſium, in Atticam usque excurrebat populabundus; ut *res ſuas ferri agique & captivos abduci e ſuis »viderent ſaepe Athenienſes, cum interea reſiſtere non poſſent.* »*Hoc* igitur *malo tanto liberari a Demetrio petunt Athenienſes.* Cum *Aetolis* bellum geſſiſſe eum regem, Plutarchus »indicat: [pag. 908.] ſed eius belli alia videtur fuiſſe »cauſſa.«

Verſ. 31. μάλιστα μὲν δὴ κόλασον αὐτός. Verbum f σχόλασον, quod hic habebant edd. & mssti, non modo in contextu, ſed in Animadverſionibus etiam, ubi to-

f tum carmen a ſe correctum dedit, intactum reliquit CASAUBONUS, nec ad illud quidquam adnotavit. Quod quidem verbum ſi, quemadmodum *ceſſare* interdum & idem fere ac παύεσθαι valet, ſic & activam notionem recipere, & idem ac παύειν denotare poſſet, id eſt, *ceſſare facere, finem facere;* nulla cauſſa foret, cur ſolicitaretur. At huius uſus quum nullum usquam exemplum reperiatur, non dubitandum duxi, quin cum TOUPIO κόλασον corrigerem. »Senſus eſt: (inquit ille) *Sphingem ve*»*ro illam, quae nos vexat, vel tu reprime, vel alium, qui* »*reprimat, mitte.* Quod Οἰδίπουν τιν' εὑρεῖν eleganter »vocat.«

Verſ. ult. Si nihil aliud ſuppeteret nobis, niſi id quod membranae *A.* offerebant, ἢ σπεῖνον ποιήσει, ſuſpicari liceret librarium ſuo more σπεῖνον pro σπῖνον vel σπίνον ſcripſiſſe, ut haec fuiſſet ſententia, *aut tam cicurem innoxiumque faciat quam fringillam aviculam.* Qui quidem exitus carminis languidior utique frigidiorque videri debebat. Multo ſane commodius eſt, quod ex *Epit.* iam inde a Veneta editione vulgo legitur, ἢ πεινῆν ποιήσει, id eſt, *aut fame domet.* Nec tamen diffiteor, ne huic quidem dictioni πεινῆν ποιήσει, propriam verbi πεινῆν vim ſi ſpectes, robur illud videri ineſſe, quod in fine carminis exſpectaſſes: tum vero nec ad metri leges ſatis aptus videtur verſiculus ille, qui primum pedem *ſpondeum* pro *trochaeo* habet; niſi forte in extremo carminis exitu id licuit atque etiam opportune fieri potuit, quo gravior in ipſo fine procederet oratio.

AD CAP. LXIV.

Ταῦτ' ἦδον οἱ Μαραθωνομάχαι. Sic recte codex ms. uterque, ſicut ſcribitur apud Ariſtoph. Acharn. 181. (ubi vide Brunckii Not.) quod praeter rationem in Μαραθωνομάχοι mutaverant editores, quae forma vulgo reperitur apud eumdem Ariſtoph. in Nub. 986. Eâdem formâ primae declinationis, quam dederunt libri noſtri, habes δημάχαι apud Heſych. & Polluc. I. 132. *Ibid.* οἱ τὸν προσκυνήσαντα τὸν Περσῶν βασιλέα. »*Evagoram* in»telligit, [immo *Timagoram:*] de quo dictum modo. [vi»de pag. 251. b. & ibi notata.] Sine cauſſa interpretes di»verſiſſimas hiſtorias ſeparatim ab auctore indicatas, in

»unam conflarunt periodum.« CASAUBONUS. — Nempe loci huius sententiam mire turbaverat corruperatque Dalecampius. Pro τῶν Περσῶν, quod erat editum, commode τὸν Περσῶν dedere ambo mssti. Casaubonus ista verba in Animadversionibus repetens, τὸν τῶν Περσῶν scripsit. *Ibid.* τὰς ἀνηρίθμους μυριάδας. Nescio an poëtae alicuius verba in mente habuerit auctor. Poëticam quidem formam nominis ἀνηρίθμους, pro ἀναρίθμους, (vide Sophocl. Trach. 247. & Ai. 603. ed. Brunck.) tenent cum editis mssti libri.

Ἄλεξις γοῦν ἐν - - Κρατεύᾳ. Hunc fabulae indicem tacite correxit Casaubonus. Vide ad III. 95. a. Totam *ALEXIDIS* eclogam praetermisit Epitomator. Eamdem non minus mendose scriptam exhibent membr. *A.* quam vulgo edita legebatur. a

Vers. 1. Memor quam frequenter a librariis confundantur ὑπὸ & ἐπὶ praepositiones, tam ubi per se sunt positae, quam in compositione verborum; pro vulgato ὑποχέας, probavi ἐπιχέας, commendatum a VALESIO, ad Excerpt. de Virt. & Vitiis. (Vide Notas ad Polyb. XVI. 21, 12. nostrae edit.) Nam & per se parum aptum huic loco verbum ὑποχέω videbatur: & agitur hic manifeste de illo Graecorum in compotationibus more, quem ἐπιχύσεις vocabant, de quo iam nonnihil notavimus ad IV. 162. c. De eodem conf. VI. 261. b. & X. 427. d. Eiusdem moris Theocritus passim meminit: cuius Graecus interpres ad Idyll. β'. 152. ait: εἰώθασι γὰρ οἱ ἐρῶντες ὑπὲρ τῶν ἀγαπωμένων πλείονας κυάθους ἐπιχεῖσθαι. Confer omnino Idyll. XIV. 17 sq. ubi, cum ait idem Scholiasta, οὕτω γὰρ εἰώθασι ποιεῖν ἐν τοῖς συμποσίοις, ἄκρατον λαμβάνειν, καὶ ὀνομάζειν τινὰς ἐρωμένους ἢ φίλους, καὶ ἐπιχεῖν τῇ γῇ, καὶ φθέγγεσθαι τῶν φιλτάτων τὰ ὀνόματα: ne quem turbet quod ait, ἐπιχεῖν τῇ γῇ. Initium quidem faciebat potator a *libando* & *effundendo nonnihil in terram*, caeterum mox ipse *poculum hauriebat*. Istum morem Cicero in Verr. I. 26. *more Graeco bibere* dixit; ad quae verba Asconius (citatus a Pottero in Archaeol. lib. IV. cap. 20.) ait: *est autem Graecus mos, - - cum merum cyathis libant, salutantes primo Deos, deinde amicos nominatim. Nam toties merum bibebant, quoties Deos & caros suos nominant.* — Monuerat quoque hoc loco CASAUBONUS: »Moris huius etiam Plutarchus meminit in De-

a »metrio: [p. 900. c.] Ἡδέως ἤκουε τῶν παρὰ πότων ἐπι-»χύσεις λαμβανόντων Δημητρίου βασιλέως, Σελεύκου δὲ »ἐλεφαντάρχου, Πτολεμαίου δὲ ναυάρχου. Athenaeus, »paulo poſt, [p. 255. a.] τὸν ἐπιχεόμενον κύαθον ἐν ταῖς »συνουσίαις Σελεύκου Σωτῆρος καλοῦσι.«

Verſ. 2. Fidenter in contextum recipere debueram coniecturam,

φιλίας κυάθους τοὺς τῶν παρόντων τέτταρας.

Verſ. 3. τοὺς τρεῖς δ' ἔρωτος. Sic haud dubie pro ἔρωτας ſcriptum oportuit: ut φιλίας, ſic ἔρωτος, in genitivo caſu poni debuit. Sic & Dalec. *amoris tres alios.* Scholiaſtes Theocr. ad Idyll. II. 147. Οἶνος ἔρωτος· (quem dixit ibi poëta) ὃν πίνει τις μεμνημένος τῆς ἐρωμένης ἢ τοῦ ἐρωμένου.

Verſ. 4. Cum deeſſet vulgo vox ἕν' initio verſus, adiiciendam eam monuit CASAUBONUS, & pro mendoſo καλῶς, in fine, καλῆς legendum, intellecta praepoſitione ἕνεκα. Perſpecte vero! Voculam ἕν' abſorpſerat, ut ſaepe aliâs, litera ν, in quam deſinit vox praecedens. τὴν καλὴν τοῦ βασιλέως νίκην, *inſignem Antigoni victoriam de Ptolemaeo reportatam* intellige.

Verſ. 6. Cum pro uno verſu ſcripta in editis eſſent iſta, φέρε τὸν τρίτον usque συμπόται, monuit idem CASAUBONUS, ſic ſcribendum:

— — — Φέρε τὸν τρίτον
Φίλας Ἀφροδίτας. Χαίρετ' ἄνδρες συμπόται.

Errore operarum noſtrarum factum eſt, ut φίλας minuſculâ literâ initiali ſcriberetur, cum Φίλας literâ maiuſculâ, utpote proprium nomen, efferri debuiſſet. Nec vero Ἀφροδίτας cum editis ſcribere nobis placuit, ſed Ἀφροδίτης cum membr. *A.* quemadmodum libri omnes habent pag. 255. c. Erat autem *Phila*, uxor Demetrii. Diodor. Sic. XIX. 59. Plutarch. pag. 911. Erat item *Phila*, filia Demetrii ex Lamia. Athen. XIII. 577. c. Et haec videtur eſſe, quam *Aphroditen* cognominarunt aſſentatores; quo nomine etiam Lamiae matri templum ab Athenienſibus conſecratum memoravit Noſter, pag. 253. a. Nam quod pag. 255. etiam *mater Demetrii* proditur *Phila* fuiſſe, eaque *Aphrodite* cognominata; id haud dubie libriariorum errori debetur.

b *Poſtremo verſu*, cum ὅσην ἀγαθῶν τὴν κύλικα μεστὴν

editum fuiſſet conſentientibus membranis, ὅσων corrigi b iuſſit CASAUBONUS: cui morem gerendum putavi.

AD CAP. LXV.

τῇ πόλει, ἣν ὁ μὲν Πύθιος ἑστίαν τῆς Ἑλλάδος ἀνεκήρυξε. »Reſpicit editam Lacedaemoniis ſortem, cum poſt »captas a Lyſandro Athenas Apollinem conſulerent, quid »ea urbe facerent. Reſpondit enim, Τὴν κοινὴν ἑστίαν τῆς »Ἑλλάδος μὴ κινεῖν. Aelianus, Variae Hiſtoriae libro IV. »[cap. 6.] Videtur alluſiſſe Plutarchus, DE FORTUNA RO»MANOR. Ὁ τὴν Ῥώμην ὑπολαβόμενος χρόνος μετὰ θεοῦ τύ»χην καὶ ἀρετὴν ἐκέρασε καὶ συνέζευξεν, ἵνα ἑκατέρας λα»βὼν τὸ οἰκεῖον, ἀπεργάσηται πᾶσιν ἀνθρώποις ἑστίαν ἱεράν.« CASAUBONUS. — Confer ſupra, V. 187. e. & ibi not.

διονυσοκολάκων. Sic recte edd. & mssti. Vide ad pag. 249. f. *Ibid.* καὶ ναυτῶν. *Nautas* neſcio utrum hîc *rudibus moribus homines* dicat; quos Plato in Phaedro, veluti proverbiali dictione, ἐν νηυσὶν τεραμμένους dixit: (vide Eraſmi Adag. pag. 402.) an *foeneratores;* a nautico foenore, quod dicebatur. Conf. Suidam in Ναυτικῶς. *Ibid.* ψευδοκλητήρων. Vide Reiskii Annot. ad Demoſth. Or. in Nicoſtr. pag. 1600. & Harpocrat. in Ψευδοκλησία: quo loco haec Theopompi verba opportune adnotavit Valeſius.

εἰσηγήσασθαι κολακείαν. Percommodum utique vi- c deri debebat verbum εἰσαγαγέσθαι, quod erat editum. Sed aſpernari nobis non licuit iſtud, quod communi conſenſu dedit noſter codex uterque. *Ibid.* Διογένης ἔλεγε, πολὺ κρεῖττον εἶναι ἐς κόρακας ἀπελθεῖν, ἢ ἐς κόλακας. Antiſtheni id dictum tribuunt alii apud Laërt. VI. 4. Eidem Stobaeus tribuit, Serm. XIV. pag. 149. Confer Epigramma in Analect. Brunckii T. II. p. 413 ſq. num. 32.

φησὶ γοῦν καὶ Ἀναξίλας, [ἐν Νεοττιδι·]

Οἱ κόλακές εἰσι τῶν ἐχόντων οὐσίας
σκώληκες. —

Cum ſic ederetur, φησὶ γοῦν καὶ Ἀναξίλας·

Ἔνιοι κόλακές εἰσι τῶν ἐχόντων οὐσίας·
σκώληκες: —

perſpecte GROTIUS viderat, nec ſententiam commodam, & metrum prorſus peſſumdatum eſſe. Itaque primum verſum ſic correxit, in Excerpt. pag. 863.

Εἰσὶν δὲ κόλακες τῶν &c.

Peracute vero IACOBS in Animadv. ad Anthol. Vol. II. Part. III. pag. 218. ſuſpicatus eſt, ſic fortaſſe olim ſcriptum fuiſſe: Ἀναξίλας ἐν Νεοτ. (i. e. ἐν Νεοττίδι.) Οἱ κόλακες &c. Cuius rationem hactenus adoptavi, ut id quod non niſi ex coniecturâ ductum eſt, uncis includerem. Minime autem alienum videtur huius eclogae argumentum ab eo, quod continetur longiore illa ecloga, quae ex eadem Alexidis fabula a Noſtro adfertur lib. XIII. pag. 558. a. Veteres quidem noſtrae membranae hîc nihil ab edita olim ſcriptura discedunt: ſed coniecturam doctiſſimi IACOBS ex parte confirmat codex *Epitomae*, qui ita habet: Καὶ Ἀναξίλας δὲ φησίν· Οἱ κόλακες &c. *Ibid.*
d *Verſ. ult.* ὁ δ' ἕτερον δάκνει. Mireris utrumque codicem *A.* & *Ep.* cum editis in ſcripturam ἕτεροδακνεῖ conſentientes: quae ſcriptura, quamquam inſolens verbum offerebat, tamen ferenda fortaſſe fuerat, ſi modo metri ratio pateretur. At verſus omnino id flagitabat, quod CASAUBONUS ponendum monuit, ἕτερον δάκνει.

Πλάτων τ' ἐν Φαίδρῳ. Plato, in Phaedr. pag. 306 ſq. Tom. X. Opp. ed. Bip. Cuius in verbis, pro ὅμως, eſt ὅπως in ms. *A.* In ms. *Ep.* omiſſa illa vox.

Μύρτις μύστης. Utrumque vocabulum iungitur in membranis, ſicut in edd. Fortaſſe tamen poſterius perperam irrepſit, meritoque omiſſum ab Epitomatore eſt. Μύστης quis dictus fuerit Graecis, haud multo ante a Caſaubono expoſitum eſt, nempe *minoribus myſteriis initiatus*: ſed & ὁ τὰ μυστήρια διδάσκων, ut eſt apud Suidam. At hoc loco, ſi genuina vox, videndum ne apud Argivos fuerit magiſtratus alicuius nomen. *Mox*, pro eo quod ſcribitur, βουλόμενον δὲ καὶ μετὰ τῶν &c. malebam βουλόμενον δὴ, id eſt, *ſcilicet quod vellet* &c. Sed ex ms. *A.* nulla enotata discrepantia: in *Epit.* vero deſunt verba βουλόμενον - - - ὁρᾶσθαι. *Ibid.* Verba tertiae perſonae χορεύσει & ἀκούσει tenent membr. *A.* cum edd. Placet vero quod habet *Epit.* χορεύσεις & ἀκούσῃ, in *ſecunda perſona*. Notum eſt, futurum verbi ἀκούω, in medii generis formâ magis uſurpari, quam in activi.
e *DIPHILI* verba, ex fabula *Nuptiis*, in editis libris partim ut verſus, ſed mire illi ſalebroſi, ſcripta erant; partim ut ſoluta oratio, quae deipnoſophiſtae eſſet, non poëtae; in hunc modum:

Ὁ γὰρ κόλαξ στρατηγὸν καὶ δυνάστην καὶ φίλους

καὶ τὰς πόλεις ἀνατρέπει, e
λόγῳ κακούργῳ μικρὸν ἡδύνας χρόνον.
νῦν δὲ καὶ καχεξία τὶς ὑποδέδυκε τοὺς ὄχλους. αἱ κρίσεις θ' ἡμῶν νοσοῦσι, καὶ τὸ πρὸς χάριν πολύ. διὸ καὶ Θετταλοὶ &c. Pro ὑποδέκυκε etiam (quod recte cum msstis habet ed. Caſ.) corrupte ὑποδέδρικε legebatur in ed. Ven. & Baſ. Item καλεξία, pro καχεξία, in ed. Ven. Ad haec adnotavit CASAUB. » *Diphili* locum e *Nuptiis* ita potes diſtinguere:

» — Ὁ γὰρ κόλαξ στρατηγὸν καὶ δυνά-
» στην, καὶ φίλους, καὶ τὰς πόλεις ἀνατρέπει,
» λόγῳ κακουργῷ μικρὸν ἡδύνας λόγον. [χρόνον voluerat.]
» — — νῦν δὲ καὶ καχεξία
» τὶς ὑποδέδυκε τοὺς ὄχλους, καὶ αἱ κρίσεις γ'
» ἡμῶν νοσοῦσι, καὶ τὸ πρὸς χάριν πολύ.«

Sic ille iambicos eſſe ſenarios voluerat: quos tamen eſſe anapaeſticos tetrametros cataleſticos, haud erat obſcurum. In quibus conſtituendis nos etiam nonnihil adiuverunt libri noſtri mssti, ante στρατηγὸν adiicientes καὶ particulam, quae aberat editis. Ad φίλους in ms. *Ep.* adiicitur articulus, καὶ τοὺς φίλους: at ille officiebat metro, nec agnoſcunt eum membranae. Reliqua recte dabant membr. *A.* Poſteriores vero verſus, Νῦν δὲ καὶ &c. h. l. omittens Epitomator, alio loco adpoſuit. Vide ad p. 262. b.

AD CAP. LXVI.

φησὶ Φύλαρχος. Perperam Φίλαρχος h. l. edebatur, f neſcio an conſentientibus vetuſtis membranis: recte quidem Φύλαρχος ms. *Ep.* ut alibi. *Ibid.* πικρῶς ἐπιστατουμένους ὑπὸ Λυσιμάχου. » *Lyſimachus*, de quo loquitur, rex fuit Thraciae & vicinarum inſularum, in queis *Lemnus*. « CASAUB.

οἱ Λημνόθεν Ἀθηναῖοι. » Sic dictum, ut οἶνος Λεσβόθεν: a » & Latinis, *vinum Corcyrá*. Tamen aliter interpretandum: » non enim intelliguntur Athenienſes nati in inſula Lemno, » & inde poſtea alio translati, ut vina transferuntur; ſed » οἱ ἐν Λήμνῳ κατοικοῦντες τῶν Ἀθηναίων, ut modo locutus » eſt. Ergo Λημνόθεν hîc pro Λημνόθι: ut apud poëtam σχε- » δόθεν, pro σχεδόν.« CASAUBONUS. *Ibid.* τὸν ἐπιχεόμενον κύαθον ἐν ταῖς συνουσίαις. Vide ad pag. 254. a.

In *ANAXANDRIDIS* verſu facile adparet quid librarios induxerit, ut ἀρέσκειαν ὄνομ' ἔχει ſcriberent. Recte ve-

ro monuit CASAUBONUS: »Scribe ἀρέσκειν: etſi aliter »omnes libri.« — Nempe hoc flagitabat metri ratio: & ante Caſaubonum iam commendaverat GUIL. CANTERUS, Novar. Lection. lib. IV. cap. 5. (in Gruteri Theſ. Crit. T. III. pag. 595 ſq.) meritoque adoptavit GROTIUS, in Excerpt. pag. 642. Habemus in Theophraſti Characteribus caput ſextum, περὶ Ἀρέσκειας inſcriptum; ubi eâdem notione, de qua hîc agitur, poſitum illud vocabulum.

b In *ALEXIDIS* ex *Mentiente* verſibus,

Κόλακος δὲ βίος μικρὸν χρόνον ἀνθεῖ·
οὐδεὶς γὰρ χαίρει πολιοκροτάφῳ παρασίτῳ:

nil mutant libri, niſi quod pro Κόλακος eſt Κολάκων in ms. *Ep.* Nil mutatos repetiit etiam GROTIUS, in Excerpt. p. 595. Prior verſiculus eſt Anapaeſticus dimeter hypercatalecticus. Sed fortaſſe ſic ſcribendus erat:

— Κόλακος δὲ βίος μικρὸν χρόνον ἀνθεῖ:

quo ſignificaretur, deeſſe primum pedem, fuiſſeque integrum olim apud poëtam verſum anapaeſticum trimetrum catalecticum in ſyllabam. Poſterior autem, ita ut nunc ſcriptus, hexameter eſt Alexandrinus. Qui ſi ita cuſus eſt a poëta, non fuerit ex eadem Alexidis fabula ductus: ſed alium habuerit auctorem, & ex gnomico aliquo poëta ductus videri debebit. At, ſi demas γὰρ particulam, quam ſive ipſe Athenaeus, ſive librarius aliquis, connexionis cauſſa, ſuo arbitratu inſerere potuit, prodibit verſus ſuperiori Alexidis verſui conſentiens, trimeter anapaeſticus catalecticus,

οὐδεὶς χαίρει πολιοκροτάφῳ παρασίτῳ:

quem potuerat percommode Alexis ſuperiori ſubiicere, absque particula coniunctiva. Ea ratio ſi placet, ambo verſus ſic ſcribendi erant:

— Κόλακος δὲ βίος μικρὸν χρόνον ἀνθεῖ·
οὐδεὶς (γὰρ) χαίρει πολιοκροτάφῳ παρασίτῳ.

Sic uncis incluſa vox γὰρ, intelligetur extra verſum poſita.

c Τῶν δὲ Δημητρίου τοῦ βασιλέως κολάκων οἱ περὶ Ἀδείμαντον. *Adimantum* fuiſſe Demetrii Poliorcetis aſſentatorem, iam ſupra docuerat Noſter, pag. 253. Quod ait, ἀγάλματα ἱδρυσάμενοι Θριῆσιν, monuit CASAUBONUS: »Uſitatius Θριᾶσι. *Thria*, pagus unus, ſive δῆμος, tribus »Oeneidis. Fuſe Stephanus, ſive Byzantius Hermolaus. »Nam interpres longe aberrat a via.« — *Ibid.* Sequitur, ὠνόμασαν Φίλας Ἀφροδίτης, καὶ τὸν τόπον Φιλαῖον ἐκάλε-

σαν, ἀπὸ τῆς Δημητρίου μητρὸς Φίλας. *Templum*, inquit, c *& ſtatuas in Attica pago, cui Thriae nomen, a ſe conſecratas, Adimantus, Philas Aphrodites nominavit, & locum Philaeum adpellavit, a Demetrii matre Phila.* Ad quae verba nihil adnotavit Caſaubonus, cum tamen dubitationem utique movere deberent. DALECAMPIUS quidem, loco eius quod in Graeco eſt, ἀπὸ τῆς Δημ. μητρὸς Φίλας, in verſione, *a Phila, Demetrii uxore*, poſuerat; adiectâ tali adnotatione: »Antipatri filia, Crateri vidua, quam *Demetrius* ſupra caeteras coniuges ſuas in honore habuit & »dilexit. Plutarchus in vita Demetrii. In exemplari Graeco legitur male μητρός: nam Demetrii mater *Stratonice* »fuit.« — Sane *Demetrii matrem*, *Stratonicem* fuiſſe, diſerte docet Plutarch. in Demetr. pag. 889. d. & Diodor. Sicul. Excerpt. ex lib. XXI. VILLEBRUNIUS, vulgatam hoc loco ſcripturam defendens, *Demetrium*, qui hîc nominatur, intelligit ſecundum huius nominis, Antigoni Gonatae filium; cuius matrem itidem *Philae* nomen habuiſſe Stephanus Byz. docet in Φίλα: eamdemque Philam, Demetrii ſecundi matrem, idem Villebrune intelligendam eſſe exiſtimaverat in illis Alexidis verſibus, qui pag. 254. a. adpoſiti ſunt. At apud *Alexidem* non de hoc poſteriori *Demetrio* agi, ſed de ſuperiori, cui *Poliorcetae* cognomen erat, cum connexio disputationis, quam ibi Deipnoſophiſta inſtituit, tum *eximiae victoriae* mentio ab *Antigono* reportatae, denique ipſa *Alexidis* poëtae aetas oſtendit. Pariterque hîc nullo modo probabile eſt, de alio Demetrio agi. Nam quod de *Phila*, Macedoniae oppido, a Demetrio ſecundo exſtructo, & ab ipſius matre denominato, Stephanus narrat, id cum *Philaeo* in Attica a Demetrii adulatoribus conſecrato nihil commune habet. Taceo, Athenaeum, ſi nunc ſubito de alio Demetrio atque eo, de quo copioſe paulo ante dictum fuit, ageretur, adiecta aliqua notâ indicaturum fuiſſe, ad diverſum Demetrium hanc rem pertinere. Sed, de *Poliorceta Demetrio* hîc rurſus eſſe ſermonem, extra dubitationem ponere videtur *Adimanti* in hac hiſtoria mentio; quem fuiſſe in numero adſentatorum *Poliorcetae Demetrii*, diſerte docuerat Noſter p. 253. a. Supereſt, ut perperam hoc loco poſitum vocabulum μητρὸς agnoſcamus; & vel cum Dalecampio ſtatuamus, γυναικὸς (id eſt, *uxoris*) oportuiſſe, vel ut θυγατρὸς legendum cenſeamus, & *Philam*, *Demetrii*

c *filiam ex Lamia*, (de qua lib. XIII. pag. 577. c.) quemadmodum pag. 254. a. ſic & hoc loco intelligamus, quae mihi probabilior videtur ſententia: quam in partem etiam emendandum accipiendumque hunc locum doctiſſimus IACOBS monuit in *Notulis msstis*. nobiscum communicatis.

Διονύσιος ὁ τοῦ Τρύφωνος. *Dionyſium* iſtum Grammaticum, *Tryphonis filium* ſtatuit FABRICIUS, Bibl. Graec. T. II. pag. 802. in quo praeeuntem habuerat Dalecampium, & Harpocrationis interpretem in Ἕρμος. Cautior MEURSIUS ad Helladium, pag. 41. nude *Dionyſium Tryphonis* dixit. Videtur autem ille a magiſtro, *Tryphone* Grammatico, cognomen illud eſſe ſortitus.

AD CAP. LXVII.

αὐτὸν τὸ ν Γεργίθιον. Commode hoc dedit ms. *A.* cum articulus τὸν deeſſet editis. Introitum iſtum omiſit Abbreviator, ſic ſtatim ſcribens: Κλέαρχος δὲ ὁ Σολεὺς φησὶ, τὴν κολακείαν ταπεινὰ ποιεῖν &c.

d In his, quae ex *CLEARCHI Gergithio* adferuntur, cum alia multa parum perſpicua ſunt, tum illa verba, τὰ δὲ τῶν κολακευομένων - - - κατασκευάζεσθαι. Ea latine ſic reddiderat DALECAMPIUS: *credi vero, commutatos illorum omnium animos quibus palpum obtruditur, inflari, efficique aſſentatione ab adulatoribus ſupra modum inanes, laxos, ſuperbos.* VILLEBRUNIUS gallice in hunc modum: *Mais d'un autre coté ceux qui ſont enflés par cette adulation, deviennent aſſez vains & arrogans pour s'imaginer être élevés au-deſſus de tout.* Haud admodum quidem obſcurum videtur, quid ſit quod hoc loco dicere *Clearchus* voluerit, ſed in verbis utique turbatum nonnihil eſt, quod extricandum expediendumque felicioribus ingeniis relinquere debui: nec enim ſatis certa occurrebat coniectura, & mssti libri cum editis ad verbum conſentientes, ut iam ſub ipſo contextu monui, nihil praeſidii offerebant. Nec difficultate carent praecedentia verba: ubi ratio ſuadebat, ut iſta, καταφρονητικῶν ὄντων, non cum Villebrunio ad *aſſentatores* referremus, ſed ad *hos quos illi colunt*; qui ſcilicet hos ipſos ſolent contemnere & vilipendere, qui ipſis blandiuntur: ſed parum utique commode ſententia haec verbis iſtis expreſſa eſt: & videtur poſt καταφρονητικῶν ὄντων adiici debuiſſe τῶν κολακευομένων aut aliquid ſimile. Quae

deinde de *adoleſcentulo Paphio* narrat *Clearchus*, ea maximam partem ficta eſſe, nemo eſt, puto, quin per ſe facile ſit intellecturus.

Σαρδιανῇ φιλοτάπιδι. Conf. II. 48. b. & XII. 514. c. e *Ibid.* ἀμοργίνῳ καλύμματι περιειλημμένον. DALECAMPIUS: *qui obvolutus purpureo quoque integumento fuit:* adiecta Nota: »*Amorgino*, pretioſo, ſplendido, multae impenſae, pur»purei coloris. ἀμοργὴ, [ἀμόργη,] herba purpurea. « — Ἀμόργινα quaenam dixerint veteres, haud conſentiunt Grammatici: quorum ſententias poſt Henr. Stephanum, Theſ. T. I. pag. 400. diligenter collegit excuſſitque Bochartus, de Phoenicum Colon. lib. I. cap. 14. quibus adde quae ad Suidam notavit Küſterus. Certiſſima interpretatio, & huic loco mire conveniens, ea eſt, quae ſtatuit, ἀμόργινα non a colore nomen habere, ſed ab *Amorgo* inſula, eſſeque *lintei genus omnium ſubtiliſſimum pretioſiſſimumque*, ſuper byſſum aut carbaſum. Vernaculo ſermone rectiſſime fortaſſe, *gaze*, interpreteris. In περιειλημμένον, a περιλαμβάνω, conſentiunt libri: quod ſatis-ne conveniat huic loco, ubi hoc dicit, *purpureo ſtragulo tegmen ſubtiliſſimi operis* (diverſi puto coloris) *obductum fuiſſe*, an περιειλημένον (a περιειλέω) oportuerit, non definiam.

προσκεφάλαια δ' εἶχε τρία μὲν ὑπὸ τῇ κεφαλῇ. Supple in verſione noſtra verba omiſſa: *Tres autem ſub capite habebat pulvinos.* *Ibid.* δι' ὧν ἠμύνετο τὸ κάλυμμα. »Fateor ita ſcribi etiam in membranis & Epitoma. Sed »obſcurum eſt ad intelligendum, quid ſit, *pulvinaribus* »ἀμύνεσθαι τὸ κάλυμμα, id eſt, *operimentum defendere:* »quod quid aliud interpreteris, niſi impedire ne moleſtum »ſit? Saepe enim ſtragulae veſtes intempeſtive in faciem »cadunt, & moleſtiam afferunt. Sed ad vitandum illud »incommodum, qui *tapetum* [*pulvinarium*, opinor, dice»re voluit] uſus? Lege, ἠμύνετο τὸ καῦμα: &, quod »ait habuiſſe eum τρία ὑπὸ τῇ κεφαλῇ προσκεφάλαια, non »ſic interpretor, quaſi *tres ſimul* delicatulus hic iuvenis »habuerit *pulvinos capiti ſubiectos;* verum tot ſemper cu»banti *ad manum fuiſſe*, ut, ſimul atque unus eorum calorem habitu contraxiſſet, eius loco ſecundus ſubiicere»tur; cui mox ſuccedebat tertius, illo iam facto calidio»re. Ita pulcre ſcitulus hic iuvenis ἠμύνετο τὸ καῦμα. « CASAUBONUS. — Facile equidem largiturus eram, ex καῦμα corruptum eſſe κάλυμμα, ſi modo expeditiorem &

e aptiorem huic loco explicationem inde lucraremur. Vulgatam lectionem DALECAMPIUS ſic reddidit: *Cervicalia tria - - quae prohiberent ne ſtragula lectum operientia contingeret.* Ac fortaſſe haud abſurde fecerimus, ſi ſtatuamus, ſubtilem illam telam, quam modo ἀμόργινον κάλυμμα dixerat, cubantis iuvenis corpori atque etiam faciei fuiſſe obductam: ſed, ne ipſi faciei proxime incumberet, eoque incommodaret homini, cautum fuiſſe tribus cervicalibus a capite poſitis & partim poſt caput ita erectis, ut inter faciem & obductum tegmen ſpatium nonnullum ſupereſſet. ἐφ' ὧν κατέκειτο λευκῇ χλαμύδι. »Fortaſſe ἐν λευκῇ »χλανίδι.« CASAUBONUS. — Vide Notata ad V. 198. a.

AD CAP. LXVIII.

f οἷον Ἀρεοπαγιτῶν τινων. »*Areopagitae* de capitalibus »cauſſis in vico Martio [in Areopago] Athenis noctu »iudicabant, ut, nec quot eſſent, nec qui, discerni poſ»ſet.« DALECAMP.

a Προμάλαγγας tenui, ut editum erat. Nam ad eamdem rationem formatum primum caſum, προμάλαγγες, agnoſcunt paulo poſt libri omnes. Videtur hoc loco vetuſtior aliquis librarius α & ου confudiſſe; quod haud raro aliâs factum vidimus. Nominis illius, a Clearcho (ut puto) efficti, rationem aliis inquirendam relinquo. De *Gerginis*, quos dicit, confer quae ipſe mox deinde ſubiecit. Pro eo autem quod editum erat, Τεργίνοι, Τεργῖνοι penultimâ circumflexâ ſcripſi cum ms. *Ep.*

ὠτακουστοῦσι. »*Aures regis*, homines huiusmodi Perſae »vocabant. Xenophon.« DALECAMP. — Τοὺς βασιλέως καλουμένους ὀφθαλμοὺς καὶ τὰ βασιλέως ὦτα, ait Xenoph. Cyrop. VIII. 2, 10 ſq. *Ibid.* ἀναφέρουσιν ἑκάστης ἡμέρας πρὸς τοὺς καλουμένους ἄνακτας. »Id eſt, ad eos »*qui proximum a rege locum tenebant.* Cypriorum, de quibus loquitur, propria vox. In eo regno ſic vocabantur »qui ſub Auguſtis *Caeſares* dicti. Harpocration: Ἄνακτες »καὶ ἄνασσαι. οἱ μὲν υἱοὶ καὶ ἀδελφοὶ τοῦ βασιλέως κα»λοῦνται ἄνακτες· αἱ δὲ ἀδελφαὶ καὶ γυναῖκες, ἄνασσαι. »Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Κυπρίων πολιτείᾳ.« CASAUBONUS. — Nec vero aliis Graecis inſolens erat ſimillimus uſus eorumdem vocabulorum.

Quod ait ζητοῦσιν ἀντὶ τῶν ὑπὸ τῶν Τεργίνων προσ-

ἀγγελθέντων, poſtremum verbum cum editis libris a agnoſcit ms. *A*. Articulum τῶν ante Γεργίνων, cum abeſſet editis, adieci utriusque codicis msti auctoritate: adnotatamque video eamdem voculam in lectionibus Aegianis. Pro ἀντὶ τῶν autem exſpectaveram ὑπὲρ τῶν, *ſuper illis rebus, de illis rebus:* ſed nil mutant libri. Et *Cilicis* atque *Solenſis Clearchi* ſtilus non videtur fuiſſe puritatis proprietatisque Graeci ſermonis perfectiſſimum exemplar. Poſt προσαγγελθέντων, in ed. Ven. & Baſ. ſequebantur ſtatim iſta, οὕτως ἔντεχνος &c. Quae interiecta ſunt, ὅ τι ἂν ἄξιον - - - καὶ τούτων, ea tacite in ſua editione adiecit Caſaubonus, reperta & in Epit. & in Excerptis codicibus Italicis. Habet certe eadem verba & noſter cod. *Epit.* & ms. *A*. ſuntque eadem in lectionibus Aegianis in ora libri, qui olim Caſauboni fuerat, adnotata. Recte vero ante καὶ τούτων interpungunt orationem noſtri codices, ut haec verba ad ſequentia referantur. Paulo poſt, διαδεδόσθαι recte dederunt iidem noſtri mssti. b

ἀπόγονος ὢν τῶν Τρώων ἐκείνων, οὓς Τεῦκρος - - - εἰς Κύπρον ἔχων ἀπῴκησεν. *Teucer*, Telamonis filius, poſt Troiae excidium, Salaminem Cypri condiderat, & captivis Troianis frequentaverat. conf. Strab. lib. XIV. p. 628. c. & Horat. Od. 7. lib. I. Proba videri poterat ſcriptura ἀπῴκισεν, quam praeferebant editi, id eſt, *in coloniam deduxerat:* & neceſſarium foret *activum* verbum, niſi adeſſet participium κατακτησάμενος, a quo pendeat accuſativus οὕς. Quare recipiendum iudicavi *intranſitivum* verbum κατῴκησεν, quod dedit codex mstus uterque; i. e. *commigravit, habitatum conceſſit.* Participium ἔχων, perinde fere fuerit, ſive pleonaſticâ ratione, ſatis notâ ex Grammaticorum praeceptis, poſitum ſtatueris, ſive ſimul cum κατακτησάμενος ad accuſativum οὕς retuleris, ut ſit οὓς ἔχων εἰς Κύπρον ἀπῴκησεν, *cum quibus in Cyprum commigravit.* Mox, μετ' ὀλίγων, id eſt, *cum paucis*, commodiſſime dedere codices ambo, pro μετ' ὀλίγον, quod parum aptum erat, ubi de ἀπογόνοις & προγόνοις agebatur. Quod dein Αἰωλίδος ſcribitur, corrige errorem ex ed. Baſ. & Caſ. propagatum. Αἰολίδος oportebat.

ἥ (πόλις) πάλαι μὲν ἀπὸ τοῦ γένους Γέργινα, νῦν δὲ c Γέργιθα κέκληται. »Stephano etiam duobus modis ſcri»bitur huius urbis nomen, *Gergis* & *Gergithus:* non autem »*Gergitha* aut *Gergina*. Sed Strabonem vide lib. XIII. « Ca-

c SAUBONUS. — Apud Strab. XIII. 589. d. urbis nomen Γέργιθα plurali numero editur. Populum Γέργιθας nominat Herodotus, τοὺς ὑπολειφθέντας τῶν παλαιῶν Τεύκρων. lib. V. c. 122. Conf. eumdem, VII. 43. Quod olim *Gergina* nomen fuiſſe ait *Clearchus*, id ad ipſius fictionem pertinere videtur. *Ibid.* ἐν τῇ Κυμαίᾳ. Oppidi in agro *Cumano*, cui pariter Γέργιθα vel Γέργηθα nomen erat, Strabo meminit l. c. *Ibid.* ὧν ἰατρεῦσαι τὴν ἀγνοιαν οὐδ' Ἀσκληπιάδαις τοῦτό γε νομίζω δεδόσθαι. Ἀσκληπιάδαι, *Aeſculapii filii*; notiſſima *Medicorum*, praeſtantiorum praeſertim, appellatio. Uſus autem illo potiſſimum nomine hîc eſt Clearchus; quoniam ad *Triccam Theſſaliae oppidum*, quod modo nominaverat, nobiliſſimum & antiquiſſimum erat *Aeſculapii* templum, quo loco etiam in lucem editus Aeſculapius ferebatur; ut docet Strabo, lib. IX. p. 437. c. d. & lib. XIV. pag. 647. b.

AD CAP. LXIX.

Γεγόνασι δὲ παρ' ἡμῖν καὶ ἐπὶ Γλούτου Καρὸς &c. »Melius Γλούτου τοῦ Καρός. Sed ſcribe potius, ἐπὶ Γλοῦ »τοῦ Καρός. Nam *Glus* inter Graeca nomina obſervavi»mus: ut apud Xenophontem in primo Anabaſeos, Κῦ»ρος τῷ στρατεύματι πέμψας Γλοῦν εἶπεν: & aliis locis. »Apud Polyaenum ſcribitur Γλῶς. Caeterum illa verba, »γεγόνασι παρ' ἡμῖν, accipe ut a *Clearcho* profecta, qui »fuit Cilix Solenſis, & Ariſtotelis temporibus vixit: di»ſcipulus enim illius fuit. « CASAUBONUS. — Miror tamen cur παρ' ἡμῖν dicat, quum de *Cyprîis* feminis loqua-d tur: nam earumdem reliquias quasdam, ait, εἰς τὸ πέραν, *in oppoſitam continentem*, deinde accitas. Quamnam vero *oppoſitam regionem* (τὸ πέραν) dicat, planius ex Plutarcho intelligitur, de Adulat. & Amici Diſcrim. p. 50. b. ubi τὰς ἐν Κύπρῳ κολακίδας, ait, ἐπειδὴ διέβησαν εἰς Συρίαν, κλιμακίδας προσαγορευθεύσας. Quare videndum, ne ſub iſtis verbis, παρ' ἡμῖν ἐπὶ Γλούτου Καρὸς, gravius aliquod lateat ulcus, aut, ne poſt iſta interciderint certe nonnulla. Iterum quidem παρ' ἡμῖν ait paulo poſt, lit. e. qui locus cum hoc conferendus. Sic vero rurſus paulo inferius, lit. f. ubi vide quae notamus. *Ibid.* πρός τε τὰς Ἀρταβάζου καὶ τὰς Μέντορος γυναῖκας. Fuit *Mentor* adfinis

Artabazi, frater uxoris Artabazi. Vide Diodor. Sicul. d XVI. 52.

κλίμακα κατεσκεύαζον ἐξ ἑαυτῶν οὕτως, ὥστε ἐπὶ τοῖς γώτοις αὐτῶν τὴν ἀνάβασιν γίγνεσθαι &c. »*Scalas ex ſeſe* »*faciebant*: ſtantibus videlicet primis, ſecundis ſubmiſſio- »ribus, tertiis magis & quartis, poſtremis etiam genu »nixis. Adfine mulierum aliarum miniſterium, quas in in- »ſula Samo ἐπωστρίδας vocabant. Heſychius: Ἐπωστρί- »δες· αἱ κατὰ Σάμον ταῖς γυναιξὶ τὴν δεξιὰν ὑπέχουσαι »κατὰ τὴν ὀσφύν. Ex iſtis verbis diſcimus, fuiſſe in in- »ſula illa mulieres, *colacidibus* modo memoratis ſimiles: »quae nobiles foeminas currum aut equum conſcendentes »ſublevarent, dextra manu ad illarum lumbos admotâ. »Euſtathius, cum Athenaei verba de *climacidibus* deſcripſiſ- »ſet, [ad Odyſſ. κ'. pag. 412 extr.] addit, *fua quoque ae-* »*tate tale quid factitatum ab iis, qui dorſum inclinantes con-* »*ſcenſuris in equos erant pro ſtapedibus*, quos vocant. Erat »tamen iam Euſtathii ſaeculo uſus eorum adminiculorum »notus, quibus hodie utimur: faciunt enim eorum men- »tionem antiquiſſimi Rabbinorum, ut alibi docemus.« CASAUBONUS. — Miras ſane ſcalas ex neſcio quot mu- lieribus conſtantes finxit vir doctiſſimus. Una, puto, ſuf- ficiebat mulier, cuius *dorſo* inſiſteret illa, quae equum vel currum conſcendere vellet. Neque amplius aliquid ſonare Graeca verba videntur. *Scala multis gradibus conſtans*, non tam ſingulari numero κλίμαξ dicitur, quam plurali κλί- μακες: quemadmodum & latine rectius *ſcalas*, quam *ſca- lam*, dicimus. κλίμαξ, in ſingulari, quivis gradus aut *ſca- bellum* intelligi poteſt, cuius ope in locum eminentiorem ſcandimus. Plutarchus l. c. ait, κλιμακίδας προσαγορευθεί- σας, ὅτι ταῖς γυναιξὶ τῶν βασιλέων ἀναβαίνειν ἐπὶ τὰς ἁμάξας δι' αὐτῶν ὑποκατακλινόμεναι παρεῖχον. Quod ſi plures forte praeſto eſſent mulieres, aliarum non *dorſo* inſtitiſſe putabimus eam quae aſcendebat, ſed vel *humeris* fuiſſe innixam, vel alia ratione ab his ſublevatam. Viris ſimilem operam ei, de qua hîc agitur, viri praeſtabant, qui ἀναβολεῖς dicebantur; de quibus loquitur Euſtathius loco modo citato, & ad Odyſſ. α'. pag. 40. l. 34. Confer Plutarch. in Craſſo, pag. 563. e. & Appiani Hiſtor. Pu- nic. cap. 106. noſtrae editionis. Adde Suidam in Ἀναβο- λεύς: ubi mirum videri poſſit, quid ſit quod dicat ille Grammaticus, eodem vocabulo & hominem intelligi, qui

equum conſcenſuro operam ſuam praeſtat, & inſtrumentum aliquod, quae Romanis *ſcala* dicatur, τὴν παρὰ Ῥωμαίοις λεγομένην σκάλαν. Sed vide quae ibi Küſterus notavit & hi qui ab eo laudantur.

e ὑπὸ τῆς τύχης μεταβιβασθεῖσαι. Recte hoc dedere optimae noſtrae membr. *A.* quod ex coniectura reponendum pro τέχνης perſpecte viderat WESSELING. ad Diodor. XVI. 52. cuius conſulenda ſuper hoc loco obſervata. Sed conferendus praeſertim Curtius DE Rebus Alexandri, III. 13, 13 ſq. & quae ibi a FREINSHEMIO adnotata ſunt. Weſſelingii vero emendationem, τύχης, pro τέχνης, iam a CASAUBONO video occupatam; cuius eſt ad iſta verba, & ad ea quae proxime praecedunt, Animadverſio haec: »Προηγάγοντο, τεχνώμεναι τὰς ἀφροντίστατας. Tolle hypoſtigmen poſt προηγάγοντο, [nam »ibi *commate* inciſa erat oratio in editis:] & verte: *eo »deliciarum, ne dicam miſeriarum, perduxerunt iſtae ſuo artifi»cio ſtultiſſimas illas foeminas.* Ita interpretor vocem τε»χνώμεναι: quo videtur fieri alluſio, cum addit, αὗται »μὲν ἐκ τῶν λίαν μαλακῶν ὑπὸ τῆς τέχνης μεταβιβα»σθεῖσαι, σκληρῶς ἐβίωσαν ἐπὶ γήρως. Quamquam verius »puto, ſcribendum eſſe ὑπὸ τῆς τύχης μεταβιβασθεῖσαι: »optimâ & planiſſimâ ſententiâ.«

αἱ δὲ, τῶν παρ' ἡμῖν ταῦτα διαδεξάμεναι, ἐκπεσοῦσαι τῆς ἐξουσίας &c. Quod ait τῶν παρ' ἡμῖν, reſpicit ad id quod paulo ante dixerat, initio huius capitis, Γεγόνασι δὲ παρ' ἡμῖν &c. Iam, quod hoc loco vulgo legebatur, διαδεξαμένων, id quidem nullo modo ferendum fuiſſe, rectiſſime WESSELINGIUS l. c. monuerat. Sed nil opus eſſe iudicavi, ut a librorum ſcriptura longius discederemus. Correcta verbi terminatione, in qua erraverat librarius, praecedente articulo τῶν deceptus, optime habere nobis videbatur ipſum verbum. Nam αἱ διαδεξάμεναι ταῦτα τῶν παρ' ἡμῖν, ſi quid video, idem valet atque id quod vir doctiſſimus voluerat, διδαξάμεναι: atque etiam aptius quodammodo conveniebat hoc cum eo quod ſupra dixerat, ἀφ' ὧν ὑπολιπεῖς τινες. Dicit ergo, *eae quae has artes ab iſtis foeminis, quae apud nos olim erant, quaſi per traditionem & ſucceſſionem acceperant.* Nempe ad genitivum τῶν intelligenda παρὰ praepoſitio: quae tanto minore incommodo omitti hic potuit, quoniam ſequebatur continuo παρ' ἡμῖν. Eſt autem minime

infrequens locutio, διαδέχεσθαί τι παρά τινος: cuius exemplum ex Luciani Dial. Mort. XI. 3. protulit H. Stephanus, in Διαδέχομαι; aliud habes apud Polyb. IX. 28, 8. Nihil amplius hoc loco adnotaverat CASAUBONUS, praeter ista: »In Excerptis [nempe in Epitoma] ita scriptum »offendimus, αἱ δὲ κατῆραν ἐς Μακεδονίαν ἐκπεσοῦσαι τῆς »ἐξουσίας: omissis caeteris verbis, quae obscuritatis plena sunt. Acutus lector statuat quid sit pronuntiandum. « ὃν τρόπον ταῖς ὁμιλίαις διέθεσαν, οὐδὲ λέγειν καλόν. Ad editam olim scripturam ἀνέθεσαν, monuerat CASAUBONUS: »Legendum διεθεσαν: atque ita editum oportuit; nam suffragatur Epitoma. Verte: *Quae rerum ibi »dominas & reginas quales sua consuetudine reddiderint, ne di»ctu quidem est honestum.* « — Atque noster pariter codex *Epit.* verum tenet.

»πλὴν ὅτι μαγευόμεναι καὶ μαγεύουσαι Ταυροπολι»κὰ, τρίοδοί τινες αὗται πρὸς ἀλήθειαν ἐγένοντο. Id est: »*magicas artes in se atque aliis exercentes, ut fit in sacris »Tauropoliis, revera mulieres e trivio factae sunt.* Qualia »fuisse legimus sacra Cotytûs, omnis turpitudinis & ob»scoenitatis plena: talia erant & *Tauropolia*, quemadmo»dum colligas recte ex hoc loco. Fuerint-ne in Mace»doniam & Graeciam delata e Taurica Chersoneso, ubi »Diana Ταυροπόλος humanis victimis colebatur; an aliun»de initium habuerint, legi nusquam. In Excerptis ita, »μαγευόμεναι καὶ μαγεύουσαι, ταυροπόλοι καὶ τρίοδοι »τινες αὗται &c. non diverso sensu: nam, quae sacra »Ταυροπόλια procurabant foeminae, ταυροπόλοι dicebantur. Potes ita vertere: *solitae incantare & incantari, simil»limae evaserunt iis quae sacra Tauropolia curant, & urbium »triviis, plenis purgamentorum omne genus.* Τρίοδοι proprie »*loci in urbe* dicuntur, *in quos* veteres *coniiciebant omnia »inquinamenta; ipsaque* adeo *domorum & urbium* quae vo»cabant *purgamenta.* Καθαρμῶν γὰρ, inquit Eustathius, »ἐκβολαὶ εἰς τὰς τριόδους ἐγίνοντο: & morem hunc multis explicat Harpocration in Ὀξυθύμια. Petronius: *Quae »striges comederunt nervos tuos? aut quod purgamentum nocte »calcasti in trivio aut cadaver?* Hic vero elegantissime appellantur τρίοδοι, *mulieres omnibus flagitiis circumfusae at»que coopertae.* Pari elegantiâ καθάρματα, adfini voce, »eas dixeris. « — CASAUBONUS. — Probavi Epitomatoris scripturam, quam & noster cod. *Ep.* offerebat. Fuisse au-

e tem Ταυροπόλια ſacra, quorum nihil niſi nomen ex Heſychio novimus, obſcoenitatis plena, non tam tuto, quam Caſaubono viſum erat, ex hoc Athenaei loco colligi poſſe arbitratus ſum. Suſpicabar equidem, *Clearchi* iocum aliquem hoc loco ſubeſſe: ut, cum aliàs Ταυροπόλος (incertum qua de cauſſâ) *Diana* cognominaretur, rectius atque magis *ex rei veritate ſpurcis iſtis mulieribus convenire* dicat *hoc nomen*. Nempe illum fortaſſe uſum vocabuli ταῦρος, quo pro *membro virili* ponitur, innuebat philoſophus, cum ſermonis ſui ſeveritatem facetiis quibusdam temperatam cuperet.

Quae in fine huius capitis ſubiiciuntur verba, Τοσούτων ἔοικε &c. ea omiſit Abbreviator. Eadem vero ſi ita ſcripſit *Clearchus*, quemadmodum conſentientibus vetuſtis membranis edita ſunt, ἡ κολακεία — — τοῖς διὰ τοῦ κολακεύεσθαι προσδεξαμένοις αὐτήν: inficete & inſulſe ſcripſiſſe cenſendus fuerit. Quo crimine lubens liberatum philoſophum velim, ſi cui commoda vel interpretatio illorum verborum vel emendatio occurrerit.

AD CAP. LXX.

f Προελθὼν δὲ πάλιν &c. Cum ipſe ſatis indicet Athenaeus, ſe nonnulla, quae ſuperioribus verbis ſubiecerat Clearchus, conſulto praetermiſiſſe, nil magnopere mirum eſt, ſi in eorum, quae hic ſequuntur, initio non omnino plana atque perſpicua ſunt omnia. Quare ne opus quidem fuiſſe intelligo, ut verba iſta, ὥσπερ εἶπον, a nobis ſolicitarentur. Epitomator, praetermiſſis etiam hoc loco nonnullis, ſic ſcripſit: Ὅτι περὶ τοῦ Παφίου μειρακίου καὶ τάδε προστίθησι Κλέαρχος. Παῖδες μικρὸν ἄποθεν τῆς κλίνης &c. Sic ille, pro ἄπωθεν, quod cum editis habent veteres membranae, ἄποθεν ſcripſit; quod quidem perinde erat.

δι' οὓς δὴ νῦν ὁ πᾶς λόγος. Particulam δὴ, quae aberat editis, commode nobis dedit codex mſtus uterque. *Ibid.* καὶ τούτων ὄντων ἑτωνύμων παρ' ἡμῖν. Rurſus παρ' ἡμῖν ait, ut iam bis ſupra factum adnotavimus ad initium ſuperioris capitis. Nunc autem vix dubitari poteſt, παρ' ἡμῖν intelligendum eſſe *apud Cyprios*. Quare ſtatuendum videtur, Clearchum in eo libro, e quo tota haec ecloga ducta eſt, *Cyprium* quemdam hominem induxiſſe, iſta om-

nia narrantem atque disputantem. ἐπωνύμους dicit, qui *nomen vel cognomen habent ab ipsa re ductum*: confer paulo post, pag. 257. a. b.

ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ γόνασι. Tenui hoc, quod editum erat: pro quo sive αὐτοῦ, sive ἑαυτοῦ malueris, nihil repugno: nam perinde quidem est. τοῖς γόνασιν ἑαυτοῦ habet ms. *Ep.* *Ibid.* λεπτῷ λιδίῳ συνημφιακώς. *Tenui panniculo Lydio*, reddiderat DALECAMPIUS; monens in ora, *Syrium* statuisse Natalem Comitem. Inde CASAUBONUS: »Non est corruptus locus, inquit, ut putarunt interpre»tes, qui correxerunt Λυδίῳ. Ex antiquis Grammaticis »constat, λήδιον *vilis aut tenuis vestis* nomen esse.« — Notemus in transitu, Casaubonum, ubi *interpretes* dicit, quamvis plurali numero utatur, (ut plerumque solet) tamen nonnisi unum fere Dalecampium intelligere. Poterat & λιδίῳ scribi, ut hic habent edd. & mssti, & ληδίῳ, & λιΐδίῳ. Hesychius: Λήδιον· τριβώνιον εὐτελές. Idem: Λιΐδιον· εὐτελὲς ἱμάτιον. Cui alii adsentiuntur Grammatici. Λιΐδιον vulgo scribunt apud Nostrum XIII. 582. d. e. ubi tamen ipsum metrum vel λήδιον vel saltem λήδιον requirebat. συνημφιακώς est a verbo συναμφιάζω, idem valente ac συναμφιέννυμι. Potuerat etiam συναμφιακῶς absque augmento scribi, quemadmodum scripsit Casaubonus in Animadv. ubi verba contextus repetiit: sed in eam, quam secutus sum, scripturam consentiunt edd. & mssti.

καὶ μὴ λέγοντος. Exspectasses μὴ λέγοντος ἐμοῦ, vel μή a μου λέγοντος: sed pronomen personale ignorant libri. *Ibid.* Παράβυστος. Idem vocabulum supra positum vidimus, pag. 243. d. Possis *intrusum* intelligere, cum H. Stephano & Dalecampio. Quoniam vero de eo hic agitur qui *adulando* se ingerit, ne male quidem feceris, si *insinuatorem* reddideris, aut *sese insinuantem, irrepentem*: cum quo satis convenit, quod παράβυστον, (in neutro quidem genere positum) ἀποκεκρυμμένον, λάθρα γινόμενον, communi consensu interpretantur veteres Grammatici.

τοῦ νεανίσκου τὴν χεῖρα παρεικότος ἐκκρεμάμενος, ταύτῃ καὶ προσπεπτωκὼς κατέψηχέ τε. Cum iungerentur vulgo ἐκκρεμάμενος ταύτῃ, (quae & in ms. *Ep.* perspicue iunguntur,) latine sic reddidit DALECAMPIUS: *manui quam adolescentulus veluti languidam remiserat, suspensae accidens, eam demulcebat ac leniter contrectabat.* CASAUBONUS vero, »Loquendi usus (inquit) postulat ταύτης. Mirum au-

a » tem adulandi ſtudium duobus hisce verbis declarat Clear- » chus. Mox pro κατέψυχε, Dalecampius κατέψηχε: » quod confirmat Epitome. « — Etiam noſter ms. *Ep.* κατέψυχε dedit. In κατέψυχε vero cum editis conſentit ms. *A.* Simili ratione ὑποψύχοντες & ὑποψήχοντες permutata vidimus lib. V. pag. 233. d. & mox hac ipſa pagina, ψῦγμα & ψῆγμα confuſa erant. Confer Heſych. in Καταψήχων, & Brunck ad Apollon. Rhod. III. 1102. Quod dein de *extendendis digitis* ſubiicit, id aliàs ad iatraliptae officium pertinebat, cuius partes lepide perſtringit Epictetus, Differtat. lib. III. c. 26, 22.

ὥστε τὸν πρῶτον αὐτὸν ἐπονομάσαντα Σικύαν, εὐστόχως εἰρηκέναι δοκεῖν. DALECAMPIUS: *ut ingenioſe & acute dixiſſe videatur, qui primus eum Cucurbitulam cognominavit.* Tum IDEM, in ora: » Quod *cucurbitulae* inſtar traheret » hominum ad ſe benevolentiam. « — Ad haec CASAUBONUS: » *Cucurbitulas* adhibent medici ad attrahendum: » quod cum fit, etiam extenditur cutis. Non igitur ea » cauſſa eſt appellationis *Sicyae*, quam interpretes arbi- » trantur: ſed petenda ea eſt ex verbis praecedentibus, » εἵλκέ τε καὶ ἐξέτεινε: *trahebat*, & *extendebat*. « — At bona cum gratia doctiſſimi viri profiteamur, miram nobis (ne quid gravius dicam) hanc ipſius interpretationem videri. Immo ἀπὸ τοῦ ἐκκρέμασθαι, *ab adhaerendo*, *Cucurbitulam* dictam intellexit auctor, & nos cum eo intelligamus.

b ὁ Θὴρ, ὁ γενναιότατος. Huius τὴν γενναιότητα ipſo nomine ὁ Θὴρ ſignificatam auctor voluerat: quo nomine generatim quidem *fera* vel *bellua* quaevis intelligitur, ſed ſigillatim *leo*, rex ferarum, inſignitur. Sed per ironiam quidem hunc ſic nominatum finxit.

Φωκαϊκὸν ψῦγμα τι διακινῶν, ὡς αἰωρῶν ἡδὺς ἦν, ἀλλ' οὐκ ἀποσοβῶν. DALECAMPIUS: *Phocenſe ſuaviter flabellum dimovebat, ſed non ita ut arceret quae occurſarent.* Tum CASAUBONUS, poſtquam pro ψῆγμα (quod erat in libris omnibus) ψῦγμα edendum curaſſet: » Legebatur (inquit) ψῆγμα: ſed perplacet ψῦγμα: nam » *flabellum* intelligit, ut bene iudicavit eruditiſſimus Da- » lecampius: quamquam alii fere id inſtrumentum ῥιπίδα » vel ῥιπίδιον vocant. Quod cur ψῦγμα non poſſit vo- » cari, cauſſae non eſt; cum ψῦξαι exponatur a veteri- » bus etiam, ἄνεμον ποιῆσαι, *ventulum facere*. [Heſych. in

» Ψύξας.] Καταψύχειν in ea re posuit elegantissimus poë- b
» ta Nonnus, in III. Dionysiacorum:

» Τέκνα καταψύχουσα, καὶ ἔσβεσε καύματος ὁρμὴν,
» ἀντίτυπον φύσημα χέων ποιητὸς ἀήτης.

» Haec eo spectant, ut doceamus veram esse lectionem
» ψῦγμα: licet in omnibus antiquis libris aliter scri-
» ptum sit hoc verbum. Iam vero legendum est, διακι-
» νῶν ὡς αἰώραν: non autem, ὡς αἰωρῶν. Hoc vult:
» *Therem manu dextrâ flabellum Phocaicum commovisse; non,*
» *ut qui muscas expellunt, vehementer; sed leniter, instar eo-*
» *rum qui lectos pensiles agitant.* Flabella utrique rei
» parabantur, & quaerendae refrigerationi, & muscis ex-
» pellendis: unde etiam μυιοσόβας appellarunt. Est igitur
» διακινεῖν ὡς αἰώραν, quod Antiphanes dicit paulo post,
» [hac pag. extr.] σύμμετρον πνεῦμα μὴ περίσκληρον ποιεῖν.« — Sic ille. Intelligitur autem αἰώρα non modo *lectus pensilis*, sed & illud *sellae pensilis genus*, quod *oscillum* Latine vocatur. Et erat τὸ αἰώρημα, vel ἡ αἰώρησις, exercitatio haud infrequens apud Graecos, atque etiam a medicis commendata: de qua vide Hesychii Interpp. ad voc. Αἰώρα, & Foesium in Oecon. Hippocr. pag. 14. & e veteribus Galenum, apud H. Stephanum Thes. T. I. p. 217. a. & Aëtium, cuius verba recitavit Reimarus ad Dionem pag. 789. Estque speciosa utique Casauboni emendatio, ὡς αἰώραν: nisi fortasse vulgata & constans librorum scriptura, ὡς αἰωρῶν, defendi hactenus potest, ut verbo αἰωρεῖν intelligamus significari ipsam illam *agitationem*, qua ἡ αἰώρα movetur; quem significatum eadem illa, quae dixi, nomina, τὸ αἰώρημα & ἡ αἰώρησις firmare videntur.

Διό μοι δοκεῖ ἂν αὐτῷ - - - νεμεσήσας ἐφίησι. Sic edd. cum ms. *A*. Rectius vero fuerit ἐφεῖναι, quod habet ms. *Ep*. Mox, pro ἡ κείνην, quod sequitur, sic c
ἡ ἐκείνην scribitur in eodem cod. *Epit*. *Ibid.* ἧς καὶ τὴν Ἀθηνᾶν φησιν Ὅμηρος ἐνεῖναι τῷ Μενελάῳ τὸ θάρσος. Ad vulgatam olim scripturam ὡς καὶ τὴν Ἀθ. recte CASAUBONUS monuit: » Scribe ἧς, non ὡς.« — Caeterum vide Iliad. ρ'. 570. In fine capitis, pro αὐτὸν, est ἑαυτὸν in ms. *Ep*.

AD CAP. LXXI.

Ἀλλ' οὐ Λεύκων τοιοῦτος ἦν. Nempe, *non ita mollis*, ut

ille Paphius adoleſcentulus. *Ibid.* ὃς ἐπεὶ συχνοὺς ἤσθετο. Deerat ed. Ven. & Baſ. & membranis *A.* pronomen ὃς, abſorptum nempe a praecedentis vocis terminatione. Tacite voculam adiecit Caſaubonus, in Epitome Hoeſcheliana (puto) repertam. Noſter quidem ms. *Ep.* perſpicue eamdem exhibet. *Ibid.* σεσυλημένους ὑπό τινος τῶν περὶ αὐτὸν κολάκων, συνιδὼν τὸν ἄνθρωπον διαβάλλοντα. Cum ſic legeretur hic locus in editis, σεσυλημένους ὑπὸ τῶν περὶ ἑαυτῶν κολάκων, συνιδὼν ἄνθρωπον διαβάλλοντά τινα, intacta haec reliquit Caſaubonus. Nobis, pro περὶ ἑαυτῶν, quod manifeſte vitioſum erat, περὶ αὐτὸν dedit codex uterque. Tum συνιδὼν τὸν ἄνθρωπον percommode dedere membranae *A.* Quibus adhibitis emendationibus, facile patebat, pro ὑπὸ τῶν oportuiſſe ὑπό τινος τῶν, quod ex coniectura recipere non dubitavi.

d In ecloga ex *ANTIPHANIS* Milite, *verſ.* 1. Ἐν δὴ Κύπρῳ. Particula δὴ metri cauſſa a primo editore adiecta eſt. In caeteris nil variant libri: & ſatis bene habent omnia; niſi quod *decimus verſus*, in quo poſt συχνοῦ particulam γ' ignorant mssti libri, in hunc modum (ni fallor) ſcribi debuerat:

e καρποῦ, συχνὸν ὃν φασι τὰς περιστερὰς
τρώγειν.

Miratus ſum, ludicram hanc lepidamque eclogam non eſſe a *Grotio* in Excerptorum ſyllogen translatam.

AD CAP. LXXII.

a Εἴη οὖν ἂν &c. Quaenam ſint in tota hac pericopa, *Clearchi* potiſſimum verba, quae rurſus *Deipnoſophiſtae*, haud ſatis adparet: nec alioquin admodum planus hic locus. Ad tria hominum genera pertinere ſuam adulatorum deſcriptionem dixerat Clearchus pag. 256. f. quos etiam tribus diverſis nominibus inſignivit. Sed, propius ſi ſpectes, vix adparet quid magnopere illi inter ſe differant. Quare etiam deinde, uno communi nomine τοῦ μαλακοκόλακος comprehendi poſſe, ait. Cuius nominis duae adferuntur rationes: prima, quod τῷ μαλακῷ κολακεύει: altera, quod τὸ σχῆμα - - - ἀποπλάττεται. E quo adparet, vocabulum μαλακοκόλαξ duplici notione acceptum voluiſſe Clearchum; nempe ut intelligeretur *mollitiei mollis*

adulator, mollium hominum ipſe mollis adſentator. Quod a ipſum in verſione noſtra Latina planius expreſſum velim. In eademque verſione deleta velim verba iſta: »[Sed & »alia nomina habet.]« quae ab hoc loco aliena eſſe intelligo. Deleta etiam velim in ſcholio noſtro, Graeco contextui ſubiecto, verba iſta: *In ſequentibus verbis non ſatis integra videtur oratio.*

Quam priorem nominis μαλακοκόλαξ rationem modo dicebam, perſpicue ea verbis iſtis traditur, πρὸς γὰρ τῷ τοιούτῳ κολακεύειν: quae verba nullo merito damnavit CASAUBONUS, monens hoc loco: »Scribe, πρὸς γὰρ »τὸ οὕτω κολακεύειν, cum Epitoma; non, πρὸς τῷ »τοιούτῳ.« — Atqui non πρὸς γὰρ τὸ, ſed πρὸς γὰρ τῷ οὕτω κολακεύειν habet noſter quidem codex *Ep.* Sed multo rectius πρὸς γὰρ τῷ τοιούτῳ habet ms. *A.* cum editis, id eſt, πρὸς γὰρ τῷ κολακεύειν τοιούτῳ, ſcilicet μαλακῷ ἀνθρώπῳ. Etiam ſequentia verba bene habent, ſicut conſentientibus membr. *A.* edita legebantur, καὶ τὸ σχῆμα τῶν κολακευομένων ἐπακολουθοῦν ἀποπλάττεται, id eſt, *& effingit in ſe ipſo habitum ſequacem* (h. e. *ſimilem*) *eorum quibus adſentatur.* Paulo tamen commodius dicturus fuerat τὸ σχῆμα τῷ τῶν κολακευομένων (ſcil. σχήματι) ἐπακολουθοῦν: id eſt, *habitum imitantem eorum habitum quibus ille adulatur.* Adnotavit porro h. l. CASAUBONUS: »Melius etiam cum Epitoma ſcribe ἐπακολουθῶν, »quam ἐπακολουθοῦν.« — Iſtam ſi probaveris ſcripturam, conſtructio verborum in hunc modum concipienda fuerit, καὶ ἀποπλάττεται τὸ σχῆμα τῶν κολακευομένων, ἐπακολουθῶν, ſcilicet αὐτῷ: nam verbum ἐπακολουθεῖν cum tertio caſu conſtruitur, non cum quarto. Ad ſententiam nihil intereſt.

Quae ſequuntur verba, παραγκωνίζων καὶ σπαργανῶν ἑαυτὸν τοῖς τριβωναρίοις, ea quo pacto accipienda mihi viſa eſſent, in latina verſione indicavi. Verbo παραγκωνίζεσθαι in eamdem ſententiam ſaepius uſus eſt Lucianus, locis in Reitziano Indice citatis; quibus addi debuerat alius locus, ex Timone cap. 54. Et imitati ſunt iuniores, Alciphron lib. I. Epiſt. 6. &, quem ibi Berglerus laudavit, Heliodorus lib. VII. pag. 312. Illud hoc loco dubitationem movere poterat, quod non in *paſſivo* vel *medio* genere, ſed in *activo*, παραγκωνίζων, hic ponitur: quare videndum, ſit-ne παραγκωνιζόμενος corrigendum, an

a (quod veriſſimum fortaſſe fuerit) accuſativus ἑαυτὸν, qui ad σπαργανῶν iungitur, ſimul ad παραγκωνίζων ſit referendus, ut παραγκωνίζων ἑαυτὸν idem ac παραγκωνιζόμενος valeat; quaſi *cubitis utrimque praetentis ſeſe muniens.* Dalecampius ſic reddiderat, *obvios ab illis cubito repellens*: quem ſecutus eſt Villebrune. Pro τριβωνίοις, quod dein erat editum, τριβωναρίοις dedit codex ms. uterque: quam vocem H. Stephanus, Theſ. III. 1332. d. ex eiusdem noſtri Athenaei libro X. citavit, ubi ait, τριβωνάρια περιβαλλόμενοι μικρά. Dalecampius, cum in verſione, *tritis panniculis ſe vinciens*, poſuiſſet, in ora adiecit: »Si quando ob »vulnus, ulcus, aut alium quemvis morbum, eſſent ii, »quibus aſſentabatur, faſciati. Sic ante Cliſophus [pag. »248. f.] aegritudines Philippi aſſimulabat.« In eamdemque ſententiam verba iſta Villebrunius interpretatus eſt. In fine huius pericopae, pro ποικιλόφρων τις, quod in editis legebatur, nulla cauſſa erat cur non ποικιλόφωνός τις reſtitueremus auctori, quod dedit ms. *A.* Pariter codex *Epit.* pronomine τις tantum omiſſo, ποικιλόφωνός ἐστιν dederat.

b Ἀνδροκύδης δ' ὁ ἰατρός. *Androcydes medicus.* »Eius me»minit Plinius cap. 5. lib. XIV. & cap. 1. lib. XIV.« Dalecampius.

Casauboni eſt ad hunc locum Animadverſio haec: »Etymum vocis κόλαξ varie explicat philologus Naucra»tita. *Androcydes Medicus*, inquit, *dictum volebat* ἀπὸ τοῦ »προσκολλᾶσθαι τοῖς ὁμιλίαις: *quod aſſidue iis adhaereat »quibuscum verſatur.* Auctor Etymologici magni: Κόλαξ, »παρὰ τοῦ κολλᾶσθαι, κόλλαξ τις ὤν. σημαίνει δὲ τὸν πα»ράσιτον καὶ παραμένοντα τινί.«

»Longe petitum eſt quod ſibi probari ait Athenaeus. »Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ διὰ τὴν εὐχέρειαν, ὅτι πάντα ὑποδύεται, »ὡς δή τις ὑποστατικὸς, ναταγωγῶν τῷ τῆς ψυχῆς ἤθει, »καὶ οὐ βαρυνόμενος οὐδενὶ τῶν αἰσχρῶν. *Mihi videtur dici »*κόλαξ, *propter facilitatem hominis; quia omnia ſubit »onera, tanquam aliquis portandis oneribus aſſuetus, moribus »animi, ceu firmo dorſo, nihil non ferens, quique nullius rei »turpitudine offendatur.* Quia Graeci *hominem facilium mo»rum* appellant εὔκολον, putavit Athenaeus, κόλακα pro»prie dici τὸν εὐχερῆ, eum *qui lubens faciat quidquid vo»lueris.* Ego arbitror, virum doctiſſimum non hoc ſerio »ſcribere. Ponit enim, dici poſſe κόλος, pro εὔκολος:

» quod eſt falſum. Longe enim aliud eſt κόλον, unde di- b
» citur εὔκολος & δύσκολος: quae voces proprie *facilita-*
» *tem circa victum* notant, aut *moroſitatem.* Nam veteres κό-
» λον appellant *alimentum*, ut vere docemur paulo poſt.
» [p. 262. a.] ὑποστατικὸς, proprie, *qui ferre omnia poteſt.*
» Euſtathius, deſcripto hoc loco, [ad Iliad. ν'. pag. 931.
» l. 22 ſqq.] ſic interpretatur. Ὅρα, inquit, τὸ ὑποστατι-
» κὸς, χρήσιμον ὂν εἰς τὸ Ὁμηρικὸν ἀτεῦται, ἤγουν ὑπι-
» σχνεῖται, ὑφίσταται, δίκην ἀλλαδὴ τινὸς κίονος, ὑπα-
» νίσχεντος τὸ ὑποκείμενον. « — Recte utique iudicavit do-
ctus Animadverſor, vix quemque illud vocabuli κόλαξ veriverbium tradere ſerio potuiſſe: ea potiſſimum notione, quo iſtam derivationem ipſe interpretatus eſt. At quid tandem urgebat doctiſſimum virum, ut non modo parum probabilem, ſed prorſus etiam abſurdam ſententiam auctori ſupponeret, quae nulla perſpicua ratione ex illius verbis elici poterat, nedum ipſis inerat verbis? Aliam nominis rationem in animo habuiſſe auctorem, verba illa, quibus utitur, ὑποδύεται, ὑποστατικὸς, οὐ βαρυνόμενος, ſatis perſpicue indicare videntur, ac praeſertim illud verbum, quo reliquorum omnium vis ſimul omnis continetur, νωταγωγῶν. Quidni reſpexiſſe eum putemus ad illam primitivam vocabuli κόλλα notionem, quam Heſychius declaravit, cum docet, κόλλαν, perinde ut κόλλοπα, proprie denotare τοῦ βοὸς τὸ νωτιαῖον δέρμα, *bovis durum in tergore & cervice corium*, e quo ἡ κόλλα vulgo dicta (id eſt *gluten*) excoquitur. Conf. Euſtath. ad Odyſſ. φ'. pag. 767 extr. & ſq. Aliam rationem DALECAMPIUS inierat explicandae illius derivationis. » Κίλος, » (inquit) ταπεινὸς, vir *humilis & abiecti animi, mente quaſi* » *mutilatus:* inde κόλαξ. « — At, κόλον idem utique valere ac κολοβὸν, id eſt, *mutilum, claudum*, recte novimus: pro ταπεινῷ vero, i. e. *humili* & *abiecto*, poſitum nusquam reperitur. — Caeterum ipſa illa verba, ἐμοὶ δὲ δοκεῖ &c. dubitari poteſt an *Athenaei* ſint: quae mihi denuo legenti relegentique colorem habere videntur a proprio Deipnoſophiſtae noſtri ſtylo diverſum. Taceo, vix umquam ab illo etymon aliquod, praeſertim reconditum quodammodo, adferri, quin auctorem nominet, qui illud tradiderit. Denique, ut verbo dicam, videntur mihi omnia iſta, inde ab Ἀνδροκύδης δ' ὁ ἰατρὸς usque ad illa βαρυνόμενος οὐδενὶ τῶν αἰσχρῶν, etiamnum CLEARCHI *verba* eſſe: quae

b adeo & initio & in fine *notulis illis* » & « inſigniri debuerant, quibus ſolemus *propria auctorum verba ab Athenaeo citatorum* ab ipſis Deipnoſophiſtae verbis diſtinguere. Potuit autem *Clearchus*, cum eſſet Ariſtotelis diſcipulus, (ut docet Noſter VII. 345. b.) *ANDROCYDEM Medicum* nominare, qui Alexandri Magni aetate vixit, teſte Plinio XIV. 5, 7. atque etiam a Theophraſto laudatus eſt, in Hiſtor. Plantar. lib. IV. cap. 20.

βίον ὑγρὸν ὀνομάζων. » Quid appellent Graeci *ὑγρὸν βίον*, » quid item *ὑγρὸν ὀφθαλμὸν*, fuſe expoſuimus ad Perſium. » B. Chryſoſtomus, Homilia XXIV. in Epiſt. ad Roma» nos: *Ἵνα δὲ καὶ σαφέστερον μάθητε, τί ποτε ἐστὶ τὸ* » *προνοεῖν τῆς σαρκὸς εἰς ἐπιθυμίαν, καὶ φύγητε τὴν τοιαύ*» *την πρόνοιαν, τοὺς μεθύοντας, τοὺς γαστριζομένους, τοὺς* » *θρυπτομένους, τοὺς τὸν ὑγρὸν καὶ διαῤῥέοντα ζῶντας βίον* » *ἐννοήσατε, καὶ εἰσεσθε τὸ εἰρημένον. ἐκεῖνοι γὰρ πάντα* » *ποιοῦσιν, οὐχ ἵνα ὑγιαίνωσιν, ἀλλ' ἵνα σκιρτῶσιν, ἵνα τὴν* » *ἐπιθυμίαν ἀναπτωσι.*« CASAUBONUS. — Plura dabit IUNIUS in Adagio *Uvida vita*, in Eraſmi Adagiis, pag. 465. Eſt autem *ὑγρὸς βίος*, *vita mollis*, *remiſſa*, *diſſoluta*, *voluptatis diffluens*. Confer omnino quae collegit H. STEPHANUS, Theſ. T. III. p. 1726 ſq.

Ἄλεξις ἐν Πυραύνῳ. Πύραυνον h. l. Dalecampius intelligebat *foculum quo ardens pruna fertur*: Holſtenius, ad Stephanum Byzant. p. 245. *furnum* interpretatus eſt. Claudicare poſtremum verſum, qui ex *ALEXIDE* adfertur, adparet: nec tamen aliter, atque editus eſt, ſcribitur in codicibus manu exaratis.

c *CROBYLUS*, in *Muliere deſertrice*: Πάλιν ἡ τοῦ βίου &c. » Corrupta ſunt & perverſe ſcripta *Crobyli* ſequentia verba:

» — Ἡ τοῦ βίου,
» ὑγρότης με τέθαιφε τοῦ σοῦ τὴν ἀσωτίαν.
» ὑγρότητα γὰρ νῦν προσαγορεύουσιν τινές.

» Diſtingue ac ſcribe:

» — Ἡ τοῦ βίου
» σοῦ ὑγρότης με τέθαφε· τὴν ἀσωτίαν
» ὑγρότητα γὰρ νῦν &c.

» *Vitae tuae ὑγρότης dat me in ſtuporem. Dico ὑγρότητα: ſic* » *enim nunc quidam prodigentiam nominant.* Nove dictum » *τέθαφέ με*, pro, *facit me admirari.* Nam ita potius loqui» mur, *τέθηπα ἐγὼ τοῦτο*, quam *τοῦτο τέθηπε μέ.* Ac » fortaſſe poëta aliud ſcripſerat, quod divinare non poſ-

» ſumus. In membranis eſt τε . . φε. In ampliſſimi vero c
» Meſſaei libro, τέθρεφε. « CASAUBONUS. — In Epit. de-eſt iſta ecloga. Mendoſam autem ſcripturam τέθαιφε, ſicut edita eſt, ſic tenent vetuſtae membr. *A*. Perſpecte vero τέθαφε corrigendum monuit doctus Animadverſor: neque aliud quidpiam quaerendum. Sane quidem, τοῦτο τέθηπέ με, Graece dici nequit: ſed τοῦτο τέθαφέ με commodiſſime dicitur. Nam pervulgatum verbum τέθηπα, (quemadmodum conſentiente analogiâ diſerte Euſtathius docet ad Iliad. δ'. pag. 356. l. 49.) eſt praeteritum medium verbi θάπτω, quod primitus & proprie ἄγω εἰς ἔκπληξιν ſignificat; unde τὸ τάφος, (idem quod θάμβος) ἡ ἔκπληξις. Atqui a θάπτω, perfectum praeteritum activi generis regulariter τέθαφα formatur: quare τοῦτο τέθαφέ με idem valet, ac τοῦτο μὲ ἐκπέπληχε vel ἐκπλήττει. Verborum ſeriem, quae ferri ex editorum ſcriptura non poterat, peraptam ad metri rationem, & commodiorem quam quae eſt a Caſaubono propoſita, dedere nobis noſtrae membranae, ὑγρότης με τοῦ σοῦ τεθ. Quarum auctoritatem ſecuti ſumus.

AD CAP. LXXIII.

Ἀντιφάνης ἐν Λημνίαις. Quid ſit quod paulo poſt otioſe repetantur in membr. & in edd. eadem verba ἐν Λημνίαις, neſcio: niſi forte inde nata ea repetitio, quod in vetuſtiore aliquo codice duae discrepantes lectiones (quarum altera olim in ora aut inter lineas notata fuerat) ſimul in contextum receptae erant: altera ἐν Λήμναις, (quemadmodum pag. 230. d. vulgo ſcribebatur) altera ἐν Λημνίαις, quae vera ſcriptura erat. Poſterior dein librarius, vitioſum ratus iſtud ἐν Λήμναις, utrobique ἐν Λημνίαις ſcripſit. *Ibid.* τέχνην τινὰ εἶναι. Verbum εἶναι in utroque noſtro cod. msto *poſt* κολακείαν ponitur: & potuerat a nobis ibidem reponi.

In *ANTIPHANIS verſ.* 3. vulgo ſic ſcribebatur πονεῖ d τι καὶ πικραίνεται: absque interrogatione. Pro quo GROTIUS in Excerpt. pag. 613. πονεῖ τε poſuit: commode. Sed, nullam literam mutando, πονεῖ τί interrogative ſcribi poſſe putavi, quod idem valeret ac ὅσον πονεῖ, *quantum laborat?* quemadmodum verſ. ſq. ait, ἐν ὅσοις ἐστὶ κινδύνοις; Verbum πικραίνεται idem GROTIUS, *ſibi ipſe*

d *iraſcitur*, interpretatus eſt. Aliàs quidem *exacerbari*, *indignari alteri* ſignificat. Hoc loco videndum, ne denotet, *amara & aſpera multa patitur.*

Septimum Antiphanis verſum, ita conceptum,

οὗ γὰρ τὸ μέγιστον ἔργον ἐστὶ παιδιὰ,

in hunc modum reddiderat Dalecampius:

Labor ſummus noſter eſt, ludere.

Eo ſpectabat CASAUBONI animadverſio, cum ait: »Verſum antepenultimum ex *Diphileis* [*Antiphaneis* ſcribere »voluerat] corrumpunt qui ſcribunt,

»ἡμῶν τὸ μέγιστον ἔργον ἐστὶ παιδιά.

»Eſt enim rectum, οὗ γὰρ τὸ μεγ. Verte: *Nam ubi* (id »eſt, *in ea arte, cuius*) *praecipuum opus eſt, ludere, effuſe ri*»*dere, dictis ferire aliquem, multum bibere; nonne ſuave id* »*eſt?* ſive, *nonne ea ars eſt ſuavis?*«

f In *ALEXIDIS verſ.* 3. perperam εὐωχήσωμαι editum erat. Veram ſcripturam, εὐωχήσομαι, uterque codex ms. dedit.

In priore *IONIS* verſiculo, corrupte ἐναυσίαν in editionibus omnibus legebatur; nec ex ms. *A.* aliud adnotatum. Recte vero ἐπαυσίαν dedit ms. *Ep.* *Ibid. verſ.* 2. pro οἷον, DALECAMPIUS ἡμῖν legebat, ſic vertens:

Annuum feſtum me dicere oportet
nobis eſſe quotidianum.

Et in ora notavit: »Nos quotidie tam ſplendide epula»ri, ac ſi dies feſtus eſſet quotannis recurrens.«

AD CAP. LXXIV.

ἡ Κνώπου βασιλεία ὑπὸ τῶν ἐκείνου κολάκων κατελύθη. »*Cnopi, regis Erythrarum*, facit mentionem & Strabo lib. »XIV. ut quidem nos emendamus. De regni illius ever»ſione Ariſtoteles libro V. Politicorum, cap. 6. Sed ea »hiſtoria ſic diverſa, ut de alio, non autem de *Cnopi* re»gno loqui videatur.« CASAUBONUS. — Vide Strabon.
a lib. XIV. pag. 633. b. c. & ibi Caſaub. *Ibid.* δύειν Ἑρμῇ δολίῳ. Vide Spanhemium ad Ariſtophanis Plut. vs. 1158. *Mox*, pro ἵν' ὀλιγαρχίαν καταστήσωνται, ſuo arbitratu Epitomator ἵν' ὀλιγαρχία γένηται ſcripſit. *Ibid.* Ὀρτύγυς recte edd. cum ms. *Ep.* Ὀρύττης h. l. ms. *A.* ſed deinde in Ὀρτύγην bis conſentiunt libri omnes. *Ibid.* διὰ τὸ περὶ τὰς θεραπείας εἶναι τῶν ἐπιφανῶν. Sic recte ms. *A.*

cum edd. Perperam διὰ τὸ περὶ τοὺς θεράποντας τῶν ἐπι- a
φανῶν εἶναι ms. *Epit.*

πρόσκυνες καὶ κόλακες. Cum πρόσπνες esset editum, adnotavit CASAUBONUS: »Ait de regis Erythrarum adu»latoribus, οἳ ἐκαλοῦντο πρόσπνες. Depravata vox est, »ἀντὶ τοῦ προσπνεῖς. Ita Graecis appellantur qui sunt »*comes* & *blandi*. In Epit. scriptum πρόσκυνοι. Etiam »haec contra analogiam vulgi usu recepta vox fuerit. »Sic autem dicti *adulatores*, ab *officiosa & demissa potentio*»*rum salutatione*.« — At πρόσκυνες, non πρόσκυνοι, noster dedit codex Epitomae: & cum eo consentit ms. *A*. Quare recipiendum hoc fuit, licet nullibi aliâs (quod sciam) istud vocabulum reperiatur. Eiusdem formae vocabulo πρόκυνες usus est Antiphanes Macedo in Epigrammate in Grammaticos: (in Brunckii Analect. T. II. pag. 205. num. 5.) ubi Καλλιμάχου πρόκυνες non, cum H. Stephano, (in Indice Thesauri Gr. Ling. pag. 1713. e.) *adlatratores* intelligendi sunt & *reprehensores Callimachi*, sed *satellites* & *praecursores*, qui *illius tuendi caussa adlatrant alios*.

περὶ τὴν τοῦ σώματος κνδείαν γινομένης. Interpretis vi- b
ce h. l. fungens Epitomator, ἀσχολουμένης, pro γινομένης scripsit.

παννύχις ἀγομένη Ἀρτέμιδι Στοφέᾳ. »*Dianam Sto*»*pheam*, nisi hîc, legere non memini usquam alibi. Sunt »quibus placeat Στοβαία: quia alibi Graeciae cultus olim »Apollo *Stobaeus*. At in Excerptis, [*Epitomam* dicit *Hoe*»*schoelianam*] Ἀρτέμιδι Στροφέᾳ.« CASAUBONUS. — Noster quidem codex *Epit.* cum membr. *A*. vulgatum Στοφέᾳ tenet: isque consensus me retinuerat, quo minus fidenter statim Στροφαίᾳ in contextum reciperem; quod tamen unice verum iudicaveram, & restitutum auctori omnino velim. Nam, quod de *Stobaeo* Apolline (ut ait Casaubonus) cogitarunt nonnulli, id parum huc facere videtur: quamquam, verum ut fatear, ne compertum quidem habeo apud quemnam ex veteribus nomen Στοβαῖος pro Dei cognomine reperiatur. At, quemadmodum Mercurius eo, *quod ante aedium fores* (παρὰ τῷ στροφεῖ τῶν θυρῶν) *poni eius statua consuesset*, Στροφαῖος est cognominatus: (vide Hesych. in Στροφαῖος, & Hemsterhus. ad Comici Plut. 1154. pag. 444 sq.) sic *Dianam* eâdem de caussâ, quippe cuius statuae pariter vel ante fores ae-

dium, vel ante urbium portas, paſſim collocatae erant, (ut docet Scholiaſtes Ariſtoph. ad Veſp. vs. 800. & Schol. Theocr. ad Idyll. II. 36. item alter ex Aeſchyli Graecis Interpretibus ad Septem ad Theb. vs. 455.) ſimiliter Στροφαίαν adpellatam fuiſſe perquam veriſimile debet videri. Et ſic h. l. legendum iam pridem SPANHEMIUS cenſuerat, in Notis ad Ariſtoph. Plut. vs. 1154. At MEURSIUS, in Graecia Feriata, pag. 257. vulgatam ſcripturam Ἀρτέμιδι Στοφέᾳ tenens, feſtum inde finxit, cui nomen Στόφεια fecit.

AD CAP. LXXV.

c Οἱ δὲ περὶ τὸν Ὀρτύγην τύραννοι. Recte τύρανννοι uterque mſtus. *Ibid.* πολυσχιδῆ σανδάλια, *multifida ſandalia.* Adparet, pretioſum fuiſſe ac molle calceamenti genus: neſcio an idem de quo ſic praecepit Pollux VII. 85. σχισταὶ, πολυτελὲς ὑπόδημα καὶ θρυπτικόν. ταύτας δὲ καὶ λεπτοσχιδεῖς ὠνόμαζον. Confer eumdem ibid. ſect. 87. & Ammonium DE Different. Vocab. p. 133. Contra, περισχεδεῖς Heſychius interpretatur εἶδος ὑποδήματος εὐτελές. At apud Noſtrum, XII. 537. e. ubi occurrit vocab. περισχεδεῖς, pariter *pretioſum* aliquod, non vile, *calceamenti genus* videtur intelligi.

d καὶ τῶν μὲν τοὺς υἱεῖς εἰς τὰς κοινὰς συνουσίας μετεπέμποντο. »Interpretor de *conviviis, quae ipſi inter ſe agi-*»*tabant.* Sed in Excerptis, ubi pleraque brevi admodum »compendio ſcripta, pro κοινὰς, tantum eſt κοι cum π ſu»perſcripto: quod equidem quid ſibi velit non video.« CASAUBONUS. — At noſter ms. *Epit.* perſpicue & omnibus elementis exſerte ſcriptam vocem κοινὰς exhibet, quemadmodum edd. & ms. *A.* Intelliguntur haud dubie, ſicut Caſaubonus obſervavit, convivia compotationesque, quas ipſi triumviri inter ſe cum ſuis ſodalibus agebant: quos ad congreſſus illi, obſcoenae libidinis cauſſa, formoſos civium pueros arceſſebant.

AD CAP. LXXVI.

f Θεόπομπος γὰρ ἐν τῇ ἐννεακαιδεκάτῃ τῶν Φιλιππικῶν. Quod codex noſter Epitomae habet, ἐν τῇ β'. id ex ἐν τῇ ιθ'. corruptum. Nam in illo codice iota ſubſcri-

bendum numquam aliâs nec ſubſcribi nec ad latus poni ſolet: nunc vero cum librarius in ſuo exemplari τῇ ιθ'. reperiſſet, inde τῇ θ'. fecit. Nec vero diſſimulandum id quod hoc loco CASAUBONUS obſervavit: qui cum adnotaſſet, in Hoeſcheliano quoque codice Epitomae ἐν τῇ θ'. *in nono*, pro in *decimo nono*, ſcribi, haec monuit: »At »libro quarto [Athen. lib. IV. pag. 166 extr. & ſeq.] ubi »de Philippo & eius aula narrantur ſimillima ex eodem »*Theopompo*, laudatur *liber undequinquageſimus.*« — At ibi τῶν Ἱστοριῶν libri citantur, hîc vero τῶν Φιλιππικῶν. Et quamquam ſubinde univerſa *Theopompi Hiſtoria* ſub titulo τῶν Φιλιππικῶν citetur, tamen τὰ Φιλιππικὰ proprie nonniſi pars fuere univerſi operis, quod inde coeperat, ubi deſierat Thucydides. Itaque videndum, ne interdum *idem aliquis liber Rerum Philippicarum* potuerit ſub *diverſo numero* citari, prout is qui eum citaverit, vel *a totius operis exordio*, vel ab ipſarum *Rerum Philippicarum* principio, initium numerandi feciſſet. Quidquid ſit: rurſus ſimilia ex eiusdem *Theopompi libro vigeſimo ſexto* mox deinde p. 260. b. citantur: in illo vero numero XLIX. qui ſuperiore loco commemoratus eſt, non eſſe a librariis erratum, intelligimus ex pag. 260. d.

Ἀγαθοκλέα, δοῦλον γενόμενον, &c. »Non eſt diſſimu»landus error viri docti, [Dalecampii,] qui non recte »capiens Athenaei, ſive potius Theopompi verba, gra»viſſimam Philippo regi Macedoniae facit iniuriam. Sic »ille: *Theopompus auctor eſt, ab Agathocle, qui & ipſe ali»quando ſervierat, in eorum numero quos Theſſali Peneſtas vo»cant, Philippum ob aſſentationem magnae apud ipſum auctoritatis, quod in conviviis illi familiaris ſaltaret, ac riſum mo»veret, contra Perrhaebos miſſum fuiſſe.* Quid aliud eſt τὸ »ἄνω κάτω, niſi hoc? Nam plane ἄνω ποταμῶν χωροῦσι »παγαὶ per hanc interpretationem. Quare ita reſcribe: »*Theopompus ita narrat: Agathoclem, qui ſervitutem ſervia»rat Peneſtarum Theſſaliae unus, adverſus Perrhaebos miſit,* »*totumque id negotium illi commiſit Philippus, apud quem po»terat is plurimum propter aſſentationem, & quia frequens eius* »*conviva ſaltare ac ridiculum ſe praebere erat ſolitus.* Sic an»te dictum eſt. [pag. 249. c.] Philippum Theſſaliae rebus »praefeciſſe adulatorum ſuorum alium, cui nomen Thra»ſydaeo. Sed de Agathocle Syracuſanorum tyranno co»gitabat cum ita ſcriberet Dalecampius: cui tamen Aga-

»thocli certum eſt non convenire quae de iſto hîc di-
»cuntur.« CASAUBONUS. — De *Peneſtis*, quorum hîc fit mentio, vide paulo inferius, p. 263 ſub finem & ſeq.

a Ἱστορεῖ δὲ περὶ αὐτοῦ καὶ τάδε Ἡγήσανδρος ὁ Δελφὸς &c. »Refert auctor ex Hegeſandro, *Philippum Alexandri*
»*patrem, ita ſolitum capi ſcurrarum iocis, ut amicis quos Athe-*
»*nis habuit negotium dederit, mitterent ad ſe* ἀποφθέγματα,
»*quae per Diomeorum feſtum Attici ſcurrae proferrent.* Si-
»mile eſt quod de Iulio Caeſare narrat M. Tullius in
»Epiſtola ad Papirium Paetum: [Epiſt. 16. lib. IX.] man-
»daſſe illum ſuis, ut ipſius Tullii dicta cum reliquis actis
»ad ſe curarent perferenda. De *Diomeo* autem *Herculis*
»*templo*, & urbanis hominibus eo ſolitis convenire, vide
»libri XIV. initio.« CASAUBONUS. — Pro Διόμεων, quod antrepenacute ſcribebatur in editis, Διομέων habet ms. *Ep.* ac puto etiam membr. *A.* Rurſusque lib. XIV. pag. 614. d. pro eo quod temere ſic edi ſolet, ἐν γοῦν τῷ Διομείῳ ἢ Ἡρακλείῳ, in codicibus noſtris ἐν γοῦν τῷ Διομέων Ἡρακλείῳ ſcribitur. Quae ſcriptura cur non teneretur nulla cauſſa erat. Eſt autem Διόμεια quidem, (neutr. plur.) nomen pagi cuiusdam Attici, in quo celebre erat *Herculis templum*, & celebrabatur feſtum Ἡράκλεια dictum: cuius meminit Ariſtoph. in Ran. 664. ubi vide Scholiaſt. & Harpocrat. in Ἐν Διομείοις Ἡράκλειον. Inde formatum gentile nomen Διομειεὺς tradit Stephanus Byz. in Διόμεια. Unde h. l. apud Athenaeum τῷ Διομειῶν Ἡρακλείῳ corrigendum cenſuerat MEURSIUS, in Graecia Feriata, voce Ἡράκλεια: puto, contractam formam intelligens ex Διομειέων. Sed perinde etiam Διομεὺς gentile formari, diſerte Euſtathius docet, ad Iliad. δ'. pag. 337 extr. itemque Heſychius in Διομεῖς. Inde genitivus pluralis legitime for-
b matus, τῶν Διομέων. *Mox dein*, ἀπέστελλεν in imperf. dedere ambo mssti, commodius quam ἀπέστειλεν. Significat, non ſemel, ſed ſaepius id factum.

καθ' ἑκάστην ἡμέραν μεθυσκόμενος, &c. Haec & alia crimina in Philippum, Amyntae filium, congerentem
c Theopompum refellit Polybius, VIII. 10 ſeqq. *Ibid.* τῶν ἀνθρώπων τοῖς εὐφυέσι καλουμένοις. »*Hominibus iis quos*
»*vocant* εὐφυεῖς. Ita Attici vocabant *natos aptos dictis di-*
»*cendis*: etſi proprie aliud haec vox ſignificat. Euſtathius:
»[ad Odyſſ. ε'. p. 217. l. 17.] φυῆς παράγωγον, εὐφυὴς
»πτελέα, καὶ μηρὸς εὐφυής. οἱ δὲ ὕστερον εὐφυῆ καὶ τὸν

»κατὰ νοῦν δεξιὸν εἶπον. Ἀττικοὶ δὲ τὸν σκωπτικὸν, εὐ- c
»φυῆ ἐκάλουν κατὰ τινάς. Hesychius: Εὐφυής· ὁ ἐξ ἑτοί-
»μου λέγων καὶ σκώπτων. Plato, secundo de Republ. τοὺς
»εὐφυεῖς, id est, *promto ac parato ingenio homines*, elegan-
»ter ita describit, τοὺς ἱκανοὺς ἐπὶ πάντα τὰ λεγόμενα
»ὥσπερ ἐπιπταμένους συλλογίσασθαι.« Casaubonus.

πλείους τε τῶν Θετταλῶν, τῶν αὐτῷ πλησιασάντων, ἠρεῖτο μᾶλλον ἐν ταῖς συνουσίαις ἢ ταῖς δωρεαῖς. Cum καὶ πλείους τῶν Θετ. &c. esset editum, monuit Casaubonus: »Scribe, καὶ πλείους εἰσὶ τῶν Θετ-
»ταλῶν τῶν αὐτῷ πλησιασάντων, οὓς ἠρεῖτο μᾶλλον ταῖς
»συνουσίαις ἢ ταῖς δωρεαῖς. Id est, *Atque adeo ex iis qui*
»*cum Philippo vixerunt, plures erant Thessali: quos ille ad-*
»*iungebat sibi conviviis & familiari consuetudine magis quam*
»*donis.*« — Pro καὶ πλείους, uterque noster codex πλείους τε dabat: quod accepi; nec vero vidi cur εἰσὶ & οὓς desideraremus. Vocula ἐν, quam cum Casaubono Coray etiam noster *delendam* noraverat, debuit ea utique parum commode hîc posita videri: ac potuerat illa sane, quemadmodum saepe aliàs observavimus, occasione literae ν, in quam desinit vox praecedens μᾶλλον, irrepere. (vide ad II. 69. b. & ad II. 67. c. Animadv. T. I. p. 449.) Attamen visus eram mihi subinde etiam, pro nudo dativo instrumenti, dativum cum ἐν praepositione, probatissimis in codicibus, eis locis positum reperire, ubi ea ratione, quam modo dicebam, insinuare sese illa vocula non potuerat. Cuius constructionis exemplum vidimus lib. V. pag. 187. c. in illis verbis, ἐν δὲ ταῖς ὑποθήκαις τοῦ κάρφους. Conf. Animadv. T. III. p. 43. & p. 45.

ὁ Σικελιώτης Διονύσιος, ὡς Εὔβουλος ὁ κωμῳδιοποιὸς παρίστησιν ἐν τῷ τυράννου ὁμωνύμῳ δράματι. Erat *Eubuli fabula*, Διόνυσος ἢ Σεμέλη, citata a Nostro, XI. 460. e. & ab aliis. Huius, de qua hîc agitur, fabulae titulum Dalecampius *Tyrannum* statuebat. At id si voluisset Athenaeus, non ἐν τῷ τυράννου ὁμωνύμῳ dicturus erat, sed ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ δράματι Τύραννος. (conf. IV. 142. f. VI. 230. e. VIII. 363. c. XIII. 567. e.) Cum ait, τῷ τυράννου ὁμωνύμῳ, (id est, *cui a tyranno nomen fecit*) non aliter hoc intelligi potest, nisi, titulum fabulae fuisse Διονύσιος. Quod obiter etiam Casaubonus adnotavit, monens »male ca-
»pere Athenaei verba qui aliter eam fabulam inscribunt.«
— Quae quidem verissima animadversio & Fabricium &

doctum Bibliothecae Graecae Fabricianae instauratorem praeteriit; qui in *Fabularum albo* EUBULI Comici, *Tyrannum* ex hoc Athenaei loco nominarunt, nulla *Dionysii* facta mentione.

In *EUBULI vers.* 1. pro σεμνοῖσιν, quod erat editum, σεμνοῖς μὲν dedit uterque nostrer codex mstus: a qua scriptura praeter rationem discessum erat. Ad d *vers.* 3. haec statim adnotaverat CASAUBONUS: »*Tertium* »*versum* ex *Eubuli Dionysio*, αὐτὸν ἀόργητος. ἡγεῖται δὲ, »ita restitue:

»τοὐναντίον ἀόργητος, ἡγεῖται δὲ καὶ
»τούτους ἐλευθέρους μόνους, κἂν δοῦλος ᾖ.

»Et nota dictum κἂν δοῦλος ᾖ, cogente metro, pro κἄν »δουλός τις ᾖ.« — Dein vero in *Addendis ad Animadversiones*, revocans priorem istam emendationem, ait: »Prae»eunte Huraldino codice, ita restitue:

»ἑαυτὸν εὐόργητος· ἡγεῖται δὲ καὶ
»τούτους ἐλευθέρους μόνους, κἂν δοῦλος ᾖ.

»Corruperunt hunc locum, qui vocem ἀόργητος non ca»piebant. Est vero probum atque elegans verbum, eum »designans *qui in ira modum tenet; quibus, & quo modo ae»quum sit, iracens.*« — Lectionem εὐόργητος ex Epitome adsciverat primus editor. Ac potuerat ita scribere Abbreviator, sive interpretationis caussa, sive quod mendosam iudicasset veterum librorum scripturam, parum sibi intellectam. Cuius vocabuli vim, aptissimam huic loco, communi consensu explicant veterum Grammaticorum glossae. Hesychius: Εὐόργητος, ὁ τῇ ὀργῇ εὖ χρώμενος. Photius, laudatus ab Hesychii interpretibus: Εὐόργητος· πρᾶος. Suidas: Εὐοργήτως· ἀντὶ τοῦ, εὐτρόπως. ὀργὴ γὰρ ὁ τρόπος. Vide Thucyd. I. 122. & ibi Scholia. Galenus, in Hippocratis Glossis: Εὐοργητοτέρα· εὐτροπωτέρα. ὀργαὶ γὰρ οἱ τρόποι. Nec vero mirum admodum videri debet, passim idem vocabulum, per librariorum insscitiam, cum altero esse permutatum. Sic quidem apud Aristotelem etiam, Magnor. Moral. lib. I. cap. 7. pro eo quod recte edi solet, τὸ εὐόργητον καὶ τὸ πρᾶον, in bonae alioquin notae codice msto Parisino (numero 1417. insignito) τὸ γὰρ ἀόργητον καὶ τὸ πρᾶον scriptum reperi. In αὐτὸν, initio eius versus de quo agebamus, nil mutant libri nostri: neque in ea voce quidquam desideraretur, si ferret metri ratio; quae ἑαυτὸν omnino postulabat. In-

tercepta erat prima vocalis ab extremâ voculae praece- d
dentis τε: quod eo facilius in mstis noſtris accidere potuit, quoniam nusquam in illis diſtinguendorum verſuum curam habuerunt librarii. *In fine verſus*, & δὲ & καὶ ignorat uterque codex mstus; ſed ἡγεῖται δὴ habent ambo: ubi claudicans verſus commodiſſime fulciri poſſe nobis videbatur, ἡγεῖται δὲ δὴ ſcribendo. Poteras item, ac fortaſſe paulo etiam maiore cum veri ſpecie, ſuſpicari, ἡγεῖταί τε δὴ olim ſcriptum fuiſſe, abſorptamque eſſe voculam τε a praecedentis verbi terminatione; quoniam ται & τε perinde habere olim conſueviſſent librarii.

AD CAP. LXXVII.

Φίλιππος τοὺς μὲν κοσμίους τὰ ἤθη καὶ τοὺς τῶν ἰδίων ἐπιμελουμένους &c. Eadem ex eodem *quadrageſimo nono* THEOPOMPI libro citavit Polybius lib. VIII, 11, 7 ſqq. Confer Noſtrum lib. IV. pag. 167. a. b. ubi ſimilia nonnulla referuntur, quae eodem libro paulo ante haec, quae hîc leguntur, poſuerat idem Theopompus. Apud Polybium in verbis huc ſpectantibus, poſt τῶν ἰδίων, adiicitur βίων: quam vocem apud Athenaeum ignorant noſtri libri cum editis. Pro ζῶντας ἐν κύβοις καὶ πότοις ἐπαινῶν ἐτίμα, e apud Polyb. ſcribitur, ζῶντας ἐν μέθαις καὶ κύβοις ἐτίμα καὶ προῆγεν. *Mox*, τοιαῦτ' ἔχειν (ſic) ſcriptum in utroque noſtro codice msto, ubi τοιαῦτα ἔχειν habent editi. ταῦτ' ἔχειν eſt apud Polybium. Pro ξυρούμενοι, quod dein eſt apud Noſtrum, ξυρώμενοι ſcribitur ad Polybium, neutrum male: in noſtra vero Polybii editione per operarum errorem ξυρόμενοι exaratum.

Pro ἑτέροις παρεῖχον, rectius apud Polybium παρ- f
είχοντο legitur. *Ibid.* ἀνδροφόνοι γὰρ &c. »Theopom»pi verba, ἀνδροφόνοι τὴν φύσιν ὄντες, ἀνδρόπορνοι τὸν τρό»πον ἦσαν, proferuntur a Demetrio Phalereo [in libel»lo De Elocutione] inter exempla elumbis & fractae ora»tionis.« [nempe adfectati ſcribendi generis, quod, dum antitheſes & acute dicta venatur, nervum incidit orationis.] »Atque ille iſtis ſubiungit alterum locum, ἑκα»λοῦντο μὲν ἑταῖροι, ἦσαν δὲ ἑταῖραι: cum in deſcripta »Theopompi ecloga ita legatur paulo ante, ὅθεν δικαίως »ἄν τις αὐτοὺς οὐχ ἑταίρους ἀλλ' ἑταίρας ὑπέλαβεν.« CASAUBONUS. — Verba proxime citata, eodem modo ſcri-

pta leguntur apud Polybium; nisi quod ibi, pro ὑπέλαβεν, est ὑπελάμβανεν εἶναι. *Ibid.* οὐκ οἰκεῖον αὐτῶν ἐνόμιζον. αὐτῶν ex ms. *Ep.* recepi. Ista, & quae dehinc sequuntur, non excerpsit Polybius.

ἐν τῷ σεμνοτάτῳ. »Vix putem ita locutum Theopom»pum, τὸ δ' ἐπιορκεῖν καὶ φενακίζειν, ἐν τῷ σεμνοτάτῳ »ὑπελάμβανον. Lego, ἐν τῶν σεμνοτάτων ὑπελ. Nemo est »quin agnoscat Graecanicae dictionis genus. « CASAUBONUS. — Equidem ferendum vulgatum putavi, in quod consentiunt libri. Simili quidem ratione & ἐν ἐπαίνῳ, ἐν αἰσχύνῃ τίθεσθαι dicunt Graeci; &, *in laude, in dedecore ponere* vel *numerare*, latine dicimus.

a μέρος τί τῆς Εὐρώπης ἔχοντες; Sententiam auctoris recte Dalecampius expressérat: *idque, magnae partis Europae domini.* Sed, quo sensus iste verbis inesset, & τί acuto accentu erat scribendum, & indicanda interrogatio. Et τί quidem recte in cod. *Ep.* scriptum: interrogandi vero signum non nisi rarius in mss. codicibus expressum. Ex ms. *A.* nil hic adnotatum. *Ibid.* ὀκτακοσίων. Numerus in ms. *Ep.* notâ numerali ω' indicatur.

Διονύσιος ὁ Σικελίας τύραννος τοὺς ἀποβάλλοντας &c. »Impedita est oratio in istis, τοὺς ἀποβάλλοντας τὰς οὐ»σίας εἰς μέθας καὶ κύβους, καὶ τὴν τοιαύτην ἀκολασίαν· »(ἠβούλετο γὰρ ἅπαντας εἶναι διεφθαρμένους·) οὓς καὶ »εὖ περιεῖπε. Tolle peccantes voculas οὓς καὶ, cum »Epitome, vel scribe, ἐφίλει καὶ εὖ περιεῖπε. « CASAUBONUS. — Ego vero potius crediderim, in priori parte eclogae omissum esse verbum ἀνέλαμβανεν, sive librariorum errore, sive etiam volente ipso Athenaeo, quoniam scilicet ne apud ipsum quidem Theopompum eo loco diserte adiectum verbum fuisset, sed e superiori oratione fuisset intelligendum. Habemus autem ipsum hoc, quod dixi, verbum diserte ab Athenaeo adiectum, ubi de eadem re loquebatur, initio huius capitis, Ἀλλὰ μὴν καὶ τοὺς ἀποβάλλοντας τὰς οὐσίας - - - ὁ Διονύσιος ἀνελάμβανεν.

AD CAP. LXXVIII.

b Φύλαρχος ἐν τῇ δεκάτῃ τῶν Ἱστοριῶν. »Non sine caus»sa dubites, num sit scribendum τῇ ἕκτῃ, ut libro XIV. »[pag. 614. e. f.] nisi potius eo loco menda est. « CASAU-

BONUS. — Utrobique editam scripturam tenent membranae. b

»Deinceps auctor *ex libro XIV. Phylarchi* haec recitat: ὥσπερ ἑώρα Δημήτριος τοὺς κολακεύοντας αὐτὸν »ἐν τοῖς συμποσίοις καὶ ἐπιχεομένους Δημητρίου μὲν μόνου »βασιλέως, Πτολεμαίου δὲ μόνου ναυάρχου, Λυσιμάχου »δὲ γαζοφύλακος, Σελεύκου δ' ἐλεφαντάρχου. καὶ ταῦτα »οὕτως οὐ τὸ τυχὸν συνῆγε μῖσος. Conferenda sunt ne»cessario cum istis verba Plutarchi, in Demetrio [pag. »900. c.] *Demetrius*, inquit, χλευάζων καὶ γελῶν τοὺς »ἄλλον τινὰ πλὴν τοῦ πατρὸς καὶ αὐτοῦ βασιλέα προσα»γορεύοντας, ἥδέως ἤκουε τῶν παρὰ πότον ἐπιχύσεις λαμ»βανόντων Δημητρίου βασιλέως, Σελεύκου δὲ ἐλεφαντάρ»χου, Πτολεμαίου δὲ ναυάρχου, Λυσιμάχου δὲ γαζοφύλα»κος, Ἀγαθοκλέους δὲ τοῦ Σικελικοῦ νησιάρχου. Qui di»ligenter in Plutarcho & Athenaeo fuerit versatus, fa»cile concedet mihi, multa apud eorum utrumque toti»dem paene verbis legi ex antiquioribus descripta: quod »hic quoque factum est, etsi auctorem suum Plutarchus »reticet. In nostris libris quaedam correctionis indigent. Ini»tio τὸ ὥσπερ corruptum est, pro ἥδέως, ut est in »Plutarcho, vel ἀσμένως. Et ἤκουε aptius multo Plutar»chus, quam ἑώρα ut noster. Concise etiam ἐπιχεομέ»νους Δημητρίου, pro, *vinum in mensa libantes Demetrio no»minato*, sive, *in honorem Demetrii.* Plutarchus, ἐπιχύσεις »λαμβανόντων Δημητρίου, *capientes epichyses Demetrii:* id »est, *eius nomini & honori consecratas:* nisi tamen λειβόν»των scripserat ille, exprimens ea voce quod ἐπιχεῖσθαι »dixit Phylarchus. Scribe etiam, καὶ ταῦτα αὐτῷ, non »οὕτως: &, quod paene praeterieram, Πτολεμαίου δὲ »μόνου ναυάρχου: sic enim melius quam μόνον.« CASAUBONUS. — Ut a postremo incipiam: haud dubie inverse scribere vir doctissimus voluerat, »scribendum μό»νον ναυάρχου, sic enim melius quam μόνου.« Nam, sicut μόνου βασιλέως, sic & μόνου ναυάρχου constanter legitur in editis & msstis: at hoc posterius quidem perincommode, ut recte a Casaubono est animadversum. Nempe, quod praecedebat μόνου βασιλέως, id ipsum deceperat librarios, ut etiam μόνου ναυάρχου scribendum putarent, aut saltem ut per incogitantiam sic scriberent. At diversa ratio est: perspicuum est enim, hoc voluisse auctorem, *unum Demetrium Regem fuisse ab adulatoribus*

b *adpellatum*, *Ptolemaeum vero tantummodo* (vel, *nude*) *Navarchum*, *Lyſimachum* (tantummodo) *Theſaurorum cuſtodem*. Porro, pro ταῦτα οὕτως οὐ τὸ τυχὸν συνῆγε μῖσος, utique haud paulo commodius ταῦτα αὐτῷ videri debet; cum praeſertim & adverbium οὕτως prorſus otioſe hîc poſitum videatur, & verba συνῆγε μῖσος vix absque dativo perſonae ſtare poſſint. At reliqua doctiſſimi viri obſervata minus nobis probantur. Ad ἐπιχειρουμένους Δημητρίου, intellige κύαθον. vide pag. 254. a. & pag. 255. a. & de iſto more veterum, qui verbo ἐπιχεῖσθαι ſignificatur, vide notata ad pag. 254. a. & ad IV. 162. c. Apud Plutarchum l. c. non videtur ſolicitari debuiſſe vulgata ſcriptura, ἐπιχύσεις λαμβανόντων: poſſumus enim ibi percommode τὰς ἐπιχύσεις accipere pro τοὺς ἐπιχειρουμένους κυάθους. Denique quod ad prima huius loci, in quo verſamur, verba adtinet: ſi ὥσπερ ἑώρα in ἢ δέως aut ἀσμένως ἑώρα cum Caſaubono mutatum vellemus, iſta lege vix ullus foret apud veteres auctores tam corruptus locus, cui non parata medicina facile reperiretur. Si in hoc ineſt artis criticae vis, ut in male adfectis veterum ſcriptorum locis pro illis verbis, quae corrupta nobis videntur, ſubſtituamus alia, quae per ſe quidem commodam & facilem habeant explicationem, ſed quae ita longe abſint ab ea ſcriptura quam praeferunt libri, ut neutiquam adpareat quonam vel caſu vel conſilio a priſtina veritate ad hos errores, qui occupavere libros, ſeu paulatim deflectere ſeu praecipites ruere potuerint; recte rem aeſtimare dicemus eos, qui & lubricam omnino iſtam eſſe artem iudicaverint & flocci non faciendam. Plutarchi utique locus, cum his quae apud Athenaeum vulgo hîc legebatur collatus, ad intelligendam horum ſententiam haud parum conferebat: nec vero ipſa verba, quae ab Athenaeo olim hîc ſcripta fuiſſent, repraeſentabat. Quid multa? In ὥσπερ ἑώρα, non ἢ δέως ἑώρα latebat, ſed ὡς περιώρα. Ac potuit particula ὡς, quamquam hic non habet quo referatur, tamen ex ipſis Phylarchi verbis ab Athenaeo huc transferri, cum in Phylarchi oratione ad id quod ibi praecedebat commode relata fuiſſet. Haud raro enim apud Noſtrum, ſub initium teſtimoniorum ex aliis auctoribus prolatorum, unum aut alterum verbum adiectum obſervavimus, quod ſimiliter e ſuo cum ſuperioribus nexu abruptum avulſumque eſſet. Sed hoc loco, cum

praecedat vox οὕτως, perquam eſt veriſimile, ex terminatione huius vocis temere repetitâ exſtitiſſe ὥσπερ ἑώρα, pro uno verbo περιεώρα. Valet autem περιεώρα, *ſivit, paſſus eſt, non prohibuit.* Vetuſtae noſtrae membranae nihil ab editis diſcedunt. In Epit. vero ſic ſcriptum: Καὶ Δημήτριος δὲ ὁ Πολιορκητὴς φιλόγελως ἦν, ὡς ἱστορεῖ Φύλαρχος. περὶ οὗ καὶ ταῦτα γράφει· ἑώρα Δημήτριος &c. Ex quo colligo, iam in eo exemplo, quo uſus Epitomator eſt, corrupte hoc loco ὥσπερ ἑώρα ſcriptum fuiſſe: ubi ille, quum nihil ad rem facere vocem ὥσπερ videret, nec vero de corrigendo errore cogitaret, omiſſâ illa voce nudum verbum ἑώρα tenuit.

Ἡρόδοτος δὲ &c. Vide Herodot. II. 173 ſq. *Ibid.* παιγνήμονα cum editis tenet ms. *A.* παιγνήμονα habet ms. *Ep.* *Ibid.* καὶ ὅτε δὲ ἰδ. Percommode iſtam δὲ particulam obtulit nobis ms. *Ep.* Notum eſt, καὶ ſequente δὲ eam fere vim habere, quam latine his verbis *atque etiam* exprimimus. c

Σατυρικαὶ κωμῳδίαι. *Fabulas* dicit plenas hilaritatis minus honeſtae, quas *Atellanas* vocabant Romani. Vide Caſaub. de Satyrica Poëſi, lib. II. c. 4. pag. 307 ſq. *Ibid.* πατρίῳ φωνῇ, non (quod editum erat) πατρῴῳ φωνῇ, dedit codex noſter uterque.

AD CAP. LXXIX.

Τιρυνθίους. Stephanus Byzantinus: Τίρυνς, πόλις τῆς Πελοποννήσου. - - Τὸ ἐθνικὸν, Τιρύνθιος. *Ibid.* φιλόγελως ὄντας. Sic membr. *A.* cum edd. Citavit hinc iſtam accuſativi pluralis formam Maittaire in Dialectis, pag. 30. Similiter formatum accuſativum ſingularem φιλόγελων paulo ante vidimus. *Mox dein,* ἀγελαστὶ recepi ex ms. *Ep.* Et ſic ex Epitoma ſcripſit Euſtathius, ad Od. σ'. p. 659, 24. Verbum vero παύσεσθαι, in futuro poſitum, uterque codex dedit. d

τοὺς Φαιστίους recte dedit ms. *Ep.* Sic Stephanus Byz. Φαιστὸς, πόλις Κρήτης. - - ὁ πολίτης, Φαίστιος. - - τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως Φαίστιος. e

AD CAP. LXXX.

Ἀναξανδρίδης ὁ κωμῳδιοποιὸς ἐν Φαρμακομάντει. f

» Auctor huius eclogae in editis appellatur *Alexandrides*:

f »cuius poëtae nomen neque Suidas agnoſcit, neque Eclo-
»garius; qui *ANAXANDRIDEM* illius loco hîc nominat.
»Fuit cum exiſtimarem, in totum de poëtarum comico-
»rum numero *Alexandridem* iſtum eſſe tollendum; ſucce-
»dente ubique in locum illius *Anaxandrida*, qui & ex Sui-
»dae Miſcellaneis & aliis multis ſcriptoribus notiſſimus poë-
»ta eſt. Sane *Melilotum* fabulam, quae initio undecimi
»[pag. 460. e.] *Alexandridae* tribuitur, liber XIV. [pag.
»654. f.] aſſerit *Anaxandridae*. Forte & de *Hoplomacho*,
»quae lib. IV. [pag. 182. d.] & XIV. [pag. 654. e.]
»*Alexandridem* profitetur auctorem in vulgatis libris, idem
»ſentiendum. Sed *Alexandridae* comici video etiam alios
»meminiſſe. Pollux lib. IX. [ſect. 59.] Ἀλεξανδρίδης ἐν
»Ἀγχίσῃ καὶ ἡμιχρύσους λέγει. Athenaeus tamen non
»longe hinc [pag. 263. b. c.] *Anchiſae* fabulae auctorem
»laudat *Anaxandridem*, non quomodo Pollux aut Pollucis
»libri. Nusquam frequentius peccatum in iſto opere,
»quam vel in Auctorum nominibus, vel in Librorum in-
»dicibus. Velut quod ſtatim ſequitur, Ἀντιφάνης ἐν Γηρυ-
»τάδῃ. « CASAUBONUS. — Cum hîc, tum pag. 263. b. in
ſcripturam Ἀναξανδρίδης recte conſentit codex noſter
uterque. Et apud Pollucem l. c. iam pridem melioribus
ex libris reſtitutum idem nomen. Caeterum confer nota-
ta ad IV. 182. d. Animadv. Vol. II. pag. 667 ſq.

ANAXANDRIDAE verſiculi in ed. Ven. & Baſ. veluti ſo-
luta oratio in hunc modum ſcripti legebantur: Ὅτι εἰμὶ
ἀλαζὼν τοῦτ' ἐπιτιμᾷς ἀλλὰ τίνι καὶ γὰρ αὕτη τὰς τέχνας
πάσας πολὺ μετὰ τὴν κολακείαν ἥδε μὲν γὰρ διαφέρει. Et
in ed. Ven. quidem nullibi interpuncta oratio: in ed. Baſ.
vero punctum poſitum poſt Ἐπιτιμᾷς, comma vero poſt
κολακείαν. Deinde eadem verba ſic digeſta edidit CA-
SAUBONUS.

Ὅτι εἰμὶ ἀλαζὼν τοῦτ' ἐπιτιμᾷς.
Ἀλλὰ τίνι; καὶ γὰρ αὕτη τὰς τέχνας πάσας πολὺ
Μετὰ τὴν κολακείαν, ἥδε μὲν γὰρ διαφέρει.

In *Animadverſionibus* autem idem CASAUBONUS ſic ad hunc
locum commentatus eſt:

»Ὅτι εἰμ' ἀλαζὼν τοῦτ' ἐπιτιμᾷς. ἀλλὰ τί;
»Νικᾷ γὰρ αὕτη τὰς τέχνας πάσας πολύ,
»Μετὰ τὴν κολακείαν· ἥδε μὲν γὰρ διαφέρει.

»Ita ſcribi debent hi verſus, in editis libris male conce-
»pti. In Epitoma vero aliter paulo. Sic enim illa:

»Ὅτι εἰμ' ἀλαζὼν τοῦτ' ἐπιτιμᾷς. ὑπερ- f
»τείνει γὰρ αὕτη τὰς τεχν. « —

Membranae *A.* a veterum editionum scriptura nil recedunt. Noster vero codex *Epitomae*, omissis duabus primoribus vocibus, (quae fortasse ne in Hoescheliano quidem libro legebantur) sic habet: Ἀλαζών· τοῦτ' ἐπιτιμᾷς; ὑπερτείνει αὕτη τὰς τέχνας πάσας πολὺ μετὰ τὴν κολακείαν. ἥδε μὲν γὰρ διαφέρει. Ubi vides, nec metri ullam rationem habuisse Breviatorem, nec id curasse ut verba auctoris omnia repraesentaret. Sed istud adparet, fecisse hoc loco virum illum, quem minime fuisse indoctum iam saepius observavimus, id quod rarius aliàs facere ausus est. Nempe cum mendosum videret id quod in suo exemplari reperisset, ἀλλὰ τίνι: non, ut aliàs fere adsueverat, omisit corrupta verba, sed emendare conatus est. Itaque, cum τίνι (solenni veterum librariorum errore, ι & ει permutantium) ex τείνει corruptum existimaret, ex ἀλλὰ τίνι fecit ὑπερτείνει: quod verbum ad sententiam quidem aptissimum erat, quippe idem valens ac νικᾷ vel διαφέρει: sed metro haudquaquam conveniebat. Quare hoc verbum Epitomatori relinquens, non dubitavi perspicacissimam simplicissimamque *Casauboni* emendationem, ἀλλὰ τίνι καὶ in ἀλλὰ τί νικᾷ mutantis, adoptare: quod & a *Grotio* factum vidi in Excerptis pag. 643. Initio *primi versus*, idem GROTIUS non modo εἰμ' per apostrophum cum Casaubono scripsit, sed & Ὅτ' εἰμ' pro Ὅτι εἰμὶ ἀλαζ. Ac non sum equidem nescius, esse doctissimos viros, qui, ubicumque vocem in α, ε, ι vel ο exeuntem sequitur vox a vocali incipiens, prorsus elidendam eliminandamque istam in fine vocis vocalem censeant. Quibus sicut ego ultro largior, *in pronunciando* utique elidendas semper eiusmodi vocales, aut certe perquam raptim esse efferendas, (quod κουφίζειν vocant Grammatici: vide Villoisoni Anecdota Graeca, T. II. p. 115.) neque umquam pro legitimis syllabis posse numerari: sic *in scribendo* nil necesse arbitor ut ita religiose lex ista servetur: neque invitus secutus sum vetustorum librorum auctoritatem, qui persaepe plenâ atque integrâ scripturâ utuntur, ubi in pronunciando haud dubie elidenda vocalis est.

Ἀντιφάνης ἐν Γηρυτάδῃ. »Rectum est, opinor, Ἀρι-
»στοφάνης: cuius fabulam eo nomine passim Athenaeus,

f » Pollux, aliique veterum citant: *Antiphanis*, quod ſciam, » nemo. » CASAUBONUS. — Caſaubono ſuffragatus eſt KOPPIERS, in Obſervatis Philolog. pag. 28. Et citra ullam dubitationis ſignificationem ad *Ariſtophanem* hoc retulit BRUNCK, in Ariſtophanis Fragmentis p. 30. num. 5. Ego vero veritus ſum pro explorato adoptare: cum praeſertim ſint aliae *Antiphanis* fabulae, nulli alii auctori praeter Athenaeum laudatae; velut Ποίησις, VI. 222. a. ubi vide notata: itemque aliae eumdem titulum cum Ariſtophaneis fabulis praeferentes, veluti Ἱππεῖς, citatae Noſtro, XI. 503. b.

ANTIPHANI vulgo, in editis Athenaei libris, tribuebantur verba ſic concepta, & continuo tenore ſcripta, non tamquam verſibus comprehenſa: *Ψίθυρός τε καλοῦ καὶ Κόλαξ καὶ Σαννυρίων. ποῖ φθείρεσθ' ἐπίτριπτοι ψωμοκόλακες.* Ad quae verba brevis eſt CASAUBONI Animadverſio huiusmodi: » E re nomina perſonis indita fingun- » tur, *Pſithyrus* & *Colax*. Vox καλοῦ mendam continet. « — Eadem verba BRUNCKIUS l. c. *Ariſtophani* tribuens, tamquam duos verſus (neſcio quonam metri genere adſtrictos) in hunc modum ſcripſit:

Ψίθυρός τε καλοῦ, καὶ κόλαξ, καὶ Σαννυρίων.
ποῖ φθείρεσθ' ἐπίτριπτοι ψωμοκόλακες;

Quibus in verbis non magis metri rationem, quam commodam ſententiam, & nexum poſterioris verſus cum priore, deſideres. Licet enim in utroque verſu per ſe qualiscumque ſenſus inſit; tamen, quoniam iſta verba pro teſtimonio uſum vocabuli ψωμοκόλαξ probante adferuntur, conſentaneum erat, ut cum non niſi in poſteriore verſu vox illa occurrat, connexi inter ſe eſſent ambo verſus. Accedit quod Σαννυρίων nusquam aliàs vel ut nomen adpellativum vel ut proprium nomen, quod in vituperio poſitum cum ψίθυρὸς & κόλαξ coniungi poſſit, occurrit. Quibus levandis difficultatibus quum nihil praeſidii offerrent vetereſ membranae *A.*, opportune nos expedivit noſter *codex Epitomae*: & potuerat haud dubie Caſaubonus etiam ad explanandum hunc locum aliquid proferre, ſi *Hoeſchelianam* Epitomam diligentius inſpexiſſet. In noſtro quidem ms. *Ep.* in hunc modum ſcribitur. Ὅτι ψωμοκόλαξ κεῖται παρ' Ἀντιφάνῃ. ψίθυρός τε καλοῦ καὶ ψωμοκόλαξ: καὶ Σαννυρίων· ποῖ φθείρεσθ' ἐπίτριπτοι ψωμοκόλακες; Unde duas res maximi momenti ad lucem huic

loco adfundendam, atque etiam ad plane reſtituendam illius integritatem, didicimus: primam, quod in Antiphanis verbis pro nudo κόλαξ omnino fuerit ψωμοκόλαξ legendum: alteram, quod in ipſo illo vocabulo ψωμοκόλαξ terminetur *ANTIPHANIS teſtimonium;* nam duobus punctis altero alteri inſuper impoſito, qualia ibi adpoſuit librarius, conſtanter in illo codice indicatur aut exitus teſtimonii prolati, aut omnino finis alicuius disputationis & transitus ad aliud argumentum. Igitur quae ſequuntur verba, καὶ Σαννυρίων, indicant ſubiici dein aliud *teſtimonium ex SANNYRIONE petitum.* Eſt autem *Sannyrio,* comicus poëta ſatis etiam alioquin ex Polluce, Harpocratione, Suida, & Eudocia, notus; cuius fabula etiam Γέλως citatur a Noſtro, lib. VII. pag. 286. c. Quod ſi, quae de hoc Comico Suidas adnotavit, cum ait: Σαννυρίων, Ἀθηναῖος, κωμικός. δράματα αὐτοῦ ἐστι ταῦτα· Γέλως, Δανάη, Ἰὼ, Ψυχασταί· ὡς Ἀθήναιος ἐν Δειπνοσοφισταῖς: iſta igitur ſi ita accipienda ſunt, ut ſpeciem prae ſe ferunt, utque Caſaubonus in Animadv. ad VII. 286. e. accepit; hoc dixerit Suidas, *apud Athenaeum in Deipnoſophiſtis laudari quatuor fabulas huius poëtae.* In quo ſi ille non erravit, ſuſpicioni fuerit locus, intercidiſſe hic titulum unius ex tribus reliquis Sannyrionis fabulis, praeter Γέλωτα a Suida nominatis: at per eamdem rationem ſtatuendum foret, prorſus intercidiſſe apud Noſtrum ea loca, quibus duarum aliarum fabularum mentio facta fuiſſet. *Antiphanis* verba in latina verſione ita interpretatus ſum ac ſi Ψιθυρός τ' ἐκαλοῦ (in ſecunda perſ. imperf. paſſiva) ſcriptum eſſet. Verſus eſt anapaeſticus dimeter acatalectus. f

Φιλήμων, Ἀνανεουμένῃ· ψωμοκόλαξ δ' ἔσθ' οὗτος. Anim- a
advertit BENTLEIUS in Emendatt. in Philem. pag. 110. Neque ſenarium neque trochaicum inchoare iſta verba potuiſſe: quae ſi ad metri leges volueris adſtringere, ſic fuerint conſtituenda:

»— — ψωμοκόλαξ δ' ἔσθ' οὗτοσί.«

Κυρίως δ' ὁ κόλαξ ἐπὶ τούτου κεῖται. »Quod auctor his »verbis dicit, id ita interpretare. Κόλαξ in univerſum di»citur *omnis adulator* quacumque mercede propoſitâ: pro»prie tamen locum habet id verbi in eo quem ψωμοκόλα»κα appellari modo dicebat. Eſt autem φερωνύμως ψωμο»κόλαξ, *qui gulae gratia adulatur.* At non omnes adulato»res *epulas* praemii loco aucupantur: maiora ſunt quae

» captant regum & principum assentatores. Propterea ne-» mo philosophorum in *adulationis* definitione mentionem » fecit *cibi:* sed generaliter τοῦ συμφέροντος. Vere hoc & » docte Athenaeus: melius quam ante, cum dicebat τὸν » κόλακα ἀπὸ τῆς εὐχερείας nomen inveniisse.« CASAUBONUS. — Vide pag. 258. b. & ibi notata.

AD CAP. LXXXI.

b ἐν τῷ σαβρίᾳ βομβυλιῷ &c. » Sequitur: Τοσαῦτα τοῦ » Δημοκρίτου εἰπόντος, καὶ πιεῖν αἰτήσαντος ἐν τῷ Σαμ-» βρίᾳ βομβυλιῷ· ὁ Οὐλπιανὸς ἔφη, τίς ὁ Σαμβρίας οὗ-» τος; Post longam orationem de Parasitis & Adulatori-» bus, facit tandem pausam Democritus, & potum sibi » poscit *in Sambria bombylio.* Vasis potorii genus fuisse, » quod βομβυλιὸν vocarent, certum est. « [Vide XI. 484. e. f. & 485. a. sed praesertim Supplementum libri XI. a Casaubono ex Epitoma editum in Animadverss. lib. XI. cap. 4. pag. 495. ed. 1. & pag. 784. ed. 2. & 3. Adde Animadv. ad III. 125. f.] » Sed quid appellat Σαμβρίαν » βομβυλιόν; Movet hanc quaestionem Athenaeus, nec sol-» vit tamen. Puto deesse quae scripta illi fuerant super » hoc. Libro undecimo, ubi proprium locum habet haec » disquisitio, non solum de voce Σαμβρίας nihil, sed » ne de poculo quidem *bombylio.* [At vide loca modo » a nobis citata.] Multa autem desiderari in eo libro, di-» cemus suo loco. Inter alia, ut arbitror, periit explica-» tio propositae hic quaestionis. Coniicimus nos, scriben-» dum esse ἐν τῷ Σαμβρίᾳ βομβυλιῷ: *in bombylio Sam-» briae. Sambrias* proprium servi aut alius nomen, qui » in veteris alicuius poëtae comoedia poculo bombylio » plurimum delectari fingebatur. Inde manavit in ora pota-» torum, *Sambriae bombylium.* Porro *bombylium* Graeci ap-» pellarunt angustioris *colli & praelongi vas*, ad *fugendi* » usum potius quam *bibendi* paratum. Declarat eximie Ga-» leni locus, octavo libro de Hippocratis Scitis & Plato-» nis: Τὰ παιδία, inquit, τῇ παρενθέσει τῶν χειλέων, ἔκ » τε τῶν τιτθῶν ἕλκει τὸ γάλα, καὶ τῶν βομβυλιῶν τὸ πε-» ριεχόμενον ἐν αὐτοῖς ὑγρόν. Meminit & Paulus Aegine-» ta libro tertio. Vide Pollucem lib. X. cap. 19.« [sect. 68. Sed vide potissimum eumdem Polluc. VI. 98. & Hesy-chium in Βομβυλιός: ibique Interpretes.] » Dictum autem

» βομβυλιὸν [immo βομβύλιον, & ὁ βομβυλιὸς, itemque b
» βομβύλιος,] a ſonitu quem edit erumpens humor per tra-
» mitem anguſtum. *Bilbere* vel *bilbire* Latini. Naevius: *bil-*
» *bit amphora.* Similis ratio appellationis *baucaliorum*, ut
» docet Alexander Aphrodiſeus in Problem. libro primo. «
CASAUBONUS. — Totam hanc pericopen omiſit Epitomator. In ms. *A.* vero, pro Σαμβρίᾳ & Σαμβρίας, Σαβρίᾳ & Σαβρίας ſcribitur: cuius libri auctoritatem ſequi debui, licet *Sabrias* ille, quis vel hominum fuerit, vel quod genus poculorum, non magis compertum habeam, quam de *Sambria.* Ac fortaſſe ne ipſe quidem Athenaeus exploratum habuerat: ob eamque cauſſam contentus, dictionem iſtam, ἐν τῷ σαβρίᾳ (vel Σαβρίᾳ) βομβυλιῷ, quam apud neſcio quem auctorem legiſſet, in medium hic contuliſſe, explicationem eius in aliud tempus reiecit; ſperans ſcilicet, ſe interim, quaenam eius vis eſſet, reperturum. Quum vero nihil quod huc faceret reperiſſet, in progreſſu operis non amplius tetigit quaeſtionem.

Omiſſo illo introitu huius capitis, Epitomator aliena prorſus verba hic inſeruit, nempe poſtremos verſus ex *Diphili* fabula *Nuptiis* ſupra ab Athenaeo, p. 254. prolatos, ibique in Epitome praetermiſſos. Eos igitur hoc loco poſt verba ψωμοκόλαφον δραπέτην, in quae deſinit caput noſtrum ſuperius, ille adpoſuit, ſed mendoſe ſcriptos in hunc modum: Καχεξία τις ὑποδέδωκε τοὺς ὄχλους· αἱ κρίσεις δ' ἡμῶν νοσοῦσι· καὶ τὸ πρὸς χάριν πολύ· Δίφιλος φησίν. Quoniam vero in hoc ſumus, age, aliud adiiciamus documentum, ex quo intelligatur, quo pacto ſubinde cum Athenaei opere egerit idem Epitomator. Scilicet, proxime poſt verba modo adpoſita, τὸ πρὸς χάριν πολύ· Δίφιλος φησίν: ſic ille pergit: Ὅρα τὸ Ἀεί ποτε ἄνδρες τεθαύμακα· ὅμοιον τῷ, Ἀεὶ παῖ Λαρτίου δέδορκά σε: Φησὶ Μακαρεὺς· ὅταν Ἥρα ζώσιν οἱ ἐν Κῷ, οὔτε εἰσεισιν εἰς τὸ ἱερὸν δοῦλος, οὔτε γεύεται τινὸς τῶν παρεσκευασμένων: Ὅτι Ἐπικράτης ἀγανακτοῦντα ποιεῖ οἰκέτην τινὰ καὶ λέγοντα· Τί γὰρ ἔχθιον &c. - - - ὧν οὐδὲ λειφθέντων ζέμις δούλῳ φαγεῖν ὥς φασιν αἱ γυναῖκες. Μετήνεγκε δὲ τὰ ἰαμβεῖα ταῦτα ἐξ Ἀντιφάνους, ἀπὸ τοῦ ὁρᾷν τε κείμενα καὶ ἑξῆς: Καὶ ἔστι φησὶν ὁ παρὰ τούτο Οὐλπιανὸς (ſic ille, pro Δημόκριτος) ϑαυμαστὸν, ὅπως τὸ τῶν δούλων γένος ἐστὶν οὕτως ἐγκρατὲς τοσαύταις ἐγκαλινδούμενον λι-

χνείαις. ταύτας γὰρ ὑπερορῶσιν οὐ μόνον διὰ φόβον, ἀλλὰ καὶ κατὰ διδασκαλίαν ἐθισθέντες: Ὅτι γενομένης διαφορᾶς τοῖς συνεξορμήσασι & caetera, quae leguntur c. 82.

Ἀεί ποτε - - - τεθαύμακα τὸ τῶν δούλων γένος. Accedit auctor ad tractandam quaestionem de *Servis*, supra ab Ulpiano propositam pag. 228. d. *Ibid.* ταύτας γὰρ ὑπερορῶσιν. Sic recte ed. Ven. & uterque codex mstus.

c Μακαρεὺς ἐν τῇ τρίτῃ Κωακῶν. Ad editam olim scripturam, Κωϊκῶν, adnotavit CASAUBONUS: »Scribe Κωα»κῶν. Ita libro XIV. [p. 639. d.] melius quam Κωϊκῶν. « Recte: & sic hoc pariter loco scripsisse Athenaeum, ex ipso errore in vetustis nostris membranis admisso intelligitur; nam ibi non Κωϊκῶν, sed Κολάκων scriptum. *Ibid.* εἴσειτιν edd. cum ms. *Ep.* εἴσισιν ms. *A.* ne id quidem male.

Ἀντιφάνης δ' ἐν Δυσπράτῳ. Nil mutant libri: nec aliter legitur Index huius fabulae lib. XIV. p. 661. f. Sic & paulo post, Ἐπικράτης δ' ἐν Δυσπράτῳ. Nec opus esse videtur, ut cum REINESIO, Variar. Lection. III. 3. suspicemur, Δισπράτῳ oportuisse, id est, *Bis vendito*. Quod autem Epicratis fabulae titulus, Δύσπρακτος editus est in Fabricii Biblioth. Graec. T. I. p. 758. id temere factum, nec repeti debuerat a novo illius operis Editore, viro doctissimo. In Dalecampii Indice Auctorum commissus is error erat, non quidem ubi de *Epicratis* fabula agebatur, sed ubi de *Antiphanea*. Sed in eodem Indice utrobique graecum fabulae titulum latine *Infortunatus* reddidit idem DALECAMPIUS: quae tamen vis nec in voce δύσπρατος inest, nec in δύσπρακτος. Non enim δύσπρακτος graece dicitur ὁ δυσπραγὴς aut is qui κακῶς πράσσει: sed passiva notione δύσπρακτος *res* dicitur, quae δυσχερῶς πράσσεται, *difficilis factu*. vide Polluc. III. 131. & V. 105. Δύσπρατος, proprie, nihil aliud significare potest, nisi, *qui aegre venditur*: tum vero translate, sicut ἄπρατος, verbi caussa ῥήτωρ, dicitur *orator non vendibilis*, id est, *auro non corrumpendus, incorruptus*, sic δύσπρατος intelligi poterit *qui aegre corrumpitur*. Quare miratus sum, GROTIUS quid spectarit, cum titulum fabulae recte Δύσπρατον scribens, latine *Miserum* redderet, in Excerpt. pag. 669.

In *ANTIPHANIS vers.* 2. ἡμιβρώτους legebatur in ed. Ven. & Bas. itemque in ms. *A.* Quod quum metro repugnaret, recte Casaubonus ἡμιβρῶτας edidit; quod ipsum

in eodem verſu, apud *Epicratem* repetito, agnoſcebant libri omnes; a ſing. ἡμιβρὼς, ἡμιβρῶτος.

In *Epicratis* ecloga, claudicat utique *tertius* verſus, d
τὴν ἀμίδα φέρειν, ὁρᾶν τε κείμενα:
cui commodiſſimum remedium Grotius adtulit, ſic ſcribens,
καὶ τὴν ἀμίδα φέρειν, ὁρᾶν τε κείμενα.
Cuius emendationem firmare etiam quodammodo videtur Epitomator, τὴν τ' ἀμίδα ſcribens. Iſtam ſi adoptatam volumus rationem, fuerit in fine verſus ſecundi *commate* diſtinguenda oratio, ut dativus μειρακυλλίῳ pendeat a verbo καλεῖσθαι, idemque valeat ac ὑπὸ μειρακυλλίου: quemadmodum in Grotii verſione expreſſum eſt, quam Graecis verſibus ſubiecimus. Equidem, cum τὴν ἀμίδα παραφέρειν fortaſſe (absque καὶ) legendum ſuſpicarer, cogitaveram ſimile verbum παρακρατεῖν, quo in eadem prorſus re uſus eſt Epictetus, Differt. lib. I. cap. 2. ſect. 8 ſqq. Sic paulo commodior fuerit verborum ſtructura, in hanc ſententiam: *Quid odioſius, quam inter compotationem, puer, puer, inclamari? & quidem, ut matulam porrigas imberbi adoleſcentulo.* In eodem verſu, pro κείμενα ſcribitur κειμένους in ms. *Ep.* haudquaquam per ſe male: ſed non mutare debui ſcripturam, quam & in Antiphanis & in Epicratis ecloga membranae *A.* cum editis percommode tenebant: eamdemque debuiſſe etiam Epitomatorem, ipſe ſatis ſignificare videtur in his quae mox ſubiecit, cum ait, *mutuatum eſſe Epicratem verſus iſtos ab Antiphane inde ab illis verbis*, ὁρᾶν τε κείμενα.

AD CAP. LXXXII.

Initium huius capitis ſic conceptum in ed. Baſ. & Caſ. e legebatur: Διευχίδας δ' ἐν Μεγαρικοῖς τὰς καλουμένας φησὶν † ἀραιὰς. (μεταξὺ δὲ τῆς Κνίδας καὶ τῆς Σύμης εἰσὶν) γενομένης διαφορᾶς τοῖς συνεξορμήσασι τῷ Τριόπᾳ μετὰ τὸν ἐκείνου θάνατον. καὶ τῶν μὲν εἰς τὸ δωμάτιον ἀναχωρησάντων, &c. Eodemque prorſus modo in ed. Ven. niſi quod in hac *aſteriſcus* deeſt, & deſunt parentheſeos ſigna, quae & deſunt editioni Baſ. Neque in verbis quidquam mutant membranae *A.* Eum locum latine ſic reddiderat Dalecampius: *Dieuchidas in Megaricis ſcribit, Aras inſulas inter Symen & Gnidon ſitas ſic vocatas*

e *fuiſſe: quod exorto diſſidio poſt interitum Triopae inter eos qui cum illo regionem invaſerant, aliis domum reverſis*, &c. Ad vocem *Aras* adnotaverat IDEM: »Haec vox non Latina, »ſed Graeca, *diras imprecationes ſignificat.* Sic le»gendum e Stephano. « — Ad eumdem locum, CASAUBO»NI eſt Animadverſio haec: Tolle *aſteriſcum* in iſtis, τὰς »καλουμένας φησὶν Ἀραιάς: neque temere doctos audias, »qui ex Stephani Ethnicis emendant, τὰς καλουμένας »Ἀράς. Euſtathius [ad Il. σ'. p. 1205, 14.] locum poëtae »explicans, ubi κνῆμαι ἀραιαὶ dicuntur, Ἡ ἱστορία, in»quit, οἵδε καί τινας νήσους ἐπονομαζομένας Ἀραιάς. Re»ſpici autem ab Euſtathio hunc Athenaei locum non eſt »dubium ullum. At in Epitoma Stephani locus ita reſti»tuendus: Ἀραιαὶ, [pro eo quod vulgo ibi legitur Ἀραὶ] »Ἰωνίας νῆσοι τρεῖς, οὕτω λεγόμεναι διὰ τὰς ἀρὰς ἃς Δω»ριεῖς ἐποιήσαντο πρὸς τοὺς Πενταπολίτας, ὡς Ἀριστείδης. »ἄλλοι δ' ἄλλως. τὸ ἐθνικὸν Ἀραιαῖος. [loco τοῦ Ἀραῖος.] »Situm *Araearum* ita indicat auctor: μεταξὺ δὲ τῆς Κνί»δας καὶ τῆς Σύμης εἰσίν. Scribendum τῆς Κνιδίας: »ſupple γῆς. Sitae ſunt *Araeae* e regione litoris illius, »quod eſt inter Gnidum & Symen Cariae urbes. Sequens »narratio non caret mendis. Nam, exempli gratia, εἰς τὸ »δωμάτιον ἀναχωρεῖν, pro *redire in patriam*, concoqui »a nobis non poteſt. « — Sic ille. Ego vero, quo pacto ſanum atque integrum exiſtimare potuerit vir doctus introitum huius narrationis, ubi haud abſurde profecto *lacunam* indicaverat Baſileenſis editor, exputare non poſſum: nam in ipſo initio intercidiſſe & neceſſario adiectam oportuiſſe talem aliquam praepoſitionem, qualem adieci, περὶ, κατὰ, aut ἀμφὶ, ita mihi perſpicuum videtur, ut nihil poſſit eſſe magis. Absque tali praepoſitione, confuſa turbataque tota oratio eſt: illâ adiectâ, plana & clara fiunt omnia. Scripturam Ἀραὶ apud Stephanum Byz. contra Caſaubonum ita defendit BERKELIUS, ut non neget, perinde bene rectèque apud Athenaeum Ἀραιὰς ſcribi. Porro ferri utique non potuit τῆς Κνίδας: ſed aut Κνιδίας cum Caſaubono erat corrigendum, aut Κνίδου ſcribendum cum Epitomatore, qui quidem mox, pro Σύμης, perperam Σάμου habet. τὴν Κνιδίαν in eadem re dixit Diodorus Sicul. V. 61. & Stephanus Byz. in Ἴστρος, & Callimachus, Hymn. in Cer. vs. 25. ubi vide Interppr. Sed τὸ Τρίοπον (ſive Τριόπιον) ἀκρωτήριον τῆς Κνίδου

dixit Scholiastes Theocr. XVII. 69. Quod dixi, in Epitoma scribi τῆς Κνίδου καὶ τῆς Σάμου: id in Hoescheliano libro fortasse non repererat Casaubonus, nec noster codex in ipso contextu exhibet: sed, quod ad Epitomen libri I. & II. passim observavimus, idem hic factum. Non in contextu, ubi in opere pleniore leguntur illa verba, posita sunt in Epitome: sed paulo inferius, ubi in pleniore opere καὶ διὰ τοῦτο τὰς νήσους &c. scribitur, ibi Epitomator in contextu scripsit, ὅθεν καὶ Ἀραιαὶ αἱ νῆσοι ἐκλήθησαν: tum in ora codicis nostri, rubro colore, eiusdem librarii manu qui reliqua scripsit, adscripta haec verba sunt, μεταξὺ τῆς Κνίδου καὶ Σάμου αὗται: quae verba, sicut & alia eiusdem generis, ex ora codicis ab ipso Epitomatore exarati derivata videntur; nisi fortasse Σάμου h. l. pro Σύμης ex librarii nostri errore est. e

Iam, quod ad rem spectat quae hic agitur: de *Triopae* (quem alii Abantis, alii Phorbantis filium faciunt, alii aliis parentibus natum statuunt) expeditione *in Cnidiam* reliquamque Cariam suscepta, videndus praesertim Diodorus Sicul. V. 61. & Callimachi Hymn. in Cer. vs. 25. quique utrobique ab interpretibus laudantur auctores. E quibus perspicue etiam discimus quid sit quod sub illis apud Nostrum verbis, εἰς τὸ δωμάτιον ἀναχωρησάντων, quae merito suspecta Casaubonus habuerat, lateat. Nempe, τῶν μὲν εἰς τὸ Δώτιον ἀναχωρησάντων scriptum oportebat; idque haud cunctanter restitui a nobis Athenaeo debuerat. Est autem Δώτιον oppidum & ager Thessaliae, quem *Triopas* tenuerat, & e quo ille cum *Phorbante & Periergo* filiis, qui continuo deinde nominantur, & filia *Parthenia*, idoneaque sociorum manu profectus, expeditionem in Cariam suscepit. De *Datio* confer Stephanum Byz. in Δώτιον, & Ezech. Spanhem. ad Callimach. l. c. Quod sequitur, οἱ μὲν μετὰ Φόρβαντος μείναντες, id recte tenet ed. Cas. 1. cum superioribus editt. & libris mss tis: operarum errore κατὰ Φόρβ. expressum in ed. Cas. 2. & 3. *Mox*, quod & hic & paullo post rursus scribitur εἰς Ἰηλυσὸν, utrobique Ionicam nominis formam (pro Ἰάλυσον vel Ἰαλυσὸν) libri tenent omnes. Dein Καμιρίδα quidem habet Epit. qua ratione etiam Κάμιρος apud Stephanum Byz. scribitur; sed Καμειρίδα cum editis tenent membr. *A*. Habuerat, puto, in animo auctor, cum haec scriberet, Homericum versum ex Iliad. β'. 655.

Λίνδον, Ἰηλυσσόν τε, καὶ ἀργινόεντα Κάμειρον.

f Verbum διενήξατο, perincommode in ſing. num. poſitum tenet cum editis codex mſtus uterque. Omnino vero διενήξαντο legendum videtur; quia non modo de duobus ante nominatis agitur, Phorbante & Parthenia, verum etiam continuo deinde pronomen αὐτοῖς in plurali numero ſubiicitur.

a τὸ ἔθος διαμένειν ἐν τῇ θυσίᾳ τοῦ Φόρβαντος. De *heroïcis honoribus Phorbanti* a Rhodiis, ob collatum in ipſos beneficium, *poſt mortem tributis*, vide Diodorum V. 58. & ibi Weſſeling.

AD CAP. LXXXIII.

b εἴπωμέν τι καὶ ἡμεῖς ἀναπεμπασάμενοι. Ad editam olim ſcripturam, ἀναπεμπασμένοι, monuit CASAUBONUS: »Quod operas noſtras vel fortaſſe nos ipſos fu»git, emenda, ἀναπεμπασάμενοι.« — Sic vero recte ſcriptum in utroque noſtro cod. mſto. Et Epitomator quidem, quemadmodum in Epitomis libri I. & II. ſubinde ab eodem factum obſervavimus, omiſſis h. l. aliis Athenaei verbis, unam illam dictionem excerpſit, & velut ex abrupto adpoſuit: Ἀναπεμπασάμενοι περὶ αὐτῶν ἐξ ὧν πάλαι τυγχάνομεν ἀνεγνωκότες. Heſychius: Ἀναπεμπάζεσθαι· ἐπαναλαμβάνειν τὰ προειρημένα. Uberius Suidas: Ἀναπεμπάζειν· ἀναμιμνήσκεσθαι. πεποίηται ἀπὸ τῶν τοῖς πέντε δακτύλοις τῆς χειρὸς συνεχὲς ἀριθμούντων καὶ ἐπαναλαμβανόντων, οἱονεὶ κατὰ πεμπάδα ἀριθμούντων. καὶ Ἀναπεμπαζόμενοι· ἀναριθμούμενοι, σκεπτόμενοι. Confer Thomam Mag. & ibi Interpp. ſed prae caeteris Ruhnkenium ad Timaei Lexic. Plat. pag. 33 ſq. Adde Noſtrum, VIII. 362. d. & X. 459. c.

PHERECRATIS verſus manifeſte ſunt trochaici tetrametri catalectici in ſyllabam: in quibus quidem, quod ad ſcripturam adtinet, nonnihil monendum. *Verſ.* 1. Cum οὔτε Μάνης, οὔτε σάκις olim eſſet editum, tacite Caſaubonus Σάκης edidit, praeeunte *Guil.* CANTERO, Novar. Lect. lib. IV. cap. 5. Et Σάκης quidem, ſicut Μάνης, pro ſervi nomine habitum eſt a viris doctis; quod, quamquam nusquam aliâs (quod ſciam) nomen illud occurrit, tamen haud abſurde ita ſtatui poterat, ut, quemadmodum alia mancipiorum nomina frequenter a barba-

rarum gentium nominibus derivata novimus, (conf. Hemsterh. ad Aristoph. Plut. pag. 8.) sic hoc a Thracico populo, cui Σάκαι nomen, derivatum censeretur. At videri tamen debebat, sicut pervulgatum nomen *Manes* erat, sic & altero loco nomen magis frequentatum aut commune poni debuisse. Quo minus dubitare nos debuimus, quin membranarum nostrarum scriptura, σηκὶς, auctori esset restituenda. Nempe Μάνης pro *emto mancipio* ponitur: σηκὶς vero *verna* est, vel *servus domi natus*. Hesychius: Σηκίς· οἰκογενὴς δοῦλος ἢ δούλη. οἷον ἐκ τοῦ σηκοῦ. In Epitoma desunt duo primores versus, cum priori hemistichio tertii. b

Secundus versus in ed. Ven. & Bas. corrupte scriptus erat in hunc modum:

δοῦλος, ἀλλ' αὐτὰς ἔδει μοχθεῖν ἅπαντα ταὐτῇ οἰκίᾳ.

Ubi reliqua tenens Casaubonus, in fine ἅπαντα τἀν τῇ οἰκίᾳ correxit, praeeunte eodem CANTERO, & firmante emendationem nostro msto *A*. At ne sic quidem persanatus versus erat, nempe iustâ mensurâ carens. Cui incommodo remedium adlaturus GROTIUS, in Excerpt. p. 511. sic scripsit:

ἀλλ' ἔδει αὐτὰς μοχθεῖν ἅπαντα τἀν τῇ οἰκίᾳ.

Monuitque in Notis: »Quod hic ante ἀλλ' apud Athe»naeum ponitur δοῦλος, interpretamentum est eius quod »praecesserat, Μάνης & Σάκης, quae servilia sunt nomi»na. Deinde erat αὐτὰς ἔδει: nos transposuimus mol»liendo versui.« — Ubi ultro quidem concesserim, potuisse percommode abesse vocem δοῦλος, sive Σάκης in priore versu, sive σηκὶς legeres. Sed quum ne sic quidem existere versum viderem ad trochaici metri leges exactum, quippe qui in tertia sede spondeum pro trochaeo haberet; alia ratione succurrendum putavi, servando vocem δοῦλος, quae perapte locum suum tueri poterat, sed sub finem versus, pro ἅπαντα τἀν τῇ οἰκίᾳ, brevius ἅπαντ' ἐν οἰκίᾳ scribendo. De qua ratione restituendi metri idem etiam, quem laudavi, CANTERUS eodem loco monuerat: cui suffragatus est PIERSON ad Moeridem p. 18.

Tertius versus in omnibus editionibus sic legebatur:

εἶτα πρὸς τούτοισιν εἶλον ὄρθριαι τὰ σιτία.

Ibi monuit CASAUBONUS: »Emenda, ἤλων ὄρθριαι τὰ »σιτία, pro ἠλόων, vel ut alii scripserunt ἡλόων.« — At-

b que id ipſum dabant libri noſtri: ἅλων quidem ms. *Ep.* ἅλων vero ms. *A.* At eamdem ſcripturam duplici difficultate premi video. Primum enim analogiae grammaticae repugnare videtur, ut pro ἁλόων vel ἁλόων (ex ἁλόαον vel ἁλόαον contractis) fiat ἅλων vel ἅλων. Deinde, ſi vel maxime ferendum hoc ſtatuas, ſignificabit id verbum, *triturabant frumentum:* atqui, non de *triturando*, ſed de *molendo* agi, cum aliunde conſentaneum erat, tum verſus proxime ſequens perſpicue evincit. Quare eidem, quem modo nominavi, PIERSONO fuerit adſentiendum, ἅλουν, non ἅλων vel ἅλων, ſcriptum oportuiſſe, a themate ἀλέω, *molo;* quod ipſum verbum paulo ſuperius hac ipſa pagina lit. a. occurrebat: ubi etiam vides priſcis temporibus proprium id opus mulierum fuiſſe.

καὶ Ἀναξανδρίδης δὲ ἐν Ἀγχίσῃ. In *Anaxandridae* nomine recte hîc conſentiunt edd. & mssti. Vide ad pag. 261. f.

c Οὐκ ἔστι δούλων &c. »Lepidiſſimi ſunt ANAXANDRIDAE verſus, quibus dicitur *eam eſſe humanarum rerum* »*inſtabilitatem, ut idem modo ſervus, modo liber exiſtat.* No» tabunt tyrones, poni a poëta *Sunienſes*, ceu *nobiliſſimos* »*inter Athenienſes cives.* Sicut Romanarum tribuum aliae »aliis erant honeſtiores: ita videntur e pagis Atticae non» nullam honoris praerogativam (fortaſſe propter antiqui» tatem) quidam habuiſſe. Verba ſunt poëtae:

»Πολλοὶ δὲ νῦν μέν εἰσιν οὐκ ἐλεύθεροι,
»εἰς τ' αὔριον δὲ Σουνιεῖς. εἶτ' εἰς τρίτην
»ἀγορᾷ κέχρηνται. τὸν γὰρ οἴακα στρέφει
»δαίμων ἕκάστῳ. —

»*Multi*, ait, *qui nunc ne liberi quidem ſunt, cras erunt Su*» *nienſes:* id eſt, non ſolum liberi erunt, & inter Athe» nienſes cives cenſebuntur, ſed etiam inter honeſtiſſimos. »Ἀγορᾷ χρᾶσθαι expone cum Dalecampio, *ſtare inter vae*» *nales in foro:* dictum ut συμφορᾷ χρᾶσθαι, & ſimilia.« CASAUBONUS. — At multis modis aliena videtur iſta doctiſſimi viri interpretatio. Primum enim, ſi tanta fuit praerogativa tribus Sunienſis, ut κατ' ἐξοχὴν *Sunienſis* aliquis dici potuerit, quem *civem inter Athenienſes nobiliſſimum* debeamus intelligere; quî fit ut illius tam inſignis praerogativae apud nullum usquam veterum ſcriptorum, niſi hoc uno lubrico loco & perambiguo certe, vel leviſſimum reperiatur veſtigium? Nam illud quidem nemo cum aliqua

veri ſpecie huc traxerit, quod Strabo, in orae Atticae c deſcriptione, lib. IX. p. 398. d. ait, Κάμψαντι δὲ τὴν κατὰ τὸ Σούνιον ἄκραν, ἀξιόλογος δῆμος Σούνιον: id eſt, *Ubi promontorium circumflexeris, quod ad Sunium eſt, occurrit Sunium, memorabilis* (vel, *notabilis*) *pagus.* Deinde, dictionem ἀγορᾷ χρᾶσθαι idem valere ac *in foro vaenalem ſtare*, nullo pacto probabile videtur. Quod ſi ἀγορὰ hîc pro *foro venali* ſit accipiendum; fuerit ἀγορᾷ χρᾶσθαι potius *mercaturam facere*, quam *venalem proſtare.* Denique, ſi vel maxime haec notio ſubiecta illi dictioni eſſe poſſet, oportebat neceſſario ad eam, quam voluit Caſaubonus, efficiendam ſententiam, ut vocula αὖ vel πάλιν, id eſt, *rurſus, iterum, denuo*, adiiceretur. Quare mirum non eſt, in longe diverſam ſententiam alios diſceſſiſſe doctos viros. *Hadrianus* quidem IUNIUS, in Adagio, *Cras cerdo, hodie nihil*, (inter Eraſmi Adagia, pag. 539.) eo quod *Sunium* emporium eſſet Athenarum, ubi rerum venalium forum fuiſſet, teſte Donato, *Sunienſes* quidem intelligebat *negotiatores bonâ fortunâ uſos; ἀγορᾷ χρᾶσθαι* vero interpretatus eſt, *civilium rerum gubernaculis admoveri.* In eamdemque fere ſententiam accepiſſe hanc poſteriorem dictionem GROTIUS videtur, in Excerpt. pag. 638. cum *fori participes* interpretaretur. Quae mihi ſententia veriſſima aut certe proxima vero viſa eſt. Scilicet ἀγορᾷ χρᾶσθαι is dici videtur, qui vel *rempublicam adminiſtrat*, vel certe *pleno iure civitatis utitur, & concionis particeps eſt in qua de rebus ad ſalutem publicam pertinentibus deliberat populus.* Similem quamdam huic rationem illud dictum Antiphanis habet, pag. 247. f. ταχὺ γὰρ γίνεται καὶ ἐκκλησιαστὴς οἰκόσιτος. *Sunienſes* quo ſenſu dixerit poëta, in medio reliquit Grotius. KÜSTERUS in exemplo Athenaei, quod ipſius olim fuerat, ſua manu ad oram h. l. notavit conferendum locum pag. 272. e. f. Quo quidem ex loco, niſi temporum obſtare videretur ratio, poſſis ſuſpicari, *Sunienſes* hîc a poëta dici *ſervos fugitivos, qui captis contra dominos armis felici ſucceſſu utuntur, & ipſi ſeſe pro dominis gerunt.* Sed videndum, ut modo dixi, ne, quae ibi de Sunio a ſervis occupato ex Poſidonii Hiſtoriis commemorantur, poſteriora ſint *Anaxandridae* aetate, qui mediae Comoediae poëta fuit. Quod ſi ita eſt, amplius quaerant docti, quo ſenſu dixerit hic Comicus, *e ſervis ſaepe Sunienſes fieri.* Equidem, conſiderans id quod continuo ſe-

c quitur, εἶτ' εἰς τρίτην ἀγορᾶ κέχρηνται, tantum abſum, ut *Sunienſes* hìc *nobiliſſimos civium* intelligendos putem, ut malim de civibus *infimae cuiusdam ſortis* accipere, qui in obſcuro, veluti in extremo aliquo Atticae terrae angulo abditi, vivant.

AD CAP. LXXXIV.

Ποσειδώνιος δέ φησιν &c. »*POSIDONII* ſententiam *de* »*origine prima ſervitutis*, conferant quibus erit curae, cum »iis quae disputat Philoſophus in Politicis, & iis quae »docent nos Iurisconſulti de re eadem. Non enim hic lo»cus eſt eius quaeſtionis. Unicum tamen B. Baſilii locum »quin adſcribam facere non poſſum: eſt enim elegantiſſi»mus, & omnino cum Poſidonii verbis comparandus. »Sic igitur beatiſſ. pater in libro de Spiritu Sancto, cap. »20. Παρὰ ἀνθρώποις τῇ φύσει δοῦλος οὐδείς. ἢ γὰρ κα»ταδυνασθευθέντες ὑπὸ ζυγὸν δουλείας ἠνέχθησαν, ὡς ἐν »αἰχμαλωσίαις. ἢ διὰ πενίαν κατεδουλώθησαν, ὡς Αἰγύ»πτιοι τῷ Φαραώ. ἢ κατά τινα σοφὴν καὶ ἀπόῤῥητον οἰκο»νομίαν, οἱ χείρους τῶν παίδων, ἐκ τῆς τῶν πατέρων φω»νῆς, τοῖς φρονιμωτέροις καὶ βελτίοσι δουλεύειν κατεδικά»σθησαν. ἣν οὐδὲ καταδίκην, ἀλλ' εὐεργεσίαν εἴποι τις ἂν »δίκαιος τῶν γινομένων ἐξεταστής. τὸν γὰρ δι' ἔνδειαν τοῦ »φρονεῖν οὐκ ἔχοντα ἐν ἑαυτῷ τὸ κατὰ φύσιν ἄρχον, τοῦ»τον ἑτέρου κτῆμα γενέσθαι λυσιτελέστερον· ἵνα τῷ τοῦ κρα»τοῦντος λογισμῷ διευθυνόμενος, ὅμοιος ᾖ ἅρματι ἡνίοχον »λαβόντι, καὶ πλοίῳ κυβερνήτην ἔχοντι ἐπὶ οἰάκων καθή»μένον. *Inter homines ſervus naturâ eſt nemo. Nam aut vi ſu»perati, ſub iugum ſervitutis ſunt redacti, ut fit in captivita»tibus: aut propter egeſtatem ſervi ſunt facti, ut Aegyptii Pha»raoni: aut ſapiente quodam & arcano conſilio, qui erant de»teriores e liberis, edicto patris prudentioribus & melioribus ſer»vire damnati ſunt: quod beneficii loco, non condemnationis, »aequus rerum aeſtimator duxerit. Si quis enim mentis inopiâ »facultatem imperandi a natura inditam non habeat, utilius ei »eſt in alterius poſſeſſionem venire: ut dominantis ratione re»ctus, currui ſimilis ſit qui aurigam recepit, & navigio, ad »cuius clavum ſedet gubernator.*« CASAUBONUS.

d Μαριανδυνοὶ μὲν Ἡρακλεώταις ὑπετάγησαν. Μα*ρυανδυνοὶ* quidem h. l. & mox Μαρυανδυνοὺς ſcribitur in membr. *A*. Sed paulo inferius eaedem membranae Μα-

ριανδυνοὺς praeferunt; quam ſcripturam, collatis complurium auctorum teſtimoniis, veriſſimamque genuinamque merito iudicavit CELLARIUS in Geogr. Antiq. T. II. p. 294. Conſtanter vero Μαρυανδηνοὶ & Μαρυανδηνοὺς ſcribitur in noſtro cod. *Ep.* Apud Euſtathium viciſſim, ad Iliad. π'. p. 1120. med. ubi citantur Athenaei verba paulo inferius ſequentia, recte Μαριανδυνοὺς editur. Rem, de qua hîc agitur, narrat etiam Strabo lib. XII. pag. 542. eodem (puto) auctore *Poſidonio* uſus, e quo haec hauſit Athenaeus.

In *EUPHORIONIS verſu*, pro καλέονται, quod erat e editum, καλὲ οἶαθ' dedit ms. *A.* quo perſpicue indicabatur καλεοίαθ', quod haud cunctanter recipere debuimus. Epitomator brevius: Εὐφορίων ὁ ἐποποιὸς τοὺς Μαριανδηνοὺς δωροφόρους ὑποφρίσσοντας ἄνακτας καλεῖ.

De *CALLISTRATO Ariſtophaneo* videſis notata ad lib. I. pag. 21. c. *Ibid.* ἀφαιροῦντες τὸ πικρὸν τῆς ἀπὸ τῶν οἰκετῶν προσηγορίας. »Cur *ſervos* ſuos *Mariandyni* ap»pellarent δωροφόρους potius, quam οἰκέτας, cauſſam hanc »ex *Calliſtrato* affert Athenaeus: quod nempe id inſtitue»rint, ἀφαιροῦντες τὸ πικρὸν τῆς ἀπὸ τῶν οἰκετῶν προση»γορίας: *ut minuerent acerbitatem appellationis ſervorum.* Eſt »enim amarum & contumelioſum, *famulum* appellari. In »Epitoma ſcriptum offendimus, τὸ πικρὸν τῆς τῶν Εἱλώ»των προσηγορίας: eſtque ea ſcriptura antiqua; nam ita »etiam Euſtathius legit, [loco modo cit.] atque, ut du»bitationem omnem tollat, ſcribit, τὸ πικρὸν τῆς Σπαρ»τιατῶν εἱλώτων πρ. Ego lectionem noſtram [οἰκετῶν] »rectam cenſeo: nam, fuiſſe tempus quo Mariandyni »ſuos ſervos *heilotes* appellarent, nemo veterum opinor »ſcribit; quod tamen neceſſum eſt concedi, ſi ſtare illam »lectionem volumus. Ex ſequentibus verbis nata, meo »iudicio, depravandae lectionis occaſio.« CASAUBONUS. — Etiam noſter cod. *Epit.* h. l. ἀπὸ τῶν εἱλώτων προσηγορίας habet, nec tamen eo ſecius continuo pergit, καθάπερ Σπαρτιάται μὲν ἐποίησαν ἐπὶ τῶν εἱλώτων. Poſteriori loco εἱλώτων leni ſpiritu ſignatum nomen in editis: infra vero, pag. 271 ſq. promiſcue modo leni ſpiritu modo aſpero ſcribitur, nec ex membr. *A.* quidquam enotatum. Nos conſtanter aſpero ſpiritu adfectum id nomen edendum curavimus.

ἀμφαμιώτας δὲ τοὺς κατ' ἀγρόν. In iſtam ſcriptu-

ram ἀμφαμιωτ. consentiunt h. l. cum editis ambo mssti nostri, & Eustath. ad Iliad. π'. pag. 1120, 21. & ad Iliad. ο'. pag. 1031, 5. Quae scriptura, licet fortasse mendosa, teneri tamen a nobis, in peregrino nec satis noto nomine, ob ipsum illum librorum consensum debuit. De alia nominis forma continuo dicetur.

f τὴν μὲν κοινὴν, φησὶ, δουλείαν οἱ Κρῆτες καλοῦσι μνοίαν· τὴν δὲ ἰδίαν, ἀφαμιώτας. »Consentiunt cum edita »lectione Eustathius & Epitome. Alii duo vocabula Cre»ticae dialecti μνοίαν & μνώαν ita distinguunt, auctore »Hesychio: Μνώα, est δουλεία, *servitus*: at μνοία, est οἰ»κετεία. Sic in Glossis Hesychii est scribendum, non ἱκε»τεία. Est igitur μνοία, *familia*, *servorum multitudo*. Sic »accipe lib. XV. [pag. 696. a.] in Hybriae Cretensis sco»lio: τούτῳ δεσπότας μνοίας κέκλημαι: *per hoc scutum*, »id est, virtute meâ, *familiae herus sum*. Ἀφαμιῶται di»cebantur *servi*, non *servitus*. Hesychius: Ἀφαμιῶται, οἰ»κέται ἀγροῖκοι, πάροικοι.« Casaubonus. — Quod de consensu Eustathii cum edd. & Epit. dixit vir doctus, id nonnisi ad vocem μνοίαν spectat. In scripturam ἀφαμιῶται (pro qua paulo ante ἀμφαμιῶται scriptum vidimus) consentiunt quidem hoc loco cum editis libris uterque noster codex *A*. & *Ep*. Sed apud Eustathium, sicut pag. 1120, 21. sic & p. 1031, 5. ubi hunc ipsum Athenaei locum respexisse videtur, ἀμφαμιῶται editur: ac potuit is suo arbitratu sic scribere; potuerat etiam in suo exemplo Epitomae ita scriptum reperire; fortasse vero etiam nonnisi operarum incuria aut editoris arbitrio ita apud Eustathium editum est. Quidquid sit, de veritate scripturae ἀφαμιῶται eo minus hoc loco dubitare debuimus, quod ad veterum nostrorum librorum auctoritatem & Hesychii accedit testimonium, & Strabonis auctoritas lib. XV. pag. 701. d. Confer Hesychii Interpp. ad voc. Ἀφαμιῶται. Quod vero discrimen statuit Casaubonus inter μνώα & μνοία, itemque inter δουλεία & οἰκετεία, illud vereor ne nullum sit, apud Hesychium quidem in citatis glossis. μνώα enim (vel, ut collato Polluce III. 83. Meursius maluit, μνωΐα aut μνῶα) & μνοία idem esse nomen videtur diversimode scriptum pronunciatumque. δουλεία vero non modo *servitutem* significat, sed & *servitium*, *servos*, *servorum multitudinem*, haud secus ac οἰκετεία. Vide Ruhnken. ad Timaei Lexic. Plat. pag. 215. Caeterum

pro μνοία, infra ex alio auctore μνωΐται ſcribitur, pag. 267. c.

AD CAP. LXXXV.

Πενεστὰς. Non damno ſcripturam, quam editi li- a
bri praeferebant, conſtanter *penacute* efferentes iſtud nomen. Eodem quidem modo & apud Suidam & Heſychium & paſſim apud alios auctores, cum in editis libris, tum in manu exaratis, penacute ſcriptum reperitur, Πενέστης, Πενέσται, & ſic porro. Sed rurſus apud alios *acute* ſcribitur. Utriusque ſcripturae plura exempla reperiet curioſus lector in his quae de hoc genere *ſervorum Theſſalicorum* diligentiſſime collegit RUHNKENIUS ad Timaei Lexic. Plat. p. 212 ſqq. Nos ſecuti ſumus membranarum *A.* auctoritatem, quae conſtanter in hac voce ὀξύτονον tenent ſcripturam; quam hoc loco etiam tenet ms. *Ep.* licet deinde ab ea discedat.

Θεόπομπος ὁ Κωμικὸς ἀποχρησάμενος τῇ φωνῇ &c. »In »verſu *Comici* THEOPOMPI, Δεσπότου πενέστου ῥυσσὰ βου»λευτήρια, ineſſe παράχρησιν vocis πενέστης obſervat »auctor: ſed, quae ſit illa παράχρησις, non explicat. »Eſt vero haec, quod generaliter uſurpavit pro *quocun»que ſervo.* Euſtathius [ad Iliad. π'. pag. 1120, 23.] ex »hoc loco: κωμικὸς δέ τις ἐπὶ τοῦ ἁπλῶς δούλου τοὺς πε»νέστας τίθησι. Male igitur docti accipiunt verba Theo»pompi: quae pronunciabantur de ſervo qui vicarios ha»buit: aut de communi Theſſalorum, tyranno alicui ſer»vire coactorum.« CASAUBONUS. — Theopompi verſum DALECAMPIUS ſic latine reddiderat: *Peneſtae domini ſordida curia ſemper eſt:* adiecta hac adnotatione: »Hoc tam»quam proverbio notatur immundities ac illuvies Theſ»ſalorum. Poëta pro quovis Theſſalo *Peneſten* dixit.« — Cuius interpretationem ex parte adoptavit VILLEBRUNE: »*D'un maitre Péneſte* (c'eſt-à-dire, qui de valet eſt de»venu maitre) *le sénat* (la maiſon) *eſt toujours ſale & ſans »ordre.*« Caſaubonus quam in partem acceperit ῥυσσὰ βουλευτήρια, haud adparet. Potuerat ille vero, ſi placuiſſet, aperire ſaltem unde Euſtathius ea hauſerit, quae ad hunc locum ſpectantia ſcripſit: nempe ex eadem Epitome, e qua unà cognitum docto huic praeſuli fuerat Athenaei opus. Sic enim Epitomator, interpretis quodammodo vi-

a ce (ut ſubinde alibi) fungens, hunc locum contraxit: Θετταλῶν δὲ λεγόντων πενεστὰς τοὺς μὴ γόνῳ δούλους, διὰ πολέμου δ' ἡλωκότας, Θεόπομπος ὁ κωμικὸς ἐπὶ τοῦ ἁπλῶς δούλου τίθησι. Ubi nobis placuit illud διὰ πολέμου, haud dubie rectius ſcriptum, quam διὰ πόλεμον, quod cum editis tenet ms. *A*. Locum hunc tractans Toupius in Appendiculo Notar. in Theocr. pag. 32. *verſum Theopompi* ſic disponendum cenſuit, ut a nobis factum:

—— Δεσπότου Πενεστοῦ ῥυσσὰ βουλευτήρια.

Recte: eſt enim manifeſte trochaicus tetrameter catalecticus in ſyllabam; cui primus pes demtus. Adnotavit idem vir doctus: »ῥυσσὰ βουλευτήρια ſunt *corrugata conciliabula*, ſive *ſeniorum concilia*. Nam βουλεύειν non *iuvenum*, ſed *ſeniorum* eſt.« — Equidem non diffiteor, haud liquere mihi verſiculi illius ſententiam.

Βοιωτῶν, φησὶ, τῶν τὴν Ἀρναίαν κατοικησάντων. τὴν Ἀρναίαν, intellige χώραν. Stephanus Byz. Ἄρνη, πόλις Βοιωτίας. - - Δευτέρα, πόλις Θεσσαλίας, ἄποικος τῆς Βοιωτίας. - - Τὸ ἐθνικὸν, Ἀρναῖος. De re vide auctores ibi ab Interpretibus citatos. Verbum κατοικησάντων tenuit Euſtathius, locum hunc ex Noſtro proferens ad Iliad. ν'. pag. 933 extr. Equidem aut κατοικούντων malebam in praeſenti tempore vel imperfecto praeterito, aut κατοικισάντων, a verbo κατοικίζω. Si quis tamen tenendum vul-

b gatum contendat, nihil repugno. Mox, καθ' ὁμολογίαν ex Epitoma tenuit Euſtathius ibidem: nec id male. Sed καθ' ὁμολογίας, quod erat editum, firmant membranae *A*. Et amant in plurali numero ponere illud nomen ſcriptores Graeci: cuius uſus plurima exempla in Lexic. Polyb. collegimus.

c In *Euripidis* verſu, ſcripturam ἀμὸς, id eſt, *meus*, ex editis libris tenuit Musgravius in Fragm. Eurip. p. 582. num. 7. ubi latine ſic reddidit Graeca: *Colonus meus, antiquae domûs famulus:* percommode. ἀμὸς vero, quod valet ἡμέτερος, dedit uterque noſter codex mstus. Conf. Maittaire, in Dialect. p. 198.

AD CAP. LXXXVI.

Καθόλου δὲ ἠτιῶντο τὸν Ἀριστοτέλη &c. »Sequuntur »*Timaei verba*, quibus *in Ariſtotelem invehitur* homo ma»ledicentiſſimus, *falſa de Locris eum ſcripſiſſe* contendens.

»Scripſerat Philoſophus *de Locrorum Republica* in opere il- c
»lo, quo prope omnium populorum Graecorum ac Bar-
»barorum origines, inſtituta, ac mores literis mandaverat.
»Laudat Clemens Alexandrinus [Stromat. lib. I. cap. 26.]
»*Ariſtotelis* Λοκρῶν Πολιτείαν. De eo ſcripto loquebatur
»*Timaeus*, cum ita ſcriberet: Καθόλου δὲ ἠτιῶντο τὸν Ἀρι-
»στοτέλη διημαρτηκέναι τῶν Λοκρικῶν ἐθῶν. Neque hanc
»ſolam partem reprehenderat Timaeus, ubi *de ſervis Lo-*
»*crorum* agebatur: ſed alia item multa, ſicut ex Polybio
»[lib. XII. cap. 5 ſeqq.] conſtat. Ego vero *Timaei* agno-
»ſco etiam hîc ingenium φιλεπίτιμον & mordax, parum-
»que, ut ſemper, aequum *Ariſtoteli*: quod alibi pluribus
»docuimus. Nam, ſine cauſſa virulentiſſimum ſcriptorum
»iudicioſiſſimo ac πολυμαθεστάτῳ mortalium inequitaſſe,
»en locupletem & idoneum teſtem! Polybius libro XII.
»[cap. 5.] poſtquam dixiſſet, *teneri ſe de Locris quam ho-*
»*neſtiſſime loqui, propter arctiſſimae neceſſitudinis vinculum quae*
»*ſibi cum illis intercedebat*: Ἀλλ' ὅμως, inquit, οὐκ ὠκνησα
»καὶ λέγειν καὶ γράφειν, ὡς τὴν ὑπ' Ἀριστοτέλους παρα-
»δεδομένην ἱστορίαν περὶ τῆς ἀποικίας, ἀληθινωτέραν εἶναι
»συμβαίνει τῆς ὑπὸ Τιμαίου λεγομένης. Utri autem potius
»ſit habenda fides, Timaeo an Polybio, ne dubitari qui-
»dem a ſapientibus ſine piaculo poſſit.« CASAUBONUS.

Μνάσωνα, τὸν τοῦ (abeſt τοῦ ms. *Ep.*) Ἀριστοτέλους d
ἑταῖρον &c. »*Mnaſon*, qui dicitur fuiſſe *Ariſtotelis ſodalis*,
»ille eſt de quo Aelianus Variae Hiſtoriae lib. III. c. 19.
»Hunc ſcribit auctor, χιλίους οἰκέτας κτησάμενον δια-
»βληθῆναι παρὰ τοῖς Φωκεῦσι: *quod mille ſervos poſſideret*,
»*in odium Phocenſium veniſſe*. Miror unde ſit nactus Da-
»lecampius quam expreſſit lectionem, ἑκατὸν, pro χι-
»λίους. Nam & hîc, & aliquanto poſt, [p. 272. b.] ubi
»repetitur hiſtoria eadem, codices omnes in editam γρα-
»φὴν conſentiunt.« CASAUBONUS.

εἰθίσθαι γὰρ ἐν ταῖς οἰκίαις διακονεῖν τοὺς νεωτέρους
τοῖς πρεσβυτέροις. Cum ſic eſſet editum, Εἴθισται γὰρ
ἐν ταῖς οἰκιακαῖς: adnotavit CASAUBONUS: »Scribe
»εἰθίσθαι γὰρ, non εἴθισται.« Debebat adiicere, ex li-
bris mſstis ſe illam commendare ſcripturam: nam noſtri
quidem codices eamdem tenent ambo. Mireris vero, vo-
cem οἰκιακαῖς intactam reliquiſſe & ſilentio praeteriiſſe
doctum Animadverſorem. Habent quidem etiam vetuſtae
noſtrae membranae οἰκειακαῖς. Sed quid iſtud huc faciat,

d non video; cum οἰκιακὸς vel οἰκειακὸς (ut ſcribitur apud Suidam) valeat οἰκεῖος, id eſt, *domeſticus*. Equidem non dubitandum duxi, quin ex ms. *Epit.* ἐν ταῖς οἰκίαις reciperem. Videntur autem ad idem inſtitutum ſpectare iſta verba, de quo Baſilius loco a Caſaubono ſupra (ad pag. 263. c.) prolato diſſeruit, cum ait, κατά τινα σοφὴν οἰκονομίαν οἱ χείρους τῶν παίδων &c.

AD CAP. LXXXVII.

Πλάτων δ' ἐν ἕκτῳ Νόμων. PLATO, *de Legibus libro VI.* p. 300 ſq. *Ibid.* εἱλωτεία, pro eo quod editum erat εἱλωτία, dedit ms. *A.* quemadmodum apud Platonem editum. Prorſus vero mendoſe in ed. Ven. legebatur ἢ Λακεδαιμονίων εἱλωτίαν. Epitomator, poſt χαλεπὰ πάντη, ſtatim ad iſta transiit, οὐ γὰρ ὑγιὲς οὐδὲν &c. omiſſis mediis.
e *Mox*, pro ἢ Ἡρακλεωτ. commodius apud Platonem ἥ τε Ἡρακλ. legitur, quo dein refertur τὸ Θετταλῶν δ' αὖ. Difficultatem, quae in ipſis illis verbis ineſſe videri poterat, ἢ Ἡρακλεωτῶν δουλεία τῆς τῶν Μαριανδυνῶν καταδουλώσεως, perſpecte explanavit RUHNKENIUS ad Timaeum pag. 213. Quemadmodum ἢ Λακεδαιμονίων εἱλωτεία, ſunt *Helotes qui Lacedaemoniis ſerviunt*, vel *conditio Helotum apud Lacedaemonios*, ſic ἢ Ἡρακλεωτῶν δουλεία ſunt *ſervi Heracleotarum*, vel *conditio ſervorum qui apud Heracleotas ſerviunt*: iſta vero verba, τῆς τῶν Μαριανδ. καταδ. ita accipienda ac ſi dixiſſet ἐκ τῆς τῶν Μαριανδυνῶν καταδουλώσεως: qua de re paulo ante dictum pag. 263. c. d. E quo ſimul intelligitur, nihil cauſſae fuiſſe, cur vocem Ἡρακλεωτῶν in Κλαρωτῶν mutandam cenſuerit vir doctus in Miſc. Obſ. Nov. T. I. p. 78. cuius ſuper hoc loco diſputatio Notis etiam ad Heſychium (ad voc. Κιλλικύριοι) inſerta eſt.

οὐ δεῖ γὰρ οὐδὲν ὑγιὲς πιστεύειν αὐτοῖς. Vocem ὑγιὲς, perincommode h. l. inſertam, tenet cum editis codex mstus noſter uterque. Videtur illa ex verbis τῷ γενει, quae illius loco apud Platonem leguntur, ortum duxiſſe. Sic enim apud illum ſcribitur, οὐδὲ πιστεύειν οὐδέποτ' οὐδὲν τῷ γένει δεῖ τὸν νοῦν κεκτημένον. *Ibid.* ὁ δὲ σοφώτατος τῶν ποιητῶν &c. Vide Odyſſ. ρ'. 322 ſq. & quae ibi a Clarkio & Erneſto notata ſunt.
f καὶ ἔτι τὰ τῶν λεγομένων περιδείνων περὶ τὴν Ἰτα-

λίαν παντοδαπῶν κλοπῶν ἔργα καὶ παθήματα. Cum in f ed. Ven. τῶν λεγομένων περὶ δούλων legeretur, duo posteriora verba ut mendosa notavit editor Basileensis, & in ora Περιδίνων posuit, scilicet ex Platone p. 302. Sed περὶ δούλων etiam in versione expressit Dalecampius: *quae memorantur servorum in Italia omnigena furta, &c.* CASAUBONUS vero, vocabulo περιδίνων in contextum recepto, in Animadversionibus ait: » Male haec mu» tarunt, τὰ τῶν λεγομένων περιδίνων περὶ τὴν Ἰταλ. »&c. quae non aliter etiam hodie apud Platonem scri» buntur. Servemus igitur cum omnibus exemplaribus » vocem περίδινοι, & cum *Hesychio* de *piratis* expona» mus. Vox est magnae Graeciae peculiaris, ut videtur.« — At περιδίνων nullus Athenaei codex agnoscit. Nam in Epitoma praetermissa sunt ista omnia, καὶ ἔτι τὰ τῶν - - παθήματα: in ms. *A.* vero περιδείνων scribitur. Pariterque apud Hesychium, Περίδεινοι· πειραταί. Quare hanc sequi scripturam debui: quamquam non nego, speciosiorem esse eam quam Platonis offerebant libri; nam περίδινον satis probabiliter viri docti statuunt *piratam* dictum esse ἀπὸ τοῦ περιδινεῖσθαι, a *circumvagando*, quod *maria circumvagetur*. Vide KÜSTERUM ad Hesychium, voc. Περίδεινον, & ad Suidam voc. Περιδήλιον. Nescio quid spectans CASAUBONUS, longe diversam, nescio quam, originem illius vocabuli reperisse sibi visus erat: cuius vide Animadv. ad vocem σίνδρωνα, infra, pag. 267. c.

Δύο δὴ λείπεσθον μηχανά. Formam dualem μηχανὰ a ex Platone adscivit editor Bas. & tenuimus nos cum Casaubono. Nec vero necesse fuisse intelligo, ut veterum membranarum scriptura, μηχαναὶ, desereretur. Epitomator quam formam vel in suo exemplari repererit, vel ipse praetulerit, ex nostro ms. *Ep.* haud adparet: nam
αν'
librarius noster, suo fere more sic scribens μηχ, postremam vocalem sive diphthongum exprimere supersedit. Erat autem μόνω μηχανά in ed. Bas. & Cas. ex eodem Plat. Sed μόνω ignorant nostri mssti cum ed. Ven. *Ibid.* τοὺς μέλλοντας δουλεύσειν. Vocem ῥᾷον, quae adiicitur apud Platonem, ignorant mssti nostri cum ed. Ven. ac potuit eam nullo incommodo omittere ipse Athenaeus. Pro δουλεύειν, quod consentientibus membranis *A.*

editum erat, commode δουλεύσειν nobis offerebat ms. *Ep.* quemadmodum apud Plat. vulgo legitur. *Dein*, μὴ μόνον, ut eſt apud Platonem, ſic noſtri dedere mssti. *Tum*, πρόσρησιν recte ms. *Ep.* ut apud Plat. Sed πρόῤῥησιν ms. *A.* cum edd. *Mox*, quod ait ἃ δὴ πρὸς δούλους φιλοῦσι &c. ſtructura orationis hac ratione concipienda, ἃ δὴ πολλοὶ ῥᾳδίως σφόδρα ἀνοήτως πρὸς
b δούλους, φιλοῦσιν ἀπεργάζεσθαι (ἐκείνοις τε καὶ ἑαυτοῖς) τὸν βίον χαλεπώτερον· ἐκείνοις (πρὸς τὸ) ἄρχεσθαι, ἑαυτοῖς δὲ (πρὸς τὸ) ἄρχειν: & φιλοῦσι intellige *ſolent*, quemadmodum recte accepit Dalecamp.

AD CAP. LXXXVIII.

c εἴλωτας ſcripſi cum ms. *Ep.* εἵλωτας edd. In ms. *A.* ſpiritus ſuper iſta voce nullus ſignatus. Vocem πενεστὰς acute ſcriptam dedit ms. *A.* ut ſupra. Ad eadem THEOPOMPI verba provocavit Theocriti Scholiaſtes ad Idyll. XVI. 35. Pro τιμὴν αὐτῶν καταβ. ſcribitur τιμὴν αὐτοῖς in ms. *Ep.* perperam. *Mox*, ὁ Συρακόσιος ſcripſi cum membr. *A.* Conf. III. 101. d. V. 208. f. ibique not. & VI. 232. a. Epitomator breviter, Νυμφόδωρος γοῦν τάδ' ἱστορεῖ, omittens interiecta. *Ibid.* ἐν τῷ τῆς Ἀσίας Παράπλῳ. Nil mutant membranae: at, frequentiſſime a librariis permutari inter ſe παρὰ & περὶ praepoſitiones, ſatis notum. Iam vero multa novimus veterum Itineraria, quae Περίπλους inſcribuntur, Παράπλους nullus commemoratur. Atque eiusdem *Nymphodori* Περίπλοι citantur apud Noſtrum, VIII. 331. e. & ὁ τῆς Ἀσίας Περίπλους, VII. 321. f. & XIII. 609. e. Quare fidenter hoc loco Περίπλῳ corrigere debueram.

d καὶ εἰς τὰ ὄρη ὁρμώμενοι, τὰς ἀγροικίας ἑαυτῶν κακοποιοῦσιν. Suo arbitrio tacite Caſaubonus αὐτῶν edidit: quod commodius utique videri debebat, ad τοὺς Χίους relatum. Sed in ἑαυτῶν, quemadmodum in reliquam huius loci ſcripturam, conſentiunt cum vetuſtioribus editionibus codices ambo mssti. Quare nil mutare auſus ſum: & τὰς ἀγροικίας ἑαυτῶν accepi de *praediis quae ipſi ſervi olim & habitaverant & pro ſuis dominis coluerant. Paulo poſt*, pronomen αὐτοῖς commode quidem aberat ab editis, ac (ni fallor) etiam a ms. *A.* ſed quum id hic exhiberet codex *Ep.* in caeteris cum ms. *A.* conſentiens, non

aſpernandum iudicavi. *Mox dein*, idem ms. *Ep.* recte d dedit οἰκέτην τινὰ μυθολογοῦσιν, *absque* ὄν pronomine, quod perincommode inſertum erat. Monuit etiam, veluti ſuo ex ingenio, CASAUBONUS: »Lege οἰκέτην τινὰ μυ»θολογ. deleta inutili voce ὄν. Sed [ſic pergit quaerens »idem *Caſaubonus*] quare ait μυθολογοῦσι potius quam »λέγουσι? cum non antiquam fabulam, ſed recentem hi»ſtoriam (μικροῦ πρὸ ἡμῶν) narret?« — Puto quod nonnihil fabuloſi habere illa Chiorum narratio viſa fuiſſet itineratori.

ἀνδρεῖον δέ τινα ὄντα, καὶ τὰ πολέμια εὐτυχῆ, τῶν δραπετῶν ἀφηγεῖσθαι. Nec τῇ ψυχῇ in illa orationis connexione ferri poterat; nec, illis verbis omiſſis, ſtructurae ſermonis conſtabat ratio. Quare bene memor, quam frequenter a librariis ψυχὴ & τύχη permutari ſoleant, ex εὐτυχῆ ortam eſſe mendoſam ſcripturam τῇ τύχῃ mihi perſuaſeram. Ad eas res gerendas, quas geſſit ille homo, non ſatis erat ut *fortis* vir eſſet; magnum etiam momentum in *fortuna* erat poſitum. Quare iunxit auctor illa duo, ἀνδρεῖόν τινα ὄντα, καὶ τὰ πολέμια εὐτυχῆ. Sed rectius etiam fuerit ἐπιτυχῆ, quod loco τοῦ εὐτυχῆ receptum velim. Sic eſt apud Appianum, de Rebus Hiſpan. c. 48. ἐπιτυχὴς δὲ τὰ πολέμια ὤν. Sic idemtidem apud Polybium, ἐπιτυχὴς ἐν ταῖς ἐπιβολαῖς, ἐπιτυχὴς κατὰ τὰς πράξεις. Quod vocabulum ἐπιτυχὴς hoc ipſo, quod paulo minus frequentatum eſt quam vulgatiſſimum εὐτυχὴς, tanto facilius corrumpi ab imperitis librariis potuit.

τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ δραπέτῃ. Sic legitur in ms. *Ep.* e quemadmodum in ed. Baſ. & Caſ. Recte dein παρὰ τῶν οἰκετῶν ſcribitur in membr. *A.* ut in editis: ubi quod περὶ habet ms. *Ep.* id eo pertinet, quod de librariorum more frequenter confundentium duas illas voculas paulo ante diximus. *Ibid.* οὐδέποτε μὴ παύσεται. Sic corrigendum putavi, quo Graecis ineſſet ea ſententia, quam recte Dalecampius expreſſiſſe mihi viſus erat, in verſione ponens, *numquam ceſſabit.* Si quis tenendum παύσηται cenſuerit, quod cum editis habet codex mstus uterque; ſenſus erit, *numquam ceſſet!* Quae ſententia aliena eſſe a mente loquentis nobis viſa erat.

AD CAP. LXXXIX.

δείξας τοῖς Χίοις, εἶπε. Sic, εἶπε, non ἔφη, ſcriptum in utroque noſtro codice. *Ibid.* λήψομαι ὅ τι ἂν παρά τινος ὑμῶν λαμβάνω. Ad editam olim lectionem, ὅταν παρά τινος ὑμῶν λαμβάνω, adnotavit CASAUBONUS: »Scribi debet, ὅταν τι παρά τινος &c.« — Nobis veroſimilius viſum erat, ὅ τι ἂν ſcriptum reliquiſſe auctorem, id eſt, *quidquid dehinc ſumſero.* Tum ad vitioſ ſum τὰ τίμια, monuit idem CASAUB. »Scribi debet »τὰ ταμεῖα, non τὰ τίμια, quod recte non eſt inter»pretari, & refutant doctiſſimi Hoeſchelii Excerpta.« — Equidem, collatis utriusque codicis noſtri ſcripturis, τὰ ταμιεῖα verum eſſe iudicavi.

Ad rem ipſam pertinet eiusdem CASAUBONI Animadverſio haec: »Interpretes totam hiſtoriam perverterunt. »Atqui foederis cum *Drimaco* icti haec fuit lex & con»ditio: *Ut fas eſſet illi ſoli ex omni fugitivorum numero, ne»ceſſaria ad victum ſibi ſuisque rapere. Quo autem ſciretur, »ut quidque furto periiſſet, Drimacus - ne id furtum feciſſet, »an alius; tenebatur ex pacto Drimacus praedam omnem bona »fide adnotare, & in pittacio ſingula deſcribere, adiecto pon»dere & menſura: eoque relicto, horreum anulo ſuo obſignare »unde aliquid ſuſtuliſſet.* Propterea dicitur ὑμιπόνηρος ille »fugitivus propria ſibi pondera, menſuras, & anulum fe»ciſſe, ac Chiis oſtendiſſe. Verte ſic: *Parat ſibi proprias »menſuras, pondera, & anulum. Atque illa cum oſtendiſſet »Chiis: Ego, ait, quando ab aliquo e vobis aliquid capiam, »his ponderibus & menſuris capiam: ubi autem cepero quantum »erit ſatis, horrea veſtra hoc anulo ſignata relinquam.* Solitos »veteres etiam τὰ ταμεῖα σφραγίσασθαι, vel illa de La»cyde narratiuncula docet, quae extat apud Numenium »& Diogenem Laërtium.« — Vide Numenium apud Euſeb. in Praeparat. Evang. XIV. 7. & Laërt. IV. 59.

a καὶ οἱ ὄντες δὲ μετ' αὐτοῦ. Bene articulus οἱ adiectus in ms. *Ep.* *Ibid.* ἐτιμωρεῖτό τε γὰρ. Particulam τε adiectam dedit codex uterque.

b ἐλάμβανε δὲ ταῖς ἑορταῖς &c. »Diſtinguenda ſunt ab iis »quae *ſuo quodam iure*, ad ſe ſuſtentandum & ſuos, *ra»piebat Drimacus*, illa *quae dono accipiebat* a civibus, libe»re per feſtos dies eorum coetus in agris frequentans. »Ea dona erant, *vinum* & *hoſtia aliqua.* Lege ὅσα γ' ἂν

»αὐτοὶ δοίησαν οἱ κύριοι: *quae quidem ipsi domini darent.* b »Haec sunt verba quae interpretes in errorem induxe»runt.« CASAUBONUS. — Nempe verbum ἐλάμβανε, quod h. l. *dono accipiebat* interpretatus est Casaubonus, *auferebat* interpretatus erat Dalecampius. Quae interpretatio an ita sit a vero aliena, ut Casaubono visum erat, dubitari poterit, donec certius constiterit, quam in partem illa verba ὅσα δ' ἂν sint accipienda, in quibus nil mutant nostri mssti. Si esset ὅσα τ' ἂν, sententia haec foret, *partim vi capiebat, partim voluntate civium accipiebat si qua illi ultro dedissent.* Ac fortasse eamdem in sententiam teneri etiam vulgata scriptura possit, ut ὅσα δ' ἂν ita accipiatur, quasi esset, ἐλάμβανε δὲ καὶ ὅσα ἂν αὐτοῖς δοίησαν οἱ κύριοι. Pro αὐτοῖς vero utique αὐτοὶ malim cum Casaubono: sed & istud ipsum, quod tuentur ambo nostri codices, nullo magno incommodo teneri posse videtur, intelligendo, *sive ipsi Drimaco sive eius sodalibus.* ἱερεῖα vero τὰ καλῶς ἔχοντα non tam interpretanda erant *opimae victimae*, quam *victimae* (sive *pecudes*) *quantum satis esset.* Nam ἱερεῖα quidem, satis notum est, *quaelibet* dici *animantium genera quae in cibum mactantur*: τὰ καλῶς ἔχοντα vero, ni fallor, idem sonat ac τὰ ἱκανὰ, quod dixit p. 265. f. Denique, pro ἐπιβουλεύοντα αὐτῷ, est ἐπιβ. ἑαυτῷ in ms. *Ep.* quod suo arbitrio, maioris perspicuitatis caussa, ita posuisse Breviator videtur. Iam saepe vero observavimus, apud optimos quosque Graecos auctores αὐτοῦ, αὐτῷ, αὐτὸν, idem valere ac ἑαυτοῦ, ἑαυτῷ, ἑαυτόν.

AD CAP. XC.

Scripturam, quam mendosam iudicavi, καὶ οἷς ἂν ἐπε- d φάνη, uterque codex mstus cum editis agnoscit.

AD CAP. XCI.

οὐδὲ ἃ ὁ καλὸς Ἡρόδοτος. Sic ms. *A.* In Epitoma de- e sunt ista. Vide *HERODOTUM* lib. VIII. cap. 105 sq.

τῶν πολλῶν αὐτουργῶν ὄντων κατὰ τὰς διακονίας. f Perspecte, ut mihi videbatur, sententiam expressserat Dalecampius, sic vertens, *cum tenuis fortunae homines ad ministeria multi suppeterent.* Eodem nomine *Mnasoni succensuis-*

f *ſe populares Phocenſes* ſupra commemorabatur, pag. 264. d. *quod mille ſervos aleret*, ὡς τοσούτους τῶν πολιτῶν τὴν ἀναγκαίαν τροφὴν ἀφῃρημένον. Sed turbat me hoc loco illud τῶν πολλῶν: pro quo malebam πολλῶν *absque* τῶν, aut πλείστων, aut, quod prae caeteris placeret, πολιτῶν πολλῶν.

Εὔπολις ἐν Φίλοις. » Meminere huius dramatis Harpo» cration in Παράστασις; & Paroemiographi in explica» tione proverbii, Οὐδέ ποτ' ἴσχει ἡ θύρα. Corrige obiter » Pollucis exemplaria, lib. VII. c. 29. [ſect. 133.) ubi » poſtquam dixit, φορὰν apud Ariſtophanem ſignificare τὸ » κόμιστρον, *mercedulam baiulis dari ſolitam ob aſportatum* » *onus e foro in aedes*, addit: τούτῳ ἄρ' ἔοικε καὶ τὸ ἐν τοῖς » Φίλοις Εὐπόλιδος, Τιμῆς δ' εἰπόι τις πόση ἡ διαφορά; » Scribendum, πόσῃ ἥδ' ἡ φορά: & fortaſſe τιμὴν, pro » τιμῆς. Citat [idem Pollux] & libro ultimo, cap. 23. « CASAUBONUS.

AD CAP. XCII.

Ἀθηναῖοι δὲ καὶ τῆς τῶν δούλων προνοοῦντες τύχης &c. » Quod ait, *Athenienſes dediſſe ſuis ſervis actionem iniuriarum* » *contra heros*, certum eſt ex antiquis ſcriptoribus: ex qui» bus conſtat, iura ſervorum longe ſolutiora fuiſſe in » Graecia quam eſſent Romae, ut diſerte Plautus quo» que teſtatur. « [Vide Plauti Stichum, Act. III. Scen. 1. ſub fin.] » De Athenienſibus ſcribit non falſo Demoſthenes, » Philippicâ tertiâ: Πολλοὺς ἂν τις οἰκέτας ἴδοι παρ' ἡμῖν » μετὰ πλείονος ἐξουσίας ὅ τι βούλωνται λέγοντας, ἢ πολί» τας ἐν ἐνίαις τῶν ἄλλων πόλεων. Effectus actionis ſer» vis conceſſae erat, ut poſſent πράσιν αἰτεῖν, & dominos » iniquos adigere ut ſe venderent. Inter ὕβρεως γραφὴν & » αἰκίας non diſtinguitur hoc loco. Fere tamen ὕβρις, & » ὑβρίζειν εἰς σῶμα cum dicitur, ſtuprum per vim illatum » intelligitur. « CASAUBONUS.

a Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Μειδίου. Vide *DEMOSTH.* pag. 529. ed. Reisk. Idem Demoſthenes ibid. pag. 528, 25. pariter ὕβρεως γραφὴν pro αἰκίας γραφὴν dixit.

Μαλακὸς δ' ἐν τοῖς Σιφνίων Ὥροις. Perſpicue ωροις habet ms. *A.* ſed id quidem (ſi recte accepi) abſque ſpiritu accentuque. Rectum vero eſſe Ὥροις, demonſtratum dedimus (puto) ad lib. IV. pag. 175. e. Animadv. Vol.

II. pag. 645 sqq. Epitomator, ut solet, titulum libri non adposuit. *Ibid.* τὴν Ἔφεσον δοῦλοι τῶν Σαμίων ᾤκησαν. Non hoc dicit, *servos Samiorum Ephesum habitasse;* sed, *condidisse:* ut ex his, quae proxime subiiciuntur, liquido adparet. Quare non dubito, ᾤκισαν scripsisse Athenaeum.

AD CAP. XCIII.

Διαφέρειν δέ φησι Χρύσιππος δοῦλον οἰκέτου &c. »Dif- b
»ferentiam inter δοῦλον & οἰκέτην statuit *Clitarchus* [im-
»mo *Chrysippus*] hanc: οἰκέτης est, ὁ τῇ κτήσει κατα-
»τεταγμένος, *qui censetur in bonis possidentis.* δοῦλος, *qui*
»*operas praestare domino tenetur.* Hinc sequitur, verum esse
»quod hic dicitur: *etiam qui* liberali caussa *manu fuerit mis-*
»*sus, esse* δοῦλον; non tamen οἰκέτην, quia desierit in heri
»rebus censeri. « Casaubonus. — Pro κτήσει κατατε-
ταγμ. inverse κατατεταγμένος κτήσει scribitur in *Epit.*
Poteras suspicari, oportuisse fortasse ἐν κτήσει κατατε-
ταγμένος. Sic quidem Epictetus dixit, ἡ ἐν κτήσει κατά-
ταξις, Dissertat. lib. IV. c. 1, 53.

ἄζοι καὶ θεράποντες &c. Repetiit hinc Eustathius ad c
Iliad. ο'. pag. 1031, 6. Rursusque ad Iliad. π'. p. 1120,
28. ait, καὶ ἄζους ἔλεγον τὰς θεραπαίνας καὶ τοὺς θεράπον-
τας. Forsan a verbo ἄζεσθαι, *colere, venerari*, ductum nomen. *Ibid.* πάλμονες καὶ λάτρεις. λάτρις scribitur in *Epit.* indeque apud Eustath. locis modo citatis, pariterque ad Iliad. ν'. pag. 933, 50. Ab eo nomine ductum verbum λατρεύειν, *servire.* Ad vocab. πάλμονες adnotavit Dalecampius: »Quidam πάλμονας, tamquam παλά-
»μονας, interpretantur *aſtutos, callidos, versutos.* « — Et nobis πάλμονας visum erat dictos fuisse tamquam παλάμονας: at non ista notione, quam Dalecampius commemoravit; sed notione ducta ab usu verbi παλαμᾶσθαι, quod τὸ διὰ χειρὸς ἐργάζεσθαι olim significabat, ut docet Etymologus in Παλαμναῖος, id est, *manu opus facere.* Quo etiam spectat glossa apud Hesychium, Παλαμῶσας, ἐργάσας: & apud Suidam, Παλαμωμένων, χερσὶν ἐργαζομένων.

Ἀμερίας δὲ, ἑρκίτας &c. »Ἑρκίτας interpretatur *Ame-*
»*rias, τοὺς κατὰ τοὺς ἀγροὺς οἰκέτας.* Siculi ἐργάτωνας
»vocabant: unde sumserunt Romani *ergastulorum* & *erga-*

c »*ſtulariorum ſervorum* appellationem. Heſychius: Ἐρκῆται, »οἱ ἐν ἀγρῷ οἰκέται. Melius per ι, ut hìc, & apud Eu»ſtathium [pag. 933, 50. & pag. 1031, 6.]« Casaub. — ἐρκίτας, *ſeptitios & cortales* interpretatus eſt Dalec. nempe a nomine ἕρκος.

Ἕρμων δὲ ἐν Κρητικαῖς Γλώτταις. Nil mutant mssti: & praeter morem Epitomator non modo auctoris nomen, ſed & libri titulum adpoſuit. Vide ſupra ad III. 81. f. *Ibid.* μνῶτας, τοὺς εὐγενεῖς οἰκέτας. Pro μνῶτας, quod eſt in editis, (ac ni fallor, etiam in membranis *A.*) μνώτας penacute ſcribitur in ms. *Ep.* & ſic apud Euſtath. ad Iliad. ο'. pag. 1031, 6. ſed apud eumdem alibi μνῶται editur, ad Iliad. ν'. pag. 933, 50. Μνωΐτας vocat Pollux, III. 83. Supra apud Noſtrum pag. 263. f. ex Soſicratis Creticis citabatur, τὴν μὲν κοινὴν δουλείαν οἱ Κρῆτες καλοῦσι μνοίαν, τὴν δὲ ἰδίαν ἀφαμιῶτας. Conf. Heſychium in Μνοία, Μνῆται, & Μνῶα: & quae ibi a viris doctis adnotata ſunt. Quod h. l. ſequitur τοὺς εὐγενεῖς οἰκέτας, id plane ita tenent ambo noſtri mssti: quod *ingenuos famulos* interpretatus eſt Dalecampius; pariterque Villebrune, *eſclaves nés de parens libres*. Euſtathius, utrumque Athenaei locum ob oculos habens, cum illum ubi *Soſicratis* adhibetur teſtimonium, tum hunc ubi *Hermonis* citantur gloſſae, ſic ſcripſit: Ἐκάλουν δέ φασι Κρῆτες καὶ μνοίαν, τὴν κοινὴν δουλίαν· καὶ μνώτας, τοὺς ἐγγενεῖς οἰκέτας. Sic quidem editum, in Comment. ad Iliad. ο'. pag. 1031, l. 6 ſq. quam ſcripturam probavit Meursius, De Creta, lib. III. c. 14. p. 192. ἐγγενεῖς οἰκέτας *ſervos indigenas* intelligens. In quo ab utra parte ſtet veritas, equidem decernere non auſim: illud ſcire velim, iſtud ἐγγενεῖς apud Euſtathium eodemne modo in msstis etiam Euſtathii codicibus ſcriptum reperiatur.

ἀποφράσην δὲ, τὴν δουλην, καὶ βολίζην. »Euſtathii »libri ἀποφράτην nominant, quam noſtri ἀποφράσην.« Casaub. — Sic editur utique apud Euſtathium, p. 1020, 29. ed. Baſ. καὶ ἀποφράτην καὶ βολίζην τὴν δούλην. Ubi rurſus videndum, an mssti codices Euſtathii ſcripturae illi adſentiantur. Apud Athenaeum quidem editam lectionem cum vetuſtae membr. *A.* tuentur, tum codex noſter Epitomae.

σίνδρωνα δὲ, τὸν δουλέκδουλον. »Σίνδρονα, ait au»ctor, *vocabant* τὸν δουλέκδουλον. Heſychius vocis huius

» originem indicat ſubobſcure. σινδρῶν ait, πονηρῶν, βλα- c
» πτικῶν· οἱ δὲ, ἀπελευθέρους ἢ δούλους. Voce βλαπτικῶν
» innuit eſſe a σίνεσθαι, quod ſignificat βλάπτειν, laedere.
» Itaque σινδρὸς, idem ac σίντις. Non igitur proprie σιν-
» δρὸς eſt *ſervus improbus.* « Sic ſcriptum in Animadv. CASAUBONI ed. 1. Sed aut ita ſcriptum voluerat vir doctus, *Igitur proprie* &c. absque negatione: aut, quemadmodum in ed. 2. & 3. legitur: » Non igitur proprie σιν-
» δρὸς eſt *ſervus*, ſed *improbus.*« — Pergit CASAUBONUS:
» Eadem ratio fere vocis περίδινος, cum pro *ſervo* acci-
» pitur. « — De περιδίνοις ſupra, pag. 264. f. nonnihil dictum: quam vero ſimilitudinem in illo nomine cum eo de quo hîc agitur, repererit Caſaubonus, eam mihi quidem pervidere non licuit. Quod σίνδρονα per ο breve & edidit idem vir doctus & in Animadverſionibus repetiit, id ex errore eſt e ſuperioribus editionibus propagato. Uterque noſter codex mstus σίνδρωνα per ω longum praefert: neque aliter apud Euſtathium duobus locis (p. 933, 50. & pag. 1031, 8.) ſcribitur. Apud Heſychium Σινδρώνων (genit. plur.) pro vulgato Σινδρῶν videtur ſcriptum oportuiſſe. Quod vero ibi ab Heſychii Editore ex Photii Lexico msto adfertur, Σίνδρον, πονηρός: quod in Σιναρὸν, πονηρὸν, mutandum vir doctiſſimus cenſuit: fortaſſe Σίνδρων, πονηρός, ſcriptum oportebat.

In *Ionis* verbis, cum perperam δόμων eſſet editum, d perſpecte tamen Dalecampius, *domum claude*, in verſione poſuerat. Quo reſpiciens CASAUBONUS, ait: » *Ionis*
» verſum e *Laërta* ſcribo cum Dalecampio, Οἴμοι. δόμον
» οἰκέτα κλεῖσον ὑπόπτερος, μή τις ἔλθοι βροτῶν. *Hei mihi:*
» *domum citus claude, ſerve, ne quis veniat mortalium.* ὑπό-
» πτερος, pro κοῦφος & ταχὺς, *ut qui alas habet.* « — Οἴμοι recte edd. Vocem iſtam omiſit Epitomator. Recte vero δόμον habet codex mstus uterque. Prudentius autem equidem facturus eram, ſi, quemadmodum ſuperiores fecerant editores, tamquam metro ſoluta adpoſuiſſem illa verba, quam ita diſtributa, ut neſcio quo caſu in noſtro exemplo factum video.

AD CAP. XCIV.

Pro ὅτι οὐκ ἦν τότε δούλων χρεία, eſt ὅτε οὐκ ἦν δούλων e
χρεία in ms. *Ep.*

e *Cratini* eclogam, quae veluti metro ſoluta olim ſcripta erat, verſibus conſtare anapaeſticis, quos Ariſtophaneos vocant, monuit Heringa, Obſerv. c. 21. pag. 17. & Toup Epiſt. Crit. pag. 106 ſq. Quos nos, cum pro linearum noſtrarum latitudine paulo eſſent longiores, ne iniquo loco frangere cogeremur, per hemiſtichia diſtribuimus, ut alibi facere conſuevimus. Alterum vero ſtatim hemiſtichium foeda menda in exemplo noſtro inquinatum video, omiſſo verbo ἦν, quod recte ſuo loco poſitum habebant edd. cum msstis. Corrigat igitur aequus lector:

βασιλεὺς Κρόνος ἦν τὸ παλαίον.

Tertio hemiſtichio verba illa, ὅτε τοῖς ἄρτοις ἠστραγάλιζον, Dalecampius reddidit, *cum panibus depoſitis talos iacerent.* Pariter Villebrune, *lorsqu'on jouoit aux oſſelets pour gagner un pain.* Rectius, ut mihi videbatur, H. Stephanus in Indice Theſ. pag. 559. interpretatus erat, *panibus loco taxillorum ludebant.* Dictionem imitatus eſt Teleclides, paulo inferius, pag. 268. d.

Ad ſequentia verba adnotavit Casaubonus: »Scribunt noſtri codices, μᾶζαι δ' ἐν ταῖσι παλαιστραις Αἰγιναῖαι κατεβέβλητο, δρυπετεῖς βώλοις τε κομῶσαι. Non dubium eſt, ineſſe mendum. Epit. κώλοις, pro »βώλοις. Forte δρυπεπέσιν ἐλαίαις κομῶσαι. *Olim*, inquit, »*mazae vaegrandes paſſim expoſitae erant in palaeſtris, ornatae ac comitatae druppis olivis.*« — At eam emendationem ob metri rationem admitti nullo pacto poſſe, recte monuit Heringa. δρυπεπεῖς vero vel δρυπετεῖς h. l. non *druppas olivas* debere intelligi, ſed pro adiectivo eſſe accipiendum ad μᾶζαι referendo, eſſeque μάζας δρυπετεῖς, *mazas bene coctas*, docuit Toupius, l. c. Conf. ſupra ad lib. II. pag. 56. d. Animadv. Vol. I. p. 381. Sicut autem loco modo citato δρυπεπεῖς & δρυπεπέσι, non δρυπετεῖς & δρυπετέσι, habent libri; ſic & hoc loco non δρυπετεῖς, (ut eſt in ed. Baſ. & Caſ.) ſed δρυπεπεῖς dabant msſti noſtri atque etiam Veneta editio. Quae vocis forma (a verbo πέπτω, *coquo*) opportunior eſt etiam iſti interpretationi. Piersonus vero in Notis ad Moerin pag. 120. vocem δρυπετεῖς pariter ad μᾶζαι referens, ingenioſe ſane *mazas* intellexerat *quae ex arboribus ſponte deciderent.* Pro βώλοις τε κομῶσαι, Heringa κολίοις τε legendum coniectavit. »Heſychius enim, inquit, κόλια inter caetera exponit, τὰ ἐκ μέλιτος τρωγάλια: quod

»ſenſui loci ſatis convenit.« Heringae emendationem adoptavit PIERSON ad Moerin l. c. Ac poterat illi coniecturae ſpeciem conciliare id, quod Caſaubonus dixerat, *κώλοις* in Epitoma legi, non *βώλοις*. At noſter quidem codex *Epit.* perſpicue & citra ullam ambiguitatem *βώλοις* tenet cum ms. *A.* & editis: Hoeſcheliani vero libri ſcriptura haud dubie ex perperam accepta figura, qua in vetuſtiore exemplari ſcripta litera β erat, ortum ceperat. Aliam viam ingrediens TOUPIUS: »Audacter corrigo, inquit, *ὀβολοῖς τε κομῶσαι*. Reſpexit poëta ad *Aeginaeos obolos*, qui Atticis craſſiores longe & maioris pretii: de quo viri docti ad Polluc. IX. 3. Confer etiam Bentlei Differt. ad Phalar. Epiſt. pag. 347.« — Dictum eſt de illa Aeginaeorum numorum ratione ſupra ad VI. 225. b. ſed, quid illa huc faceret, non potui pervidere. Quare vulgatum tenens, interpretatus ſum utcumque potui. Nec vero diffiteor ſpecioſum eſſe id, quod (praeeunte, ut videtur, ADAMO) commendavit VILLEBRUNE, *βωλίαις* vel *βωλίσι*: quorum hoc poſterius ad metrum h. l. peraptum foret. Heſychius: *Βωλίαι· βωλίς· μάζης εἶδός τι ἐν ταῖς θυσίαις*. At, quum ſit *βωλὶς* forma diminutiva *τοῦ βῶλος*: ſi *βωλίσι* aptum erat huic loco, non idcirco conſultum fuit ut aſpernaremur *βώλοις*, quod communi conſenſu meliores libri dederunt. e

Κράτης δ' ἐν Θηρίοις. Vide ad III. 119. c. Animadv. Vol. II. p. 335. In Ecloga, quae ex iſta *CRATETIS* fabula, *Ferae* ſive *Belluae* inſcripta, profertur, in ſuperioribus editionibus rurſus ita ſolute adpoſita erant verba, ut nulla metri ratio in eis habita eſſe videretur: de quibus ad metri leges digerendis ne cogitaſſe quidem Caſaubonus videtur; quamquam ad ea vel emendanda vel interpretanda haud parum contulerit. Sunt autem perfectiſſimi iambici tetrametri catalectici in ſyllabam, ut monuit *Adr.* HERINGA, Obſerv. c. 21. pag. 174. quos pro more noſtro per hemiſtichia distributos adpoſuimus.

Verſ. 1. *Ἔπειτα δοῦλον &c.* »*CRATETIS* locus elegantior ſit, an depravatior, non facile dixerim. Duo inter ſe colloquuntur: quorum alter mira praedicat de ficta a ſe republica. Is cum dixiſſet, *nullum in ſua civitate fore locum ſervis;* ſubiicit alter indignabundus, *Ἔπειτα δοῦλον οὐδὲ εἷς κεκτήσεται οὐδὲ δούλην, ἀλλ' αὐτὸς αὑτῷ* [immo *αὐτὸς αὐτῷ* edd. & mssti, percommode:] *δῦτ'*

» ἀνὴρ γέρων διακονήσει; *Itane?* ait, *ſervi nulli erunt: ſed* » *oportebit ut etiam ſenes ſibi ipſis miniſtrent?* Reſponſum
f » [*Verſ.* 3.] ita ſcribitur: Οὐ δῆτα. ὁδοιπόρου, τὰ γὰρ ταῦ- » τα πάντα ἐγὼ ποιήσω. Scias iam olim haec eſſe corru- » pta: nam auctor Excerptorum ea praetermiſit. Inter- » pretes, ut olim Sabini, quod volunt, ſomniant. Legen- » dum eſt, ὁδοιποροῦντα γὰρ ταῦτα πάντ' ἐγὼ ποιήσω. » *Ego faciam*, inquit, *ut iſta omnia domus inſtrumenta ſeſe* » *moveant.* « CASAUBONUS. — Mendoſum ὁδοιπόρου τὰ tenet noſter cod. *A*. In ms. *Ep.* vero deſunt omnia, inde ab οὐ δῆτα usque παρατίθου vs. 5.

Verſ. 4 *ſq.* Τί δῆτα &c. Haec ſic edita legebantur: Τί δῆτα τοῦτ' αὐτοῖς πλεῖον πρόσεισιν αὐθέκαστον τῶν σκευα- ρίων, ὅταν καλῇ τι παρατιθῶ. Ubi monuit CASAUBO- NUS: » Sequentia ita concipe. Τί δῆτα τοῦτ' αὐτοῖς » πλεῖον; Cum ſupellectilem mobilem reddideris, *quid ex* » *eo commodi hominibus eveniet?* Clara deinde reſponſio: » Πρόσεισιν αὐθέκαστον τῶν σκευαρίων ὅταν καλῇ τις. Ita » ſcribendum & diſtinguendum. *Vaſorum unumquodque ſpon-* » *te ſua accedet vocatum.* Poſtea eius rei dantur exempla: » in quibus corrupta multa. « — Ad haec HERINGA: » Pro » αὐτοῖς, inquit, (*verſ.* 4.) reſcripſerim fere αὐτῷ, quod » requirere videtur γέρων & καλῇ: nec tamen obnitar, ſi » quis αὐτοῖς retinere maluerit; aliquando enim numeri » ita mutantur. *Verſ.* 5. retinui καλῇ τι, referendo ad » τῶν σκευαρίων. « — Et ego non temere mutandum τι cenſui; verbum καλῇ vero videndum putavi ne ſit ſecun- da perſona verbi medii: quod ſi minus placet, καλῇς τι malebam. αὐτοῖς autem verſu praeced. fortaſſe pro ἑαυτοῖς accipi poterit, quod hîc idem ac ἡμῖν valeat. Vi- de Lexic. Polyb. pag. 105. num. 4.

Verſ. 5 *ſq.* Παρατίθου, ὦ τράπεζα, &c. » Primum ex- » emplum eſt de *menſa*. παρατιθῶ, τράπεζα αὕτη, παρα- » σκεύαζε σαυτήν. Scribe: Παρατίθου ὦ τράπεζα αὕτη. πα- » ρασκεύαζε σαυτήν. *Heus tu, o menſa, apponere:* ſive, *ap-* » *ponito te.* παρατίθεσθαι de menſa proprie dici, etiam pueri » fateantur. Addit ſtatim, μάττε ϑυλακίσκε: *panariolum* » *mazam ſubige.* ϑύλακος, eſt ἀρτοθήκη, *panarium*: non, » ut docti verterunt, *mortarium.* μάττειν, eſt *in magide* » *farinam hordeaceam aqua miſtam ſubigere faciendae mazae.* » Habes non longe hinc [pag. 269. f.] ſimilem Metagenis n locum, & ibi hunc verſum,

» μάζας μεγίστας αὐτομάτας μεμαγμένας. ε
» Melius αὐτομάτως. Verbum μάττειν poëtae Latini ver-
» tunt, *pinsere hordea.* « CASAUBONUS. — Etiam mendo-
dosum παρατιθῶ tenent nostrae membranae: quod ex παρατίθου ὦ corruptum esse perspecte vidit doctus Animadversor. Sed αὕτη non debebat ab illo servari, neque ita, ut ille fecit, cum τράπεζα arctissime coniungi. Recte vero HERINGA sic scripsit, αὐτὴ παρασκεύαζε σαυτήν: id est, *ipsa te instrue*, scil. *cibis*. Et sic, αὐτὴ, scribitur etiam in nostro ms. *Ep.* ubi omissis nonnullis, ut paulo ante dictum, haec & sequentia cum superioribus in hunc modum coniunguntur: Παρὰ δὲ Κράτητι εἰπών τις, δοῦλον οὐδὲ εἷς κεκτήσεται, οὐδὲ δούλην, ἀλλ' αὐτὸς αὐτῷ δῆτα ἀνὴρ γέρων διακονήσει, ἐπάγει· Τράπεζα, αὐτὴ παρασκεύαζε σαυτήν. &c. Pro σαυτὴν est σαυτὸν in ms. *A.* quasi cum sequentibus iungi debuisset, σαυτὸν μάττε ζυλακίσκε. Vocabulum ζύλακος, ἀρτοθήκη exponitur apud Suidam, adducto Aristophanis versu ex Pluto, num. 763. Confer Hemsterh. ad Plut. pag. 256.

Septimi versus hemistichium posterius cum sic editum legeretur, λίαν νίζουσα σεαυτὴν, CASAUBONUS ait: » Scri-
» be λίαν νίζου σὺ σεαυτήν. « — Quod improbans HERINGA, (pag. 175.) quia sic vitietur versus: »gravius, in-
» quit, hic mendum latere suspicor; interea vero dum
» certius quid inveniatur, emendo, λίαν σὺ νίζε σαυτήν. «
— At Casauboni emendatio non modo metro repugnabat, sed & Graeci sermonis usui: nam ubi ad verbum aliquod adiicitur accusativus pronominis reciproci, ibi verbum non in medio genere, sed in activo ponitur. Recte vero Heringae ne id ipsum quidem satis placuit, quod ab ipso ad emendandum hunc locum prolatum est: nam nimis languide posita hic particula λίαν foret. Perspecte PIERSONUS docuit, (ad Moerin pag. 423.) διανίζειν esse proprium in hac re verbum, collato ipso Moeride & Suida in voce ψυκτὴρ, & Polluce VI. 95. & Athen. XI. 471. d. Itaque ille certissima ratione verbum istud hoc loco restituens, versiculum caeteroquin sic constituendum censuit, διανίζε σύ γε σεαυτήν. Cui hactenus patrocinantur etiam nostrae membr. *A.* quod λιανίζουσα corrupte quidem scriptum habent, sed tamen nonnisi simplici ν literâ. Epitomator breviter: κύλιξ· νίζε σεαυτήν.

Ad *vers.* 8. est CASAUBONI Animadversio haec: » Ait,

f »τὴν χύτραν χρὴ ἐξάραι τὰ τεῦτλα. Oratio eſt ambigua. »Potes vertere, *oportet ut olla extrahat betas:* item, *opor-*»*tet betas ollam attollere.* « — ἐξᾶραι penultimâ circumflexâ ſcribere voluerat vir doctiſſimus, quemadmodum fere eſt in noſtro cod. *Ep.* Tamen & HERINGA ἐξάραι ſcripſit; idque tenuit, quamquam praeclare videns, contra metricas leges ſpondeum ſic parem ſedem in iambico verſu occupare: quod ille vitium hactenus fortaſſe ferendum ſuſpicatus erat, ut antiquiſſimum comicum Cratinum non aeque ſcrupuloſum fuiſſe ſtatueremus in verſibus pangendis ac fuerunt recentiores poëtae. Nobis in veterum noſtrarum membranarum ſcriptura, χρὴ ἑξαιραντα τεῦτλα (quam ex parte ſervavit Venetus editor, ſic ſcribens, χρὴ ἑξάραντα τεῦτλα) verae & genuinae ſcripturae, quae ab illo vitio contra metri legem admiſſo immunis eſſet, haud obſcura latere veſtigia viſa erant. Nam cum ſolennis ſit ei librario, qui illum codicem ſcripſit, aut de cuius exemplo deſcriptus codex eſt, vocalium ε & αι confuſio, continentur in illâ ſcripturâ haec verba, τὴν χύτραν χρὴ ἑξερᾶν τὰ τεῦτλα. Valet autem ἑξερᾶν, *extrahere, expromere, proïicere, effundere.* Vide Diog. Laërt. IX. 4. ibique Menag. tum Aeneam Poliorcet. (citatum in Notis ad Heſych. voce Ἐξερῶ.) pag. 1701. ed. Gronov. lin. 19. ubi ἐξεράσας τὸ ἔλαιον, eſt *effundens oleum.* Conf. Foeſ. Oecon. Hippocr. pag. 216.

Verſ. 10. »Poſtremo piſcem ita compellat, οὐκοῦν με-»ταστρέψας σεαυτὸν ἀλείπαζ' εἰσαλείφων. Senten-»tiam expreſſit Eclogarius, μεταστρέψας σεαυτὸν ἀλειφε. »Vera lectio eſt quam excogitavimus, μεταστρέψας σεαυ-»τὸν ἀλσὶ πάσσ' εἰσαλείφων: vel ἐπαλείφων. Por-»ro videtur iſtud facetiſſimi poëtae figmentum occaſio-»nem Simoni mago dediſſe tentandi eius miraculi, quod »ψευδεπίγραφος ille Clemens ita narrat. Ἐν δείπνοις, in-»quit, εἰδωλα παντοδαπῶν ἰδεῶν παρίστησι· τὰ ἐν τῇ »οἰκίᾳ σκεύη ὡς αὐτόματα φερόμενα πρὸς ὑπηρεσίαν ὁρᾶ-»σθαι ποιεῖ, τῶν φερόντων οὐ βλεπομένων.« CASAUBONUS. — Haud dubie multo felicius excogitata HERINGAE emendatio, ἀλείφατ' εἰσάλειφε. At, quum non ἀλείπαζ', ut erat editum, ſcriptum ſit in vetuſtis membranis, ſed ἀλειπας εισαλειφων: in eamdem cum Heringa ſententiam, preſſius inſiſtendo veteris ſcripturae veſtigiis, ἀλειφας εἰσάλειφον corrigendum cenſui. Valere au-

tem ἄλειφας idem atque ἄλειφαρ, (*unguentum, oleum*) monuit Euſtath. ad Odyſſ. ζ'. pag. 259, 41. & auctor Etymologici M. pag. 60, 52. Ad ſententiam quod ſpectat, recte HERINGA ait: »Meam lectionem probabit, ni »fallor, quicumque cogitaverit, piſces *olei* aliusve *pingue-*»*dinis* ope frixari.«

In ſequente Ecloga, quae ſenariis conſtat, *verſ.* 1. ἀν- a
τίθες τοι dedere veteres membranae, quod cur non acciperem nullam cauſſam vidi. In fine verſus, πάμπαλιν legebatur in ed. Ven. & Baſ. ſicut in ms. *A*. Quod quamquam nusquam alibi reperio, neſcio tamen an teneri debuerit. Tacite τάμπαλιν correxit Caſaubonus: quod ſaltem apoſtropho ſignari ſic debuerat, τἄμπαλιν. Epitomator initium eclogae in hunc modum contraxit: Εἶτα ἐπάγει: (ſcilicet ὁ Κρατῖνος) ὅτι τὰ θερμὰ λουτρὰ ἑκάστῳ ῥεύσετ' εἰς τὴν πύελον. &c.

»*Tertium verſum*, (inquit CASAUBONUS)
»ἐπὶ κιόνων ὥσπερ διὰ τοῦ παιωνίου,
»repertum in membranis antiquis, in ſuum locum reſti-»tuimus. Παιώνιον, ſi modo ita ſcribendum, locus in ur-»be Athenis fuiſſe videtur, ubi erant columnae quae for-»mas aquaeductus ſuſtinebant.« — Eumdem verſum eodem modo ſcriptum exhibet noſter ms. *A*. In quo quid ſit διὰ τοῦ παιωνίου non magis nobis, quam Caſaubono, compertum. Locus ſi fuit Athenis ita dictus, haud adparet cur ὥσπερ adiiciatur; ne dicam, mirum debere videri, nemini alii memoratum illum locum. Sit-ne de *Bacchi* cognomine, Παιώνιος, hic cogitandum, haud adfirmaverim. Poſſit enim *viri* nomen eſſe. Sic apud Pauſaniam *Paeonius* commemoratur ſtatuarius.

Verſ. 5. »Sequitur, — ὥσθ' ἑκάστῳ ῥεύσεται
»εἰς τὴν πύελον. ἐρεῖ δὲ θ' ὕδωρ ἀνεκχέτει.
»Lectio eſt depravata. Excerpta habent, ἀναχαίτει. Un-»de facilis emendatio: ἐπεὶ δὲ θ' ὕδωρ ἀναχαιτιεῖ. *Sponte* »*ſua influet aqua in pelvim: deinde ipſa ſe ſiſtet plenâ pelvi.* »ἀναχαιτίζειν, verbum elegantiſſimum, & ſententiae huic »accommodatiſſimum.« CASAUBONUS. — Servata poſtrema voce, ut erat edita, legi poſſe PALMERIUS putavit ῥεῖ δὲ θ' ὕδωρ ἀνεκχέτει. (Exercit. in Auct. Graec. pag. 506.) Voluerat puto ἀνεκχετεῖ: nam confert cum ἀναιμωτεῖ, ἀνεπιστρεπτεῖ, & ſimilibus; vertitque *fluit autem aqua ſine effuſione.* Exiſtimavit autem, loqui hic *coquum*,

a agique de *elixandis piſcibus*. Quae, ne quid amplius dicam, prorſus ab hoc loco aliena ſunt: ubi de *balneo* agi perſpicuum eſt. Verbi ἀναχαιτιεῖ, quod auctori reſtituendum recte Caſaubonus cenſuerat, non modo Epitome, ſed etiam membranae *A.* veſtigia paulo clariora, quam quae in editis exſtabant, ſervarunt: nec enim ibi ἀνεκχέτει, ſed ἀνεχέτει ſcribitur. At ἀναχαιτιεῖ non *ſe ſiſtet* ſignificat, ut voluit doctus Animadverſor; ſed *ſiſtet, inhibebit:* de quo verbo vide Simplic. ad Epict. p. 75. b. & quae ibi notavimus. Itaque ſervato verbo ἐρεῖ, hanc prodire commodam ſententiam putavi: *Dicat vero:* (nempe ἕκαστος: *quicumque voluerit, is dicet*, ut deſinat fluere aqua:) & (ipſo iuſſu ſuo) *aquam inhibebit.* Paulo ſuperius, pro ῥεύσεται εἰς, eſt ῥεύσετ' εἰς per apoſtrophum in ms. *A.*

Verſ. 6. ἀλάβαστος (non ἀλάβαστρος) dedit codex mstus uterque: quod tenere debui. Vide ad lib. V. pag. 206. c.

AD CAP. XCV.

Ex *Teleclidis* verſibus, qui ſunt anapaeſtici tetrametri catalectici, non niſi tres priores Excerptis ſuis inſeruit Grotius pag. 873. eosque (quemadmodum nos fere facere adſuevimus) per dimetros vel hemiſtichia diſtributos adpoſuit.

b *Verſiculo* vel *hemiſtichio* 7. non ἅπας ſcriptum volueram, ut eſt in editis; ſed ἅπασ' ἔῤῥει χάραδρα, quemadmodum recte ſcribitur in noſtro ms. *Ep.* Eſt autem χαράδρα, ut interpretatur Heſychius, idem quod χείμαῤῥος ποταμὸς, *torrens.* *Verſ.* 9. Pro στόμασι, quod erat in editis, στόμασιν deſideravit metrum. Perperam σώμασιν ms.

c *Ep.* Conf. p. 269. b. *Verſ.* 18. Recte βουλομένοισι edd. ubi βουλομένοις invito metro habet codex mstus uterque.

Verſiculus 19 & *ſq.* in editis ſic concepti legebantur:

ὥστ' ἀφθονία, τὴν ἔνθεσιν ἢ νάρδου ἀπαλὴν καταπίνειν.

Ibi adnotavit Casaubonus: »Verſum iſtum ita exhibet »Abbreviator:

»ὥστ' ἀφθονία τὴν ἔνθεσιν ἣν ἄρδουθ' ἁπαλὸν κατα-
»πίνειν.

»Hoc eſt: *ita ut poſſet aliquis bucceam condimentis irrigare »& mollius devorare.* « — Eodem modo ſcribitur in noſtro ms. *Ep.* niſi quod aegre deſinias, utrum ἁπαλὸν an ἁπαλὴν voluerit librarius; qui terminationem pro ſuo fere

λ'

more omittens, ſic ἀπα vocem illam pinxit. Quidquid c
ſit, ἀπαλὴν debuiſſe calligraphum iudicavi, quemadmodum eſt in edd. & in ms. *A*. Pro eo vero, quod iidem hi libri habent ἢ νάρδον ἀπαλὴν, non dubitandum duxi quin ἦν ἄρδονθ' ex Epitoma reciperem. Structura naturalis verborum talis eſt, ὥστε ἦν ἀφθονία καταπίνειν τὴν ἔνθεσιν ἀπαλὴν, ἄρδοντα, nempe αὐτὴν τοῖς ὑποτριμματίοις καὶ τῷ ζωμῷ.

Hemiſtichium 21 *cum ſeq.* in edd. ſic ſcribitur, ut edidimus:

λεκανίσι καὶ σίδ' ἀνάπαιστα παρῆν ἡδυσματίοις κατάπαστα.

Neque quidquam mutant membranae, niſi quod peius etiam λαικανίσι pro λεκανίσι habent. Epitomator vero corruptum praetermiſit verſum. DALECAMPIUS, vocem λεκανίσι ad ſuperiora referens, quae ſic vertit, *plenis devorare pelvibus;* reliqua huius verſus in hunc modum interpretatus eſt, *punicorum avulſa grana condimentis inſperſa erant.* Inde CASAUBONUS: »Emendavit (inquit) Dale»campius perſpicue corruptam γραφὴν, ſcribens, σιδί' »ἀνάσπαστα: quod interpretatur, *punicorum avulſa grana.* »Eſto eruditorum iudicium. Nos ita verſum concipiebamus:

»λεκανίσι δὲ κρέα ἁλίπαστα παρῆν, ἡδυσματίοις κατάπαστα.

»*In patinis erant carnes ſalitae, condimentis reſperſae.*« — Equidem ſuſpicatus eram, in voce σίδ' latere fortaſſe verbum σίζειν, *ſtridere;* ut locutus ſit poëta de neſcio quibus *cibis frixis, in ſartagine ſtridentibus:* (vide hac pag. lit. f. IV. 136. c. VII. 285. d.) ſed nihil ſani extundere potui. Porro in ἀνάπαιστα latere ψαιστὰ videri poterat, (conf. IV. 140. d.) ſi ex praecedentibus aliquid exſculpi poſſet, quod cum hoc conveniret.

Verſic. 24. Ut φάρυγ' ſimplici literâ γ vel invitis libris omnibus ſcriberemus, metri lex flagitaverat. Conf. II. 64. f. ubi idem verſus occurrebat, (ibique not.) & XIV. 644. f. Quod autem εἰσπέπονθο h. l. habet editio Caſ. error is operarum eſt, ex edit. Baſ. propagatus.

Verſic. 28. »Pro οἱ παῖδες ἀνεστραγάλιζον: [quod ha- d »bent edd. cum ms. *A.*] Epitoma, ἂν ἐστραγάλιζον. »Quaſi diceretur στραγαλίζειν pro ἀστραγαλίζειν, ut »στραγαλωτὸς μάστιξ pro ἀστραγαλωτός.« CASAUBONUS. — Verbum ἀναστραγαλίζειν profecto nullum prorſus eſt.

d Particulam ἂν vero ſimili ratione adiectam verbo ſupra videmus, verſic. 13. Sed ἠστραγάλιζον per η recte ſcriptum in loco huic parallelo pag. 267. e. quod cur non hoc item loco reponatur, nulla videtur eſſe cauſſa; cum praeſertim & metro perapte hoc conveniat, & prorſus inſolitum ſit verbum στραγαλίζω, aut nomen στράγαλος pro ἀστράγαλος. Nam quod στραγαλωτὴν μάστιγα commemoravit Caſaubonus, id nihil huc facit: nec enim στραγαλωτὴ, ſed στραγγαλωτὴ ſcribitur apud Suidam, qui illam vocem adnotavit, ad diverſum plane etymon referendam.

AD CAP. XCVI.

e καὶ ὡς οἱ μετ' αὐτὸν γενόμενοι μιμησάμενοι ἐπεξειργάσαντο. »Lego ἅπερ οἱ μετ' αὐτὸν, non ὡς οἱ.« CASAUB. — At defendi vulgata ſcriptura poſſe videtur; quamvis aliquam ἀνακολουθίαν habeat, ne ab optimorum quidem auctorum ſtylo alienam. Si, pro ἐχρησάμην - - καὶ - - ἀπομνημονεύσω, eſſet χρησάμενος - - ἀπομνημονεύσω, nihil prorſus ad commodiſſimam verborum ſtructuram deſideraretur. Ad μιμησάμενοι intellige αὐτὰ, nempe τὰ τοῦ Κρατίνου ἔπη. Quod mox ait, ὡς ἐδιδάχθη: confer quae de *Didaſcaliis* diſputavit Caſaubonus ad pag. 235. e.

In *PHERECRATIS verſ.* 1. tenent ἐκεῖν' libri omnes: quod ne ſolicitari quidem debuiſſe intelligo: cum praeſertim, ſi ἐκεῖ legeremus, oriturus eſſet hiatus minime ferendus in poëta quem Ἀττικώτατον auctor noſter adpellat. Commodum tamen foret ἐκεῖ γ': ut ἐκεῖ intelligeretur ἐν τῷ ταρτάρῳ. conf. vs. 7. & vs. 19. Loquitur foemina: (vide vs. 19.) narrans quae per ſomnum (puto) in tartaro geri vidiſſet. *Verſ.* 2. εἰργασμένα accipiendum videtur pro ἐξειργασμένα.

f *Verſ.* 4. τονθολυγοῦντες. »Varie ſcribitur vox τονθολυγοῦντες. Euſtathius hanc ſcripturam tuetur, non ſemel »ita ſcribens, & explicans, ποιὸν ἦχον ἀποτελεῖν. Addit, »ὅθεν ἴσως καὶ τὸ τονθορύζειν. Scripta quaedam antiqua ma»nu, τομφολυγοῦντες. Malim τονθορυγοῦντες, ut apud »Pollucem lib. VI. c. 9.« CASAUBONUS. — Euſtathium vide ad Odyſſ. ρ'. pag. 1126. ſub fin. τομφολυγοῦντες fortaſſe a docto quopiam viro orae libri ſui inſcriptum erat, ut verbum ſimilis ſignificationis. Noſtri quidem co-

dices ambo in vulgatam conſentiunt ſcripturam. Nec ve- f
ro valde mirandum, quod verbum hoc, ad ipſum rei ſo-
num effictum, paulo diverſâ formâ apud Pollucem ſcri-
ptum legatur; cum praeſertim & aliâs ρ & λ literae ex
dialecto inter ſe haud raro ſoleant permutari. Adpoſuit
autem Pollux loco citato (ſect. 58 ſqq.) eosdem *Pherecra-
tis verſus*, inde a tertio ad viceſimum tertium, paucis
omiſſis, & uno interiecto, qui in Athenaei codicibus
deſideratur.

Verſ. 5. Recte αὐταῖσι μυστίλαισι legitur in ed. Caſ.
1. & 2. ut in mſstis & in ed. Ven. Infelici conatu in ed.
Caſ. 3. ex ed. Baſ. vitioſa ſcriptura αὖ παίδων revocata
eſt, quam ſcripturam in verſione expreſſerat Dalecam-
pius: de quo corrigendo errore monuit IACOBS in *Notis
mſstis*, intelligens, *cum ipſis fruſtulis*. Equidem, ex pervul-
gato illius vocabuli uſu, de *cochlearibus* accepi, *quibus hau-
riretur iusculum*. Vide ad III. 126. a. Animadv. Vol. II. p.
377 ſq. Apud Gregorium de Dialect. pag. 264. μιστύλαι
ſcribitur: apud Noſtrum in ſcripturam μυστιλ. libri om-
nes conſentiunt. Deeſt apud Pollucem verſus iſte cum
duobus ſequentibus. *Ibid.* καὶ ναστῶν τρύφη. *Naſtorum
ſuppetebant deliciae*, vertit DALECAMPIUS: haud ita male
verbum παρῆν ſupplens; pro τρύφη vero, τρυφὴ legens.
At penacutum τρύφη tenent cum editis codices mſsti: qui
eſt pluralis a ſing. τὸ τρύφος, *fragmentum*, *fruſtulum*. Et
poteſt utique ſubintelligi verbum παρῆν: (coll. vs. 10.)
poſſis vero etiam fortaſſe e ſuperiori verſu intelligere,
καὶ ναστῶν τρύφη ἔῤῥει ἐν αὐτοῖς, nempe ἐν ἐκείνοις τοῖς
ποταμοῖς. De *panificii* genere, quos ναστοὺς Graeci vo-
cabant, dixit Noſter lib. III. p. 111. c. d. conf. XIV. 646. e.

Verſus ſextus cum ſic in edd. conceptus legeretur,

ὥστ' εὐμαρῆ ἦγεν αὐτόματ' εἰς τὴν ἔνθεσιν:

adnotavit CASAUBONUS: »Scribo,

»ὥστ' εὐμαρῆ τε καὐτομάτην τὴν ἔνθεσιν.«

Cuius adoptavi emendationem: eamdemque in partem
accepiſſe hunc locum Epitomator videtur; qui, omiſſis
verbis mendoſis, nude ſic ſcripſit, ὥστε τὴν ἔνθεσιν χω-
ρεῖν λιπαρὰν &c. Membranae *A.* ab edita olim ſcriptura
nil discrepant.

Verſ. 9. Cum σίζοντες apud Athenaeum legeretur
in edd. & mſstis, adnotavit Caſaubonus, apud Pollucem
σίζοντα legi. Et recte hoc quidem ſic ibi ſcriptum,

nisi quod vocalis in fine vocis in pronunciando sit elidendus; quod nos, σίζοντ' per apostrophum scribendo, indicavimus, praeeunte Sebero ad Pollucem. Neutrum genus σίζοντα refertur ad duo subſtantiva φύσκαι & τόμοι, quorum alterum foeminini generis est, alterum masculini.

Vers. 11. καταχυσματίοισι παντοδαποῖσιν εὐτρεπῆ. εὐπρεπῆ legendum suspicatus erat HEMSTERHUSIUS, ad Lucian. Dial. Marin. X extr. eo quod εὐτρεπὴς non soleat cum dativo casu construi. Vulgatum tuentur quidem, cum apud Nostrum, tum apud Pollucem, libri omnes. Versus ille, qui apud Pollucem hoc loco insertus, vulgo nonnihil corruptus in hunc modum legitur,

τεύτλοισί τ' ἐγχέλυα συγκεκαλυμμένα.

Ubi pro ἐγχέλυα oportebat ἐγχέλεια. Vide III. 104. f.

a *Vers.* 12. Σκελίδες. Sic cum editis & ms. *A.* habet Pollux. Vide ad III. 96. a. *Vers.* 13. In ἐπὶ πινακίσκοις nil mutant nostri libri. *Ibid.* ἀκροκώλια. Vide ad II. 63. e. *Vers.* 14. χόλικες. χόλιξ, quod est apud Pollucem, natum est fortasse ex perperam accepto compendio, quo syllaba finalis κες in vetere codice indicata erat; quae compendiosa nota similis fere est literae ξ.

Vers. 15. καὶ πλευρὰ δελφάκει' ἐπεξανθισμένα. DALECAMPIUS *pinguia* vertit: & in ora notavit: »ἐπεξανθισμένα, *efflorescentia*, ad verbum; id est, *bene habita*.« — At in istam sententiam oportebat ἐπεξηνθισμένα, a verbo ἐξαιθίζω. Poteras etiam ἀπηνθρακισμένα suspicari, id est, *super prunis tosta* vel *frixa*, a verbo ἀπανθρακίζω. Sed bene habet vulgata scriptura, quam eamdem cum Athenaei libris Pollux agnoscit, a verbo ἀπεξανθίζω, idem valente atque simplex verbum ἀνθίζω, nisi quod huic maiorem quamdam vim addit ipsa compositio. Habes apud Aristophanem, Acharn. 1046. Ὁπτᾶτε ταυτὶ καὶ καλῶς ξανθίζετε: id est, ut interpretatur Scholiastes, πυρρὰ τῷ ὀπτήσει ποιεῖτε.

Vers. 16. χναυρόταται παρέκειτ'. »Pollux Χαυρότερ' ἐπέκειτ'. Cibus χαῦνος, *mollis & delicatus*. Nostrum χναυρότερα tuentur veteres.« CASAUB. — *Vers.* 17. Pro γάλακτι κατανενιμμένος, apud Pollucem est τῷ γάλακτι μεμιγμένος vel ἐμμεμιγμένος. Apud Nostrum si teneamus vulgatum, in quod consentiunt libri,

παρῆν δὲ χάνδρος γάλακτι κατανενιμμένος:

penultima ſyllaba in γάλακτι, quoniam concurſus litera- a
rum κτ imitatur naturam debilis poſitionis, brevis habenda fuerit.

Verſ. 18. Cum corrupte in edd. ſic legeretur:

ἐν καταχύτλοις λεκάναισι καὶ πόντομ',

monuit CASAUBONUS: »Emenda ex Polluce:

»ἐν καταχύτλοις λεκάναισι καὶ ἀμύλου τόμοι.«

Epitomator, corruptam verſus extremitatem cum tribus ſequentibus verſibus praetermiſit. In ms. *A.* ſic ſcribitur καὶ πυοτομοι. Villebrunius in *cod. Par. B.* πυος τομοι, in *cod. C.* vero που ſcribi ait. Quod utcumque ſe habeat, probavi eiusdem VILLEBRUNII emendationem, καὶ πύου τόμοι. De vocabulo ὁ πύος, ὁ πυὸς, vel τὸ πῦον, quod *coloſtrum* vel *coloſtram*, id eſt, *primum lac a partu* ſignificat, dictum ſupra ad II. 57. a. Animadv. Vol. I. p. 384 ſq. & ad III. 105. e. Vol. II. pag. 220. Eſt autem illud lac & per ſe denſius; (quare *prima a partu ſpongioſa denſitas lactis* Plinio dicitur, lib. XXVII. cap. 9, ſect. 32.) &, *niſi admiſceatur aqua, in pumicis modum coit duritiâ;* ut ait idem Plinius, XI. 41, 96. Quo minus mirari debemus, πύου τόμους, id eſt, *frusta coloſtri* hic commemorari. Quid ſit ἐν καταχύτλοις λεκάναισι, fateor me minus percepiſſe. DALECAMPIUS vertit, in *catachytlis pelvibusque*, adiectâ Notâ: »*Catachytlon*, vas quo lavantibus aquam »balneatores affundunt. *Situlam* vertit Pollucis interpres, »ego *hauſtrum.*« At coniunctivam particulam non fert h. l. metrum. Sunt per adpoſitionem iuncta duo ſubſtantiva.

Verſus 22. ſic editus erat: b

Ὀπταὶ κίχλαι γὰρ ἀνάβραστ' ἠρτυμέναι.

Et ſic, pro monſtroſa ſcriptura quae apud Pollucem olim vulgata erat, ibi etiam corrigendum ex Athenaeo ait CASAUBONUS; ſimul monens, paulo inferius rurſus (lit. e.) κίχλας ἀναβράστους commemorari. Sed non animadvertiſſe videtur vir doctiſſimus, pede claudum eſſe illum verſum. Cui vitio vereor ne non ſatis certam attulerim medicinam, ἀνάβραστοι vel ἀναβραστοὶ ſcribendo; quoniam diphthongus οι in fine vocis, proxima voce a vocali incipiente, corripi ſolet. Verumtamen, non ubique conſtantem eſſe illam regulam, monuerunt paſſim artis magiſtri. Caeterum verſus ille, qualis in editis Athenaei libris legitur, a primo editore aut ab aliquo an-

b te eum iuniore librario conſtitutus eſt. Nam in vetuſtis quidem membranis *A.* mire haeſitabundus ſcriba ſic dederat, ὀπταὶ καὶ κίχλαι γὰρ εἰς ἀναβράσεις· ἀναβράσεις· ἀνάβραστ' ἠρτυμέναι. Quibus ſub portentis tamen vix aliud quam id ipſum, quod dedimus, latere videtur. Epitomator quidem, omiſſis omnibus quae poſt verba καταχύτλοις λεκάναισι (verſ. 18 & ſqq.) vulgo ſequuntur, ſic ſcribere perrexit, ὀπταὶ δὲ κίχλαι ἀνάβραστοι ἠρτυμέναι &c. *Verſ.* 23. ἀντιβολοῦσαι (ſcil. αὐτοὺς) καταπιεῖν. Sic ἱκετεύουσαι καταπίνειν, p. 268. b. In hoc verſu terminatur apud Pollucem iſta ecloga.

Verſ. 25. τὰ καλὰ τῶν καλῶν. Prorſus ad Hebraeorum morem aliorumque Orientalium formata locutio: *pulcra pulcrorum*, pro *pulcerrima*. In fine illius verſus adiiciendum eſſe verbum ἰδεῖν monuit Caſaubonus, cum initio verſus ſequentis vulgo poſitum id verbum eſſet.

Verſ. 26. ἐξ οὐθενὸς πεφυκότα. Poteras intelligere, *quae non habebant unde enata eſſent*: ſed percommode etiam Dalecampius vertit, *nusquam adhaerentia*. *Verſ.* 27. Pro ἀμπεχόναισι eſt ἀμπεχόναις in ms. *Ep.* quod ad metrum perinde erat aptum. *Ibid.* τριχάπτοις rectiſſime dedit codex uterque. Habes vocabulum, ſed ὀξυτόνως ſcriptum, apud Heſychium: Τριχαπτὸν, τὸ βομβύκινον ὕφασμα, – ⏑ ⏑ ἢ πολύτιμον, ubi vide Interpp. τριχάπτον, antepenacute, ut in noſtris libris, ſcribitur apud Suidam. Confer Bielii Nov. Theſaur. Philolog. hac voce.

Verſ. 28. καὶ τὰ ῥόδα κεκαρμέναι. Dalecampius, *decerptis roſis ornatae*. Eo ſpectat CASAUBONI animadverſio: »Neſcio quas temerarias emendationes, & male fultas »interpretationes excogitant. Comici *locos mulierum* vo»cant ῥόδα. Heſychius, ῥόδον Μιτυληναῖοι τὸ τῆς γυναι»κός. Idem ſignificant & κῆπος, πεδίον, λειμὼν, ac βληχών.«

c *Verſ.* 32. Relegens hunc verſum, qui ſic ubique editus legitur,

διπλάσι' ἐγένετ' εὐθὺς ἐξαρχῆς πάλιν:

animadverti, quod me antea praeterierat, claudicare metrum. Scribe,

διπλάσι' ἐγίνετ' εὐθὺς ἐξαρχῆς πάλιν:

& menſura conſtabit verſui, & multo commodius ad ſententiam fuerit verbum in *imperfecto tempore* poſitum, ubi de eo agitur quod idemtidem atque ſaepius accidit. At-

que id ipsum ἐγίνετ' uterque noster exhibebat codex c mstus.

AD CAP. XCVII.

In *Pherecratis* anapaestis ex fabula *Persis*, *versic.* 6. »Quae appellat λιπαρὰ ἐπίπαστα, alii dixerunt παστά. »Sic vocabant ἔτνος ἀλφίτοις μεμιγμένον, *pultem cum hor-* »*deacea farina mixtam.*« Casaubonus. — Similiter ἐπίπαστα interpretatur Pollux VI. 61. nec dissentit Scholiastes Aristoph. ad Equit. 103. At idem Scholiastes aliam simul addit interpretationem, quae aptius convenire huic loco videbatur. Ait enim, ἔθος εἶχον ποιεῖν πλακοῦντας ἢ ἄρτους, καὶ ἐπιτάσσειν τινὰ καρυκεύματα ἁλμυρά· (id est, *solebant placentas aut panes conficere, & condimentis quibusdam salsis conspergere:*) καὶ διὰ τοῦτο ἔφη τὰ ἐπίπαστα. Eadem Suidas habet in Ἐπίπαστα, ubi καρυκεύματα ἢ ἁλμυρὰ scribitur, id est, *condimenta vel salsa.* Est autem mire dissectus h. l. verborum ordo: nam, ni fallor, naturalis orationis series haec erat futura, ποταμοὶ ζωμοῦ μέλανος (conf. pag. 268. e. verf. 3.) κοχυδοῦντες λιπαροῖς ἐπιπάστοις καὶ Ἀχιλλείοις μάζαις.

Versic. 8. »Recte nostri codices, Ἀχιλλείοις μάζαις κο- d »χυδοῦντες ἐπιβλὺξ, non, ut in Excerptis, ἐπικλύξ. Eu- »stathius [ad Iliad. ρ'. 1126 sub fin.] explicans hunc ipsum »locum, τὸ ἐπιβλὺξ, ait, ἐκ τοῦ βλύζω, βλύξω, Δωρικῶς »παρῆκται. Paullo ante scripserat, & βρύειν & βλύζειν de »*scaturiente aqua fontana* dici.« Casaubonus. — Noster cod. *Epit.* recte ἐπιβλὺξ habet: in Hoescheliano literas β & κ iam aliàs (& haud ita multo ante) perperam inter se permutatas observavimus. De verbo κοχυδεῖν confer notata ad I. 30. f. *Achilleae maxae* mentio facta III. 114. f. De ea Eustathius ad Odyss. β'. pag. 96, 24. ait: ἡ Ἀχιλλέα μάζα, ἔχουσά τι, ὡς εἰκὸς, ἐξαίρετον· ἧς Ἀχίλλεια ἐλέγοντο τὰ ἄλφιτα.

Versic. 10. Cum perperam ῥεύσοντας esset editum, adnotavit Casaubonus: »Scribo, ἀπὸ τῶν πηγῶν τῶν »τοῦ Πλούτου ῥεύσονται σφῶν ἀρύτεσθαι, vel, ut in »Epitome, σφῶν αὐτῶν ἀρύτεσθαι.« — Veram scripturam, ῥεύσονται, servavit Epitome. αὐτῶν ad σφῶν de suo adiecit Epitomator, sententiam spectans, metri nulla habita ratione. Mendosum ῥεύσοντας tenent membranae *A.*

d quod ex ξεύσοντ' ὡς corruptum videri poſſit. Sed particula ὡς commode ſubintelligi potuiſſe videtur, nec opus erat ut eam diſerte adiiceret poëta. Terminationes vero ας & αι iam ſaepius a librariis permutatas vidimus.

Verſic. 11 *ſq.* »Addit facetus poëta,

»ὁ Ζεὺς δ' ὗων οἴνῳ καπνίᾳ κατὰ τοῦ κεράμου βαλανεύσει.

»*Iupiter vinum capniam pluens tegulas rigabit tanquam aqua* »*balneari.* Inter vina Graecorum eſt ὁ καπνίας non po»ſtremum. De eo diximus ante ex Theophraſto. Fal»luntur nimis qui emendant & ſcribunt οἴνῳ οὐ καπνίᾳ.« CASAUBONUS. — Nempe Dalecampius ſic converterat, *nullo fumo condito vino pluet.* Qui in errorem inductus erat per mendoſam editionum veterum ſcripturam ἰκναπνίᾳ. Atque in ipſis etiam vetuſtis membr. *A.* turbatus hic locus erat, quippe in quibus οἴνῳ οἰκαπνίᾳ ſcriptum. Recte vero ms. *Ep.* οἴνῳ καπνίᾳ habet. Vide I. 31. e. & IV. 131. f.

Verſic. 14. μετὰ ναστίσκων πολυτύρων. Cum corrupte μετ' ἀμητίσκων καὶ ναστίσκων πολυτύρων eſſet editum, haec adnotavit CASAUBONUS: »Etiam quod »in iſtis, μετ' ἀμητίσκων καὶ ναστίσκων, emendant inter»pretes ναστίσκων, etſi reprehendi non poteſt; malo »tamen νανίσκων. Placentarum nomina ſunt ἄμης & νά»νος: quae ſic coniunguntur in hoc verſu, ut libro XIV. »[pag. 644. f. & 646. c.] in albo πλακούντων ſimul re»cenſentur & explicantur. Ac quamquam ibi quoque νά»στου fit mentio, probabilior tamen noſtra emendatio »ob vocem πολύτυρος: nam caſeus *nano* tribuitur, non »*naſto.* νάνος, ait, ἄρτος πλακουντώδης, διὰ τυροῦ καὶ »ἐλαίου σκευαζόμενος.« — Non ναστίσκων, ut in editis, ſed νατίσκων ſcribitur in membr. *A.* id ipſum quidem non minus corrupte. Sed perſpicue ναστίσκων habet noſter ms. *Ep.* Cum quo convenit, quod & in eiusdem Pherecratis ſuperiore ecloga vs. 5. (pag. 268. f.) & apud Metagenem vs. 4. (hac pag. 269. f.) ſimiliter τῶν ναστῶν fit mentio. Nihil autem impedit quo minus credamus, ad ναστοὺς etiam adhiberi *caſeum* vel *butyrum* potuiſſe. Iam vero, licet uterque noſter codex mstus cum editis utrumque vocabulum iungat, μετ' ἀμητίσκων καὶ ναστίσκων: tamen metri ratio manifeſte evincit, non niſi alteri eorum fuiſſe hic locum, alterum vero ex ora ir-

repsisse: de quo etiam HERINGA Observat. cap. 21. pag. d 176. monuit; qui cum mendose scriptum καὶ νασίσκων videret, haec ipsa verba delenda censuit. Mihi vera scriptura μετὰ ναστίσκων visa erat, cum qua studiosus aliquis alteram μετ' ἀμητίσκων ex Teleclidis ecloga pag. 268. c. contulisset. Inde posterior aliquis librarius utramque scripturam imperite sic coniunxit, uti hodie in libris legitur.

Versic. 15. Θερμῷ σὺν ἔτνει. Quamquam in Θερμοὶ consentiunt libri omnes, ferendos tamen non putavi *calidos uvarum* (id est, *vini*) *rivos*: sed Θερμῷ σὺν ἔτνει haud cunctanter cum VILLEBRUNIO corrigendum iudicavi, id est, *calida cum pulte*. *Versic.* 16. »Vocem λειριοπολφανεμῶναι explicuimus lib. IV. c. 15.« CASAUB. — Vide Animadv. ad IV. 158. b. Vol. II. pag. 535. Mire vero DALECAMPIUS verba ista, σὺν λειριοπολφανεμώναις, pro diversae fabulae titulo eiusdem poëtae Pherecratis accipiens, initio ita reddiderat, *Idem poëta in Leiriopoanemonis*; notans in margine: »*Narcissis & Anemonis herbis*:« deinde vero, in Corrigendis, sic posuit: *Idem poëta in Nugis*. Villebrunius, Casauboni fere interpretationem secutus, convertit, *& du vermicelle assaisonné de lis & d'anémone*.

Versic. 17 *sq.* Tamquam unus versus, haec sic edita erant:

Τὰ δένδρη τ' αὐτοῖς ὄρεσι χορδαῖς ὀπταῖς ἐριφείοις
φυλλοροήσει.

Ad quae notavit CASAUBONUS: »Scribe τὰ δένδρη τὰ 'ν τοῖς ὄρεσι, non αὐτοῖς ὄρεσι.« — Quem secutus sum, addens in fine prioris hemistichii δὴ particulam, ad complendum versiculum. At, ne sic quidem satisfactum metro esse, facile adparet. Oportebat saltem ita:

τὰ δ' ἐ δένδρη τὰ 'ν τοῖς ὄρεσιν δή.

Et particulam δ' ἐ quidem (quae quam facile ante δένδρα intercidere potuerit in oculos incurrit) non modo metrum, sed & ipsa orationis consecutio desiderabat. Eamdem vero etiam ipsam diserte adiectam exhibet codex noster *Ep.* Pro δὴ in fine adiectâ, fortasse sic malles:

Τὰ δ' ἐ δένδρη τ' αὖ τὰ 'ν τοῖς ὄρεσιν.

Verbum vero φυλλοροήσει manifeste ad sequentem versum fuit trahendum. Porro, ne quem turbet id quod in ed. Cas. 2. & 3. legitur, monere debeo, in utraque illa-

rum posteriorum editionum, quae Casauboni nomen praeferunt, vocem ὀπταῖς post χορδαῖς operarum errore esse praetermissam.

e *Versic. extremo.* κίχλαις τ' ἀναβράστοις. Sic supra in eiusdem Pherecratis Metallicis *vs.* 22. memorabantur κίχλαι ἀνάβραστοι. Ubi, quamquam in accentu nil mutant libri, monui accentum adiectivi verbalis in ultima syllaba poni debuisse: quod quidem constans analogia poscere videtur, cum non sit ἀνάβραστος ex simplici adiectivo βραστὸς & ἀνὰ compositum, sed rectà atque proxime a composito verbo ἀναβράζω derivatum, unde adiectivum verbale ἀναβραστὸς legitime formatur.

AD CAP. XCVIII.

Τί δεῖ πρὸς τούτοις &c. Forsan Τὶ, δὲ δεῖ scripserat Athenaeus. At nulla varietas enotata est ex ms. *A*. Epitomator vero totum huius capitis initium praetermisit. Casauboni huc spectat Animadversio haec: »Ut praestaret auctor quod ante pollicitus est, de Comicorum »omnium locis exhibendis, qui imitationem continerent »initio positorum *Cratini* versuum, *Pherecratis* versibus »subiiciendae erant similes ῥήσεις ex *Aristophanis Tageniſtis* & *Acharnensibus*. Sed quia in omnium manibus »tum versabantur ea dramata, supersedet Deipnosophista eo labore, atque hac quasi excusatione utitur: *Tí* »*δεῖ πρὸς τούτοις παρατίθεσθαι τὰ ἐκ Ταγηνιστῶν τοῦ κωμικοῦ* »*ρίεντος* Ἀριστοφάνους: *πάντες γὰρ τῆς κατ' Ἀχαρνεῖς* »*αὐτοῦ πλήρεις ἐστέ. Quid opus est*, ait, *superioribus adiicere lepidi poëtae Aristophanis versus ex Tageniſtis? Nam* »*iis certe* epulis, *quae in illius Acharnensibus* memorantur, »*pleni estis*. Quasi dicat, non dubito meminisse vos similium versuum qui in Aristophanis Tageniſtis leguntur: »ac multo magis eorum quae sunt eodem argumento in »Acharnensibus eiusdem. Τῆς κατ' Ἀχαρνεῖς αὐτοῦ, »breviter & concise dictum, pro τῆς εὐωχίας τῆς κατ' »Ἀχαρν. Locus illius comoediae quem intelligit, est hic:

»τὰ δ' ἄλλα πάντ' ἐστὶν παρεσκευασμένα·
»κλῖναι, τράπεζαι, προσκεφάλαια, στρώματα,

»& quae sequuntur deinceps multis versibus.« — Vide vers. 1089 seqq. ed. Br. At parum aut nihil ad argumentum, de quo hic maxime agitur, faciunt illi Aristophanei

verſus: praeterea durum utique foret, vocabulum εὐω- e
χίας apud Noſtrum hîc ſubintelligi, cuius vocabuli nullum veſtigium in tota ſuperiori oratione occurrit. Denique nusquam memini titulum fabulae cuiuspiam iſto modo adhibita κατὰ praepoſitione ab auctore noſtro citatum. Quare iam olim ſuſpicatus eram, in iſtis duabus vocibus κατ' Ἀχαρνεῖς latere unum aliquod nomen ſubſtantivum foeminini generis, in genitivo caſu poſitum, ad quod nomen pertineret τῆς articulus. Illud vocabulum, fruſtra olim a nobis anquiſitum, nuperrime ultro occurrebat. Haud dubie ſic ſcripſerat Athenaeus: πάντες γὰρ τῆς καταχήνης αὐτοῦ πλήρεις ἐστέ: id eſt, *omnibus enim vobis admodum familiares ſunt illius derisiones;* ſive latinam vocem malueris, quae ab ipſâ Graecâ derivata videtur, *illius cachinni.* καταχήνη, tritum ipſius Ariſtophanis uſu vocabulum, Eccleſ. 631. & Veſp. 575 ſq. & Grammaticis omnibus obſervatum. Cum fabulae index, quem temere huc invexere librarii, olim fuerit Ἀχαρνῆς, pronus erat illorum hominum ex καταχήνης in καταχαρνης lapſus: unde dein poſteriores κατ' Ἀχαρνεῖς fecerunt.

Nicophontis eclogam, neglecto metro olim editam, in hos verſus digerendam monuit Casaubonus:

» — Νιφέτῳ μὲν ἀλφίτοισι νῦν,
» ϕακαζέτω δ' ἄρτοισιν, ὕέτῳ δ' ἔτνει·
» ϕωμὸς διὰ τῶν ὁδῶν καλινδείτω κρέα·
» πλακοῦς δ' ἑαυτὸν ἑσθίειν κελευέτω. «

Ac *verſ.* 1. quidem, ſi tenacis ἀλφίτοισι, quod habent libri omnes, utique in fine verſus adiicienda ſyllaba erat. Nobis vero expeditius viſum erat, ἀλφίτοις ſcribere. Pro νιφέτῳ, in ms. *A.* eſt νειφέτῳ, itemque in ms. *Ep.* ſed in hoc ſuperne poſitum iota. Paulo ante, in Epit. ſic ſcribitur: Νικοφῶν δέ που φησὶν ἐν ἀδιδάκτῳ δράματι αὐτοῦ Σειρῆσι, τάδε. Quae verba e fine huius capitis, huc transtulit doctus Epitomae auctor. *Verſ.* 3. ζωμὸς recte tenent libri omnes: ϕωμὸς vel temere excidit Caſauboni calamo, vel ab operis erratum eſt; nec repeti debuerat in ora ed. Caſ. 2. & 3. *Eodem verſu* recte κυλινδείτω dedit mstus uterque.

In Metagenis Ecloga *verſ.* 1. Ὁ μὲν ποταμὸς ὁ Κρᾶθις. f
ὁ Κράθις penacute ſcribunt noſtri codices manu exarati, ut editur apud Strabon. VI. 263. d. Recte vero Κρᾶθις,

f penultimâ circumflexâ, editur apud Noſtrum; nam penultimam longam deſiderabat metrum; & ſic ſcribitur apud Suidam. Eſt autem *Crathis* Italiae inferioris fluvius, veterem Sybarim, & quae huic ſucceſſit *Thuriorum* urbem, praeterfluens. Eodem pertinet *Sybaris* fluvius, *verſ.* 3. commemoratus, qui ab altera parte eamdem urbem praeterfluebat. Ex quo intelligitur, id quod iam alioqui probabile erat, fabulae titulum, Θουριοπέρσαι, e qua ducta haec ecloga eſt, non cum Dalecampio (in Indice Authorum) de *Bellicoſis Perſis* eſſe accipiendum, ſed ad *Thurios* Magnae Graeciae populum eſſe referendum. Vox πέρσαι vero, quae in nominis compoſitionem recepta eſt, a verbo πέρθω videtur derivanda, ut *Thuriorum everſores* Θουριοπέρσαι dicantur: niſi fortaſſe ſuſpicari liceat, argumentum illius dramatis fuiſſe ludicram aliquam *morum Perſicorum & Sybariticorum* collationem.

Verſ. 2. Ferri poteſt αὐτομάτας μεμαγμένας, quod cum editis agnoſcit codex ms. uterque. Malueram quidem αὐτομάτως, propoſitum a Caſaubono ad pag. 267. f. verſ. 6. ſed nihil temere mutaverim. Simillima certe ratione, verſ. 10. ait idem poëta, αὐτόματα πεπνιγμένα.

Tertius verſus, quemadmodum vulgo conſentientibus msstis editur,

ὁ δ' ἕτερός γε, ὁ Σύβαρις καλούμενος,

contra metrum peccat. Cui vitio medebimur, puto, ſi

ὁ δ' ἄτερός γε, &c.

legamus: quod idem valeat ac ὁ δὲ, ὁ ἕτερος ποταμὸς, ὁ καλούμενος Σύβαρις. Ubi priora verba ὁ δὲ, referuntur ad praecedentia ὁ μὲν, ſonantque, *iſte vero*: poſt quae verba nullo incommodo repeti poterat articulus ante ἕτερος. Notum autem, ἄτερος pro ὁ ἕτερος uſurpaſſe Atticos.

Verſ. 4. ποταμὸς, ὥθει κῦμα ναστῶν καὶ κρεῶν. Circa initium adparet unam deeſſe ſyllabam ad complendam verſus menſuram. Fortaſſe pro ὥθει, fuerat olim κατωθεῖ, προωθεῖ, aut aliud aliquod compoſitum verbum. *Ibid.* αὐτόσε, id eſt, *huc, eodem, in eumdem hunc locum, in eamdem noſtram urbem.* Percommode hoc dedit ms. *A.* in quo quidem perperam αὐτοσσε, geminatâ ſibilante literâ. αὐτόθεν temere huc invectum videtur ex occaſione eius quod ſequitur, ἐντεῦθεν: at id aliam habet rationem, & ad alterum ἐντεῦθεν ſpectat, *hinc, illinc; ab una parte, ab altera parte.* Pro εἰλυομένων exſpectaveram

εἱλυόμενον, ad κῦμα relatum: sed nil mutat ms. *A*. In *Epit.* vero desiderantur duo postrema huius versus verba.

Vers. 6. Quae vulgo ante ἐντεῦθεν, cum in editis, tum in msstis, insertae legebantur duae voces, ἓν μὲν, eae nec metro nec connexioni orationis conveniebant; sed ex interpretamento, nec illo satis quidem commodo, orta erant, & haud dubie abiici debuerunt; de quo monuerat d'ARNAULD, in Observ. Crit. cap. 37. pag. 151. Constructio orationis perspicue talis est: Τὰ δὲ μικρὰ ταυτὶ ποτάμια ῥεῖ ἐντεῦθεν τευθῖσιν, ἐντεῦθεν δὲ ἀλλᾶσι.

Vers. 9. »Mendum profitetur versus hic, a
»† τηδὶ δ' ἀφύλοισι, τῇδε δ' αὖ ταγηνίαις.
»Potes scribere, τῇδε δὲ ἐφθοῖσι: vel τῇδ' ἐφθαλέοισι.« CASAUBONUS. — Mihi, vestigia legenti nostrarum membranarum, verum visum erat τηδὶ δὲ φυλλίσι. Vide ad II. 66. d. Animadv. Vol. I. p. 444. VILLEBRUNE, cum in suis codicibus, ut est in nostris membranis, ἀφύλισι reperisset, primum ἀφύαισι legendum coniectaverat; deinde vero sibi persuasit, ὀσμύλοισι scripsisse auctorem, quo nomine *polyporum* genus aliquod intelligitur. Quatuor postremos versus praetermisit Epitomator. *Ibid.* ταγηνίαις est a sing. ὁ ταγηνίας: de quo vocabulo adcuratissime egit H. Stephanus, Thes. T. III. p. 1461.

Vers. 10. τεμάχη δ' ἄνωθεν. Latere hoc putavi sub mendosa membranarum scriptura, τεμάχη λ' ἀνωθεν. Litera Δ cum Λ, ut saepe aliàs, permutata. τ' ἀνωθεν legebatur in edd. *Vers.* 11. εἰς τὸ στόμ' ἀΐττει. Sic percommode eaedem membr. *A*. id est, *in os irruunt, involant;* quod tam imperite quam temere in ἔρρει mutatum erat in edd. *Vers.* 12. περινάουσι, *circumfluunt:* a simplici verbo νάω, i. q. ῥέω. Odyss. ζ'. 292. ἐν δὲ κρήνη νάει. Et Iliad. φ'. 197. ἐξ οὗπερ (ὠκεανοῦ) πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσαι κρῆναι νάουσι. Vide Hesychii Interpr. ad voc. Νάει: & Dammii Lexic. Etymol. pag. 1561. Inde νᾶμα, *fluentum:* & alia.

ἀδίδακτά ἐστι. Vide Casaub. ad VI. 235. e. Animadv. Vol. III. p. 373.

AD CAP. XCIX.

κατὰ τὸν Παιανιέα ῥήτορα τοιούτων τινῶν μεταλάβωμεν, b
ἃ μήτ' ἰσχὺν ἐντίθησι, μήτ' ἀποθνήσκειν ἐᾷ. Verba ista,

b Μήτ' ἰσχὺν - - ἐᾷ, quasi versum efficerent metro adstrictum excudi curaverat CASAUBONUS; sed errorem retractavit in Animadversionibus, sic scribens: »Nullum »hic versus vestigium, etsi aliter non sine caussa possit »videri. Ipsa *DEMOSTHENIS* sunt verba ex oratione qua »respondet epistolae Philippi. Sic orator: *Ἴσως ἂν, ἴσως, »ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τέλειόν τι καὶ μέγα κτήσαισθε ἀγα»θὸν, καὶ τῶν τοιούτων λιμμάτων ἀπαλλαγείητε, ἃ τοῖς »ἀσθενοῦσι παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτίοις δεδομένοις ἔοικε· καὶ »γὰρ ἐκεῖνα οὔτ' ἰσχὺν ἐντίθησιν, οὔτ' ἀποθνήσκειν ἐᾷ.* « [vide Demosth. Olynth. III. pag. 37. ed. Reisk. & eumdem in *Προοιμ.* pag. 1460. lin. 3.] »His autem verbis hor»tatur Cynulcus convivas, ut aliquid saltem comedere »velint: sin minus quantum par sit & natura postulet, »saltem quantum fuerit satis ad impediendum ne fame »enecentur. Libanius, in Declamatione, de avaro: *ὅτε »οὗτοι παρ' ἡμῖν κόλακας εἱστίων, τότ' ἐγὼ μετὰ τῆς γυ»ναικὸς καὶ τῶν παιδίων μόνα ἐδείπνουν ἃ ἐκώλυε μὴ τε»λευτᾶν.* In Suidae Lexico haec verba legere memini: *»Ἰνγρουσία παρὰ Ῥωμαίοις, τὸ τοῖς ἀσθενέσι δεδόμενον σι»τίον, ὃ οὔτε ζῆν οὔτε ἀποθνήσκειν ποιεῖ.* Acutiores hîc »se exerceant; & aenigma istud, si possunt, solvant. Ego »hîc Davus sum, non Oedipus.« — In ed. Cas. 2. & 3. adiiciuntur haec, uncis inclusa: »Nam quod viri docti »coniiciebant, de *veneno* esse intelligendum quod dabatur »in *gruso*, id est *ficu* inquiunt; omnino alienum est, ne»que verbis Suidae convenit; quae totidem literis ha»bentur etiam in Lexico Basilicorum, quod eruditissimus »Labbaeus edidit. Ait Suidas, ita vocatum fuisse apud »Romanos cibum qui dabatur *ἀσθενέσι*, *infirmis*, *aegro»tis*. Quis vidit dari aegrotis *venenum?* & satis apparet e »verbis Suidae, id vocabulum aliquando in usu commu»ni fuisse, tanquam aliquam artis medicae *ἔντεχνον* di»ctionem: id vero suspicionem de veneno plane evertit. »Scio, in Glossario scribi, *ὄλυνθος*, *hoc gruſum:* sed est »error librarii, pro *grossum;* atqui grossus non est ficus. »Quare autem in grosso potius, quam in ficu, venenum »malefici darent?« — Videsis de ista voce Virorum doctorum coniecturas a Küstero ad Suidam laudatorum.

[Ἀλλ'] *ἐν κενῇ γὰρ γαστρὶ &c.* Verba ista ita in editis adposita erant, quasi nulli metricae legi essent adstricta: quae tamen, adiectâ inutio voce monosyllabâ quacum-

que, (nos Ἀλλὰ coniectabamus) duos perfectiſſimos complent ſenarios. Sed *verſu* 2. ultima ſyllaba vocis πεινῶσι c firmari debuerat adiecta *ν* litera. Sic igitur eum verſum reſcribe:

οὐκ ἔστι· πεινῶσιν γὰρ ἡ Κύπρις πικρά.

GROTIUS, in Excerptis pag. 441. nonniſi poſtrema verba ſeligens, omiſſo ἡ articulo, ſic ſcripſit,

— — πεινῶσι γὰρ Κύπρις πικρά:

quaſi hi eſſent quatuor poſteriores ſenarii pedes.

Ἐν πλησμονῇ τοι Κύπρις, ἐν πεινῶντι δ' οὔ. Nihil in illo *Euripideo verſu* mutant libri. Vide Musgravii Fragm. Eurip. pag. 604. num. 164. & Brodei Miſcell. VII. 30. in Gruteri Theſ. Crit. T. IV. pag. 26. Priora verba Euripidis adoptavit Antiphanes apud Noſtrum, I. 28. f. Sophoclis Scholiaſtes ad Antig. 793. tacito poëtae nomine, verba iſta,

ἐν πλησμονῇ τοι Κύπρις, ἐν πεινῶσι δ' οὔ,

ſic citat, tamquam tritum ſermone proverbium. Qui dein ſequitur verſus hexameter, Πλήρης μὲν λαχάνων &c. is unde ductus ſit, non habeo compertum. Mox, pro ὦ κύων, quod habent editi, eſt ὦ κύον in membr. *A.* quod teneri potuerat: nec enim neceſſe erat, ut Naucratita noſter Athenaeus Atticorum more vocativum caſum ſimilem formaret nominativo.

κἂν ἐκφατνίσματά τινα ἄρτων ἔχῃς, δὸς τοῖς κυσίν. »Etſi d »proprie φάτνη & eius *συστοιχα* iumentis conveniunt; »utuntur tamen auctores voce ἐκφατνίζειν, pro *reliquias* »*de menſa tollere.* Athenaeus libro quarto, [immo vero, »libro XII. pag. 514. c.] ἐκφατνιζομένων σωρευμάτων ἕκα»στος ἀπέφερεν ὁλομελῆ κρέα. Inde ἐκφατνίσματα ἄρτων, »*panis fruſtula* inter analecta menſarum converti ſolita.« CASAUBONUS.

ἠπιστάμην ἥκειν ἀγορᾶς πληθούσης. »Ludit in ambiguo »vocis ἀγορά. Iuſſus fuerat modo Cynulcus ab Ulpiano, »ſi quaereret aliquid edere, abiret εἰς πλήρη λαχάνων »ἀγοράν, id eſt, *in forum olitorium.* Ille reſpondet, *ſe ven»turum fuiſſe* πληθούσης ἀγορᾶς, *ſi ad recitationem eſſet in»vitatus.* Eſt autem πλήθουσα ἀγορὰ, *tempus quo maxima »eſt in foro hominum frequentia.* [Vide Xenoph. Memorab. »Socr. I. 1, 10. & Suid. in Πληθούσης.] Sed Cynulcus »capit hîc, pro *pleno auditorio.* De induſtria nimirum fa»cit eum ita loqui Athenaeus, ut ſemidoctum aliquem ir-

d » rideat, qui contra omnium auctorum uſum, & publi-
» cam loquendi conſuetudinem, ſic abuti eo genere lo-
» quendi ſolitus. Unde illi nomen vulgo inditum ludibrii
» cauſſa Πληθαγόρας, ut ſtatim additur. Aliter in eadem
» voce peccant Hippocratis interpretes, qui πρὶν ἀγορὴν
» λυθῆναι, vertunt, *priusquam ſolveretur concio:* inepte ſa-
» ne: nam *tempus* notatur Hippocrati, *quo deſinunt eſſe*
» *homines frequentes in foro.* Ex more Romano intelligitur
» tempus circa horam decimam, ut ex Paulo Iurisconſulto
» docebamus ad Suetonium. Locus Coi ſenis, eſt Ἐπιδη-
» μίων libro quinto: ἔθανε πρὶν ἀγορὴν λυθῆναι, ἅμ' ἡμέρῃ
» πληγείς. Similiter & libro ſeptimo, ἀπέθανε πρὶν ἀγορὴν
» λυθῆναι ἐν ᾗπερ ἡμέρῃ ἐπλήγη. « CASAUBONUS.

οὕτως γάρ τις τῶν σοφῶν τὴν τῶν δείξεων ὥραν ἐκά-
λει· καὶ αὐτὸν οἱ πολλοὶ διὰ τοῦτο Πληθαγόραν ὠνόμαζον.
Membranae *A.* cum editis σοφῶν tenent: quae ſi vera ſcriptura eſt, adſentior Caſaubono, per irriſionem σοφὸν dici, qui ſophiſta & ſemidoctus recitator fuiſſet. De vocab. δεῖξις vide ad VI. 245. e. Animadv. Vol. III. p. 450 ſq. Nomen Πληθαγόρας per iocum ad ſimilitudinem nominis Πυθαγόρας effictum eſſe adparet.

Εἰ δὲ λουσάμενοι λογάρια δειπνοῦμεν,
μικρὰς τίθημι συμβολὰς ἀκροώμενος:

κατὰ τὸν Μένανδρον. Poſterior verſus haud dubie perfectus eſt ſenarius. Quae praecedunt verba, eum omnino colorem habent, ut vix dubitari poſſit, eſſe & ipſa e poëtae verbis, quae verſum iſtum praecedebant, deſumta. Inde GROTIUS in Excerpt. pag. 751. multa mutans, duos hos effinxit ſenarios:

Λουσάμενοι εἰ λογάρια δειπνοῦμεν, μικρὰς
οὐκ ἂν τιθείην συμβολὰς ἀκροώμενος.

Hac adiecta interpretatione:

Aquâ ſi ſumtâ verba coenandum eſt, ſatis
ego audiendo ſymbolarum conferam.

Quos cum eodem modo Clericus in Menandri Fragm. p. 250. repetiiſſet, BENTLEI in Emend. in Menandr. pag. 98. relinquens poſteriorem verſum ſicut apud Athenaeum editus erat, priorem ſic refingendum cenſuit:

Εἰ λουσάμενοι λογάρια δειπνοῦμεν, φίλοι, &c.

hac ſententiâ:

Si manibus lotis coenamus fabulas, o amici,
ipſe confero aliquantas ſymbolas, dum aurem commodo.

Equidem, quo pacto apud ipsum Menandrum constitutus fuerit prior versus, a nobis hodie vix definiri posse putem. Illud liquido adparere videtur, Cynulcum ita ab Athenaeo induci loquentem, ut poëtae verba faciat sua. Id ipsum indicare volui, cum priora illa, Εἰ δὲ λουσάμενοι &c. tamquam continuatum Cynulci sermonem adponerem, simul vero eisdem verbis signa ista »praeponerem, quibus aliena indicari solet oratio.

Πεινῶντι δ' ἀνδρὶ &c. Cum tamquam iustus versus adposita essent ista verba,

Πεινῶντι γὰρ ἀνδρὶ μάζα τιμιωτέρα,

in quibus γὰρ particula metro repugnabat; δ' ἀνδρὶ scripsi cum GROTIO, Excerpt. pag. 443. Poterat quidem etiam Cynulcus poëtae verba ita sua facere, ut γὰρ pro δὲ poneret: at saepe quoque a librariis temere inter se permutatas istas particulas novimus. Quod in nostro ms. *Ep.* Δεινῶντι pro Πεινῶντι legitur, id eius hominis errore factum est, qui rubras literas initiales adpinxit.

κατὰ τὸν τοῦ Ἐρετριέως Ἀχαιοῦ Κύκνον. Mendosa scriptura Ἐρεθριέως ex ed. Bas. in editionem Casaub. indeque in nostrum exemplum irrepsit: quam emendare non gravabitur aequus lector, cogitans quam sint infinita, quae in suscepto labore *Augiae hoc stabulum* (ut vere alicubi Toupius vulgata adhuc Athenaei exempla vocat) *expurgandi*, attentionem nostram curamque distrahant. Ad vulgatam olim scripturam κύκλον, quae ex ipsis nostris membranis derivata est, perspecte adnotavit CASAUBONUS: »Placet coniectura *Hadriani* TURNEBI, in cuius li»bro reperi ad oram scriptum, videri legendum Κύκνον. »Eo titulo Tragici Comicique fabulas ediderant: ut »*ACHAEUS* hic, & Alexis teste Athenaeo lib. XI. [pag. »472. a.] Laudatur etiam Grammaticis doctissimi Varro»nis Κύκνος, ἢ περὶ ταφῆς.« — De cuius emendationis veritate eo minus dubitandi locus fuit, quod apud Hephaestionem quoque, in Enchiridio de Metris, pag. 7. citantur duo senarii ex eiusdem *ACHAEI* Κύκνῳ. Grotius quidem ἐν Κύκλωπι legerat scripseratque, in Excerpt. l. c.

AD CAP. C.

Versus illos, Τέτλαθι δὴ πενίη, &c. ex Homero expressos esse adparet. Vide Iliad. α'. 586. & ε'. 382. tum

Iliad. α'. 61. & τ'. 354. Quis ſit huius parodiae auctor, hoc loco non declaratur: ſed mox pag. 271. a. verſus ille ſimiliter ad imitationem patris poëtarum expreſſus, *Εἷς οἰωνὸς ἄριστος &c.* diſerte *METAGENI* comico tribuitur, eidem cuius verſus complures ex fabula Thurioperſis haud multo ante citati ſunt. Oſtendit autem ipſa horum duorum verſuum ſimilitudo cum iſto tertio, qui deinde ſubiicitur, ab eodem auctore eſſe hos atque illum. Nec vero adfirmaverim, ex eadem fabula Thurioperſis, quae ſupra citata eſt, ductos eſſe tres iſtos verſus: ſed videndum ne ſint ex eo dramate, quod titulo Ὅμηρος ἢ Ἀσκητὴς idem edidit poëta, teſte Suida & Ariſtophanis ſcholiaſte ad Aves 1297.

f *οὐ διθυράμβους φθέγγομαι κατὰ τὸν Σωκράτην.* »Non »memini tamen legere facta fuiſſe Socrati carmina dithy»rambica: neque hoc aut Plato dicit in Phaedone, aut »Diogenes Laërtius. « CASAUBONUS. — Nempe DALECAMPIUS ſic interpretatus erat: *non quidem, ut Socrates, dithyrambicos verſus eloquor.* At *κατὰ Σωκράτην* non ſonat, *ut Socrates;* ſed, *ut ait Socrates;* nempe apud Platonem in Phaedro, pag. 310. Tom. X. Opp. ed. Bipont.

λιμῶδες γὰρ ὄντως ἡ ῥαψῳδία. Videtur ſententia ex neſcio cuius poëtae iambis ducta. Sane verba iſta,

— — *λιμῶδες ἡ ῥαψῳδία:*

videntur pars eſſe legitimi ſenarii.

κατὰ γὰρ Ἀμειψίαν, ὃς ἐν Σφενδόνῃ ἔφη. »Citat [fa»bulae titulum] & Pollux, libro IX. [ſect. 96.] & libro »decimo, cap. 31. [ſect. 144.] « CASAUBONUS.

Ibid. *Κοὐδεὶς σοῦ ἐστιν τῶν πλουτούντων.* Percommode hoc dederunt ambo mſsti, *A.* & *Ep.* niſi quod *σοῦ ἐστι* absque *ν* literâ habent. Sunt autem verſus ana- a paeſtici tetrametri catalectici in ſyllabam. *Verſ.* 4. Recte *ψωμὸν* dedit codex ms. uterque.

In HENIOCHI *verſ.* 1. *Ὁρῶ γὰρ θαῦμ' ἄπιστον.* »In»epta ſententia, niſi vocem *πάντα* inſeras, quae etiam »fulciendo verſui neceſſaria eſt. Nihil eſt mirum, *videre* »*piſces:* illud mirum, & vere *θαῦμα ἄπιστον, omnia pi»ſcium genera ſimul appoſita menſae videre.* Puto ſcripſiſſe »Heniochum:

» — *Ὁρῶ*
»*ἅπαντα, θαῦμ' ἄπιστον, ἰχθύων γένη.*

»Sequenti autem verſu quin ſcriptum fuerit a poëta, ut

»editur hîc, περὶ τὴν ἄκραν παίζοντα, non ambigo: Cy- a
»nulci tamen ſententiae minus id convenit. Loquitur »enim de copia illatorum menſae piſcium. « CASAUBONUS. — Prolatis iſtis verſibus, procliviorem transitum ſibi parat Athenaeus ad eam disputationem quae ſeptimo libro inſtituitur. *Primus verſus*, qualem cum editis exhibent membranae *A.* (nam in Epitoma deſideratur tota ecloga) contra metri leges haud dubie peccat, ob ſpondeum γὰρ ϑαῦμ' in ſede pari ſenarii. Itaque, 'Ορῶ δὲ ϑαῦμ' ſcripſiſſe poëtam, ſtatuendum eſt: aut, quod probabiliter admodum Caſaubonus maluerat, ὁρῶ ἅπαντα.

Verſ. 3. ἐρυθίνους. Aliâs ἐρύθρινος vel ἐρυθρῖνος vocatur is piſcis: vide VII. 300. e. & 327. b. Sed, ſicut hoc loco (conſentientibus, quod ſciam, vetuſtis membranis) ἐρυθίνους ſcribitur: ſic & latine pariter *erythrinus* & *erythinus* (penultimâ ſemper longâ) dictus idem piſcis reperitur.

Verſ. 5. ἐλεδώνας. »An χελιδόνας? *Hirundinum* piſcium »meminit infra, pag. 324 extr. ἐμφερῆ φησιν εἶναι κόκκυ»γα, χελιδόνα, τρίγλαν. « CORAY. — At nil videtur urgere, ut vulgata ſolicitetur ſcriptura. ἐλεδώναι ſunt polyporum genus, memoratum Noſtro, VII. 318. e. ubi quidem ἑλεδωνὴ aſpero ſpiritu notatum editur, ſed diſſentiente ms. *Ep.* in quo ἐλεδώνη, quemadmodum & apud Ariſtotelem in edit. Wechel. ſcribitur, Hiſtor. Anim. IV. 1. pag. 86. conf. Heſych. & ibi a viris doctis notata.

δεῖ οὖν κἀμὲ, κατὰ τὸν κωμικὸν Μεταγένην, ἐπειπόντα,
εἷς οἰωνὸς ἄριστος, ἀμύνεσθαι περὶ δείπνου.

τετλᾶναι. Verſus ad imitationem illius Homerici ex Iliad. μ'. 243.

εἷς οἰωνὸς ἄριστος, ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης:

iocoſe effictus, quemadmodum duo illi ſuperiores, ſub finem pag. praeced. prolati. Et reſpicit hoc τετλᾶναι, quod hîc ponitur, ad ipſum τέτλαθι, quod ibi ponebatur. Verbum ἐπειπόντα poſſis ad κἀμὲ referre, ut conſtructio orationis ſic concipiatur, δεῖ οὖν κἀμὲ τετλᾶναι, ἐπειπόντα κατὰ τὸν κωμ. Μετ. &c. hac ſententiâ: *Oportet igitur & me patientem eſſe, & ſecundum poëtam Metagenem dicere, &c.* Sed probabilius mihi viſum erat, voluiſſe Athenaeum participium iſtud ad τὸν Μεταγένην relatum: (qua fere ratione paulo ante dixerat, κατὰ γὰρ 'Αμειψίαν, ὃς — — ἔφη, quod idem valet ac κατὰ γὰρ 'Αμειψίαν εἰπόντα:) verbum autem ἐπειπεῖν notione maxime propria accipien-

dum videbatur, *insuper dicere*, *ante dictis adiicere*. Caeterum, utcumque accipias, ad sententiae summam haud multum intereſt; neque in ipſis verbis quidquam admodum deſideratur: itaque indictum malim, quod de particula ἐπεὶ in ſcholio ſub contextu dixeram.

AD CAP. CI.

b συμβαλοῦμαί τι καὶ αὐτὸς »μέλος εἰς ἔρωτα« τῷ σοφῷ καὶ φιλτάτῳ Δημοκρίτῳ. Poterant haec ita edi, ut nota iſta« quà finis indicatur verborum aliunde mutuo ſumtorum, poſt φιλτάτῳ poneretur, non poſt ἔρωτα. CASAUBONUS ad hunc locum ſtatim haec adnotaverat: »Ali»quis putet ſcribendum εἰς ἔρανον. Nihil tamen mutave»rim. Videtur alluſum ad Convivium Platonis: ubi a ſin»gulis convivarum loco ſymbolae exigitur laudatio Cu»pidinis. Eſt autem ſenarius integer,

»μέλος εἰς ἔρωτα τῷ σοφῷ καὶ φιλτάτῳ:

»qui Athenaeo aliud agenti excidit; niſi eſt ab aliquo »poëta.« — Tum IDEM doctus Animadverſor, in *Addendis*, iſta adiecit: »Quod non temere ſuſpicati ſumus, »verum eſſe poſtea non ſine aliqua voluptate animi de»prehendimus, cum in haec Athenaei verba e libro XV. »[pag. 692. d.] incidiſſemus: Ἐπεὶ δ' ἐνταῦθα τοῦ λόγου »ἔσμεν, συμβαλοῦμαί τι μέλος ὑμῖν εἰς ἔρωτα, κατὰ τὸν »Κυθήριον ποιητήν. Poëta *Cytherius*, eſt *Philoxenus*, vel ex »his libris ſatis notus.« — De Philoxeno Cytherio, dithyrambico poëta, vide I. 6 extr. & ſq. & Animadv. ad I. 5. b. Ex toto hoc loco Epitomator nonniſi haec ipſa verba exce pſit, & velut ex abrupto (ut ſubinde ſolet) adpoſuit: Συμβαλοῦμαί τι καὶ αὐτὸς μέλος εἰς ἔρωτα σοί.

Φίλιππος ὁ Θεαγγελεύς. Stephanus Byzant. Θεάγγελα, πόλις Καρίας. ὁ πολίτης, Θεαγγελεύς.

c Βιθυνῶν δ' ἐσπόσαι. Quod editum erat, δεσπόται, id ex neſcio cuius iunioris librarii aut ex primi editoris παραδιορθώσει ortum. δεσπόσαι recte dedere veteres membranae, quod idem valet ac δεσπότας γεγονέναι. Similiter Epitomator: Βυζάντιοι οὕτω Βιθυνῶν ἐδέσποσαν. *Ibid.* δοῦλοι δ' εἰσί. Operarum errore δεῖλοι δ' εἰσὶ expreſſum eſt in ed. Caſ. 2. & 3.

d προσηγόρευσαν ἐπευνάκτους, ὅτι κατεστάχθησαν ἀντὶ τῶν τετελευτηκότων εἰς τὰς στιβάδας. »Appellarunt ἐπευνά-

» κτους, *quod fuissent collocati in lectis defunctorum loco.* Con- d
» stat ratio huic nomini: εὐνάζειν est *collocare in cubili:*
» ἐπευνάζειν, *inducere in alterius cubile.* Communis forma-
» tio postulabat ἐπευνάστους: sed Dores in futuro dicunt
» εὐναξῶ, & in multis retinent τὸ κ. Hesychius paulo ali-
» ter: Ἐπεύνακτοι· συγκοιμηταί. [At ἐπευναταὶ apud He-
» sych. scribitur, non Ἐπεύνακτοι.] Sed quos Phylar-
» chus hic vocat ἐπευνάκτους consentientibus libris omni-
» bus, Hesychius ἐνευνάκτους. Sic ille: Ἐνεύνακτοι, παρ-
» θενίαι. Ut doceret nos conditionem *epeunactorum* Sparta-
» norum postquam inter cives sunt recepti, acute vocat
» eos *parthenias.* Fuerunt Lacedaemone cives quidam non
» pleno iure, quos *Parthenias* appellabant. Sed cave pu-
» tes inter *parthenias* proprie dictos & *epeunactos* nihil fuisse
» discriminis. Adi Strabonem, Iustinum, & Aristotelem in
» Politicis Nemo ferat virum doctum, [Dalecampium,]
» qui emendat ἐπευνάκτους, perperam & inepte. « Casau-
bonus. — Conf. Hesychium in Παρθένιοι & ibi Interpp.

παρὰ Σικυωνίοις κατωνακοφόρους καλεῖσθαι δούλους τινὰς, παραπλησίους ὄντας τοῖς ἐπευνάκτοις. Ad vulgatam olim scripturam haec adnotavit Casaubonus: —
» Illud quoque intolerandum, quod pro κατανακοφόρους
» scribit vir doctus [Dalecampius] κατανάγκοφόρους. [Quos
» interpretatus ille erat, *rerum necessitate in servitutem dela-*
» *tos.*] Verum est enim quod exhibent scripti editique om-
» nes libri, κατανακοφόρους. Sic dicti isti servi, vel quod
» loco vestis νάκη, id est, *lanatam pellem*, tenerentur ge-
» stare: vel quod herorum suorum comites *viatoria cubi-*
» *lia* illorum *portarent:* qua de re plura olim ad Theophra-
» stum. Quid inter *epeunactos* & *catanacophoros* conveni-
» ret, non explicatum est Athenaeo: ex cuius verbis non
» aliam nisi nominis inter istos convenientiam colligas;
» utrique enim a ministerio circa lectos nomen inve-
» runt, ut expositum est. « — Immo vero, non nominis, sed conditionis aliquam convenientiam indicare voluit auctor. Nec cum lecto quidquam commune habet hoc posterius nomen: sed, quod prius recte statuerat Casaubonus, ex vocabulo τὸ νάκος vel ἡ νάκη compositum hoc nomen est. At, non κατανακοφόρους, sed κατωνακοφόρους, (id est, *gestantes vestes quibus infra*, κάτω, *adsuta erat pellis ovina*) scriptum oportuisse, ex Aristophanis Eccles. 724. & Lysistr. 1157 sqq. denique e veteribus Grammaticis om-

nibus, docuere PALMERIUS in Exercit. pag. 506 ſq. PIERSONUS ad Moer. pag. 225. & CORAY in Notis msstis.

e Ἀρκαδίους. Sic iam in perantiquis codicibus hoc loco ſcriptum fuiſſe, oſtendit non modo membranarum *A.* cum editis libris conſenſus, ſed & ſcriptura Epitomatoris; qui id ipſum nomen, quod inſolentius ipſi viſum fuiſſet, cum Ἀρκάδας commutavit. At quum iam per ſe ſuſpectum eſſe debuiſſet iſtud nomen Ἀρκαδίους, ſuſpicionem confirmabat ſcriptura quam lib. X. p. 443. praeferunt hodie libri omnes, ubi Ἀριαῖοι vocantur iidem, qui hoc loco Ἀρκάδιοι. Et, quod ibi reponendum Caſaubonus coniectavit, Ἀρδιαῖοι: id ipſum nomen haud dubie hîc quoque reponi, & Ἀρδιαίους corrigi debere, recte idem PALMERIUS p. 507. monuit. Sunt autem *Ardiaei* Illyriae populus, de quo conf. Appiani Hiſtor. Illyr. cap. 3. & Polyb. II. 11, 10. ibique a nobis notata. Similiter vero de *Dardanis*, alio populo Illyrico, (conf. Appian. Illyr. 2. & 5.) paullo poſt (pag. 272. d.) traditur, maximum illis quoque fuiſſe ſervorum numerum.

AD CAP. CII.

» Addit, Οἱ δὲ Μόθακες καλούμενοι παρὰ Λακεδαιμονίοις, » ἐλεύθεροι μέν εἰσιν, οὐ μὴν Λακεδαιμόνιοι. Aliter alii, qui » *mothaces* volunt fuiſſe conditione ſervos. Heſychius: Μό» θακες, οἱ συντρεφόμενοι υἱοῖς δοῦλοι παῖδες: & dicti μό» θακες, παρὰ τὸ ὁμοῦ ἰέναι: unde eriam eſt μόθος. Erant » igitur *ſervi a pedibus*, qui aliis Graecis ἀκόλουθοι. Dice» bantur & μόθωνες iisdem Laconibus. Quod ait, *motha» ces liberos quidem fuiſſe, at non tamen Lacedaemonios;* di» ſcimus inde, eos tantum *Lacedaemonios* cenſeri ſolitos, » qui pleniſſimo iure cives eſſent, ut latine *Quirites.* Et » conſtat ex aliis ſcriptoribus, ius civitatis in ea republi» ca magnis multisque fuiſſe circumſeptum difficultatibus.« CASAUBONUS. — Quidquid de his, qui apud Lacedaemonios vel μόθακες vel μόθωνες dicebantur, reperitur apud veteres ſive ſcriptores ſive Grammaticos, id omne diligenter, ut ſolet, collegit MEURSIUS, in Miſcellan. Laconicis, lib. II. cap. 6. qui de his omnino cunſulendus: & conferendi Interpretes Heſychii ad voc. Μόθακες & Μόθωνας. Ac fuerint fortaſſe, ut Meurſius cenſuit, nonnihil diverſi μόθωνες & μόθακες: fortaſſe etiam nomnibus pa-

rum diverſis iidem ſervuli denominati. Quod utcumque e
ſit, illud certum videtur, qui μόθακες dicti ſunt, eos mi-
nus ex rei veritate Caſaubonum cum his contuliſſe, quos
Romani *ſervos a pedibus* vel *pediſſequos* vocabant. Nam ſi
vel maxime ſtatuas, utrosque παρὰ τὸ ὁμοῦ ἕεῖν nomen ha-
buiſſe; tamen non ita id intelligendum, ac ſi ingenuos pue-
ros *a pedibus ſequi* conſueviſſent, ſed quod illos, ubicum-
que eſſent, *comitarentur* & *cum illis discurrerent*, non tam ut
ſervi, quam ut σύντροφοι, id eſt, *ut commilitones* & *eius-
dem diſciplinae inſtitutionisque participes.* E quo ſimul intel-
ligi par eſt, primum gradum hunc illis fuiſſe certamque
viam ad manumiſſionem libertatemque: quod diſerte etiam
Aelianus docet, Var. Hiſt. XII. 43. Quare etiam rectà
ἐλεύθεροι hi dicuntur apud auctores ab Athenaeo citatos.
Obſervemus obiter, quod Caſaubonus ex Heſychio ad-
ferebat, Μόθακες οἱ συντρεφόμενοι, pro eo in Heſy-
chii libris ἀνατρεφόμενοι legi, quod manifeſte ex ἅμα
τρεφόμενοι corruptum.

Quod apud Noſtrum in *PHYLARCHI* verbis edidimus,
ἕκαστος γὰρ τῶν πολιτικῶν παίδων, id ita dedere
editiones Ven. & Baſ. conſentiente utroque codice msto.
Pro eo HOESCHELIUS, in libello ſaepius a nobis laudato,
reponi iuſſerat τῶν πολιτῶν παῖδας: idque tacite
adoptavit Caſaubonus, atque ita edi curavit; neſcio
utrum in Hoeſcheliano codice Epitomae repertum, an
ex coniectura ab Hoeſchelio commendatum. Quidquid
ſit, veterum librorum ſcripturam, quamvis difficultate
non careat, reſtituendam putavi. *Dein*, recte editum erat,
μετέχουσι δὲ τῆς παιδείας πάσης: ubi perperam παι- f
διᾶς ms. *A.* ſed veram ſcripturam tenet ms. *Epit.*

Τούτων ἕνα φασὶ γενέσθαι καὶ Λύσανδρον &c. »*Lyſan-
»drum*, iuvenem, *e mothacibus unum*, quod dicitur hîc,
»*fuiſſe*, ex Plutarcho non diſcas. Fatetur tamen etiam
»Aelianus, lib. XII. cap. 43. Καλλικρατίδας γε μὴν, καὶ
»Γύλιππος, καὶ Λύσανδρος, ἐν Λακεδαιμονίᾳ μόθακες ἐκα-
»λοῦντο. ὄνομα δ' ἦν ἄρα τοῦτο τοῖς τῶν εὐπόρων, οὓς συν-
»εξέπεμπον αὐτοῖς οἱ πατέρες συναγωνιουμένους ἐν τοῖς
»γυμνασίοις. Deſunt hîc manifeſto verba quaedam. Scri-
»bo: ὄνομα δ' ἦν ἄρα τοῦτο τοῖς τῶν εὐπόρων παίδων
»δούλοις κείμενον, οὓς συνεξ. Non ſemel hoc genus men-
»di deprehenſum nobis in elegantiſſimo illo ſcriptore. Ex-
»empli gratia, lib. I. cap. 26. ita ſcribitur de Phocione:

f »τοὺς ἐν τῇ ἄκρᾳ τῇ ἐν Σάρδεσι δεδεμένους ἄνδρας ἠξίωσεν »αὐτὸν ἀφεῖναι ἐλευθέρους αὐτῷ, Ἐχεκρατίδην τὸν σοφι»στὴν, καὶ Ἀθηνόδωρον τὸν Ἰμεραῖον καὶ Δημάρατον· ἀδελ»φὼ δ' ἄρα ἦστην οὗτοι Ῥοδίω. Nimis ridicula lectio: quae »stare non potest, nisi concedatur, hominem Siculum »*Himeraeum*, vel, ut habent Plutarchi codices, *Imbrium*, »fuisse *Rhodium*. Sed scribendum, καὶ Δημάρατον καὶ »Σπάρτωνα· ἀδελφὼ δ' ἄρα ἦστην οὗτοι Ῥοδίω: auctor »Plutarchus in Phocione.« CASAUBONUS. — Superiorem illum Aeliani locum varie tentarunt viri docti, cum alii, tum ipsius Scriptoris illius editores. Ex his Perizonius sic supplendum defectum statuit, τοῖς τῶν εὐπόρων παιδαγωγοῖς, οὓς συνεξ. & hanc quidem potissimum supplendam vocem ait, quia sequatur, τοῖς ἐμμείνασι τῇ τῶν παίδων ἀγωγῇ. At οἱ ἐμμείναντες τῇ τῶν παίδων ἀγωγῇ, quos dein *libertatis participes factos* ait auctor, non sunt *qui in instituendorum puerorum curâ perseverassent; sed, qui in disciplina, quâ instituuntur pueri, perseverassent; qui universum studiorum & exercitiorum cursum, quibus instituuntur Lacedaemoniorum pueri, absolvissent.* Quare sic equidem scripsisse Aelianum crediderim, τοῖς τῶν εὐπόρων παίδων συντρόφοις, aut aliquid certe in eam sententiam.

καὶ οὓς μὲν ἀφέτας ἐκάλεσαν, οὓς δὲ ἀδεσπότους, οὓς δὲ ἐρυκτῆρας, δεσποσιναύτας ἄλλους &c. »Varia fuere »nomina, quibus servos suos Lacedaemonii appellarunt, »postquam eos libertate donassent. Ἀφέτας dixere quos»dam: voce quae respondet latinae *manumissus*. Quos»dam ἀδεσπότους, ut *qui exiissent de servitute herorum*. Alios, »ἐρυκτῆρας. Isti tenebantur patronorum *corpora stipare*: »nam ἐρυκτ.ρ, est quasi σωματοφύλαξ, *stipator*, & *latro*.« [Puto, παρὰ τὸ ἐρύκειν, ab *arcendo* & *propulsando* periculo, adeoque *tutando* patrono.] »Fuere qui libertos vo»carent δεσποσιναύτας: e re nomine impositio; quasi »dicas, *herilium navium magistri*.« [At ναῦται, non sunt *magistri navium*, sed *nautae*.] »Item, qui νεοδαμώδεις; ut »si dicas, *cives adscriptitios & novos*.« CASAUBONUS. — Pro δεσποσιναύτας ἄλλους, quod habent editiones omnes, δεσποσιναύτας δ' ἄλλους scribi debebat, inserta coniunctione, quam agnoscit codex manuscriptus uterque.

a οἱ δὲ Ἐλεάται. Sic apud Athenaeum habent scripti & editi libri. Ἐλεάται editur apud Stephanum Byzantin. quem vide in Ἔλος.

AD CAP. CIII.

Τίμαιος δ' ὁ Ταυρομενίτης, ἐκλαθόμενος ἑαυτοῦ. Tene- a
ri potuerat id quod veteres membranae dabant, αὐτοῦ, idem valens ac ἑαυτοῦ, quod ex Epitoma recepit primus editor. De *Timaeo*, & quae ex eius Hiſtoriis hîc adferuntur, vide ſupra pag. 264. c. ubi eadem quaeſtio agebatur. Confer Heynii Opuſc. Academ. T. II. pag. 54. cuius nonnulla huc ſpectantia protulimus in Notis ad Polyb. XII. 6, 7.

Ἴστρος ὁ Καλλίμαχιος. Ister, Hiſtoriarum ſcriptor, b
Callimachi primum ſervus, dein *diſcipulus;* ut docet Suidas, in Ἴστρος. *Ibid.* In δι' ἃς, de quo dubitare poteras, nil mutant libri. Intellige δι' ἃς μυριάδας δούλων. *Ibid.* χοινικομέτρας: id eſt, *emetientes frumenti choenices.* Notum eſt, *choenicem* fuiſſe menſuram frumenti quanta per diem ſufficeret uni homini alendo. Vide Eraſmi Adagia, in illo, *Choenici ne inſideas:* p. m. 629.

»Error eſt in iſtis verbis, Κτησικλῆς ἐν τρίτῃ Χρονικῶν, c
»τῇ δεκάτῃ πρὸς ταῖς ἑκατὸν φησὶν Ὀλυμπιάδι,
»Ἀθήνησιν ἐξετασμὸν γενέσθαι ὑπὸ Δημητρίου τοῦ Φαλη-
»ρέως. Non eſt ſimile veri, habitum hunc Athenis populi »recenſum a Demetrio Phalereo adhuc privato. Itaque, »cum illius dominatus incipiat ab *anno ultimo Olympiadis »centeſimae quintae*, falſo hic ſcriptum τῇ δεκάτῃ πρὸς ταῖς »ἑκατόν. Probabilius ſit, τῇ ἑκκαιδεκάτῃ. Scripta »lectio hoc modo corrupta, φησὶν ἐν τρίτῳ καὶ δεκάτῳ »πρὸς ταῖς ἑκατόν.« Casaubonus. — Corrupta lectio, quam dicit Caſaubonus, habetur in Epitoma. Veteres membranae *A.* cum ed. Ven. & Baſ. ſic habent, ἐν τρίτῃ Χρονικῶν καὶ δεκάτῃ: quod ex τῇ ἑκκαιδεκάτῃ vel τῇ πεντεκαιδεκάτῃ decurtatum: ubi, quid deceperit librarium, facile patet; qui, cum illa verba καὶ δεκάτῃ ad praecedens verbum τρίτῃ referenda putaſſet, ſive per incogitantiam, ſive etiam conſulto, & articulum τῇ & minorem numerum, qui inter τῇ & καὶ δεκάτῃ interiectus erat, praetermiſit. Sed & id ipſum, quod δεκάτῃ in dativo vulgo ſcribitur, haud dubie ex eodem errore natum. Nam quod deinde Ὀλυμπιάδα, non Ὀλυμπιάδι, habent veteres membranae, id ſatis indicare videtur, κατὰ τὴν - - δεκάτην ſcriptum olim fuiſſe: ſicut fere alibi; verbi cauſſa, XIV. 675. f. κατὰ τὴν τρίτην

πρὸς ταῖς εἴκοσιν Ὀλυμπιάδα. In cod. *Epit.* hoc loco, cum non expressa sit ultima vocalis, haud adparet utrum Ὀλυμπιάδα an Ὀλυμπιάδι debuerit volueritve librarius. Caeterum consule quae super hoc loco disputavit WESSELINGIUS ad Diodor. lib. XVIII. c. 74. & BONAMY in *Vie de Demetrius Phalereus*, Commentariorum Academ. Reg. Inscript. T. VIII. pag. 169 sq. De *civium numero Athenienſium* plura veterum testimonia collegit MEURSIUS, Lectionum Atticar. lib. I. cap. 5.

Ξενοφῶν ἐν τῷ περὶ Πόρων. XENOPHON, *de Vectigalibus*, seu *Reditibus*, p. m. 730 extr.

d Ἀριστοτέλης δ' ἐν Αἰγινητῶν Πολιτείᾳ - - γενέσθαι ἑπτὰ καὶ τεσσαράκοντα μυριάδας δούλων. »*Numerum ſervorum* »qui fuere quondam *in Aegina*, proditum hîc ex *ARI-*»*STOTELIS* scriptis, invenio etiam alibi. Scholiastes Pin-»dari, explicans haec de ea insula verba, Odae IX. Olym-»pionicarum, [immo Od. VIII. vs. 33 sqq.]

»— — τεθμὸς δέ τις ἀθανάτων
»καὶ τάνδ' ἀλιερκέα χώραν
»παντοδαποῖσιν ὑπέστασε ξένοις
»κίονα δαιμονίαν:

»scribit haec: Πλήθειν ἀνδρῶν οὕτω φασὶ τὴν Αἴγιναν, ὡς »εἶναι ἐν αὐτῇ τεσσαράκοντα ἑπτὰ μυριάδας οἰκετῶν. Quae »ex eodem Aristotele sumta esse, nullus dubito.« CASAUBONUS. — Fortasse ex Athenaeo nostro istud depromsit Pindari interpres.

Δαρδανεῖς, φησὶ, δούλους κεκτῆσθαι &c. Vide quae supra ad pag. 271. d. de *Ardiaeis* notavimus.

AD CAP. CIV.

e Μασούριε. Sic alibi constanter simplici litera σ nomen illud scribitur in nostris codicibus: quamquam hîc quidem ad editam scripturam Μασσ. nihil ex ms. *A.* adnotatum est; in ms. *Ep.* vero deest nomen.

f καταφονεῦσαι μὲν τοὺς ἐπὶ τῶν μετάλλων φύλακας· καταλαβέσθαι δὲ τὴν ἐπὶ Σουνίῳ ἀκρόπολιν. *Argentifodinarum*, quae olim Athenienſibus fuerant haud procul *Sunio*, meminit Pausanias, in ipso operis sui initio. Tetigimus eam rem, de qua hîc agitur, supra ad pag. 263. c. ubi vestigia sequentes KÜSTERI, diximus, Σουνιεῖς ibi fortasse intelligendos ex hoc ipso loco *ſervos deficientes a dominis &*

arma contra eos prospero cum successu capientes. Quod vero f dubitationem aliquam adferre poterat, id erat, quod hîc continuo subiicitur, Οὗτος δ' ἦν ὁ καιρὸς, ὅτε καὶ ἐν Σικελίᾳ &c. id est, *Accidisse hoc per idem tempus, quo in Siciliâ exstitit secunda servorum contra dominos seditio.* Scilicet, quoniam continuo deinde de eis *Bellis servilibus* perspicue loquitur auctor, quae Romanorum tempore exarserunt; probabile videri poterat, hic quoque respici bellum aliquod servile in Sicilia, quo tempore Romanis paruit ea insula, gestum. Illorum autem bellorum *primum* illud fuit, quod Euno duce A. U. 620. concitatum est, quod Livius lib. VI. exposuerat, ut ex illius libri Epitome adparet. *Alterum*, quod A. U. 650. C. Mario II. C. Flavio Cimbria Coss. concitatum est; cuius historiam Freinshemius, ex Diodoro maxime & Dione, in Supplementis Livianis lib. LXVII - LXIX. exposuit: cuius eiusdem in Epitome Liviana lib. LXIX. his verbis fit mentio: *M. Aquillius proconsul in Sicilia bellum servile excitatum confecit.* Et, agi de re, quae recentiori memoriâ gesta esset, inde quoque probabile fieri videbatur, quod eam rem a *Posidonio* traditam discimus; quem novimus Historiarum suarum initium ab iis temporibus fecisse, in quibus desierat Polybius. At videtur omnino id quod de *servorum rebellione, qui in Atheniensium metallis opus fecerant*, hîc narratur, multo ante illud tempus accidisse, quo secundum bellum Servile a Romanis in Sicilia gestum diximus. Adeoque alia quaedam & multo prior tempore *defectio servorum in Sicilia* hîc fuerit intelligenda: neque quidquam prohibet, quin credamus, *Posidonium* subinde in suis Historiis res quasdam ex superiori memoriâ altius repetiisse. Videndum igitur, ne primam ἐπανάστασιν intellexerit *Posidonius* eam, quae a τοῖς περιδείνοις vel περιδίνοις concitata erat, quam Platoni memoratam supra (pag. 264. f.) vidimus; *alteram* vero, quam contra Syracusios concitarunt ii qui Καλλικύριοι vel Κιλλικύριοι dicti sunt; de quibus consulendus Suidas in Καλλικύριοι, & Hesychius in Κιλλικύριοι, & qui ibi laudantur ab Interpretibus; praesertim Herodotus, lib. VII. c. 155.

Σύγγραμμά τε ἐκδέδωκε περὶ τῶν Δουλικῶν πολέμων Καικίλιος ὁ ῥήτωρ ὁ ἀπὸ Καλῆς ἀκτῆς. »Quia legimus, »Atticam aliquando fuisse *Actem* appellatam, putarunt do»cti, [ii docti sunt, *Dalecampius*,] sic accipiendam hoc

f »loco eam vocem; ac verterunt, *in Attle pulcra genitus.*« [Ad oram adnotavit idem Dalecamp. *In Attica terra.*] »Sed errant hîc quoque viri optimi. Hic enim eſt *Cae-*»*cilius rhetor*, Siculus, qui Romae floruit, aequalis & »amicus Dionyſio Halicarnaſſeo. Meminere *Caecilii*, prae-»ter Dionyſium, Quintilianus, Longinus, aliique vete-»res.« [Vide Vossium de Hiſtoricis Graecis, lib. II. cap. 4. pag. 178 ſq.] »Καλὴ ἀκτὴ, nomen eſt oppidi in litore »ſeptemtrionali Siciliae. Ptolemaei codices Καλάκταν vo-»cant: qui purius Graece loqui ſtuduerunt, Καλὴν ἀκτὴν; »ut Athenaeus hîc, & lib. XI. nec non Diodorus Sicu-»lus, Biblioth. lib. XII. [cap. 8.] προσποιησάμενος χρῆσ-»μὸν αὐτῷ δεδόσθαι, κτίσαι τὴν Καλὴν Ἀκτὴν ἐν Σικελίᾳ. »[Vide ibi Weſſeling.] Suidae [in voce Καικίλιος] cor-»ruptâ voce dicitur Κάλλαντις: nato errore ex eo quod »Calaeactae incolae *Callatini* nominabantur, cum debe-»rent *Calactini*. Ita certe eos indigetat clare Diodorus, »eodem libro: [XII. 29.] niſi tamen ibi ſcribendum, τὴν »τῶν Καλακτίνων πατρίδα: non, ut eſt editum, Καλλα-»τίνων.« Casaubonus.

Pro Μυθριδατικὰ, eſt μίθρια ἀττικὰ in membr. *A.* tam imperita quam manifeſta permutatione literarum Δ & Λ. *Ibid.* Θρᾷξ τὸ γένος. Sic ms. *Ep.* Θρᾷξ γένος ms. *A.* cum a edd. ne id quidem male. *Ibid.* Λικίννιον. Sic ſcribere adſueviſſe Graecos, iam aliàs monuimus: Λικίννιος, geminatâ ν literâ, ubi ſimplici utebantur Romani.

AD CAP. CV.

Σκιπίων γοῦν &c. Lubens tenui cum ed. Baſ. & Caſ. hanc ſcripturam Σκιπίων, pro iſta Σκηπτίων, quae ex ſequioris aetatis Graecorum iotaciſmo orta eſt. »Ait de *Sci-»pione*, publice miſſo ad componendum diverſorum regno-»rum ſtatum, πέντε μόνους ἐπήγετο οἰκέτας: *quinque ſo-»los ſecum duxit ſervos.* Totidem & Cato Cenſorius nar-»ratur ſecum habuiſſe, cum in Hiſpaniam conſul profi-»ciſceretur.« Casaubonus.

b Ἰούλιος δὲ Καῖσαρ &c. »Quod ſequitur de *Iulio Caeſare*, »τρεῖς οἰκέτας τοὺς πάντας συνεπήγετο, minus recte ver-»ſum eſt, *tres ſervos habuit.* Ille vero eo tempore & ſer-»vorum ingentem numerum, & familias quoque gladia-

»torias aliquot *habuit*: sed non συνεπήγετο, *secum du-* b
»*cebat*.« IDEM.

ἀλλ' οὐ Σμινδυρίδης ὁ Συβαρίτης τοιοῦτος &c. »De *Smin-*
»*dyrida Sybarita* ait doctus convivator, eum, *quando ad*
»*Agaristae* [Ἀγαρίστης habent libri omnes] *nuptias Sicyo-*
»*nem profectus est, secum duxisse mille servos, ἁλιεῖς, ὀρνι-*
»*θευτὰς, μαγείρους*: id est, qui erant *piscatores, aucupes,*
»*coqui*. Si narrationem hanc cum ea conferas, quae apud
»Aelianum habetur, [Var. Hist. XII. 24.] scias servo-
»rum triplo maiorem fuisse numerum. Scribit enim, du-
»ctos χιλίους μὲν μαγείρους, τοσούτους δὲ ὀρνιθευτὰς, καὶ
»ἁλιεῖς χιλίους.« CASAUBONUS. — De eiusdem hominis
mollitie vide eumdem Aelianum, IX. 24.

οὐκ, ἔφη, τὸν ἥλιον ἑτῶν εἴκοσιν οὔτ' ἀνατέλλοντα οὔτε c
δυόμενον ἑωρακέναι. »Haec fuit *vita Sybaritarum*, ut plu-
»ribus narratur libro XII. [pag. 519 sq.] ubi etiam causa
»quaedam affertur, cur illis ita fuerit vivendum. Scripto-
»res verterunt in proverbium. Cicero, de Finib. lib. II.
»[cap. 8.] *Nolim mihi fingere asotos, ut soletis, qui in men-*
»*sam vomant, & qui de conviviis auferantur, crudique postri-*
»*die se rursus ingurgitent: qui solem, ut aiunt, nec occiden-*
»*tem unquam viderint, nec orientem*. Seneca, Epist. CXXII.
»*Sunt quidam in eadem urbe antipodes; qui, ut M. Cato ait,*
»*nec orientem unquam solem viderunt, nec occidentem*. Vetus
»scriptor apud Suidam, de Timasio loquens, homine aso-
»to, qui sub Theodosio vixit: *Ille*, ait, *summum bonum*
»*censebat, ἔχειν ἑαυτῷ ὅ τι βούλοιτο χρῆσθαι καὶ ἀδεῶς,*
»*διά τε μέθην νύκτα καὶ ἡμέραν οὐκ εἰδέναι, οὔτ' ἀνατέλ-*
»*λοντα καὶ δυόμενον τὸν ἥλιον καθορᾶν, ἴσα καὶ οὐρανῷ*.«
CASAUBONUS. — *Mox*: ubi ait, πρωὶ μὲν ἐκάθευδεν,
ὀψὲ δ' ἠγείρετο: ibi ἀνίστατο pro ἠγείρετο posuit
Epitomator. Equidem aliud exspectaveram verbum, quo
hoc diceret ille homo, *se conviviis de die initis sub vesperam*
crapulâ impediri quo minus solem umquam videat occidentem.

ὁ δὲ Ποντικὸς Ἑστιαῖος. *Hestiaeus Ponticus*; nempe ex d
Amiso, Ponti oppido. Suidas, in Τυραννίων Ἐπικρατίδου.
Ibid. ὁ Νικαεὺς Νικίας. *Nicias Nicenus*. Vide Ionsium de
Scriptorib. Histor. Philos. IV. 39. pag. 262.

AD CAP. CVI.

Σκιπίων καὶ ὁ Καῖσαρ - - κεκολασμένως ἔζων. De *Sci-*

pione citra dubitationem recte hoc praedicari poterat. Sed & *Caesaris* publica quidem vita *inculpata* erat.

e δοριαλώτοις dedere & mssti & ed. Ven. & Bas. Est autem unice vera haec scriptura; de qua diximus ad Appianum, Vol. III. pag. 159. & ad Polybii lib. XVIII. cap. 34, 4. δορυαλώτοις nonnisi in ed. Cas. scribitur, casune, nescio, an editoris consilio. *Ibid.* τούτοις αὐτῶν περιεγένοντο· Φοιν. τε τὰ ναυτ. εὑρόντων. Haec cum in ed. Ven. & Bas. desiderarentur, adiecit Casaub. ex Epitome Hoesch. Habetque eadem uterque noster codex mstus.

f τὴν σταδίαν μάχην, *stataria pugnam.* Vide REIMARUM ad Dionem, T. I. pag. 38. Vocem σταδίαν, in vetustis editionibus omissam, ex Epit. Hoesch. adiecit Casaubonus: & agnoscunt eamdemque nostri codices.

διετήρησαν αὐτὴν μᾶλλον. Sic recte cod. ms. uterque. *Ibid.* Νῦν δὲ τὴν ἐκλογὴν τῶν χρησίμων ποιούμενοι παρὰ τῶν ἐναντίων, συναποφέρονται καὶ τὰ μοχθηρὰ ζηλώματα. » Restitue *negationem*, quae in his deest. Scribe, τὴν ἐκλο» γὴν τῶν χρησίμων οὐ ποιούμενοι, παρὰ τῶν ἐναντίων » συναποφ. καὶ τὰ μοχθ. ζηλ. *Nunc cum nullum utilium* » *habeant delectum, simul cum illis & prava instituta referunt* » *ab hostibus.*« CASAUBONUS. — Nil magnopere opus esse videtur insertâ negativâ particulâ, dummodo vocabulum ἐκλογὴν non sensu strictissimo & exquisitissimo accipiamus. *Dum seligunt utilia*, (i. e. *sumunt & adoptant*; aut, si mavis, dum seligere volunt, sed non satis prudenter cauteque seligunt) *simul prava reportant.*

AD CAP. CVII.

a δικαιοσύνη τε, καὶ πολλὴ &c. Sic commode ms. *Ep.* Nescio an & ms. *A.*

Τοῦτο δ' ἔστιν ἐκ τῶν πατρίων θυσιῶν, ὧν ἐπιτελοῦμεν, ἰδεῖν. &c. » Ait, *veteris Romanorum modestiae &* εὐλαβείας » *testimonia superesse adhuc in sacris quae facerent.* ὁδούς τε » γὰρ πορευόμεθα τεταγμένας καὶ ὡρισμένας. Respicit *Sa*» *cram viam*; ita dictam quod eo itinere utantur sacerdo» tes idulium sacrorum conficiendorum caussa. Ex auc̃to» ris verbis colligas, servatam fuisse eandem religionem in » omnibus sacris: qua de re amplius quaerendum. Huc » fortasse pertinet antiquum Numae praeceptum de non » adeundis obiter & ὁδοῦ πάρεργον Deorum templis. Le-

»ge [dein] ex Epit. ἀπαρχόμενοι, non ἀπερχόμε- b
»νοι. *Neque in nobis*, inquit, *modum excedimus cum sacra* »*facimus*, *neque in iis quae Diis offerimus.* Verbis hisce, »πίλους τε ταῖς κεφαλαῖς περικείμεθα, intelligit *apicem sa*»*cerdotum*; quem Dionysius appellat πῖλον ὑφηλὸν εἰς »σχῆμα κωνοειδὲς συναγόμενον.« CASAUBONUS. — ἀπαρχόμενοι recte mssti omnes. πίλους recte edd. ex Epit. Corrupte πλείους ms. *A.* προβατείων pariter dedit ms. *Ep.* προβατίων ms. *A.* cum edd.

AD CAP. CVIII.

Μούκιος γοῦν Σκευόλας τρίτος ἐν Ῥώμῃ τὸν Φάνιον ἐτήρει c
νόμον. &c. — »Post ista, τὰ δ' εἰς τοὺς θεοὺς ἀπαρχαί τι»νές εἰσι, deesse aliquid non dubitamus. Nimis enim ex »abrupto transitus fit ab encomio Romanorum ad eorun»dem vituperationem. Annon enim vituperatio haec est, »cum ait, *iam olim ex omnibus civium Romanorum millibus* »*tres solum repertos, qui legem Fanniam sumtuariam serva*»*rent?* Tres illi fuerunt, *Mutius Scaevola*, *Q. Aelius Tu*»*bero*, & *Rutilius Rufus.*« [Duo posteriora nomina h. l. omisit Epitomator.] »Itaque, pro Ναῦτος Καικίλιος Του»βέρων, scribendum ex libris Romanae historiae Κόϊντος »Αἴλιος Τουβέρων. Legi apud virum doctum, Rutiliorum »nomen fuisse Nautius: itaque transpositis vocibus le»gendum esse, καὶ Ναύτιος Ῥουτίλιος Ῥοῦφος. Ut dicam »ingenue: nihil probo, nihil verum censeo. Iste enim »*Rutilius*, ὁ τὴν πάτριον Ἱστορίαν γεγραφὼς, is est de quo »Suetonius in Augusto, [cap. 89.] & eruditissimus Iuris»consultorum Cuiacius in Observationibus. *Publio* fuit ei »praenomen, non *Nautio.* Laudatur Velleio Paterculo »lib. II.« CASAUBONUS. — Nautius numquam fuit praenomen Romanum: priscis vero reipublicae temporibus gens fuerat Nautia, cognomine Rutilorum. De *P. Rutilio Rufo*, vide Vossium DE Historic. Graec. lib. I. c. 22. De *Fannia Lege* vide PIGHIUM, Annal. Rom. T. II. pag. 409. & ex veteribus cum Nostro conferendus A. Gellius, II. 24. & Macrobius, Saturnal. III. 17.

»LEX FANNIA, inquit Larensius, *sanciebat*, τριῶν μὲν »πλείονας τῶν ἔξω τῆς οἰκίας μὴ ὑποδέχεσθαι· κατὰ ἀγο»ρὰν δὲ, τῶν πέντε. Postrema ita verte, *diebus autem nun*»*dinarum, quinque.*« [Quod dein legebatur, τοῦτο δὲ

στρεῖς τοῦ μῆνὸς ἐγένετο, error is erat editionum Baſ. & Caſ. Recte τρὶς ed. Ven. cum msstis.] » Addit, ὀφωνεῖν » δὲ πλείονος τῶν δυοῖν δραχμῶν καὶ ἡμίσους οὐκ ἐπέ- » τρεπε. Epitome πλείους: quod ſi probarem, ſuppleb- » rem ἔξωθεν nomen ἰχθῦς; nam ὄψον & inde ducta pro- » prium locum habent in piſcibus. Sed praeſtat vulgata » lectio.« [At πλείους, quod & noſter habet codex Epitomae, prorſus idem valet atque πλείονος.] » *Obſonari* » *non permittebat maiori pecunia, quam duabus drachmis &* » *ſemis*, vel, ut Romane loquamur, denis ſeſtertiis, ſive » aſſibus quadragenis: quam ſummam in nullo Fanniae » legis capite expreſſam a Latinis ſcriptoribus reperio. Ver- » ba legis, quae ad hunc locum pertinent, ſunt haec, » auctore A. Gellio: *Lex Fannia fuit lata, quae ludis Ro-* » *manis, item plebeiis, & Saturnalibus, & aliis quibusdam die-* » *bus, in ſingulos dies centenos aſſes impendi conceſſerat: de-* » *cemque aliis diebus in ſingulis menſibus tricenos, caeteris de-* » *nos.* Cum igitur lege hac, pro diverſitate dierum, ſum- » tuum eſſet diverſus modus praeſcriptus: quod hic nar- » rat Auctor, aliter accipere poſſe non videmur, quam » de impenſis ordinariis, eorum videlicet dierum, quos » neque privata neque publica aliqua ſolennitas reddebat » inſignes. Atqui huiusmodi diebus, non *denos ſeſtertios*, » ſed *aſſes denos* fuiſſe definitos A. Gellius ſcribit.« Ca- SAUBONUS. — τῶν δυεῖν δραχμῶν edidimus ex ms. *A.* δύο habet ms. *Ep.* δυοῖν edd.

κρέως δὲ καπνιστοῦ δεκαπέντε τάλαντα δαπανᾶν εἰς τὸν ἐνιαυτὸν ἐπεχώρει. » Sequitur aliud caput legis Fanniae. » Vocat auctor καπνιστὰ κρέα non uno loco, quae Theo- » pompus κρέα τεταριχευμένα: vulgo ἁλιστὰ, ut latine » *ſalitae carnes*, vel *aridae*. Libro quarto, [p. 153. c.] in » deſcriptione coenae triumphalis, *carnibus* καπνισταῖς op- » ponuntur τὰ τῶν προσφάτως καθιερευθέντων, id eſt, *recens* » *mactatarum victimarum.* Harum carnium, *ſalitarum* dico » & *fumo induratarum*, communior eſus ſemper quam re- » centium. Modus illarum praeſcribitur hoc *legis Fanniae* » capite: quo *permittitur ſingulis patribusfamilias, ut quotan-* » *nis quindecim talenta ſalitarum carnium abſumant. Talentum* » vocant Graeci ſcriptores *libras Romanas* CXX. quemad- » modum ex Vitruvio libro ſuperiore diximus. *Talenta* » igitur *quinadena* efficiunt millena ſexcentena pondo men- » ſurae Romanae. Apage virorum clariſſimorum & do-

» ctiſſimorum ſententiam, τάλαντον hic pro *libra* accipien- c
» tium. Quae enim ratio, quis color ei interpretationi
» quaeri poteſt? At nimia eſt ſumma, quam diximus.
» Contrarium potius verear. Nulla enim tam anguſta do-
» mus, in qua non ſaltem quina pondo aut bubulae aut
» porcinae quotidie impendantur exhibendae familiae.
» Quanto amplius & liberalius ſalarium ab Imperatoribus
» olim ſolitum aſſignari? Valerianus quidem imperator
» Claudio inter caetera dari iuſſit *laridi libras, duo millia*
» *annua*: ut in eius Epiſtola ad Zoſimionem procurato-
» rem Syriae ſcriptum. Probo autem tribuuntur in ſala-
» rio diurno, praeter bubulam & alia quamplurima, *por-*
» *cinae pondo ſex, caprinae pondo decem*, ut legimus in Va-
» leriani Epiſtola ad Praef. Praet.« CASAUBONUS — Qui-
nam ſint ii viri docti, quos τάλαντον pro *libra* accepiſſe
ait, haud ſcio, nec nunc vacat quaerere. Interpretes qui-
dem, Natalis Comes & Dalecampius, *quindecim talenta* in
latina verſione poſuerunt.

ὅσα γῆ φέρει λάχανα, καὶ ὀσπρίων ἕψήματα. d
» Scripta lectio, λαχάνων: a qua non video cur de-
» beamus recedere. Plato lib. II. de Rep. καὶ βολβοὺς καὶ
» λάχανα, οἷα δὴ ἐν ἀγροῖς ἕψήματα ἑψήσονται: quem
» locum ante expoſuimus. [vide ad IV. 138. a.] ὅσα γῆ
» φέρει appellat, quae dicebantur in lege, *terrâ nata*. M.
» Tullius in Epiſtola ad Gallum: [Ad Div. lib. VII. epiſt.
» 26.] *Lex ſumtuaria, quae videtur λιτότητα attuliſſe, ea*
» *mihi fraudi fuit. Nam dum volunt iſti lauti terrâ nata, quae*
» *lege excepta ſunt, in honorem adducere, fungos, helvellas,*
» *herbas omnes ita condiunt, ut nihil poſſit eſſe ſuavius.* Mox:
» *Itaque ego, qui me oſtreis & murenis facile abſtinebam, a be-*
» *ta etiam & malva deceptus ſum.*« CASAUBONUS. — No-
ſter mstus uterque λάχανα tenet cum editis. Pro
ὀσπρίων, quod habet ms. *Ep.* cum editis, ὀσπρέων
ſcribitur in ms. *A.* quam ſcripturam, ut minus legitimam,
notavit auctor Erymologici Magni, p. 635, 48. cum ait,
Ὄσπριον δεῖ λέγειν, καὶ οὐκ ὄσπρεον.

πρὸς τὸ ἐλευθεριώτερον νομίμως προήρχοντο. » Significat,
» *hos tres*, de quibus loquitur, *contra legem feciſſe legitime.*
» Nam ſummam impenſarum lege definitam ſervabant illi
» quidem: verum hoc ideo, quia ab iis emebant, qui com-
» muni pretio res non vendebant. Ita fraus ab iis legi ſum-
» tuariae facta, ſine ſua ipſorum fraude.« CASAUB.

d ὁ μὲν γὰρ Τουβερων παρὰ τῶν ἐν τοῖς ἰδίοις ἀγροῖς. Cum perperam h. l. περὶ in ed. Baſ. & Caſ. legeretur, monuit CASAUBONUS in Animadv. »Scribe παρὰ τῶν. Ita »editum voluimus: etſi omnes mssti περὶ: inepte. « — Atqui non modo uterque noſter codex mstus perſpicue hîc παρὰ habet, quemadmodum mox παρὰ τῶν ἁλιευόντων, & παρὰ τῶν εὐχρηστ. verum etiam Veneta editio id ipſum habet, ſed compendioſa nota expreſſum; cuius notae vim non percipiens typotheta Baſileenſis, ubique περὶ pro παρὰ poſuit. Illud erratum duobus poſterioribus locis corrigendum curaverat Caſaubonus in ſua editione, priori loco intactum reliquerat.

τοῦ Θουριανοῦ καλουμένου. Potuerat fortaſſe, debueratque ſervari mſstorum ſcriptura, Θυριανοῦ. Lubens tamen tenui id quod editum erat: quandoquidem Θούριοι, primâ ſyllabâ longâ, conſtanter ſcribitur apud Graecos ſcriptores nomen illius urbis, a qua videtur adpellatus piſcis, de quo hic agitur. Caeterum nusquam alibi, quod ſciam, nomen iſtud reperitur: niſi forte latet in eo quod apud Heſychium ſic legitur, Θορηνεὺς, ὁ ξιφίας piſcis. Nam quod Salmaſius in Exercit. Plinianis p. 941. ait, apud Plinium lib. XXXII. c. 11. haec ipſa verba legi, *tomus Thurianus, quem alii xiphian vocant*: legebantur quidem olim ea verba in Plinii editionibus, ſed ex Hermolai Barbari interpolatione, ut Harduinus docuit in Notis & Emendat. in Plinii librum XXXII. num 30. Pro quibus verbis ipſe Harduinus, praeeuntibus mſstis libris, haec edidit: *thynnus, thranis, quem alii xiphiam vocant*: ubi in nomine *thranis*, ut ipſe ibidem monuit, conſentientem habet Xenocratem in libello de Alimento ex Aquatilib. apud Oribaſium lib. II. cap. 58. qui *Thranis*, inquit, *aut Xiphias cetaceus eſt piſcis, & in fruſta ſecatur.* Rurſus vero apud eumdem Xenocratem cap. 9. (edit. Neapol.) CORAYO noſtro in Animadv. p. 142. ſuſpectum erat ipſum illud vocab. Θρανὶς, aut, ut alii legunt, Θρανίς: quaeritque vir doctus, an ex hoc Athenaei loco fortaſſe ibi Θουριανὸς ſit legendum, an Θρανός? Difficile fuerit hodie, iſtam iudicare litem. Illud hîc non praetereundum, apud eumdem noſtrum Athenaeum lib. VII. p. 310. e. ubi de *canicula marina* vel *carcharia* agitur, haec legi, cum eis quae hîc habemus conferenda: Τοῦτου τοῦ ἰχθύος μέρος ἐστὶ καὶ ὁ ὑπὸ Ῥωμαίων καλούμενος Θυρσίων,

ἥδιστος ὢν καὶ τρυφερώτατος. Ubi, ne fortaſſe δουριανὸς vel δυριανὸς ſcriptum oportuiſſe ſuſpiceris, vetat Plinius, lib. IX. cap. 9. ſect. 11. ſic ſcribens: *Delphinorum ſimilitudinem habent qui vocantur tursiones, - - maxime tamen roſtris caniculārum maleficentiae aſſimulati.*

ὁ δὲ Μούκιος παρὰ τῶν εὐχρηστουμένων ὑπ' αὐτοῦ. Delevi verbum ὠνούμενος, quod proxime poſt iſta, praeter neceſſitatem, inſeruerat BEDROTUS, Baſileenſis editor. Acceperat is illud verbum (ut ex notula intellexi, ipſius manu ad oram exempli editionis Venetae, quod ipſius olim fuerat, ſcripta) a Guil. Budaeo, qui in Comment. Ling. Graec. pag. 795. locum hunc Athenaei citans, verbum iſtud adiecerat. At nimirum ad complendam verborum adlatorum ſententiam adiecerat illud Budaeus, e ſuperioribus apud Athenaeum verbis deſumtum, ubi aiebat, ὁ μὲν Τουβέρων - - ὄρνιθας ὠνεῖτο.

καὶ δῶρον οὐδὲ τὸ μικρότατον ἐδέχοντο. »Quid hoc ad »legem ſumtuariam? niſi eadem ex parte *muneralis* quoque »fuit, deque iis muneribus cavit, quae fierent eſculentarum rerum.« CASAUBONUS. — Si ſequamur emendationem in ſcholio a nobis propoſitam, nil neceſſe fuerit, ut etiamnum ad legem ſumtuariam verba iſta referamus: ſed ſpectaverint illa ad declarandam obiter reliquam eorumdem virorum innocentiam abſtinentiamque. Quod mox ait, φίλοις τοῖς ἀπὸ παιδείας ὁρμωμένοις: exſpectaveram ἀπὸ τῆς αὐτῆς παιδείας ὁρμωμ. *ex eadem diſciplina progreſſis.* Sed nihil mutat ms. *A.* Deſunt autem iſta in ms. *Ep.*

AD CAP. CIX.

ὤκειλεν εἰς πολυτελῆ δίαιταν. Ad lectionem ἥκει f μὲν, quam edi curaverat CASAUBONUS, adnotavit ipſe dein in Animadverſionibus: »Legebatur prius ὥκει. In »nupera editione expreſſa eſt ſcriptura msstorum exem»plarium. Sed didici poſtea, veram lectionem eſſe ὤκει»λεν, ut in libro XII. [p. 543. a.] ubi haec iterum ex eo»dem *Nicolao* deſcripta. Neque aliter in Excerptis.« — Scripturam ἥκει fortaſſe ex coniecturâ alicuius docti viri, mediis inter lectiones e codice msto excerptas adnotatam repererat Caſaubonus, & ipſam quoque e vetere codice ductam exiſtimaverat. Corruptam quidem lectionem

ᾤκει μὲν cum editis tenet ms. *A*. Recte vero ᾤκειλεν habet ms. *Ep*.

Κάτων δὲ ἐκεῖνος, ὡς Πολύβιος ἱστορεῖ &c. Videsis quae notavimus ad *Polybii librum XXXI.* cap. 24.

a καὶ μειράκια δ' εὐμορφα ὑπερβαλλούσης ἀργῶν τιμῆς. » Breviter & concise dictum, pro τιμῆς ὑπερβαλλούσης τὴν » τιμὴν τῶν ἀργῶν. *Catamitos a quibusdam emi impensiore* » *pretio quam praedia quaedam constiterint.* Ab Epitoma exulat » vox ἀργῶν: quam retinendam omnino censeo, vel mu» tandam in ἀγοράζουσι. Quod autem praecedit de *pretio* » *insano* κεραμίων *Ponticorum*, aliis verbis ex eodem Cato» ne Plutarchus narrat in Symposiacis, lib. IV problem. » 4. « — Probabilis utique Corayi coniectura ἀργυρίου, pro ἀργῶν. Nimis certe concisa verba sunt quae vulgo hîc leguntur. Oportebat saltem, ὑπερβαλλούσης τὴν τῶν ἀργῶν τιμῆς.

ὡς τὸ πολὺ πίνοντας. Percommode legebatur ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, vel una voce ὡς ἐπιτοπολύ. Sed restituere debuimus veterem scripturam, in quam mssti libri cum editione Ven. consentiunt: a qua praeter necessitatem discesserat Basileensis editor.

b Νῦν δὲ, ὡς ὁ Θεόπομπος ἱστορεῖ &c. Intelligi par est, a *Theopompo* haec de *Graecorum* moribus scripta esse; quae perinde *in Romanorum* suae aetatis *mores valere* dicat Deipnosophista.

Finis Animadversionum in librum V. & VI.

LECTORI SALUTEM!

Haud mediocri cum voluptate me intellexisse, probari doctissimorum Virorum iudiciis cum universum nostrum instaurandae Athenaei editionis consilium, tum eam maxime rationem qua illud exsequi instituimus, plumbeus sim ni data occasione ultro profitear. Quam lubens equidem discere soleam a doctis, quantâque & curâ & fide convertere in usum studiosorum Deipnosophistae Lectorum enisus sim quaecumque partim ad emendandum,

partim ad illuſtrandum Daedaleum hoc opus a Viris ingenio & doctrina valentibus, vel pridem publice prolata, vel nuper privatim mecum communicata ſunt; per totum operis curſum, quatenus in lucem adhuc emiſſum eſt, abunde, puto, demonſtratum dedimus. Vellem nunc, ubi hoc *tertium Animaaverſionum Volumen* in publicum exit, ſuppeteret mihi otium, quo declarare enucleatius liceret, quam grato animo ea acceperim, quae, ex quo ſuperiora prodierunt volumina, paſſim ſive publice ſive privatim monita ad me pervenerunt de his, quae in eis ipſis operis partibus, quae iam in hominum manibus verſantur, deſiderari etiamnum videantur. Sed poterit id quidem, Deo volente, alio tempore commodius a nobis curari: nunc pauca ſolummodo monita, & in his duo praeſertim attingere iuvat, quae quamprimum cum Deipnoſophiſtae Lectoribus communicata velim.

Lepidam illam *MENANDRI cantilenam*, quae a nobis primum e mſstis Libris edita eſt in *Supplementis Epitomae Libri II.* Tom. I. (noſtrae edit.) pag. 276 ſq. pulcre videram verſibus conſtare anapaeſticis tetrametris catalecticis; quorum etiam tres poſtremi recte a nobis diſtincti, & per dimetros ſive hemiſtichia distributi (quod in longioribus verſibus ubique facere conſultum duxeramus) adpoſiti ſunt. In prioribus eiusdem eclogae verſibus turbaverat me, cum quod non animadvertiſſem deeſſe primum verſus primi pedem, tum quod, neſcio quo caſu, primam ſyllabam vocabuli κύλικα, quae numquam non brevis uſurpari ſolet, imprudens, quoties iſtos verſiculos perlegerem, pro longa accepiſſem. Nunc, opportune monitus a Viro docto in Novellis Literariis Ienenſibus, ſic reſcriptos ibi tres priores verſus (ſive ſex priores dimetros) velim, ſuppleto ex noſtrâ coniecturâ primo primi verſus verbo; quod fortaſſe, cum ab Athenaeo adiectum fuiſſet, nonniſi ab Epitomatore brevitatis nimium ſtudioſo praetermiſſum eſt:

[Δεινὸν] ἔργον εἰς τρίκλινον
συγγενείας εἰσπεσεῖν.
οὗ λαβὼν τὴν κύλικα πρῶτος
ἄρχεται λόγου πατὴρ,
καὶ παραινέσεις πέπαικεν·
εἶτα μήτηρ δευτέρα, &c.

Perſpecte item ab eodem eruditiſſimo Viro monitum

eſt, pro eo quod vulgo legitur ὠὰ, id eſt, *ova*, in Epitoma Libri II. pag. 52. b. & pag. 56. e. (ed. Caſ.) videri utique ὄα, id eſt *ſorbi*, ſcriptum oportuiſſe: de quo vocabulo, paſſim in veterum ſcriptis per librariorum incuriam obliterato, videndus RUHNKENIUS ad Timaei Lexic. Platon. p. 188 ſq.

Eſt porro *EPICHARMI Ecloga* haud illepida, de *quadrupede Tripode*, in Epitoma Libri II. p. 49. c. (ed. Caſ.) cuius verſus trochaicos, ab Epitomatore nonnihil turbatos vel mutilatos, ac partim fortaſſe iam olim corruptos, varii varie tentarunt in integrum reſtituere. In his idem, quem laudavi, Vir doctus in hunc modum concinnandos illos, quos dico, verſus cenſuit:

Τί δὲ τόδ' ἐστὶ δηλαδὴ τρίπους· τί δ' ὧν ἔχει πόδας
τέτορας; οὐκ ἐστὶ τρίπους ἆρ', ἀλλά γ' οἶμαι τετράπους.
ἔστι δ' ὄνομ' αὐτῷ τρίπους μάν. κἂν τέτορας ἔχει πόδας
Οἰδίπους τὺ μάν ποτ' ἦσθα, νῦν δ' αἰνίγματ' οὐ νοεῖς.

Qui quidem cur in *tertio verſu* a conſentiente librorum ſcriptura, in qua nihil deſiderabatur, diſcedendum ſibi putaverit, idoneam cauſſam nullam video: particulam κἂν vero ibidem cum verbo indicativi modi conſtructam, tum *verſu quarto* ſpondeum pedem initio poſterioris hemiſtichii poſitum, certo ſcio, ipſum doctiſſimum Virum, ſimulac quae ſcripſerat relegiſſet, non minus damnaturum fuiſſe, quam in verſu a nobis (Animadv. Vol. I. p. 343.) propoſito ſpondeum in tertia ſede admiſſum merito damnavit; quamquam ibi quidem corripi fortaſſe diphthongus ob ſequentem vocalem poterat. Sed haec, & id genus alia, nunc omitto quaerere. Cuius cauſſa mentionem huius eclogae prae caeteris hic faciendam putavi, *Quartus* maxime *verſus*, cum in msstis libris ſic conceptus legeretur,

Οἰδίπους τοίνυν ποτ' ἦν, αἴνιγμά τοι νοεῖς:

non modo mancus erat, ſed &, quocumque tandem modo a viris doctis curatus fuiſſet, eam continebat ſententiam, quae mihi ſemper incommoda viſa erat, & a mente poëtae aliena; licet, quid eſſet potiſſimum quod dicere ille voluiſſet, numquam ſatis perſpicue animo meo occurrerit. Illum igitur ipſum verſum, & totam omnino eclogam, Vir iuvenis politiſſimo ingenio, STEFENS, Gym-

naſii Goettingenſis moderator, ita feliciter expediviſſe mihi viſus eſt, ut nihil vel acutius vel verius reperiri poſſe videatur. Quare, ad exemplum ab hoc Viro mecum his diebus per Heynii, Viri Clariſſimi, benevolentiam communicatum, ſic reſcriptam illam eclogam velim; verſu quidem unoquoque (pro noſtro more) in duo hemiſtichia diviſo:

A. Τί δὲ τάδ' ἐστί; B. Δηλαδὴ τρί-
πους. A. Ὅ τι μὲν ἔχει πόδας
τέτορας, οὐκ ἔστι τρίπους, ἀλλ'
ἐστὶν οἶμαι τετράπους.
B. Ἔστι δ' ὄνομ' αὐτῷ τρίπους. A. Τέτο-
ρας γε μὲν ἔχει πόδας.
εἰ δίπους τοίνυν ποτ' ἦν, αἰ-
νίγματ' Οἰδίπου νοεῖς.

Quorum verborum haec fuerit ſententia:

A. *Quid hoc rei eſt?* B. *Tripus nimirum.* A. *At, quod pedes habet*
quatuor, id non tripes eſt, ſed eſt puto quadrupes.
B. *Sed eſt ei nomen tripus.* A. *At tamen quatuor certe pedes habet.*
Quod ſi quando etiam bipes eſſet, fatendum fuerit noſſe te Oedipi aenigmata.

Quarto quidem *verſui*, ad iſtum modum concepto, quanto aptior, quam vulgo, inſit ſententia, me tacente patet. Quam facile autem priora olim verba, εἰ δίπους, in Οἰδίπους potuerint mutari, in oculos incurrit: quae ubi ſemel obtinuit ſcriptura, mox conſequens erat ut ſub finem verſus *Oedipi* nomen obliteraretur. *Primo verſu*, vocem πόδας (contra quam in libris noſtris erat) ante τέτορας poſuit ſolertiſſimus Criticus, praeeunte Euſtathio, cuius verba in Animadv. noſtris, Vol. I. pag. 341. retulimus. At, verum ſi quaeris, haud temere ſuſpicari licebit, ipſam vocem πόδας interpretationis cauſſa ab Epitomatore fuiſſe adiectam; quae abeſſe non modo percommode poterat, ſed maiori etiam cum gratia omiſſa fuiſſet a poëta. Itaque, quoniam in τίμανον, quae eſt librorum ſcriptura, latere videtur τι μὰν ὦν, haud male fortaſſe fecerit, qui eumdem verſum ſic refingendum ſtatuerit:

A. Τί δὲ τάδ' ἔστι; B. Δηλαδὴ τρί-
πους. A. Ὅ τι γε μὰν ὦν ἔχει &c.

Sic in posteriori hemistichio primus pes, quem dactylum statuerat vir doctus, magis etiam legitime fuerit trochaeus; alter autem pes fuerit anapaesticus, cui peropportuna ea sedes est. *Secundo versu*, verbum ἐστὶν, quod ad metrum desiderabatur, brevitatis caussa omissum fuisse ab Eclogario, nullam metri rationem habente, facile credi potest.

Sed haec nunc hactenus. Tu has aliasque multiplicis doctrinae delicias, quae Tibi nostrâ qualicumque operâ subinde adponuntur, perge, benevole Lector, serena accipere fronte: eisque Tu fruere dulcius per otium, animoque curarum turbâ minus, quam nobis ad hunc diem contigit, districto.

Scripsi Argentorati, die XIV. mensis Fructid. aerae Francicae anno X. (Calend. Septemb. MDCCCII.)

LGr
A866S

21458

Athenaeus Naucratita
Deipnosophistarum libri XV; with Latin version of Casaubon; ed. by Schweighäuser. [Vol.8.]

University of Toronto Library

DO NOT REMOVE THE CARD FROM THIS POCKET

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED